This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

46. 1782.

CICERO

DE RE PUBLICA.

FRONTONIS ET ·M· AURELII

EPISTULAE.

SYMMACHI

ORATIONUM RELIQUIAE.

GARGILII MARTIALIS

DE HORTIS FRAGMENTA.

M. TULLII CICERONIS
LIBRORUM DE RE PUBLICA

QUANTUM SUPEREST

IN PALIMPSESTO BIBLIOTHECAE VATICANAE

PRAECIPUE REPERTUM

ORDINAVIT

ET PROLEGOMENIS SCHOLIISQUE ILLUSTRATUM

EDIDIT

A. M.

ROMAE

TYPIS S. CONSILII PROP. FIDEI.

M.DCCC.XLVI.

M. TULLII CICERONIS

LIBRORUM DE RE PUBLICA

QUANTUM SUPEREST

IN PALIMPSESTO BIBLIOTHECAE VATICANAE

PRAECIPUE REPERTUM

ORDINAVIT

ET PROLEGOMENIS SCHOLIISQUE ILLUSTRATUM

EDIDIT

A. M.

ROMAE

TYPIS S. CONSILII PROP. FIDEI.

M.DCCC.XLVI.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

EDITORIS PRAEFATIO.

Quo anno scripti fuerint libr. de rep.

I. Etsi quotidianis laboribus susceptorum operum et iam absolvendorum magnopere eram occupatus, non recusavi tamen novam Ciceronis de re publica recensionem curare, retractato etiam vaticano nobili palimpsesto, cuius olim beneficio haec politicae scientiae incrementa nactus sum. Atque in primis tulliani operis historiam, quam iamdiu studiose scripsi, repetam: deinde et reliqua continuabo, quae huic invento eiusque editioni illustrandae idonea sunt. Domitio Aenobarbo et Claudio Pulchro consulibus, varroniano scilicet urbis anno septingentesimo (qui erat annus auctoris nostri tertius et quinquagesimus, post gestum consulatum nonus) aestivo tempore Cicero calores maximos vitans in Cumanum secessit, ibique hos libros politicos scribere instituit 1). Et huius quidem scripti natalis annus ex epistula ad Atticum quarti libri sexta decima constat, in qua se Cicero et huic operi instare nunciat, simulque ait *designatos* esse consules Domitium et Messalam, qui reapse consulatum inierunt anno urbis DCCI. Atque adeo notare lubet, inter Ciceronis, quae supersunt, exceptis epistulis et orationibus, nobiliora scripta, hoc quidem de rep. natum esse tertio loco. Nam post editum iamdiu de inventione rhetorica opus, superiore anno libros de oratore se absolvisse ait Cicero ad Atticum scribens IV. 13; qua in epistula meminit Crassi, qui eodem tempore paludatus in provinciam erat profectus 2); cuius profectionis annum fuisse urbis DCIC, exploratum est: nam consulatum cum Pompeio Crassus gerebat. Temporis igitur fecit propinquitas ut duorum operum exordia parum dissimili ratione texerentur. Porro in Tullii editionibus si quis singula scripta chronologico ordine disponere volet, ei post oratorios ad Quintum libros, politici collocandi erunt; sin vero materiae rationem habebit, libros de rep. ante libros de legibus ponet. Sane pleraque Ciceronis opera ipsa recentiora semet produnt, vel quia tempus inscriptum habent, vel quia politicos libros commemorant. Editis de rep. libris non mediocrem scribendi intercapedinem fecisse Tullium ait Atticus apud eundem in Bruto cap. V. Utrum vero auctor

1) Ad Q. fr. II. 14. III. 5.

2) Confer. ep. ad fam. I. 9.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

Sotion · Fabianus · Flavianus · Celsus · Sextius · Pictus · Lucius · Crassicius · Numenius

M. TULLII CICERONIS
LIBRORUM DE RE PUBLICA

QUANTUM SUPEREST

IN PALIMPSESTO BIBLIOTHECAE VATICANAE

PRAECIPUE REPERTUM

ORDINAVIT

ET PROLEGOMENIS SCHOLIISQUE ILLUSTRATUM

EDIDIT

A. M.

ROMAE

TYPIS S. CONSILII PROP. FIDEI.

M.DCCC.XLVI.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

EDITORIS PRAEFATIO.

I. Etsi quotidianis laboribus susceptorum operum et iam absolvendorum magnopere eram occupatus, non recusavi tamen novam Ciceronis de re publica recensionem curare, retractato etiam vaticano nobili palimpsesto, cuius olim beneficio haec politicae scientiae incrementa nactus sum. Atque in primis tulliani operis historiam, quam iamdiu studiose scripsi, repetam: deinde et reliqua continuabo, quae huic invento eiusque editioni illustrandae idonea sunt. Domitio Aenobarbo et Claudio Pulchro consulibus, varroniano scilicet urbis anno septingentesimo (qui erat annus auctoris nostri tertius et quinquagesimus, post gestum consulatum nonus) aestivo tempore Cicero calores maximos vitans in Cumanum secessit, ibique hos libros politicos scribere instituit 1). Et huius quidem scripti natalis annus ex epistula ad Atticum quarti libri sexta decima constat, in qua se Cicero et huic operi instare nunciat, simulque ait *designatos* esse consules Domitium et Messalam, qui reapse consulatum inierunt anno urbis DCCI. Atque adeo notare lubet, inter Ciceronis, quae supersunt, exceptis epistulis et orationibus, nobiliora scripta, hoc quidem de rep. natum esse tertio loco. Nam post editum iamdiu de inventione rhetorica opus, superiore anno libros de oratore se absolvisse ait Cicero ad Atticum scribens IV. 13; qua in epistula meminit Crassi, qui eodem tempore paludatus in provinciam erat profectus 2); cuius profectionis annum fuisse urbis DCIC, exploratum est: nam consulatum cum Pompeio Crassus gerebat. Temporis igitur fecit propinquitas ut duorum operum exordia parum dissimili ratione texerentur. Porro in Tullii editionibus si quis singula scripta chronologico ordine disponere volet, ei post oratorios ad Quintum libros, politici collocandi erunt; sin vero materiae rationem habebit, libros de rep. ante libros de legibus ponet. Sane pleraque Ciceronis opera ipsa recentiora semet produnt, vel quia tempus inscriptum habent, vel quia politicos libros commemorant. Editis de rep. libris non mediocrem scribendi intercapedinem fecisse Tullium ait Atticus apud eundem in Bruto cap. V. Utrum vero auctor

Quo anni pti fuerint de rep.

1) Ad Q. fr. II. 14. III. 5.

2) Confer. ep. ad fam. I. 9.

septimo illo saeculari urbis anno libros politicos ad umbilicum deduxerit, haud liquido constat. Quamquam reapse Tullius mira celeritate atque adsiduitate scribere solebat, cuius rei testimonia apud ipsum sunt 1): unde fere colligimus Tullium unica illa apud Cumas rusticatione potuisse opus absolvere. Et tamen eo anno negotiosissimus in rep. vir plurimas et prope quotidianas causas egit. Ait enim eodem anno ad fratrem scribens 2): *diem nullum esse scito, quo die non dicam pro reo.* Nam et Crassi absentis causam in senatu defendit: tum dixit orationes contra Interamnates, et pro Messio, pro Druso, pro Vatinio, pro Scauro, pro Plancio, pro Gabinio, pro Rabirio Postumo, et fortasse etiam pro Caelio 3): praeter quam quod laudationem funebrem Serrani Domestici filii scripsit 4).

is dialogi ., atque jua habiitur.

II. Propositum autem tulliani operis idem fere fuisse videtur, quod sibi Polybius scribendae historiae statuit, nempe ut doceret quo politiae genere, quibus viribus, quibus moribus, populus romanus imperium orbis obtinuisset 5): tum quia Tullius in vitiata iam tempora inciderat, eo praecipue nervos intendit, ut prisci moris severitatem reduceret, atque evanescentem vetustate remp. renovaret 6). Et quidem de divin. II. 2, quum paulo ante opus suum politicum memoravisset, ait auctor: *quod munus reip. adferre maius meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus iuventutem? his praesertim temporibus atque moribus, quibus ita prolapsa est, ut omnium opibus refrenanda ac coërcenda sit.* Atque eundem sibi scopum Varro proposuit, cum libros scripsit de vita populi romani. Ergo Polybium praecipue spectans Cicero dialogos suos de rep. in Scipionis aemiliani et personam et aetatem contulit: erat enim Scipio πρόσωπον πόλεως, reip. princeps vir, et, ut Velleius loquitur 7), eminentissimus saeculi sui; illa autem aetas romani nominis illustrissima, ut saepe observat Polybius, moribus nondum plane corruptis, maxima gloria victoriarum. Nam sublata Karthagine quae diu aemula imperii fuit, manus suas Roma in totum orbem terra marique porrexit 8). Fuit quippe illo aevo triumphus macedonicus de Perseo, illyricus de Gentio, achaicus de Corintho, punicus de Karthagine; hispaniensis de Numantia; et praeterea de

1) De leg. I. 3, ad Att. XII. 14. 40. XIII. 26, ad fam. VII. 28, orator XXX.

2) Lib. III. 3.

3) Ad fam. I. 9. V. 8. ad Att. IV. 15, ad Q. fr. II. ult. III. 1. 4; Varro RR. III. 2; Val. M. IV. 2; Dio Cassiod. XXXIX. 63.

4) Ad Q. fr. III. 8. Confer de repub. IIII. 8. p. 191. n. g.

5) Polyb. prohoem. lib. III.

6) Cic. de rep. III. 29. V. 1.

7) Lib. I. 12.

8) Seneca in historiis apud Lactantium inst. VII. 15.

Andrisco, de Aristonico, aliique triumphi minorum nominum. Plena erat graecis eruditis Roma; efferebant se oratores; recens prope erat Ennii, Plauti, Caecilii, Terentii, Pacuvii, Accii, Luciliique poësis. Tantus denique erat romanae felicitatis apex, ut noster Africanus censor publicam precandi formulam mutandam curavisset: rogari scilicet deos iusserat, non iam ut augerent res romanas, sed ut conservarent 1).

Ratio saepe cc tata.

III. Ceteroquin rationem scribendi operis non semel a Cicerone fuisse immutatam exploratum est. Prorsus ut Euphorion atque Panaetius 2) tradunt ipsum Platonem suae reip. initia saepe subvertisse ac varianda curavisse. Cicero quidem ·Q· fratri narrat, se principio sermonem in novem et dies et libros distribuisse 3). Sed enim mox versa sententia, e novem sex fecit, ut ipse Cicero testis est 4) et alii auctores passim confirmant: totamque disputationem triduo absolutam voluit 5), quod praeter alia testimonia nunc codex vaticanus demonstrat, ita ut bini diebus singulis libri recitentur 6). Breviati sunt igitur dies dialogi, non tamen mutatus annus: tam enim novendiales ferias prioris incoepti, quam latinas posterioris, ipse auctor fuisse dicit Tuditano et Aquilio consulibus 7), idest varroniano anno DCXXV, quo dialogus recitatur. Praeterea personas *principio* fecit Africanum, Laelium, Philum, Manilium, Tuberonem, Fannium et Scaevolam 8). Tum alibi 9) ad dialogum adiungit etiam Rutilium. Mummii persona nusquam antea apparuerat, nisi in paulum corrupta Nonii lectione 10); nunc vero in vaticanis reliquiis non semel loquitur. Illud mirum est, quod quum Fannius et in citatis locis et in codice vaticano intersit dialogo, in opere tamen de amicitia cap. VII, idem a Scaevola dicatur non adfuisse in hortis Scipionis cum est de rep. disputatum, cumque Laelius patrocinium iustitiae gessit; rursusque Laelius eodem in opere cap. IV, praesente Fannio, dicat Scaevolam interfuisse secum dialogis de rep. cum Manilio et aliis pluribus, quin tamen peculiarem faciat mentionem Fannii. Sane hi duo loci de amic. satis indicare videntur Fannium abfuisse ab iis dialogis, quia Cicero, quum alia mutaret, hanc quoque personam (unam ne an forte plures?) removendam putaverit: atque ita in prohoemio ad fragm. de rep. censet Sigonius.

1) Valer. M. IV. 1. 10.
2) Apud Laërtium III. 25.
3) Ad Q. fr. III. 5.
4) Ad. Att. XIII. 19; de divin. II. 1, tusc. IV. 1, de leg. I. 6. III. 2.
5) Cic. de am. IV, idemque apud Macrob. ad somn. I. 4, sive de rep. VI. 8.
6) De rep. II. in fin.
7) De rep. I. 9. ad Q. fr. III. 5.
8) Ad Q. fr. III. 5.
9) At Att. IV. 16.
10) Vide de rep. V. fin.

Sed ecce nunc obstat codex vaticanus qui Fannii personam ad dialogum adducit. Itaque, ne cum A. Schotto 1) μνημονικὸν σφάλμα Ciceronis incusem, id unum effugium superest, ut Fannius secundi diei disputationi, cuius pars prior fuit de iustitia, non interfuerit, digressus fortasse cum alio quovis ad negotia; uti ante dialogum de oratore secundum discedit Scevola, cuius rei rationem reddit Attico 2) ipse auctor. Atque eiusmodi commutationes personarum et librorum in academicis quoque scribendis fecisse se narrat Cicero 3). Praeter librorum et temporis et personarum varietates, aliam quoque novitatem cogitavit facere Cicero in his libris monente Sallustio 4); nimirum ut, omissis antiquis illis personis, loqueretur ipse vel solus, vel cum personis aequalibus; sic enim et suam consularis hominis doctrinam dignitatemque commendari videbat, et ansam nanciscebatur de suorum temporum moribus disserendi, quod fieri non poterat si antiquiores personae dialogum facerent. Sed enim haec varietas mente semel concepta effectu caruit; maluit enim Cicero sua tempora vitare, ne quispiam offenderetur. Quare nec Varro in his dialogis includi potuit, quod a Tullio poscebat Atticus, nisi eum forte aliquo in prohoemio appellavit auctor, quod satis incertum est. Quinta in his libris scribendis mutatio fuit ratio prohoemiorum. Namque ad Atticum IV. 16. ait se in singulis libris uti prohoemiis. Itaque vel novem, vel saltem sex fieri debuerunt prohoemia. Sed enim cum deinde binos in singulis diebus concluserit libros, tribus tantum prohoemiis opus fuit, ante primum videlicet librum, ante tertium, et ante quintum, quia nonnisi abrupto dialogo locus est interponendi prohoemii. Itaque et tres libri de legibus, quoniam uno die recitantur, unico utuntur exordio. Sane in vaticanis de rep. membranis nihil est medium inter primum et alterum librum, ut necessaria ratio docet quaternionis XIIII, qui integer superest: praeter quam quod ibidem librum incipere sine prohoemio docet ille sollemnis in initiis defectus aliquot verborum. E tertii libri prohoemio supersunt in vaticano codice paginae octo, itemque fragmentum quoddam apud Augustinum. Quinti libri prohoemium memorat idem Augustinus, eiusque nobilem particulam recitat. Prohoemia librorum reliqua, siquidem scripta fuerunt, in eo volumine prohoemiorum, nunc deperdito, quaerenda sunt, quod Cicero sibi confecerat, et ex quo eligere solebat, quum aliquod σύγγραμμα instituisset 5): De-

1) Nod. Cic. III. 5.
2) Epist. lib. IV. 16.
3) Ad Att. XIII. 13. 16.
4) Lege ad Q. fr. III. 5.
5) Ad Att. XVI. 6.

mosthenem in hoc etiam imitatus, cuius multa prohoemia sunt; itemque Theophrastum et Demetrium phalereum 1); quorum postea exempla Fronto secutus est 2). Denique tantus fuit in politicis libris scribendis vel labor Ciceronis vel aestuatio, ut ipsemet de exitu dubitaverit 3), scripseritque ad fratrem 4) se, nisi opus e sententia succederet, deiecturum illud in mare quod scribens spectabat.

IV. Ciceronis de rep. opus homini aequali inscriptum fuisse, patet invicte e vaticanis reliquiis 5): *disputatio repetenda memoria est, quae mihi tibique quondam adulescentulo est a ·P· Rutilio Rufo Zmyrnae cum simul essemus compluris dies exposita*. Ante opus de rep. scriptum semel versatus est in Asia Cicero anno aetatis XXIX, cum eas provincias et valetudinis confirmandae et eruditionis causa peragravit 6); quin et Rutilium Smyrnae a se auditum loquentem confirmat idem Cicero 7). Age vero quisnam adulescentulus Ciceronis vel comes in illo itinere, vel certe simul Smyrnae versatus fingitur? Atticus in primis menti occurrit qui Ciceronem vidit eo tempore Athenis 8), quemque facile crediderim comitem se Ciceroni in Asiam eunti adiunxisse, praesertim cum Atticus ad eas transmarinas regiones idemtidem se conferret negotiorum et nominum causa quae ibidem habebat 9). Erat autem Atticus duobus tantum annis *maior* natu quam Cicero; Atticus enim anno aetatis septuagesimo septimo mortuus est Domitio et Sosio consulibus 10) anno urbis DCCXXII; Cicero annum agens LXIIII. occisus est anno urbis DCCXI; igitur is annus erat Attici sexagesimus sextus. Ergo cum Cicero audiebat Smyrnae Rutilium, Atticus annum agebat XXXI. Atqui hac aetate dici poterat Atticus adulescentulus: namque adulescentes dictos fuisse interdum qui vel quadraginta annos nati essent, satis exploratum est 11). Igitur nihil obstat quominus Cicero

Cuinam de rep. videatur

1) Laërt. V. 2. et 5.
2) Princip. hist.
3) Ad Att. IV. 16.
4) Lib. II. 14.
5) De rep. I. 8.
6) Brut. XCI.
7) Brut. XXII.
8) Cic. de fin. V. 1.
9) Ad Att. IV. 15. 17. 18. V. 13.
10) Nepos vit. Att. XXI. XXII.
11) Videsis Forcellinum voc. *adulescens*. Praeterea, ut cl. Moserus adnotat ad Cic. de rep. p. 67. Cicero *adulescentulum* se dixit anno aetatis XXVII (orator XXX); *adulescentem* autem anno consulatus sui, aetatis XLIV. (Philipp. II. 46.) Sed notabilis est hac super re Diodori locus in excerptis vaticanis p. 32. ubi pythagorii dicuntur divisisse humanam aetatem in tempora quatuor *παιδός*, *νέου*, *νεανίσκου*, *γέροντος*; quo loco vides vocabulum *νεάνισκος* *adulescens* poni pro virili aetate, qualis videlicet Ciceronis erat anno consulatus, quo se *adulescentem* nuncupabat. *Νέος* igitur est apud Italos *giovanetto*, *νεάνισκος* *giovanotto*. Populariter autem loquebatur Augustinus C.D. XXII. 15, cum aiebat,

in praedicto vaticani codicis loco videatur de Attico loqui: quod si verum est, sequitur ut eidem opus hoc politicum fuerit inscriptum. Sane universa prohoemii ratio ad personam Attici fortasse quadrat: Cicero enim totus in eo est, ut suae vitae institutum defendat adversus eos, a quibus reprehendebatur, quod homo doctus et litterarum omnium plenissimus in rep. administranda tempus terere maluisset, quam se quieti litterariae tradere. Atqui haec erat sollemnis et unica Attici in amicum Ciceronem criminatio, ut diserte comperimus 1). Accedit quod Atticus plurimis saepe laudibus libros de rep. ornavit 2), quod ut faceret non solum materia in causa fuit, verum etiam fortasse fama quae ad eum apud omnes posteros redundatura videbatur, si nomen Attici cum tanti operis gloria esset sociatum. Rursus pro Attico facit, quod ei inscribitur Laelius, cuius operis complures sunt cum hoc civili congruentiae. Infirmat vero sententiam severior illa in primi libri prohoemio disputatio auctoris adversus vituperatores instituti sui; in quibus quum fuerit Atticus, nonne inhumaniter fieret in eum invectio cui honos tribuendus est? Profecto Tullius in hoc prohoemio politico Epicurum refutavit qui a rep. abstinendum esse dixerat (conf. Lactant. inst. III. 17); Atticus autem epicureus erat 3). Denique si forte vera sunt (fabularum enim similia videntur) quae paulo inferius e Bullartii historia referemus, codex olim in Sarmatia observatus libros de rep. testatus est fuisse ad Atticum scriptos. Haec ego paulo prolixius disputavi, propterea quod gravis admodum dubitatio mihi esset oborta num politici libri. Quinto fratri fuerint inscripti. In multis autem quaestionibus fit, ut res verbosior haec fuerit, illa verior. Causa mihi dubitandi sunt illa verba Marci ad fratrem 4) loquentis de varianda temporum et personarum ratione in his dialogis: *ego autem id ipsum tum eram secutus, ne in nostra tempora incurrens, offenderem quempiam: nunc et id vitabo, et loquar ipse tecum; et tamen quae institueram ad te, si Romam venero, mittam.* Quid est enim *lo-*

iuventutem ex sententia doctorum circa triginta annos definiri. S. Ioh. Chrysostomus in prima oratione a se dicta (edit. Montf. T. I. post tract. de sacerd.) *μειράκισκον* semet appellat, quum tamen esset natus annos ferme XL. ut observat editor. Item apud Mabillonium de cultu SS. ignotorum edit. secund. p. 620. Victorinus iam maritus dicitur puer annorum XXXVII.

1) Ad Att. I. 17.

2) Ad Att. V. 12. VI. 1. 2. 3. VII. 2. 3.

3) Atticum fuisse epicureum patet ex Cic. de leg. I. 7, et ex tuscul. I. 6, facta comparatione cum Lactantii loco inst. VII. 7. Idem tamen Atticus, quamvis repub. gerenda abhorreret, nihilominus ad Att. IV. 6. dicitur naturâ πολιτικός.

4) Epist. lib. III. 5

quae tecum, nisi vel in prohoemio vel in dialogo cum Quinto loqui; vel certe, omissa dialogi forma, librum ad aliquem ita perscribere, ut ad eum sit perpetua allocutio, qualis est Ciceronis ad Brutum orator? Nam coram certe non poterat, quia tempore illo Quintus versabatur in Britannia cum ·C· Caesare. Atqui in dialogo, quem nunc cognoscimus, non est Quintum allocutus; ergo in prohoemio: nisi forte id quidem facere cogitavit Cicero, sed deinde sententiam mutavit. Tum et locutio *quae institueram ad te mittam*, hoc quidem loco videtur intelligenda de volumine in Britanniam ad Quintum transmittendo; ceterum *alicui mittere librum* significat interdum apud Latinos quod graece προσφωνεῖσθαι, ut Varr. LL. IV. 1, et digest XXVII. 1. 1: sicuti apud Lactantium inst. VII. 4, et de op. D. I. idem sonat *librum scribere ad aliquem*. Superest videndum num Quintus adulescentulus cum Marco Smyrnae fuerit (quamquam etsi forte non fuit, fingi tamen potuit). Comitem fuisse Marco Quintum in illo itinere iuvenili, saltem Athenas usque, patet omnino e prohoemio libri extremi de finibus, ubi Marcus narrat, se quodam die postquam Athenis audivisset Antiochum (quem sex menses audivisse illa in urbe dum peregrinaretur confirmat Cicero Brut. XCI.) dialogum instituisse cum ·Q· fratre, ·T· Pomponio, Lucio Cicerone patruele, et ·M· Pisone. Quid ni igitur Quintum in Asiam quoque comitatum esse fratri arbitremur? Illud etiam in memoriam revocemus, Marcum libros oratorios, quos anno ante politicos scripsit, ·Q· fratri misisse quae res utri faveat sententiae, non definio: esset enim pietatis maximae indicium, binum opus tantique pretii ad fratrem misisse; et tamen Atticum summo amore devinctum non saltem secundo munere adfecisse, vix credibile videtur. Denique levis mihi et vix probabilis suspicio incidit, libros Tullii politicos neque Attico neque Quinto, sed Varroni fuisse inscriptos, qui fuit decennio maior Tullio 1). Namque in mentem venisse Ciceroni Varronem appellandi prohoemio aliquo librorum de rep., testis ipse est 2): *Varro, de quo ad me scribis, includetur in aliquem locum, si modo erit locus. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor prohoemiis, aliquid efficere ut non sine causa istum appellarem*. Sed enim consideratis Tullii epistulis ad Varronem, facile existimes nullum huic ab illo ante academicos inscriptum fuisse librum. Denique eiusdem Tullii ad Atticum verba 3), quae deinde in testimoniis a me proferentur, rem adhuc vehementius negant.

1) Hieronym. chron.

2) Ad Att. IV. 16.

3) Ad Att. XIII. 18. Confer etiam XIII. 16.

Quinam opus de rep. memoraverint usque ad Christi saeculum VII.

V. Quanta olim admiratione excepti sint Ciceronis de rep. libri pronum creditu est, si auctoris famam, si argumenti praestantiam, si stili splendorem cogites. Cicero quidem ipse ait, ut supra docui, eos fuisse ab Attico lectos ac devoratos probatosque valde ac dilaudatos. Caelius item Ciceroni nunciabat, libros eius politicos omnibus vigere 1). Iam consecutis temporibus sine dubio in omnium manibus fuerunt, quod apparet ex eorum multitudine qui de illis loquuntur. Svetonius quidem eos peculiari opere collaudavit et contra Didymum tuitus est 2): tum lecti sunt seu citantur hi libri a Seneca, Plinio seniore, Frontone, Gellio, Macrobio, Eulogio, Servio, Philargyrio, Iuvenalis scholiaste, Lampridio, Nonio, Charisio, Diomede, Victorino, Ambrosio, Valerio Maximo, Ianuario Nepotiano, Hieronymo, Nectario, Boëthio, Isidoro, Prisciano, praesertim vero a Lactantio atque ab Augustino, quorum uterque multos ac splendidissimos locos mutuatus est: immo, ut opinor, e tulliani operis titulo ortum est Augustino consilium scribendi operis inter sua praeclarissimi de civitate Dei. Quin Livius politicos Tullii libros legerit, dubitari vix potest 3). Suspicari licet etiam de Virgilio, Tacito, Dione Cassio, Arnobio, Ammiano, Rutilio, Apuleio, Cypriano, Tertulliano, Aurelio Victore, Ampelio, et de etymologo quodam vaticano 4). Utrum veteres grammatici ad hoc opus tullianum commentati sint nescimus; nisi forte id fecit Victorinus, quam rem sibi prope persuaserunt A. Schottus 5) atque Patricius 6): uterque autem nititur auctoritate divi Hieronymi 7) qui commentarios Victorini memorat ad dialogos Ciceronis, quo nomine hi libri civiles intelliguntur ob eorum praecipuam dignitatem 8). Ne Graecis quidem id opus ignotum fuit; quamquam hi plerumque suis contenti et elati, latina scripta valde negligerent: sane et politicis libris Graeci ita abundarunt, ut Ciceronis opus ab iis consuli necesse vix fuerit; quum contra Cicero Graecorum fontibus suos omnes hortulos irrigaverit. Adversus Ciceronis politiam calamum strinxit Didymus chalcenterus; ille augusteo aevo innumerabilium scriptorum parens, quem mox retudit patrocinio arrepto Svetonius, ut nos Ammianus Suidasque docent 9): neque illud mirum fuit, quandoquidem et Pla-

1) Ad. fam. VIII. 1.

2) Vide testimonia.

3) De rep. lib. II. p. 85. n. 2.

4) In not. de rep. I. 4. 14. 17. 24. 25. 28. 32. 36. 43. II. 5. 18. 20. 22. III. 24, et coniectur. de fragm. lib. IV; et schol. lib V. 2. 10.

5) Nod. Cic. III. 5.

6) Praef. ad fragm. de rep.

7) Contra Ruf. I. 16.

8) Vide coniecturas de fragmentis libri IV. de rep.

9) Vide testimonia.

tonis politia criminatores graecos nacta est, quos inter Zenonem, Aristotelem, atque Athenaeum 1). Aristides item Quintilianus politiam Ciceronis novit 2). In vaticano autem palimpsesto quodam latebat graecus auctor politicus, sive potius fragmenta eiusdem, quae a me nuper in collectionis vaticanae volumine secundo edita fuerunt. Is auctor neque antiquissimus est, neque valde recens: scriptura quidem codicis sapit saeculum decimum. Quamquam vero de ipsius auctoris aetate nihil certum decernere licet, tamen ille politicus, cuius Photius cod. XXXVII. notitiam nobis exhibet, adeo congruit cum vaticano, ut plane idem homo esse videatur, iustinianei scilicet aevi scriptor, et fortasse ille Petrus Protector politica doctrina clarissimus. Is igitur vaticanus anonymus libros aliquot conscripsit περὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης; libro autem qui est de arte regnandi (sicuti quintus Ciceronis de reip. rectore) praeponit summarium in complura capita tributum, quorum in uno comparatio fit politiae platonicae cum tulliana; quodque magis interest, praefertur Platoni Cicero. Merito igitur litteratissimus gallus, et de rep. Ciceronis optime meritus, Bernardus praef. nov. ed. p. XI. suspicatus est, graecum illum Photii anonymum ad imitandam Ciceronis politiam studium suum contulisse: nunc autem commode accidit, ut reliquias utriusque operis vaticanorum codicum beneficio vulgare licuerit.

VI. Post Isidorum, id est post christiani aevi saeculum septimum, haud scio an quisquam tullianum de rep. opus commemoraverit ante Gebertum gallum, qui saeculo decimo e monacho floriacensi abbas bobiensis, deinde Rhemorum tum Ravennae archiepiscopus, et denique romanus pontifex creatus est. Is epistula LXXXVII. Constantinum scholasticum ad se accersens, ait: *comitentur iter tuum tulliana opuscula et de republica et in Verrem, et quae pro defensione multorum plurima romanae eloquentiae parens conscripsit.* Ergo illo adhuc tempore politici libri superesse credebantur, quandoquidem Gerbertus sine ulla dubitatione eos ad se deferri iubet. Iamvero quoniam codex de rep. vaticanus e bobiensi s. Columbani coenobio Romam, ut mox dicemus, advectus est (cui coenobio praefuit abbas Gerbertus et libros plurimos undique conquisivit 3)) haud iniuria credendum videretur, hunc ipsum codicem adlatum esse Bobium ad Gerbertum a Constantino; ibique consecutis temporibus rescriptum fuisse a monachis; denique multa

Quinam memo-raverint a saec. VII. ad XII.

1) Plutarch. de stoic. repugn. edit. Reisk. T. X. p. 282. Aristot. reipub. II. Athen. XI. 15.

2) De rep. IV. in fin.

3) Gerb. ep. CXXX.

post saecula Romam et in vaticanam bibliothecam translatum, a me denique nunc esse lectum. Verum ei coniecturae duo maxime obstant. Primo enim praedictas litteras non Bobii scripsit Gerbertus, sed Rhemis, cum ibi esset Adalberoni archiepiscopo ab epistulis anno DCCCCLXXXVII 1): itaque ait expectare se Constantinum ad XVI. kal. septembris, quae dies praefiniri poterat venienti de floriacensi ad Ligerim monasterio Rhemos; non item venienti e transalpina Gallia Bobium in Italiam. Igitur Constantinus codicem de rep. non Bobium, sed Rhemos detulit, si tamen detulit. Praeterea vaticanus codex ante aetatem Gerberti videtur Bobii non solum extitisse, verum etiam ibidem fuisse rescriptus: namque Augustini superimposita Ciceroni scriptura (de qua mox loquar) videtur antiquior saeculo decimo. Ergo non audeo definire utrum vaticanus hic codex Gerberto aliquid debeat necne. Saeculo XII. Iohannes saresberiensis Ciceronis de rep. locos citavisse videtur, quos in nostra editione et in praepositis testimoniis videre est. Et quidem locus de poëtis 2) (siquidem pertinet ad libros de rep. ut putavit Sigonius, utque suadere videtur Augustinus ep. XCI, et non potius ad tuscul. III. 2. ut ego autumo) longior multo est apud Saresberiensem quam apud Augustinum: quamquam ea potius interpolatio quaedam credenda est. Alterius loci 3) etsi initium sumi poterat e Macrobio 4), tamen sequentia videntur sumpta ex ipsius Ciceronis lectione, quoniam Macrobius in alia abit. Nihilominus utrum manibus ipsum Ciceronis opus triverit Saresberiensis, haud liquido constat 5). Ceteroqui mirum non esset haud caruisse his libris politicis Saresberiensim saeculo XII; si certe hi vix ducentos ante annos ad Gerbertum deferebantur. Sane Lipsius aiebat 6) se in Ioh. Saresberiensis centone multos pannos purpurae agnoscere et fragmenta aevi melioris. Eodem saeculo Petrus blesensis indicium aliquod edidit, se legisse libros de rep. 7). Itemque aequalis eius Petrus pictaviensis locum ex

1) Vide rer. gallic. et francic. scriptores, itemque eorum indicem chronologicum T. X. pag. 392-393.

2) De rep. IV. 9.

3) Policr. VI. 21. Vide testimonia.

4) Ad somn. I. 1. Locus item Macrobii, in quo sermo fit de Frontone, profertur integrior a Saresberiensi, quam est in editionibus Macrobii. Vide in Frontonis editione testimonia de ipso.

5) Videsis disputata a nobis ad IV. 9. de rep.

6) Ad Tacit. annal. XII. 63.

7) Ep. LXXXV. Confer de rep. III. 22. p. 166. n. 1. Petrus certe somnium legebat; nam ep. LXV. visionem Africani memorat. Tum epistula LXVII. tota est de administranda repub.; epistula vero LXXI. tota de iure. In aliis quoque epp. multam Petrus doctrinam auctorumque veterum lectionem prae se fert.

iisdem libris profert 1) : quod ipsum animadversum Barthio puto, a quo diserte dicitur 2) Petrus pictaviensis habuisse Ciceronis de rep. libros integros.

VII. Recentiora tempora ingressis duo nobis occurrunt graeci homines Planudes et Gaza, quorum alter saeculo XIV, alter sequente, somnium Scipionis in graecam linguam converterunt. Cave tamen credas graecos hos interpretes habuisse codicem de rep. integrum. Scipionis quippe somnium a politico corpore avulsum passim occurrit in codicum apothecis, praeter quam quod in Macrobii quoque exemplaribus extat. Adfirmare igitur licet, post duodecimum certe saeculum famam tantummodo incertam et levem de politicorum librorum incolumitate seu spe mansisse. - Ciceronis de rep. nominatim libros cum aliis eiusdem operibus iussu praesertim Clementis VI. papae litteratissimi 3), a Francisco Petrarcha fuisse diu, acriter, magnis impensis curisque vestigatos, testem ipsum habemus virum incomparabilem prolixa epistula sen. XV. 1, quae tota est de Ciceronis libris 4). Sed tamen in cassum politicorum librorum fuisse vestigationem, seque de iis demum desperavisse confirmat idem et in praedicta epistula et in secunda ad viros illustres. Fortunatus alioquin homo in inveniendis Ciceronis scriptis, et aerumnosus in *amittendis*! namque is reperit Tullii epistulas ad diversos, idemque amisit libros de gloria. Illud miror, ab infinitae memoriae viro I. A. Fabricio fuisse in Varrone praetermissum, quod nempe Petrarcha Varronis libros divinarum et humanarum rerum puer legerit, quam rem ipse Petrarcha non sine dulci animi sensu memorat epistula quinta ad viros illustres; maerens pariter quod illud volumen sibi iam ad manus non esset. Tantum opus, quingentis abhinc annis a Petrarcha lectum, si cui demum mortali se visendum constituet, is merito hecatomben fortunae immolabit. Rei tamen dubito utrum arrogem an derogem fidem: licet enim suspicari lapsum esse memoria senem Petrarcham, ita ut puer legerit de lingua potius latina libros (cuius operis codex omnium parens et antiquissimus iam tum Florentiae extabat). Sic enim in his loquitur haud semel Varro 5), ut prius de iis quae ad deos, deinde quae ad homines,

Spes inveniendi operis de rep. usque ad saeculum XVII.

1) In epistula ad calumniatorem biblioth. lugd. PP. t. XXII. p. 824. Confer de rep. V. 8.

2) Adversar. XXXII. 5. 8.

3) Sic eum appellat ipse Petrarcha ep. fam. VIII. 6, qui saepe se ante eiusdem Pontificis maximi pedes fuisse dicit rer. memor. II. 1. fin.

4) De Ciceronis scriptis a Petrarcha, iubente Pontifice, quaesitis legesis etiam ep. fam. VII. 4, et ad vir. ill. 1. et 2.

5) LL. IV. 10. 11. V. 3.

dicturum se esse spondeat. Divinarum autem et humanarum rerum varronianos libros ex Augustino potius innotuisse Petrarchae putem. Interim alia quoque calamitas Varronis librorum est, quod Hieronymi epistula XXXIII, in qua syllabus eorum perscribebatur, mutila est, quam utinam codex aliquis expleat! Sed in viam redeamus: Pogii quoque (qui tot veterum scripta invenit) aetate quaesitum esse Ciceronis de rep. opus satis declarat Leonardus aretinus qui Pogio anno MCCCCXVI. gratulans de reperto Quintiliano, ait: *quem ego post Ciceronis de rep. libros plurimum e latinis desideratum et prae cunctis deploratum affirmare ausim* 1). Qui autem politicos Tullii libros eo tempore vestigavit, ipse in primis Pogius fuit, hortante ad id inter alios Fr. Barbaro ep. I. p. 7. Pogius ipse ad amicum scribens 2) de Nicolai treverensis bibliotheca codicum veterum sic hunc facit loquentem: *de rep. dicit se deceptum, et illum librum fuisse Macrobium super somnio Scipionis* 3); *sed tamen se non desperare quin reperiatur: ait enim quendam doctum virum dixisse sibi, ubinam esset, et se quam primum eo profecturum.* Rursus idem Pogius alia epistula 4): *quantum Nicolao treverensi credendum sit, iudicabo quum in lucem venerint quae retulit de rep. Ciceronis.* Porro quum cardinalis Bessario ob inquirendum Ciceronis de rep. opus plus mille aureorum insumpsisse tradatur 5) quumque Pogius in Bessarionis clientela fuerit 6), opinari licet Bessarionem usum esse vestigatore Pogio tot iam veterum voluminum felicissimo inventore. - Io. Lelandus, qui commentarios de scriptoribus britannicis edidit, ex incerta fama refert 7) Ciceronis codicem de rep. exeunte saeculo XV. fuisse inter libros Gulielmi Tillaei in Anglia, sed ibidem incendio deinde absumptum. - Io. Sturmius anno MDLII. epistula ad Rogerium Aschamum p. 534. ait: *sed ecce Aschame, quidam in hac vicinia* (urbis Argentorati) *mihi promisit libros Ciceronis de rep. Sexies misi ad eum: si adferantur, nae quid poterit esse beatius? senatoriam prae me gravitatem feram ex antiqua disciplina, si obtinebo. Sed ut nunc homines sunt, valde metuo ne sit nihil: sed si verum sit: mittam etiam tibi* etc. *quam vercor ne sit nihil! verumtamen in epistula quam ad me scripsit*

1) Ep. IV. 5.

2) Ep. XXVI. p. 79. apud Mehusium praef. ad Ambr. cam. p. 41.

3) Idem propemodum error accidit Mabillonio mus. ital. T I. p. 79.

4) Inter epistulas Ambr. cam. lib. XXV. 42.

5) Fabric. bibl. lat. in Cic. Nihil tamen ait hac de re Bandinius in vita Bessarionis; quare licet suspicari confusum cum Polo (de quo mox) Bessarionem.

6) Bandin. vit. Bessar. p. 21.

7) Tom. II. cap. DXC. p. 483.

attingit loca quaedam et eorum argumenta, quae non puto esse de nihilo. Utinam vero distincte memorasset Sturmius ea loca et ea argumenta! nunc enim vaticanus codex fortasse doceret, verus ne fuisset ille rumor necne. - Iam post elapsum triennium haec ipsi Sturmio scribebat ex Anglia Aschamus p. 99: *quaerebat a me* (card. Polus) *an quicquam ego unquam vidi de libris Ciceronis de rep. Aiebat se semel ·MM· aureorum consumpsisse mittendo certo quodam homine in Poloniam, qui eos libros perquireret, quorum illic inveniendorum spem quidam ei fecerat. Ego statim narravi quid tu ad me olim de illis libris: et rogavit ut ad te scriberem, ut sciremus, ecquid ne certi de illis libris.* - Andreas Patricius polonus, praef. ad fragm. de rep. 1) sic loquitur: *haec cum scriberem, ac eorum de rep. librorum iacturam tacitus mecum meditarer, narravit mihi patronus et amicus summus meus* (videtur Philippus Padnevius episcopus cracoviensis) *se ex Alb. Crissio, homine, dum viveret, perurbano et pereruditо, audivisse, primos ex iis libros quattuor ab eo in legatione anglicana, anno Chr.* MDLVII. *in quodam monasterio visos esse: quos cum ita ibi tum reliquisset, ut eos in reditu vellet secum asportare, ex legatione rediens nullos reperit. Dicebantur autem furto inde praerepti fuisse.* - Revera Petrus Ramus, cuius item in Ciceronem nobilitatae curae sunt, quique paulo post in barptolemitica caede periit, sic ait praef. ad Scipionis somnium: *sex libri de rep. sive perierint, sive sub signo claustrisque, quod audio, a certis hominibus in rep. nimium religiosis tamquam sibyllini libri retineantur.*—Ludovicus quoque Vivesius in scholiis ad Augustinum de C. D. II. 9. de his politicis Tullii libris sic ait: *audio apud quosdam tamquam aurea mala adservari.* -- Porro de politicis Tullii libris per Sarmatiam quaesitis, mira sunt quae in Ioh. Zamoscii vita narrat Bullartius, nempe nobiles quosdam polonos post annum MDLXXVI. ab obsidione Plescoviae urbis digressos perrexisse in interiores regiones, ibique cum aliis priscarum litterarum monumentis invenisse *les livres de Ciceron de la republique, adressez a Atticus, escrits en lettres d'or.* Bullartii hunc locum vel non vidit vel contempsit Walchius, qui in libello de dedicationibus librorum veterum latinorum ne verbum quidem facit de politicis Tullii libris.—Beatus Rhenanus in comm. ad praefationem hist. Plinii sic ait: *sed spero hunc locum, tametsi nihil obscuri habet post nostram restitutionem, aliquando tamen clariorem*

1) Ed. 2. venet. an. MDLXV.

futurum, nobilissimo illo Ciceronis opere de republica in lucem edito: cuius rei tu mihi spem fecisti, inclyte Lasce, qui hos a te libros in regia apud Polonos bibliotheca visos putas 1).—Caspar Barthius saeculo XVII. haec scribit 2): *incidit nunc memoriae vidisse virum cordatum et doctum documentum, quo probari possit ante paucos annos eos libros* (de rep.) *in Germania etiam superfuisse. Prope urbem Brunswicium, inquit Io. Henr. Meibomius, in Saxonia monasterium est Rittershusium nomine, in eo fuit librorum quondam non incelebris copia. Supersunt tituli capsulis adfixi, qui in quoque forulo codices fuerint positi: inter ceteros, titulus inibi restat glutino adfixus, in ea capsa fuisse Ciceronem de republica. Infortunatos vero et immemorabiles lixas dicam an milites an alios quospiam ingratis diis editos homines, qui eo thesauro litteratum orbem interverterunt, quorum tam dirum facinus nulla reparare saeculorum poterit successio! Sed dolorem eum alibi testabimur.* -Idem Barthius oculatus testis Daumio narrasse dicitur 3), ante bellum tricennale extitisse in bibliotheca fuldensi in aliquot voluminibus membranaceis libros de rep. Ciceronis, quos militum petulantia discerpserit equisque substraverit, id quod lacuna capacissima et tituli librorum loculamentis inscripti post illam vastationem bellicam probaverint. Atque hi, et siqui fuerunt alii, de hac re rumores, mihi videntur eorum similes, qui de Ulphilae gothicorum bibliorum, praeter illud svecum, novo volumine multis locis ac temporibus viso, nequicquam atque ut reor temere disseminati sunt; et quos ego ipse recensui, cum Ulphilae partes incognitas Mediolani denique a me inventas nunciavi, earumque specimen cum meo socio litteratissimo edidi.

Quandonam pa-mpsestus de ep. in vatica-am bibliothe-am venerit.

VIII. Enarratis circa spem reperiundi tulliani de rep. operis vanis rumoribus, sequitur ut de nostro invento dicendum esse videatur. Is est codex vaticanus VMDCCLVII membraneus in fol., posteriore scriptura Augustini commentarium seu varios tractatus in psalmos continens, priore autem librorum Tullii politicorum reliquias: quem codicem in oppido Ligurum Bobio extitisse olim, docet eius inscriptio *liber s. Columbani de Bobio;* quae verba vetere admo-

1) Rhenani haec verba indicavit nobis vir doctissimus Iacobus de comitibus Leopardis in sua romanae editionis librorum de rep. recensione. Verumtamen monstra et gerras narravisse Lascum Rhenano, non dubito.

2) Adversar. XXXII. 18.

3) Apud Feustellium in miscellaneis cap. XLIII. p. 47. Sed Barthium haec dixisse, minime credendum est. In catalogo enim bibliothecae fuldensis (qualis ea erat ante illud bellum) non ita pridem in Germania impresso nulla mentio fit codicis de rep. Ego quoque in Spi-

dum manu exarata sunt in cunctis fere bobiensibus codicibus, quorum pars maxima in biblioteca ambrosiana Mediolani nunc est, pars alia ingens in regia taurinensi bibliotheca: multo vero minor numerus in vaticanis pluteis servatur: aliquot denique bobienses codices, et quidem palimpsesti, Neapoli sunt, Vindobonae, et Guelpherbythi; quam rem partim inspectione mea, partim certissimis testimoniis compertam habeo. Praedicta vaticani codicis inscriptio videtur saeculi fere decimi, quo nimirum tempore confectus creditur ille bobiensis bibliothecae catalogus, quem Muratorius vulgavit 1). Primus bobienses aliquot codices Romam saeculo XV detulit Thomas Phaedrus, quam rem narrat aequalis eius Raphaël voleterranus 2). Quia vero Phaedrus vaticanae bibliothecae praeses fuit et pontificiarum epistularum scriptor, pronum creditu videbatur, idque sibi docti aliquot persuaserunt, bobienses illos codices in vaticanis pluteis ab eo fuisse collocatos. Verumtamen vel secus accidit, vel ii codices cum reliqua bibliotheca per cladem urbis borbonicam sub Clemente VII. direpti corruptive fuerunt. Ii certe bibliothecam Sixti V. vaticanam numquam ingressi videntur; quod si accidisset, primas facile sedes occuparent, vel certe in antiquiores syllabos fuissent relati, quod neutrum esse video. Immo ausim adfirmare, nullum plane e bobiensibus mss. libris, quos Volaterranus a Phaedro Romam delatos ait, in vaticana bibliotheca post Clementem certe VII. extitisse. Sed Paulo demum V. pontifice, anno MDCXVIII, a bobiensibus monachis ad vaticanam locupletandam bibliothecam missus est codicum certus numerus; cuius donationis rationem omnem accuratius cognoscimus postquam vir cl. Amedeus Peyronius 3) Pauli pontificis epistulam ad bobienses monachos, missorumque ab his codicum syllabum evulgavit. Atque hi mss. libri a Paulo excepti, mox ab eius successore Gregorio XV., cuius nunc stemmate ornantur, squalorem bobiensem cum tegumento elegante commutare iussi sunt. Iamvero in praedicto syllabo haud occurrunt s. Augustini commentarii vel sermones in psalmos, sub quo tamen opere latet thesaurus tullianus de rep.: appellatur autem praedictus Augustini codex in reliquo bibliothecae bobiensis catalogo p. 3. num. 10. Quare quum Paulus pontifex in suis litteris et gratias agat ob missos codices, et alios, si fieri possit, ad se mitti postulet; sequitur ut hunc pretiosissi-

collegii rom. T. V. pag. 212. fuldensium codicum catalogum priscum edidi, in quo tamen nulla Ciceronis de rep. mentio fit.

1) Antiq. ital. med. aevi T. III. p. 818. dissert. XLIII.

2) Geogr. lib. IV. sub finem.

3) Comm. bibl. bob. p. XXIV. sqq.

mum codicem paulo post Romam submissum arbitremur. Codices bobienses aliquot in vaticana bibliotheca tractavit vir cl. Faustinus Arevalus S. I, eosque in suis prolegomenis isidorianis cap. XCVIII. descripsit: in his tamen palimpsestos duos, nempe de rep. et Frontonem videre non potuit, quia materia his superposita non est Isidorus, cuius unice auctoris ille codices conquirebat. Quod autem Arevalus unum ex illis isidorianis rescriptum esse sensit, prioremque scripturam ad sacras litteras pertinere suspicatus est; recte id habet; latet enim in eo bibliorum latinorum pars; praetereaque, quod ille non memorat, folium unicum graecum litteris magnis quadratis, ubi de pomis sermo fit; quod esse Galeni fragmentum ex opere de alimentorum facultatibus, alibi iam demonstravi 1). Atque hoc loco rem eruditis, ut spero, iucundam non reticebo; nempe quod codicem illum guelpherbytanum, ex quo cl. Knittelius fragmenta Ulphilae gothica eruit, e numero esse bobiensium docuit me per litteras vir ill. Niebuhrius: cuius dicto confirmationis per se non indigo, mire suffragatur codex hic vaticanus bobiensis, cuius galenianum fragmentum pars est maioris numeri membranarum, quae idem opus in guelpherbytano palimpsesto complectuntur, uti cognosco e Knittelii commentario p. 253. Galenianae scripturae specimen egomet excudi, cuius formam cum guelpherbytana congruere, non dubito; quamquam id meis oculis non queo cernere, quia knittelianum exemplar meum caret, nescio quo casu, characterum speciminibus. Sed de re tamen nullus dubito; nam et laterculorum duorum similis ratio est, et in versibus par ferme litterarum numerus, et par omnino versuum in singulis paginis numerus, nempe 18. in libro iudicum, 24. in Iobi minoris formae fragmentis, et reliquum Knittelii de suis membranis iudicium cum meo de vaticanis congruit: praeterquam quod, latent ibi quoque libri latini iudicum atque Iobi, quorum item partes sunt in romano. Utriusque vero codicis posterior scriptura Isidori originum partem continet. Haec obiter de bobiensium codicum fatis. Nunc ad Ciceronis codicem de rep. redeundum est.

Augustini opus a palimpsesto at.

IX. Augustini commentarius in bobiensi, nunc vaticano, codice scriptus a psalmo CXVIIII 2) ad CXL pertinet. Quaternionum augustinianorum notae leguntur a prima usque ad secundam supra vigesimam, ita tamen ut II. VII. XVI quaterniones desiderentur: quin et quaternio XXII bibliopegi incuria ante vigesimum compactus est:

1) Iuris civil. fragm. vat. append. III.

2) Levi mendo in Peyronii libro p. 3. scribitur XVIIII, omissa centesimi numeri nota.

folia insuper aliquot hac illac exciderunt, quo fit ut tot membranae supersint, quot omnino ad quaterniones XVIIII efficiendos necessariae sunt. Igitur paginae XVI ductae in quaterniones XVIIII fiunt CCCIV. Codicis tamen primum sine pare folium, quod recentior manus supplevit, non est rescriptum: ergo vetustae paginae CCCII sunt, rescriptae omnes, atque ad Tullii codicem de rep. pertinentes. Augustini scripturam in excuso specimine cognoscent eruditi, quae mihi quidem ante saeculum decimum exarata videtur. Id quoque memorandum est, quod nempe in codicis marginibus tironianae notae passim apparent, quas ego certe, considerato atramenti genere aliisque indiciis, ad Augustini potius scripturam quam ad Tullii referri puto: quum praesertim sicubi augustiniana scriptura ultra limites tullianae procedit, ibi quoque tironianarum notarum comitatu non careat. Haec omnia codicis aenigmata eius plane generis sunt, quod docti Maurini et saepe occurrere et esse adhuc inexplicatum aiunt 1): *combien de mss. où des notes tironiennes en marge nous anoncent peutêtre des secrets que persone ne tente d'aprofondir!* Nunc tamen, post Carpentarii aliorumque vetustiorum conatus, tironianas notas plurimas amplo laboriosoque opere collegit explicavitque vir cl. Koppius: quare et has vaticani codicis notas aliquando interpretari fortasse licebit. Augustini codex initio quidem integer est, uti quaternionum series demonstrat; laborat in medio, ut dixi; tum in fine partem sui tertiam amisit: auctor enim opus ad psalmum usque CL produxit; scriptura vero codicis citra psalmum CXLI, et quidem in folio lacero, desinit. Ergo quot folia Augustini, totidem Ciceronis amisimus. Alia tamen pars membranarum de rep. sine dubio maior vel rescribendo reliquo Augustini operi, vel aliis usibus adhibita fuit: uno certe volumine neque Tullii neque ipsius Augustini opus concludi potuit. Sane Augustini commentarium ad psalmos in duobus praeterea vidi codicibus antiquissimis, nempe in vaticano saeculi ferme septimi, et in vallicelliano saeculi sexti: quorum aspectus etsi primum me delectavit, atque in spem quandam erexit; mox tamen quia deprehendi non esse palimpsestos, nulli eos mihi usui fore cognovi.

Ciceronis sub Augustino scriptum.

X. Sed misso iam Augustino, ad tullianum quod sub eo latet scriptum veniendum est. Quum ego multos veteres palimpsestos iam viderim, tum prope in nullum spatiosis aeque litteris exaratum me incidere memini. Trecentae duaeque, ut dixi, paginae sunt: singulae vero binis intercolumniis constant: quae rursus latercula singula con-

1) Nouveau traité dipl. T. III. cap. X. p. 562.

plectuntur versus quindecim, ita ut in omni pagina triginta sint versus; in singulis vero versibus litterae circiter decem. Quoniam igitur litterae praegrandes sunt, sequitur ut materiae copia volumine suo minor esse deprehendatur. Quam ob rem licet graviter expostulare cum livore fortunae, quae tantam operis partem nos adhuc celat. Tituli librorum toto ferme codice apparent usque ad quintum. Sextus liber universus a codice exulat. Sed enim tertii libri, etsi reliquiae sunt praeclarae et certissimae, titulum tamen semel video. Paginam 156 totam occupat titulus spatiosissime scriptus DE RE PUBLICA INC. LIB. II. In decimae paginae secundo laterculo scribitur ·M· TULLI CICER. DE REP. LIBER II. EXP. INC. LIB. III. Ex quo cognoscimus Ciceronis nomen singulis libris fuisse subiectum. Interdum titulos superiore in margine frustra quaeras, sive oblivione librarii, sive rescribentis ablutione, seu vetustatis iniuria. Quater etiam accidit 1) ut libri nota numeralis in mendo cubet, nempe I. pro II, quem errorem nexus materiae certissimus obiurgat. Folia codicis integra sunt, praeter unum angulo multatum, alterumque diffissum seu dimidia parte imminutum. Paginae pleraeque lectu facillimae; paucae vero satis obscuratae sunt; ita tamen ut toto in codice paucos oppido versus difficultas legendi mihi eripuerit.

psesti per-o, lacu-t restitu-

XI. Praeter obscuritatem, quam dixi in hoc codice minimam, duo sunt palimpsestorum incommoda, perturbatio atque imperfectio: utrumqe autem huic codici non mediocriter accidit. Atque ut de priore primum loquar; folia quidem (quae quatuor exceptis, omnia sunt paria) solita confusione permixta sunt, quam rem notae codicis numerales, quas in mea editione servavi, apprime demonstrant. Iam ordini restituendo valde favent quaternionum notae superstites. Quas ut heic enumerem; primi quidem quaternionis et secundi nullum folium superesse video. Tertii quaternionis desideratur primum folium sive extimum, in cuius nimirum calce nota quaternionis scribi solet. A quarto incipiunt notae IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII. Exin usque ad tertium decimum quaternionem inceptum sunt folia paria interiecta octo absque notis; nempe ut coniecturaliter iudico, decimi secundum et quartum; undecimi secundum, tertium, et quartum; duodecimi item secundum, tertium, et quartum. Sequuntur notae XIII. XIIII. XV. XVI. XVII. XVIII. XVIIII. XX. Quaternio XXI. totus excidit. Pergunt notae XXII. XXIII. Exin usque ad inceptum quaternionem XXVIII, sunt folia paria interiecta tria absque notis; quorum unum puto esse secundum aut tertium quaternionis XXIIII,

1) Cod. pp. 167. 239. 287. 289.

vel xxv; alterum, secundum item aut tertium quaternionis xxvi; extremum denique, videtur habere quartam sedem in quaternione xxvii. Sequuntur notae xxϛii et xxϛiii. Deinde immanis hiatus est usque ad initium quaternionis xl; quo tamen in gurgite duo manent absque notis paria folia incertorum quaternionum. Denique sequuntur notae xl et xli. Posthinc duplex tantum par foliorum in codice superest, et praeterea folium impar: par primum pertinet ad quartum librum, reliqua folia quinti libri sunt. En autem quaternionum tabulam, unde ratio redintegrandi ordinis, quam sum secutus, constabit. Quaterniones ii, quorum nota deest minore cruce designantur: ubi nulli sunt, asterisco utor: folia vero quaedam ab eo qui codicem rescripsit inversa fuerint, cum ipse numerorum praeposterus ordo declarat, tum etiam maiore asterisco demonstro. Denique signum—foliorum parium nexum indicat: puncta autem, foliorum defectum.

*	*	*	*	
†	III.			
	pag. 63.	64—73.	74	
	77.	78—91.	92	
	123.	124—125.	126	
IIII.	259.	260—273.	274	
	49.	50—55.	56	
*	89.	90—79.	80	
	83.	84—85.	86	
V.	97.	98—103.	104	
	33.	34—43.	44	
	263.	264—269.	270	
*	209.	210—197.	198	
VI.	65.	66—71.	72	
	. . . .			
	. . . . 59.		60	
	. . . .			
VII.	279.	280—285.	286	
	. . . .			
	121.	122—127.	128	
	139.	140—141.	142	
VIII.	181.	182—195.	196	
	213.	214—223.	224	
	215.	216—221.	222	
	. . . . 293.		294	
VIIII.	61.	62—75.	76	
	. . . .			
	211.	212—225.	226	
	95.	96—105.	106	
†	X.			
	51.	52—53.	54	
	. . . .			
*	175.	176—169.	170	
†	XI.			
	179.	180—165.	166	
	117.	118—131.	132	
	233.	234—235.	236	
†	XII.			
	99.	100—101.	102	
	153.	154—159.	160	
	265.	266—267.	268	
XIII.	149.	150—163.	164	
*	147.	148—133.	134	
	243.	244—257.	258	
	151.	152—161.	162	
XIIII. *	177.	178—167.	168	
	155.	156—157.	158	
	275.	276—287.	288	
XV.	227.	228—241.	242	
	229.	230—239.	240	

	231. 232—237. 238		. . . .
	261. 262—271. 272	† XXVI.	. . . .
XVI. ⊛	301. 302—295. 296	⊛	9. 10—3. 4
	67. 68—69. 70		. . . .
	81. 82—87. 88		. . . .
	281. 282—283. 284	† XXVII.	. . . .
XVII. ⊛	39. 40—37. 38		. . . .
	217. 218—219. 220		. . . .
	. . . .	⊛	207. 208—201. 202
	171. 172—173. 174	XXςII. ⊛	23. 24—21. 22
XVIII.	31. 32—45. 46		. . . .
	291. 292—.		. . . .
	. . . .		. . . .
⊛	107. 108—93. 94	XXςIII.	. . . . . . 13. 14
XVIIII. ⊛	145. 146—135. 136		. . . .
	. . . .		. . . .
	15. 16—29. 30	⊛	205. 206—203. 204
⊛	255. 256—245. 246		17. 18—27. 28
XX. ⊛	189. 190—187. 188		* * * *
	. . . .	⊛ pag.	57. 58—47. 48
	. . . .	† pag.	1. 2—11. 12
	. . . .	XL.	249. 250—251. 252
*	* * *		. . . .
XXII.	35. 36—41. 42		. . . .
	119. 120—129. 130		. . . .
	185. 186—191. 192	XLI.	109. 110—115. 116
	5. 6—7. 8	⊛	299. 300—297. 298
XXIII.	137. 138—143. 144		. . . .
	183. 184—193. 194		. . . .
	. . . .		* * * *
	. . . .	† pag.	111. 112—113. 114
† XXIIII.	. . . .	† pag.	247. 248—253. 254
aut XXV.	19. 20—25. 26	† pag.	199—200.
	. . . .		

Quae quum ita se habeant, usque ad quaternionem XLI expletum numerare adamussim licet quot folia e codice exciderint. Nempe est summa paginarum DCLVI, quarum CCCLXIV desunt 1). Immo licet certa prope ratione definire quanta pars totius operis adhuc desideretur. Primi enim libri quaterniones tredecim sunt 2): secundi

1) De rep. III. 25. p. 176. n. g. 2) De rep. I. 47. p. 75. n 3.

item libri totidem ferme fuisse apparet 1). Conclusio denique tertii libri quaternionem XLI perparum excedit 2). Igitur instituta proportione, singuli libri quaternionibus circiter XIII constitisse videntur; ergo sex libri habuerunt quaterniones plus minus LXXVIII. Atqui supersunt in codice paginae CCCII, quae quaterniones XVIIII efficiunt; ergo est in codice tulliani operis quarta pars. Porro additis, ut necesse fuit, ad nostram editionem fragmentis omnium librorum cognitis, et quidem tertii sextique valde copiosis; siquis rem probe consideret, tertiam circiter operis partem nos habere comperiet. Neque quisquam miretur haud prolixos videri civiles hos libros: rem enim ita se habere, docere nos videtur liber primus, cuius etsi quatuor quaterniones insumuntur in prohoemium, totidemque in dialogi politici praeludia (auctor enim non statim vela facit, sed quasi e portu egrediens paululum remigat) idem nihilominus liber fines quaternionis XIII vix egreditur. Et quidem multa Ciceronis volumina hac concinna brevitate utuntur, nominatimque libri de legibus, qui sunt politicorum veluti appendices.

XII. Etsi superior tabula doctis antiquariis artificium libri mei satis aperit, nihilominus et legentium imperitiorum et ipsius rei gratia, paulo diutius huic argumento insistendum est. Illud autem in primis menti occurrit quam vetus mos palimpsestorum faciendorum sit, quoniam horum meminit ipse Cicero in epistula ad Trebatium iuris consultum 3): *ut ad epistulas tuas redeam, cetera belle;* etc. *nam quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam: sed miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam haec non scribere, nisi forte tuas formulas. Non enim puto te meas epistulas delere, ut reponas tuas. An hoc significas, nihil fieri? frigere te? ne chartam quidem suppeditare?* Hoc loco Cicero tres innuit sollemniores et veras palimpsestorum faciendorum causas, contemptum veteris argumenti, parsimoniae studium, membranarum penuriam. (Palimpsestum, δέλτον ἐξηλειμμένην, memorat etiam divus Chrysostomus ed. maurin. T. VII. p. 729. Aethiopum quoque vaticani aliquot codices deletitiis membranis constant; ita tamen ut antiquior etiam scriptura eiusdem linguae sit.) Atque ego palimpsestos in membranis hactenus vidi: chartarum enim quotquot sunt genera, vix ei rei apta videntur. Ceteroqui palimpsestorum lectio perito patientique homini haud plerumque molesta est: in omni tamen eiusmodi scripto plures occurrant paginae valde lectu difficiles et obscuratae. Itaque in

De legendis ordinandisque palimpsestis.

1) De rep. II. 40. p. 132. n. *
2) De rep. III. 25. p. 178. n. g.
3) Ad fam. VII. 18. Confer etiam Martialem XIV. 7.

uno versu verbove bonam quandoque horam consumere non recusabis, ut rem tandem ex integumentis suis evolvere queas; et quidem expectandus serenus dies, et in solis fulgore maximo ad lectionem incumbere necesse est. Porro nullus est palimpsestus, in quo scriptura non sit continua, indiscretis nempe vocabulis, nulla commatum distinctione, exceptis interdum valde evanidis paucisque punctis. Scriptum igitur universum commovendum est, atque in propria vocabula distinguendum: quae res neque semper dubietate caret neque periculo. Nempe ex. gr. libro I. 14 lego *sol e regione*, non *sole regione*; I. 15 *ostentatio neque*, non *ostentationeque*; I. 19 *et iam*, non *etiam*; I. 21 *paratior es*, non *paratiores*; II. 11 *situ revoces*, non *si tu revoces* etc. Ne quid dicam de scripturae mendis innumeris, quae primi potissimum editoris medelam expectant. Quippe antiqua cuiusvis classici via sentibus plurimis virgultisque semper purganda est. Perturbandorum in palimpsestis foliorum ea causa fuit, quod priscus codex, ut novae scripturae aptus fiat, humectari et lavari atque abradi solet. Dissuuntur igitur folia, manibus artificum contrectantur, laevigantur iterum et exsiccantur, ut novo volumini accommodentur; quod cum fit, prioris scripturae series neque servari potest ob inductam obscuritatem et labem, neque porro debet ob eiusdem usum antiquatum. Sed ecce tibi aliam cladem, dum plagularum veterum, prout novi operis ratio postulat, vel orae circumciduntur vel sinus complicantur vel latercula conscinduntur. Iam ordinandorum palimpsesti foliorum etsi varia et persubtilis ad disputandum ratio est, tamen eam leviter stringere brevique magisterio absolvere non me piget. Veterum scilicet mos componendorum librorum idem erat qui apud nos post inventos typos: nimirum liber non e singulis separatisque foliis, verum e foliorum parium fasciculis conficiebatur. Hi fasciculi pro parium foliorum numero dicuntur vulgo duerniones, terniones, quaterniones aut quinterniones. Nonnumquam etiam videmus haec fasciculorum genera in codicibus alternatim pro libito adhiberi. In cuiusque fasciculi postrema plerumque pagina nota scribitur numeralis; quae tamen interdum, sed rarius, occurrit in prima pagina. Utramque consuetudinem a primis etiam typographis retentam videmus. Igitur qui codicem ordinat huc apprime mentem intendat, ut dispersa folia ad suos fasciculos retrahat; deinde ut ipsos fasciculos pro notarum serie disponat. Id cum in integris codicibus facile fit, tum in mutilis et pessumdatis, ut sunt plerique omnes, multo laboriosius. Quid enim si nota obscurata est? quid si extimum fasciculi folium desideratur? quid rursus si perierunt fo-

lia aliquot intermedia? ita ut nexu sublato, foliorum quidem, si nota superest, extremorum processum videas, verum folia intermedia in quem potissime fasciculum coniicias, incertum sit. Illud quoque accedit incommodum, quod parium foliorum saepe plicatura praepostera est. Ea res quidem dissuto codice certis interdum membranae indiciis se ipsa prodit; saepius tamen de sermonis contextu cognoscenda est. Quid demum si folia complura, aut omnia, imparia sunt? Et quidem ita se habent ii cuncti codices, quorum par folium ex unico maiore impari confectum est. Atque in toto hoc negotio ratio continuae sententiae habenda est, qua duce, notis aliis interdum vix indigemus. Sententiae autem nexus cum in historicis saepe evidens est, tum in philosophicis aut oratoriis libris paulo est obvolutior; et minus quidem in integris scriptis, maxime tamen in hiantibus aut partim obscuratis 1). Hac ego doctrina fretus folia omnia politici codicis e miro vagoque errore ad sedes suas, quantum licuit, revocavi. Iam etsi pleraque dispositio certissima est, sunt tamen aliquot folia quorum genuina et propria sedes evidenti veritate non patet; praesertim ubi codex valde abruptus et hians materiam exiguam laciniosis hinc inde reliquiarum funibus trahit. Quaternionum notas, quae sunt in calce fasciculorum, in librum transfero; notas item paginarum margini adlino, non tam ut veterem perturbationem demonstrem (haec enim uno verbo dici poterat) quam ut curiosi lectores paginas libri mei cum codice commodius, si libet, conferant; restitutumque a me ordinem vel refellere possint vel comprobare.

XIII. Scriptura tulliani codicis spatiosa, ut dixi, est ac prope quadrata; ita tamen ut aliquot litterae ab illa perfecta elaborataque forma recedant, quam vulgo lapides nec non quidam palimpsesti retinent. Ea prostat in excuso a me specimine. Ceteroqui id grandis scripturae genus haud plerumque auctoribus, sed librariis calligraphisque debemus. Fronto aiebat 2) se delectari ipsis litterulis (id est minutis, informibus, ac festinatis) Marci Aurelii; cupiebatque ubi quid ad se scriberet, sua manu scriberet. In Catonis censorii vita cap. XX. narrat Plutarchus, Catonem in filii gratiam quem Palaeographia palimpsesti de rep.

1) *Ad* lacunas palimpsestorum earumque causas quod attinet, consideranda sunt Hieronymi verba epist. XXI. 13: *quando in manus nostras libri veniunt sapientiae saecularis etc. siquid in eis superfluum, de idolis, de amore, de cura saecularium rerum; haec radimus, his calvitium inducimus, haec in unguium morem ferro acutissimo desecamus.* (Nisi forte Hieronymus, quod vix credo, loquitur figurate.) Confer etiam ep. XXII. 29.

2) Ad M. Caes. epist. lib. III. 3.

ipse doctrinis informabat, non recusasse laborem scribendi historias sua manu litteris magnis, quo puer domi haberet commoda exemplaria ad discenda maiorum instituta: quibus verbis satis innuit Plutarchus moris non fuisse ut auctores ipsi vel nobiles viri scriptura illa operosa grandique semet defatigarent. Alibi vero apud eundem Plutarchum 1) commemoratur καλλιγραφία βασιλική. Neque sane dubitare licet quin Romani quotidianam properatamque scripturam ea litterarum forma efficerent, quam cernimus in papyris. Utique id de Graecis nunc demum constat, quorum papyros Ptolemaeorum etiam aetate scriptas inclinatis distortisque litteris uti videmus. Ipse Cicero festinatas rudesque litteras curvasque, ut Hieronymus loquitur 2) pinxisse videtur. Sic enim ad fratrem II. 15: *scribis te meas litteras superiores vix legere potuisse; hoc facio semper ut quicumque calamus in manus meas venerit, eo sic utar tamquam bono.* (Otiosissimus contra Atticus venustissima scriptura utebatur 3). Interdum etiam scripsit Cicero διὰ σημείων 4). Cuiusmodi essent illae πηλίκαι litterae, quas manu sua Paulus apostolus exarabat, controversia fit inter Ioh. Chrysostomum et Hieronymum 5). Auctoris quidem autographum plerumque erant liberiore scriptura schedae, quas Isidorus 6) definit esse *quod adhuc emendatur et necdum in libris redactum est.* Cicero ad Atticum XVI. 3 suum de senectute σύνταγμα *miltit retractatius, et quidem* ἀρχέτυπον *ipsum crebris locis inculcatum et refectum.* Iam ubi satis auctori placeret scriptum, tradebatur librariis qui in macrocolon transferrent, ut pergit ibi dicere Tullius 7); et tum demum calamo et atramento temperato, charta etiam dentata res agi dicebatur, teste eodem Tullio ad Q. fr. II. 15. Scribendi mos quadratis et magnis litteris sane gratus utilisque erat puerorum eruditioni, tum etiam senibus iam caecutientibus commodus: quare senex Hieronymus queritur 8) se non posse legere, praesertim ad nocturnum lumen, hebraica volumina propter litterarum parvitatem; quod incommodum apud veteres molestius erat, quos microscopiis caruisse compertum dicerem, nisi de his satis loqui videretur Seneca quaest. nat. I. 5. 6. Alioquin idem Hieronymus contra scripturae latioris atque ornatioris, puta argento vel auro et in membranis purpureis, insanum luxum,

1) De pyth. orac. T. VII. p. 562.
2) Praef. in comm. ad Abdiam.
3) Ad Att. VI. epist. ult.
4) Ad Att. XIII. 32.
5) Hieronym. comm. ad Galat. lib. III. cap. VI. 11. Vide tamen ibidem observationes.
6) Orig. VI. 14.
7) Confer etiam ad Att. XIII. 23.
8) Prolog. lib. VII. in Ezech.

cuius meminit etiam Caius 1), haud immerito stilum acuit 2). Ego autem peculiari meo iure huic luxui subirascor, qui in tam amplo codice nimis modicas mihi reliquias librorum de rep. peperit. Morem denique scribendi libros tum minimis tum etiam maximis formis belle tradit Martialis XIV. 190: *pellibus exiguis arctatur Livius ingens, quem mea non totum bibliotheca capit.* Illud etiam observare memini, quo maior est in codicibus apicum pulchritudo eo saepe pluribus mendis exemplaria scatere. Notissimum est amanuenses (notariorum enim nobilior ordo fuit) e servorum grege saepenumero fuisse. Quamquam vero servorum nonnulla eruditio fuit, quas nimirum Seneca 3) dicit litteras serviles, nihilominus id genus hominum neque a linguis neque a cetera doctrina saepe paratum, calligraphiam suam multis magnisque mendis inquinabant. Hinc Cicero 4): *de latinis libris quo me vertam nescio; ita mendose et scribuntur et veneunt.* De librariis suis, qui bona scripta a malis seu mediocribus non distinguerent, conqueruntur Symmachus 5) atque Hieronymus 6). Denique codices inemendatos et exemplarium varietatem non semel obiurgat Hieronymus, praesertim quia librariorum negligentia auctoribus fraudi esset 7). Quin adeo feminae quoque, omni expertes eruditione, artis tantummodo lucrique causa ad describendum olim accedebant. Id quum adfirmari de nonnullis vetustis mss. a summo Pogio viderem 8), mirabar equidem; mox id credibile admodum existimabam, reputans scilicet quod et Origenes puellis librariis uti solitus fuerit; et quod inclytus bibliorum graecorum codex alexandrinus a Thecla martyre 9) scriptus dicatur. Sane et in codice vat. ottob. IIIMCXIX, ubi de scribis agitur, cap. XIII profertur inscriptio ex Pignorio sumpta SEXTIA XANTHA SCRIB. LIBRA-

1) Inst. II. 77.
2) Prolog. in Iob. et ep. XXII. 32.
3) De tranquill. cap. IX.
4) Ad Q. fr. III. 5.
5) Ep. V. 85.
6) Ep. LXXI.
7) Prol. in Iob; prol. in chron.
8) In epist. apud Mehusium praef. ad Ambr. camald. p. XLII.
9) Solo equidem feminino genere effertur Theclae martyris nomen in arabica inscriptione codicis illius graeci alexandrini, nunc anglicani, qui fuit olim Cyrilli Lucaris patriarchae constantinopolitani. Ceteroqui *Theclam* nomen quoque viri esse apud Aegyptios vel Habessinos, cognoscitur ex Assemani de controversia quadam coptica dissertatione, quam ego edidi Script. vet. T. V, ubi part. 2. cap. 7. diu sermo est de quodam *Thecla* sacerdote et monacho habessino Romae sub Sixto V. PP. Immo in aedicula S. Stephani Habessinorum, prope basilicam vaticanam, superest *Theclae* habessini monachi, Romae anno 1649. demortui, epitaphium, quod Fr. Cancellarius in opere de secretariis basil. vat. T. III. p. 1530. vulgavit.

RIA. Parcae exceptrices et librariae Iovis apud editum a nobis 1) mythographum tertium vat. p. 202. Maurus denique Butturinius bononienses feminas describendis libris occupatas nobis exhibet 2). Vaticanus de rep. codex mendose admodum scriptus fuit; quam horrentem errorum segetem partim vetus emendator, partim ego in scholiis criticis depastus sum. Multa insuper in eodem interdum scribendo vocabulo inconstantia est; quod vitium in latinis, graecis, et orientalibus quoque codicibus (puta in evangeliario palaestino syr. bibliothecae vat.) passim grassatur. Attamen in codice de rep. multa sunt ad priscae orthographiae normam rectissime scripta: et quidem pleraque constanti adeo priscorum codicum auctoritate firmantur, ut in usum quotidianum revocanda videantur; v. gr. *adulescens*, *intellego*, *querella*, *vilicus*, *vilicare*, *poenire*, *paenitere*, *maerere*, *temptare*, *taeter*, *tramittere*, *saepire*, atque alia plurima. Etsi hodiernae consuetudinis tanta vis est, ut etiam confessa vitia placeant: quae si quis temtaret abiicere, statim eum circumlatrantes Rufilli omnes coarguerent. Ad veterem emendationem quod atinet, morem fuisse scimus, ante quam exemplaria vulgarentur, dandi operam ut corrigerentur. Testantur id codicum subscrpitiones *legi*, *emendavi*, *recensui*, *recognovi*; tum ipsae emendationes minutioribus et plerumque rudioribus litteris interpositae. Cicero ad Att. XIII. 23: *libri ad Varronem non morabuntur; sunt enim deficti, ut vidisti; tantum librariorum menda tolluntur*. Grammaticos adhiberi solitos ad emendanda exemplaria, docet Gellius V. 4; idque fieri solitum collatione meliorum librorum, tradunt non semel Hieronymus, Augustinus, et Cassiodorius. Modus emendandi sive in codice de rep. sive in priscis aliis hic fere est. Si verba addenda sunt, ea supra versum, rarius in margine, adscribuntur; sin detrahenda, ea punctis saepe superne, raro inferne notantur. Hinc *expungere* pro *delere*. Denique si litterae transferendae sunt, corrigendaeque vitiosae metatheses, in codice quidem Ciceronis de rep., item in eiusdem verrinarum rescripto codice, nec non in Frontone, fit emendatio signis ≡ = —; ita ut quae litterae vel quod verbum una linea notatur, ad primam sedem sit transferendum, eodemque ordine reliqua. At in graecis pari ratione emendatio fit litteris γ. β. α. superimpositis. Pausae in hoc codice haud raro apparent, nempe punctum quoddam recurvum iuxta litterae summitatem, quod tamen in Frontonis codice multo accuratius frequentiusque fit. Est autem id pun-

1) Class. AA. T. III.

2) In opere de claris archigymnasii bononiensis professoribus part. I. p. 186.

ctum pausa saepe minor, non in codicibus solum latinis verum etiam in gothicis ulphilanis. Quin haud raro vel prope temere appingitur, vel separandorum verborum causa, ne qua sit ambiguitas. Atque omnis orthographia politici codicis valde congruit cum illa taurinensis Lactantii, quam praeter ceteros observavit nosque docuit Scipio Maffeius 1). Litterae singulariae duobus punctis concluduntur, neque imis neque supernis, sed mediis; isque in antiquis codicibus perpetuus fere mos est. Ratio diphthongorum saepe recta est. Litterae in fine versuum aliquando minuuntur, vel in monogramma coëunt. Semel forma V scribitur p. codicis 156 in titulo libri, et quidem sono vocali; ceterum toto in codice est U. Illud etiam in tulliano codice aliisque priscis sive sacris sive profanis codicibus notare memini, tum latinis tum graecis tum etiam gothicis ulphilanis, nempe quotiescumque insignis admodum sententia vel transitio fit, librarium solito interius aut exterius exordiri versum in margine libri, ita ut una saltem littera, eaque grandior, sumpta interdum e medio vocabulo, seriem scripturae in sinistro margine excedat. Codicis orthographia miris laborat varietatibus et inconstantia. Est enim id fatum latinae scripturae ac pronunciationis, quod grammaticorum tot pugnantia praecepta infinitaeque quaestiones demonstrant. Hinc merito Cassiodorius 2): *orthographia apud Graecos plerumque sine ambiguitate probatur expressa; inter Latinos vero sub ardua difficultate relicta monstratur; unde etiam modo studium magnum lectoris inquirit.* Exempli causa, labdacismus proprius Afrorum fuit; sicut *colloquium* pro *conloquium*, teste Isidoro 3). Quid porro? nonne ipsa latinitas, uti observabat Hieronymus 4), et regionibus quotidie mutabatur et tempore? postea praesertim quam tanta barbarorum peregrinitas in imperium romanum infusa est, lingua autem generis quarti esse coepit, quod Isidorus 5) mixtum appellat. Codici vaticano priscus emendator, ut dixi, non defuit, qui vel praetermissa verba aut membra supplevit, vel menda plurima recte sustulit: idem tamen lectioni bonae aliquando deteriorem supposuit, et errores non abstulit sed sevit. In eo quoque non bene meritus est, quod antiquiorem scribendi rationem haud semel immutavit. Hae mutationes atque emendationes quia litteris minoribus festinatisque fiunt, aegre in codice leguntur, semperque mihi novum aliquid sub palimpsesti

1) In epistula praeposita opusculis eiusdem Maffeii.

2) Inst. praef.

3) Orig. I. 32.

4) Prol. lib. II. comm. ad Gal.

5) Orig. IX. 1. Adi sis praesertim Virgilium grammaticum a nobis editum in class. AA. T. V.

involucris lectitanti occurrebat: neque enim perfunctorie sed tota mente codices istiusmodi atque omni acie oculorum intueri necesse est.

De priscis variis codicibus.

XIV. Fieri non potest ut a palaeographia politici codicis edisserenda recedam, prius quam de eiusdem verisimili aetate quaestionem saltem attingam; tum quia id a plerisque editoribus in re simili factum video, tum quia eorum multorum cupiditati occurrendum est, qui me saepe sententiam rogaverunt. Si de prisci codicis aetate iudicare velis, illa in primis discretio adhibenda est, ut aliter coniecturam facias e litteris titulorum vel subscriptionum vel etiam brevium elogiorum, aliter ex ipsius contextus scriptura. Namque in titulis quidem brevibusque lemmatibus quadratam maximamque scripturam plurimi vulgo libri ab ultima ferme antiquitate usque ad hodiernum diem prae se ferre solent. Quum enim rei natura postulet, ut vel perspicuitatis, vel honoris, vel ornamenti gratia hae litterae magna forma fiant, is semper mos in membranis non secus atque in lapidibus retentus fuit. Terentii codex mediolanensis habet prolixas singularum fabularum epigraphas quadratis magnisque litteris scriptas; ipse tamen poëtae textus minutus, inclinatus, properatusque est, prout in codicibus saeculi decimi conspici solet. Alcuini quoddam opus in vaticano codice minutis litteris rotundatisque scribitur; idque volumen ab ipsius Alcuini vix aetate distare videtur: priores tamen duae paginae honoris causa quadratis litteris atque ita speciosis exaratae fuerunt, ut a livianis palatinis parum differant. Sic est illud capitalibus litteris carmen ad Carolum magnum bibliis urbani monasterii sancti Callixti agglutinatum, quorum item bibliorum contextus exili rudique scripturae genere digestus est. Exceptis igitur titulis aut elogiis aut praefationibus; rursus excepto aliquo longe rarissimi luxus codice; ego sane me animadvertere memini, scripturam magnam, pulchram, quadratam, et romana quodammodo maiestate praeditam, post sextum aut certe septimum seculum vix comparere. Quin adeo sexto saeculo et consecutis proxime aetatibus dominari videtur illa in libris scriptionis forma, quam Symmachi, synodi chalcedonensis, Sedulii, Hieronymi, Gregoriique specimina a me olim impressa demonstrant, quaeque secundae aetatis scriptura dici solet. Bobiensium codicum, quorum spectabilem numerum in ambrosiana Mediolani bibliotheca, breviorem in vaticana tractavi, scriptura saepius rotundior, inclinatior corruptiorque est, praeterquam in Sedulio, qui nunc est Taurini: quem tamen codicem monachi ipsi bobienses haud scripserunt, si quidem saeculi sexti

est 1). Extra ambrosianam bibliothecam (cuius ego numquam sine dulci animi sensu recordor) multos equidem latinos insigni vetustate codices in Italia vidi. Nam, ut de ingenti vaticanorum codicum copia nunc sileam, qui multitudine ac nobilitate cunctos facile in orbe superant, ambrosianae quidem Mediolanensium basilicae, tum et modoëtiensis ecclesiae, tabularia pervetustos libros habent. Vercellis, praeter notissimum evangeliorum κειμήλιον, antiquissimum et fere saeculi VI. est clementinarum recognitionum volumen: et quidem in eius Cathedralis tabulario plus ducenti sunt prisci codices, quos inter homiliarium anglo-saxonicum, corpus legum barbaricarum, collectio canonum insignis, Iustinus pervetus, et copiosum lexicon latinitatis. Neque caret palimpsestis tabularium vercellense, quamquam ut puto re bona vacuis. Rem utilem fecisset vir cl. Gregorius si in sua litteraturae vercellensis historia catalogum nobis patriorum codicum exhibuisset: vix enim dubito quin aliquid opis litterarum incrementis ex illo nobili archio repetendum sit. Mitto veteres multarum urbium codices. Veronae quidem rescriptos codices vidi his fere notis distinctos LI. LIII. LXXXI. LXXXIII. LXXXV. XCVII. CXXXIIII; quamquam scriptura supposita nihil prope novi habere videtur. In voluminibus non rescriptis vetustissima codicis XXVI. scriptura est Augustini de civitate Dei, litteris similibus earum quibus Tullii interpres in ambrosiano vaticanoque codice scribitur. Praeclarissimus alius inter veronenses codex est moralium S. Gregorii, sub quibus latent 1. Virgilius, cuius antiquitas vaticanis non est inferior. 2. Titi Livii libri aliquot, quos inter in margine superiore legere memini *LIB. III.* et *LIB. IIII.* Quis non cupiat Virgilium hunc ad litteram exscribi, multoque magis Livium tantae vetustatis tantique pretii ad futuras editiones nobilitandas? Porro autem quis certior fieri nolit, num ibi pars aliqua inedita forte delitescat? Unum adhuc memorabo palimpsestum XXXVIII, e quo vehementer opto suscitari fragmenta mathematici latini, litteris apprime pulchris et valde priscis exarata. Sane ex his plagulis carie admodum terebratis excerpta quaedam mihi confeci: atque in his vocabulum deprehendo, quod Gesneri Forcellinique lexicis deerat: cuius rei ut fidem faciam, atque ut ad codicem curiosos antiquitatis invitem; pagina 336. b. col. 1. vers. 28. legebam *ad QUINQUIPLUM veniet*. Eadem vox occurrit etiam v. 7. Huic vero paginae rectae inscribitur titulus *LIB. XV*. Tum p. 341. a. col. 2.

1) Catalog. mss. taurin. T. II. p. 244.

v. 9-11 legebam: *ac duo* RECISAMENTA *totius pyramidis*. Vox autem *recisamentum* una hactenus niti videbatur Plinii auctoritate hist. lib. XXXIV. 11. Huic vero paginae superscribitur titulus *LIB. XIIII.* quamquam is liber videtur in eadem explicere, et alius incipere, ita ut verba praedicta in consequente libro sint. Romani PP. Cisterciensium ad S. Crucis monasterii mirabiles aliquot codices sunt; puta S. Augustini de genesi ad litteram, et S. Hieronymi adversus Iovinianum, quorum uterque ab suorum auctorum aetate parum abest. Item eiusdem S. Augustini Speculum genuinum, cum S. Cypriani ad Quirinum libris. Tum Eucherii formulae; tum denique patrum variorum homiliarium, omnium quotquot eius argumenti vidi ferme antiquissimum.

[...] credibilis [...] de rep.

XV. Nunc ut ad meum propositum e longiore diverticulo redeam; inter codices a me observatos, vaticanus de rep. perfectione quidem litterarum nonnullis cedit, magnitudine tamen et splendore prope princeps est. Ergo omnibus consideratis, quamquam res controversa est, atque id grande scripturae genus nulla fere aetate usurpari non potuit; mihi tamen paulo aegrius persuaserim, tam splendidum tamque luxuriosum tullianae reip. codicem, post imperii romani excidium, barbaris in Italia regnantibus, fuisse scriptum; et non potius extremis saltem Caesaribus rem romanam adhuc tenentibus. Haec aio coniectans, et ipse meae doctrinae diffidens: quis enim de re tam obscura sciscitantibus arroganter dicat: *credite me vobis folium recitare Sibyllae?* aut more pythagorico, quicquid ipse responderit, rectum putari volet? Ceterum quod plerique sibi facile persuadent hunc et illum codicem ad quintum quartumve saeculum pertinere; seniorem antiquitatem valde negant; ego quidem nescio quo iure id faciant; nisi forte oppressi sunt opinionibus vulgi et illorum praeiudiciis, qui omnem criticen vel minima audacia everti clamitant. Atqui in re antiquaria usus frequens praecepta magistrorum superat: qui autem pro victis illis adhuc regulis pugnant, iam nullam prope habent arcem argumenti sui in quam tuto conscendant. Quid enim plerumque obstat, quominus tertii aut secundi saeculi haec scripta dicamus? Num forma vel orthographia? atqui vix aliquid in his videmus, quod vetustis lapidibus aut Herculanii monumentis aut aliorum exemplorum copia non nitatur. Num ipsa per se incredibilis videtur tanta membranarum longaevitas, ut sit v. gr. aevi augustei? verum enimvero si ab aetate constantiniana aut certe theodosiana ad nos usque, quindecim fere seculis, vixisse aliquot schedae sine dubio creduntur, quis iure neget eas potuisse etiam viginti? Quid

papyrus? nonne a Symmacho ep. IV. 34. facili senectute corrumpenda dicitur? tum in formulario apud Marinium 1) nonne membranae existimantur diutius quam papyri aetatem ferre? nihilominus aegyptiae papyri spatiosissimo aevo canescunt. Quas vero habemus in manibus membranas palimpsestorum, eae si probe custodiantur, quum multae praesertim crassae sint et materiae satis vivacis, totidem et amplius post nostram aetatem saeculis duraturae videntur.

XVI. Etsi operis de rep. amissi partem ampliorem vaticanus codex nunc primum suppeditat; nihilominus praeclarae reliquiae apud varios auctores supererant, praesertim vero apud Macrobium, Lactantium, Augustinum, et Nonium. Sed enim lectis, quae Sigonius aliique collegerunt, fragmentis magnam in his confusionem atque interpolationem esse cognovi. Itaque ad ipsos auctorum fontes confugiens, scripta illorum integra iteratis lectionibus peragravi. Quin adeo fines vulgo tritos saepenumero egressus, reliquias Tullii civiles toto paene litterarum orbe atque omnibus vestigiis indagavi. Quamquam ultro fateor nec ipsum me mihi haud raro placere, et latiorem atque asperiorem hunc esse campum, quam ut unica opera uniusque hominis curis satis excoli possit. Quin adeo, ut in longo opere ac vario, complura sunt quae mihi a lectoribus ignosci pervelim: praesertim ubi difficultas aut magnitudo rei diuturniorem diligentiam desiderabat. Fragmenta illa quae nonnisi coniecturaliter, sed causa tamen valde probabili, ex antiquis auctoribus uti tulliana, vel ex Tullio hausta, libro meo inserui, ea formis paulo minoribus exprimenda curavi, ut p. 133. in scholio 3. monui. Igitur qui librum meum hac quoque in parte fragmentorum editorum cum prioribus fragmentorum Ciceronis de rep. collectionibus comparabit, primum quidem magna additamenta, saltem e Lactantio atque ex Augustino, comperiet; deinde ordinem, ut in re saepe incerta, saltem concinniorem; tum multorum errorum castigationem, partim veterum amanuensium qui falsos titulos librorum scripserunt, partim recentium eruditorum, qui iudiciis labantibus sedes fragmentorum conturbaverunt. Verba etiam multa persanata sunt vel codicum inspectione, vel aliis subsidiis criticis: quamquam tot, praesertim apud Nonium, vitiosissimas varietates quis demum amputabit? qui profecto grammaticus a vertice, ut aiunt, usque ad extremum unguem ulcus est. Postremo interpolationes novorum hominum eiectae sunt, quas ipsi

1) Papyr. diplom. LI.

De fragm. operis h. editis.

quidem auctores in scholiis plerumque esse iusserant, sed mox audacia typographorum cum genuino textu miscuerat. Equidem fateor me maiorem prope molestiam in conquirendis ordinandisque editis, quam ineditis, fragmentis exantlavisse; ne quis harum rerum parum gnarus me ludibundum in editis et quasi in labore lepido versatum esse putet.

notis edi- XVII. Dum codicem vaticanum exscriberem, dum reliquias Tullii politicas unde unde conquirerem, paulo mihi copiosior ex hac ipsa mora seges scholiorum subnata est, quorum haec genera sunt. Primum scribo observationes, quae pertinent ad codicis varietates, ad eiusdem emendationem, ad grammaticam, et ad palaeographiam: hasque omnes minutioribus plerumque typis textui substerno: unde licet cognoscere quantum latina orthographia in impressis libris a veterum codicum auctoritate recesserit; ut plane in multis ad iustiorem illum scribendi modum reverti necesse sit. Alterum genus observationum mearum versatur in coniecturis, circa lacunas videlicet explendas, nec non circa partium dispositionem seriemque sermonis. Tertium genus historicarum notarum est et comparativarum cum aliis praesertim ipsius auctoris locis. Scio equidem quorumdam doctorum institutum atque iudicium, qui scholiis tantummodo grammaticalibus, quae ad lectionem constituendam adtinent, delectantur. Sed enim et illam classem historicorum scholiorum, quam in nobilioribus editionibus summo adhuc cum fructu legimus, multo sapientius ac gloriosius a maioribus nostris frequentatam fuisse arbitror, quam ut eam iam negligi aut prae doctrinae confidentia expelli liceat. Utique Germani, apud quos haec studia cum primis vigent, utramque scholiorum speciem valde amplectuntur. Utor et alia observationum ratione, quam mihi mediocris auctorum lectio peperit, ut videlicet intento digito monstrem quos fontes Cicero in hoc opere pangendo gustaverit; vicissimque quinam auctores ex hoc labore Ciceronis profecerint. Politicorum denique scholiorum comitatus ab eiusmodi libro abesse vix poterat. Sed illi prorsus loci praeteriri nulli debuerunt, sive ipsius auctoris sive aliorum veterum, qui de hoc opere tulliano loquuntur: nam vel eiusdem historiam tradunt, vel haud raro, si minus verba, at certe sententias continent. Itaque haec testimonia, quotquot hactenus reperiri potuerunt, libro praeposui; nisi forte quaedam eiusmodi erant, quae in ipsum potius Tullii textum vel in meas adnotationes spargenda viderentur.

PROSOPOGRAPHIA DIALOGORUM DE REP.

Dialogorum de rep. personae novem sunt, quinque scilicet senes, reliqui adulescentes. Inter senes est Scipio; Laelius Scipione natu maior: Laelii aequales Philus et Mummius (Cic. de am. XXVII); Manilius item senex, quia de rep. III. 10. dicitur fuisse adulescens ante legem voconiam, quae lata est anno urbis DLXXXV, quadragesimo ante hunc dialogum. Manilius a Cicerone parad. VI dicitur dixisse patrum suorum memoria; secus vero Rutilium et Scaevolam vidit adulescens Cicero, ut infra dicam. Quatuor fuisse adulescentes ait ipse Cicero ad Att. IV. 16; idque apparet etiam e codice vaticano. Sed age singulorum hominum paulo accuratiorem notitiam scribam.

I. SCIPIO.

P. Cornelius Scipio Aemilianus Africanus minor et Numantinus, ·L· Pauli Aemilii, qui de Perseo triumphavit, filius: adscitus in gentem corneliam a Scipione Africani maioris filio. Magistros habuit Polybium, Panaetium, ac Metrodorum 1). Latinis graecisque litteris eximie eruditus fuit. Quicquid autem scripti operis apud veteres *dicitur* esse Africani, id minori tribuendum videtur; nam superioris Africani nullum extitisse scriptum dicit Cicero de off. III. 1. 2). Fannius in annalibus, teste Tullio de or. II. 67, dixerat Scipionem nostrum *εἴρωνα*, ob socraticam dissimulantiam atque leporem. Anno urbis DCVIII Karthaginem delevit; tum anno DCXXI Numantiam. Consul bis fuit; censuram cum ·L· Mummio achaico gessit; auguratu etiam potitus; legationem unam vel plures obivit ad inspicienda sociorum regna 3). Laudes eius innumerae in veterum scriptis leguntur. Obiit hiemali tempore, paucis post hanc, quae legitur, disputationem diebus, anno aetatis LVI, non sine suspicione veneni aut signis elisarum faucium; scelere videlicet gracchanarum partium, quibus ipse adversabatur 4). Laudatus est in funere duabus orationibus ·C· Laelii amicissimi sui, quarum alteram recitavit Tubero sororis filius, Cic. de or. II. 84; alteram frater

1) Polybium et Panaetium Scipionis [illegible] patriis suis valde profuisse [illegible] reip. ger. praec. ed. Reisk. [illegible] p. 264: Conf. Hieronym. ep. CVIII, [illegible] voc. Πόλιος.

2) [illegible] Africani maioris epistula [illegible] ad Philippum *regem* utitur Polybius hist. X. 9. Immo et eius orationem inscriptam *adversus* ·*M*· *Naevium* memorat Livius XXXVIII. 56, qui tamen suppositam suspicatur.

3) Auctoribus, quos nos lib. III. 35. laudavimus, adde Firmicum math. I. 3.

4) Interemptum a .C. Carbone diserte dicit Pompeius apud Ciceronem ad ·Q· fr. II. 3.

Maximus Aemilianus, Cic. pro Mur. XXXVI. Postremae huius incognitam particulam, quae ad eiusdem orationis finem pertinebat, ante hos annos ego protuli cum interprete vaticano ad or. pro Mil. VII. 2. 1) Obitum Scipionis praecessit parelium quoddam: luctum publicum qui consecutus est, narrat Cicero pro Mil. loc. cit. Scipionis nostri imagines memorat idem Cicero in somnio, nec non Iuvenalis VIII. 3, habuitque unam in lapide onychino Kyriacus anconitanus 2). Sepulchrum eius, teste Acrone ad Hor. epod. X, in regione vaticana fuit; pyramis nimirum ingens (ad instar Cestianae) quam Alexander papa VI. dirui iussit, vel ut via recta fieret, vel ut molis hadrianae oppugnatio difficilior redderetur. Eius autem pyramidis adhuc incolumis imaginem Eugenius papa IIII. in valvis aeneis basilicae vaticanae exprimendam curaverat 3); quare ibi nunc visitur.

II. LAELIUS.

C. Laelius cognomento sapiens, Scipioni amore summo devinctus, quos Valerius VIII. 8. 1. par verae amicitiae clarissimum appellat. Hic est qui in Ciceronis dialogo de amicitia praecipuam personam gerit, deque Scipione nuper vita functo copiose miraque cum amoris significatione loquitur. Laelii consiliis perpetuis Scipio usus est. Neque tamen Laelius ipse res non gessit: nam et Viriathum bello fregit, et Scipioni Karthaginem oppugnanti legatus adfuit. Caelius Antipater Laelio (sapienti, ut puto; nam Caelius fuit aequalis Scaevolae auguris, Cic. Brut. XXVI; ideoque iuvenis, Laelio sene) inscripsit belli punici historiam. Augur fuit celeberrimus et orator. Idem fasces consulares tenuit anno urbis DCXIV.

III. PHILUS.

L. Furius Philus (aut Pilus) consulatum anno urbis DCXVIII administravit. Is est qui de numantino foedere antiquando rogationem

1) Locum heic subtexo, ut sit laelianae elocutionis specimen. *Quia propter neque tanta diis inmortalibus gratia haberi potest, quanta habenda est, quod is cum illo animo atque ingenio hac civitate potissimum natus est: neque ita moleste atque aegre ferri, quam ferundum est, cum eo morbo obiit, et in eodem tempore periit, cum et vobis et omnibus, qui hanc remp. salvam volunt, maxime vivo opus est, Quirites.*

2) Mehusius praef. ad Ambr. cam. p. LIII; tum praedictus ipse Ambrosius ep. VIII. 45.

3) Nardinius Rom. antiq. lib. VII. 12. cum testibus vetustioribus ab eo citatis. Sed idem Nardinius lib. XII. 12. de ea re dubitat. Id sepulchrum, ut lego in quadam Alexandri VI. vita, dicebatur *pyramis burgi*, quia scilicet in suburbio vaticano erat.

ii, Mancinumque in Hispaniam reductum Numantinis dedidit. Phili iccum, qui consul suos inimicos in provinciam secum ire legatos ... mirantur Valerius III. 7. 5, et Dio fragm. vales. LXXXV. ...bant enim amicos potius suos ducere secum legatos, ut ait va... Tullii interpres ad or. in Vatin. xv. 1. De eius eloquentia ...ero Brut. XXVIII: *L. Furius perbene loqui putabatur litteratius-que quam ceteri.* Astronomiae quoque studiosus cognoscitur e primo de rep. cap. XI. Hunc male quidam appellant *Publium* quum sit *Lucius*.

IV. MANILIUS.

Manilius ille, cui consuli (anno urbis DCV) in Africam se venisse tribunum militum ait Scipio in somnio, videtur plerisque apud Glandorpium idem vir qui ·M· Manilius iuris prudentia clarus: quam sententiam confirmari video dialogis de rep., in quibus Manilium et Scipionis familiarem et iuris consultum agnoscimus. Manilii scientia iuris et saepe a Tullio laudatur, et maxime a Pomponio tit. de orig. iuris: *·P· Mutius, et Brutus, et Manilius fundaverunt ius civile. Mutius decem libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres: extant et volumina inscripta Manilii monumenta.* In arte quaestuosissima constat eum fuisse abstinentem et pauperem. Cic. parad. VI.

V. MUMMIUS.

Sp. Mummius ·L· Mummii achaici frater. Utrum Spurius legatus fratri apud Corinthum fuerit, an potius unus e decem, qui Corinthum in legationem iverunt, disputat Cicero ad Att. XIII. 5. 6. 30, memoratque eius versiculos quosdam facetos. Sane et comes Scipioni peregrinanti fuit. De eiusdem eloquentia mediocri et doctrina stoica Cic. Brut. XXV. Fuit commodis moribus, Scipionis, Laelii, Phili, ac Rutilii amicus, et a partibus populi aversus, Cic. de or. II. 67, III. 35, et de am. XIX. XXVII.

VI. TUBERO.

Q. Aelius Tubero Pauli Aemilii nepos ex Aemilia sorore Africani. Fuit ab adulescentia Laelii amicus, Cicero de am. XXVII, seque a Ti. Gracchi remp. vexantis familiaritate seiunxit, Cic. de am. XI: quare et eius orationes in Gracchum memorantur, Cic. Brut. XXXI. Philosophiam plus aequo coluit, absurdeque ostentavit paupere apparatu in funere avunculi Africani; ob quam perversitatem prae-

tura delectus est, Cic. pro Mur. xxxvi. Ceteroqui Pomponius tit. de orig. iuris Tuberonem iuris consultum et stoicum, consulem appellat; Pighius autem arbitratur fuisse consulem suffectum ·M· Porcio Catoni in ea dignitate demortuo an. DCXXXV (varroniano VI.) Invisum cum sua secta stoica fuisse Tuberonem, severum ac durum, aiunt Tacitus annal. xvi. 22, et Cic. Brut. xxxi. Dialecticum et iuris prudentem fuisse cognoscimus e Gellio I. 22; nulla eloquentia praeditum ex Cic. Brut. xxxi. Ad ·Q· Tuberonem scripsit libros de officiis Panaetius, itemque epistulam de dolore patiendo, teste Cicerone de off. III. 15, fin. iv. 9, tusc. iv. 2.

VII. RUTILIUS.

P. Rutilius Rufus imberbi prope aetate interfuisse fingitur his dialogis de rep; namque a Laelio de am. xxvii admodum adulescens eodem anno appellatur: tum idem Ciceroni multo post nato retulisse dicitur hunc sermonem 1). Is arma contra Saturninum sumpsit 2). Consulatu potitus est anno urbis DCXLIX, post Scipionis obitum XXIV. Rutiliana quaedam constitutio de venditione citatur in iuris fragmentis vaticanis p. 1. et a Caio 3). Rutilius armorum tractandorum meditationem militibus tradidit 4). Factione equitum romanorum circumventus in iudicio est, licet innocentissimus; Romaque pulsus exulavit Smyrnae, ibique civitatis honore donatus consenuit in studiis litterarum: qua in urbe vivebat adhuc, dum Cicero adulescens Asiam peragraret. Eum dicit Velleius 5) non saeculi sui sed omnis aevi optimum: quare nec ipse in iudicio defendi se passus fuerat paulo ornatiore oratione 6); et in exilium eunti omnes asiaticae provinciae legatos obviam miserunt secessum eius opperientes 7); denique revocante Sylla redire ab exilio noluit 8). Rutilii laus prope infinita est non solum apud Ciceronem, verum etiam apud alios auctores, praesertimque apud Senecam 9). Scripta eius fuerunt: orationes; libri de vita sua; historiarum libri in quibus erat, ut puto, bellum numantinum, nisi potius fuit in vita ab eo scripta Scipionis, cuius fragmentum citat Isidorus 10): et nisi

1) De rep. I. 8. 11.
2) Cic. pro Rab. VII.
3) Inst. IV. 35.
4) Val. M. II. 3. 2. Suid. voc. μελέτη.
5) Lib. II. 13.
6) Cic. de or. I. 53. 54. Brut. XXX.
7) Val. M. II. 10. 5.
8) Quintil. inst. XI. 1.
9) Legesis de Rutilio Cic. Brut. XXX; Tacit. annal. IV. 43, et Agricol. initio; Athen. VI. 21. XII. 11; Vellei. II. 9; Gell. VII. 14; Appian. hisp. LXXXVIII; Suid. voc. 'Ρουτίλιος; Charis. et Diomed. saepe;
10) Isid. orig. XX. 11. 4.

vice versa Scipionis vita fuit in opere de bello numantino. Rutilii orationem qua Mithridatem clam cohortatus fuerat ad caedem civium romanorum patrandam, commentitiam fuisse, eique ab inimicis suppositam, ait Plutarchus in Pompeio cap. XXXVII.

VIII. SCAEVOLA.

Q. Mucius Scaevola augur, is est ad quem senem Cicero sumpta virili toga deductus fuit a patre: quo mortuo se ad pontificem Scaevolam contulit 1). Consul fuit anno urbis DCXXXVII. Huius filia nupsit ·L· Crasso oratori 2), ei scilicet qui primas partes in tullianis de oratore libris tuetur. Quin ipse hic Scaevola disputat in eiusdem operis libro primo. Ab eodem Scaevola fingit Cicero se audivisse Laelii sermonem de amicitia, uti a Rutilio Rufo de rep. Prudentia iuris maxime inclaruit 3), deque eo libros edidit 4); quare et Caius libros quosdam proprios memorat 5) quos dicit ex ·Q· Mucio factos. Pila etiam et alea optime lusit 6): hinc Scaevola dicitur a Cicerone 7) iocularis senex; eiusque memoriam in alea miratur Quintilianus 8).

IX. FANNIUS.

» C. Fannius (inquit Cicero Brut. XXVI) ·C· Laelii gener et » moribus et ipso genere dicendi durior. Is soceri instituto, quem » quia cooptatus in augurum collegium non erat non admodum » diligebat, praesertim cum ille ·Q· Scaevolam sibi minorem natu » generum praetulisset; cui tamen Laelius se excusans, non genero » minori dixit se illud, sed maiori filiae detulisse; is tamen instituto » Laelii Panaetium audiverat. Eius omnis in dicendo facultas ex » historia ipsius non ineleganter scripta perspici potest, quae neque » nimis est infans neque perfecte diserta. » Eiusdem fannianae historiae non semel alibi meminit Cicero: cuius epitomen fecerat Brutus, ut ait idem Cic. ad Att. XII. 5; quamquam eo loco Cicero ait negatum fuisse ab Attico, Fannium historicum eundem fuisse ac Laelii generum. In historia narraverat inter cetera Fannius se comitem fuisse Tib. Graccho moenia Karthaginis primo conscendenti 9). Fannio historicam apprime veritatem tribuerat Sallustius

1) Cic. de am. I.

2) Cic. de or. I. 7.

3) Cic. Brut. XXVI; de or. I. 41. 48; Vellei. II. 9.

4) Gell. VII. 15; Pompon. tit. de orig. iuris.

5) Inst. I. 2. ff. 116.

6) Cic. de or. I. 50; Valer. M. VIII. 8. 2.

7) Ad Att. IV. 16.

8) Inst. X 2.

9) Plutarch. in Tib. Graccho cap. IV.

in deperditis scriptis, teste Victorino ad rhet. Cic. ed. Capper. p. 149. Ex octavo Fannii annali auctoritas laudatur apud Virgilii interpretes a me Mediolani editos ad aen. III. 707. 1) Locum ex oratione ·C· Fannii adversus Gracchum his annis ego cum C. Iulio Victore cap. VI. 6. edidi 2). Atque hanc ipsam orationem dixerat nobilem et bonam Cicero in Bruto XXVI, eiusque prima verba protulerat de or. III. 47. Verumtamen orator Fannius, alius vir fuit, pater nostri fortasse, quoniam ab hoc oratore gestum tribunatum arbitrio Africani ait Cicero in Bruto loc. cit. Noster autem, qui dialogo interest de rep., vix aetate quaestoria erat, nedum tribunicia, quo anno Africanus obiit. Porro Fannii senioris tribunatus inciderat in Africani censuram, ut certe videbatur Ciceroni ad Att. XVI. 13. Immo idem consul fuerat cum Domitio anno urbis DCXXXII, Cic. Brut. XXVI. Fannii militarem virtutem claruisse in bello adversus Viriathum ait Appianus hisp. cap. LXVII; Athenaeus autem VI. 21. ait lege fannia Scaevolam, Tuberonem, et Rufum, se adstrinxisse, qua sumptus domestici minuebantur. Est tamen alius Fannius eius legis auctor, quae scilicet lata est anno urbis DLXXXVIII, teste Gellio apud Macrobium 3). Fannium non interfuisse disputationi, quae habita est secundo die, docuimus in praefatione cap. III. Quanam tamen probabili cum causa Fannium a dialogo reliquo submovere potuerit Cicero, perobscurum est. Immo in reliquiis de rep. vaticanis Fannius et Scaevola numquam loquuntur, licet disputationi intersint. Neque tamen idcirco puto eos fuisse κωφὰ πρόσωπα, cuiusmodi se noluit esse Cicero in dialogo academicorum 4): igitur in lacunis sermonem eorum demersum credo; praesertim quum apud Ciceronem mox citandum ad ·Q· fr. III. 5, nec non apud Servium ad aen. VI. 877. testimonium evidens sit, Fannium versatum esse in dialogo; qui utrum de rep. etiam apud Servium intelligatur, commodius a me disputabitur in quinti libri de rep. fragmentorum fine p. 208. n. a.

1) En verba. *·C· Fannius in ·VIII· annali Drepanum modo, modo Drepana appellat.*

2) En item Fannii verba. *Si Latinis civitatem dederitis, credo existimatis vos ita ut nunc constitisse* (an potius *constitistis?*), *in contione habituros locum, aut ludis et festis diebus interfuturos. Nonne illos omnia occupaturos putatis?*

3) Sat. II. 13.

4) Ad Att. XIII. 19.

TESTIMONIA VETERA XL.

OPERIS TULLIANI DE REP.

1. Ego me in Cumano et Pompeiano, praeter quam quod sine te, ceterum satis commode oblectabam, et eram in iisdem locis usque ad kal. iunias futurus. Scribebam illa, quae dixeram, πολιτικά; spissum sane opus et operosum. Sed si ex sententia successerit, bene erit opera posita; sin minus, in illud ipsum mare deiiciemus, quod scribentes spectamus. *Cicero ad ·Q· fr. II.* 14.

2. Quod quaeris quid in illis libris egerim, quos cum essem in Cumano scribere institui, non cessavi, neque cesso: sed saepe iam scribendi totum consilium rationemque mutavi. Nam iam duobus factis libris, in quibus novendialibus iis feriis, quae fuerunt Tuditano et Aquilio consulibus, sermo est a me institutus Africani paulo ante mortem, et Laelii, Phili, Manilii, ·Q· Tuberonis, et Laelii generorum Fannii et Scaevolae. Sermo autem in novem et dies et libros distributus de optimo cive. Sane texebatur opus luculenter, hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis adferebat. Hi libri cum in Tusculano mihi legerentur, audiente Sallustio 1), admonitus sum ab illo, multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de re publica, praesertim cum essem non Heraclides ponticus, sed consularis, et is qui in maximis versatus in re publica rebus essem: quae tam antiquis hominibus attribuerim, ea visum iri ficta esse. Oratorium sermonem in illis nostris libris, quod esset de ratione dicendi, belle a me removisse: ad eos tamen retulisse, quos ipse vidissem. Aristotelem denique quae de re publica et praestante viro scribat, ipsum loqui. Commovit me, et eo magis quod maximos motus nostrae civitatis attingere non poteram, quod erant inferiores, quam illorum aetas, qui loquebantur. Ego autem id ipsum tum eram secutus, ne in nostra tempora incurrens, offenderem quempiam. Nunc et id vitabo, et loquar ipse tecum; et tamen illa quae institueram ad te, si Romam venero, mittam. Puto enim te existimaturum, a me libros illos non sine aliquo meo stomacho esse relictos. *Ad ·Q· fr. III.* 5.

3. Varro, de quo ad me scribis, includetur in aliquem locum, si modo erit locus. Sed nosti genus dialogorum meorum, ut in oratoriis quos tu in caelum fers, non potuit mentio fieri cuiusquam ab iis, qui disputant, nisi eius qui illis notus aut auditus esset. Hanc ego de rep. quam institui disputationem, in Africani personam et Phili, et Laelii, et Manilii contuli: adiunxi adulescentes ·Q· Tuberonem, ·P· Rutilium, duo Laelii generos Scaevolam et Fannium. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor prohoemiis, ut Ἀριστοτέλης in iis quos ἐξωτερικοὺς 2) vocat, aliquid efficere, ut non sine causa istum appellarem; id quod intellige tibi placere. Utinam modo conata efficere possim! rem enim, quod te non fugit, magnam complexus sum, et gravem et plurimi otii, quo ego maxime egeo. *Ad Att. IV.* 16.

4. Tuas omni de rei publicae statu litteras expecto, πολιτικώτερον quidem scriptas; quoniam meos cum Thallumeto nostro pervolutas libros. *Ad Att. V.* 12.

1) Intellige non Crispum sed ·Cn· vel ·P· Sallustium qui familiares Ciceroni fuerunt. Cic. ad fam. XIV. 11. ad Att. I, 3. XI. 11. 17.

2) Eos commemorat ipse Aristoteles reip. III. 4, in iisque de variis imperii modis disseruisse se ait. Vide eundem VII. 1. Τὸ ἐξωτερικὸν definitur a Cic. de fin. V. 5. *populariter scriptum;* a Gellio autem XX. 5. *quod ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, civiliumque rerum notitiam conducit.*

5. Et ego audebo legere umquam aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero 1)? *Ad Att. VI.* 2.

6. Reliqua plena adhuc et laudis et gratiae, digna iis libris, quos dilaudas; conservatae civitates, cumulate publicanis satisfactum, offensus contumelia nemo etc. *Ad Att. VI.* 3.

7. Etsi non impediebant mei certe libri: non enim ista largitio fuit in cives, sed in hospites liberalitas. *Ad Att. VI.* 6.

8. Quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque adprobas, nae tu haud multum requireres illum virum, qui in sexto 2) informatus est. Quid enim tibi faciam, qui illos libros devorasti? *Ad Att. VII.* 3.

9. Ego interea admonitu tuo perfeci sane argutulos libros ad Varronem; sed tamen expecto quid ad ea, quae scripsi ad te· primum, qui intellexeris eum desiderare a me, cum ipse homo πολυγραφώτατος numquam me lacessisset: deinde quem ζηλοτυπεῖν, nisi forte Brutum: quem si non ζηλοτυπεῖ; multo Hortensium minus, aut eos qui de rep. loquuntur. *Ad Att. XIII.* 18.

10. Si Cottam et Varronem fecissem inter se disputantes, ut a te proximis litteris admoneor, meum κωφὸν πρόσωπον esset. Hoc in antiquis personis suaviter fit, ut et Heraclides in multis, et nos in sex de rep. libris fecimus. *Ad Att. XIII.* 19.

11. Velim domum ad te scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus ac si ipse adesses, cum ceteri, tum Varronis. Est enim mihi utendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos quos in manibus habeo 3); quos ut spero tibi valde probabo. *Ad Att. IV.* 14.

12. Tui politici libri omnibus vigent. *Caelius apud Cic. ad fam. VIII.* 1.

13. Non deesse (nos) si quis adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut fabros, ad aedificandam remp., et potius libenter accurrere: sin nemo utetur opera, tamen et scribere et legere πολιτείας; et si minus in curia atque in foro, at in litteris et libris, ut doctissimi veteres fecerunt, iuvare 4) remp. et de moribus ac legibus quaerere. *Cic. ad fam. IX.* 2.

14. A te peto, inquit Pomponius, ut scribas aliquid: iampridem enim conticuerunt tuae litterae. Nam ut illos de rep. libros edidisti, nihil a te sane postea accepimus, eisque nosmetipsi ad veterum annalium memoriam comprehendendam impulsi atque incensi sumus. *Cic. Brut. V.*

15. Sed si, qualis sit animus, ipse animus nesciet; dic, quaeso, ne esse quidem se sciet? ne moveri quidem se? ex quo illa ratio nata est Platonis, quae a Socrate est in Phaedro explicata 5), a me autem posita est in sexto libro de re publica 6). *Tuscul. I.* 22.

16. Cum a primo urbis ortu regiis institutis, partim etiam legibus, auspicia, caerimoniae, comitia, provocationes, patrum consilium, equitum peditumque descriptio, tota res militaris divinitus esset constituta, tum progressio admirabilis, incredibilisque cursus ad omnem excellentiam factus est, dominatu regio rep. liberata. Nec vero hic locus est, ut de moribus institutisque maiorum, et

1) Nempe contra aequitatem.

2) Si respicias Cic. ad Att. VIII. 11, seu apud nos de rep. V. 7, videbitur scribendum *quinto* pro *sexto*: quamquam etiam de rep. VI. 1. sermo est adhuc de rectore reip. Codices autem collationis lagomarsinianae, quam inspexi, constanter retinent *sexto*.

3) Scripta est ergo haec epistula anno eodem, quo libros politicos componebat Cicero.

4) Edd. *navare* mendose.

5) Laudat hanc sententiam Platonis etiam Lactantius inst. VII. 8.

6) Nempe in somnio cap. XXV.

disciplina ac temperatione civitatis loquamur: aliis haec locis satis accurate a a nobis dicta sunt, maximeque in iis sex libris, quos de rep. scripsimus. *Tuscul. IV.* 1.

17. Atque his libris adnumerandi sunt sex de rep., quos tunc scripsimus, cum gubernacula reip. tenebamus: magnus locus, philosophiaeque proprius, a Platone, Aristotele, Theophrasto, totaque peripateticorum familia tractatus uberrime 1). *De divin. II.* 1.

18. Quoniam scriptum est a te de optimo reip. statu consequens esse videtur, ut scribas tu idem de legibus. Sic enim fecisse video Platonem illum tuum 2). *De legibus I.* 5.

19. Quoniam igitur eius reip., quam optimam esse docuit in illis sex libris Scipio, tenendus est nobis et servandus status; omnesque leges accommodandae ad illud civitatis genus, serendi etiam mores, nec scriptis omnia sancienda; repetam stirpem iuris a natura. *De leg. I.* 6.

20. Hominem natura non solum celeritate mentis ornavit sed etiam sensus, tamquam satellites attribuit ac nuntios: et rerum plurimarum obscuras et necessarias intelligentias enudavit, quasi fundamenta quaedam scientiae: figuramque corporis habilem et aptam ingenio humano dedit. Nam cum ceteros animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, ad caelique quasi cognationis domiciliique pristini conspectum excitavit: tum speciem ita formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret. Nam et oculi nimis arguti, quemadmodum animo adfecti simus, loquuntur: et is qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse, praeter hominem, potest, indicat mores: cuius vim Graeci norunt, nomen omnino non habent. Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, quae conciliatrix est humanae maxime societatis. Neque enim omnia sunt huius disputationis, ac temporis: et hunc locum satis, ut mihi videtur, in iis libris quos legistis, expressit Scipio. *De leg. I.* 9.

21. An censes, cum in illis de rep. libris persuadere videatur Africanus, omnium rerump. nostram veterem illam fuisse optimam, non necesse esse optimae reip. leges dare consentaneas? A. Immo prorsus ita censeo. M. Ergo adeo expectate leges, quae genus illud optimum reip. contineant. *De leg. II.* 10.

22. Quoniam leges damus liberis populis, quaeque de optima rep. sentiremus, in sex libris ante diximus, accommodabimus hoc tempore leges ad illum, quem probamus, civitatis statum. *De leg. III.* 2.

23. Ut cupiditatibus principum et vitiis infici solet tota civitas, sic emendari et corrigi continentia *etc*. Quo perniciosius de re publica merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem: neque solum obsunt, quod ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusque exemplo quam peccato nocent. Atque haec lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest: pauci enim, atque admodum pauci, honore et gloria amplificati vel corrumpere mores civitatis vel corrigere possunt. Sed haec et nunc satis, et in illis libris tractata sunt diligentius 3). *De leg. III.* 13. 14.

24. Non quid hoc populo obtineri possit, sed quid optimum sit, tibi dicendum puto. Nam cassiae legis (*de populi iudicio*) culpam Scipio tuus sustinet, quo auctore lata esse dicitur. M. Vos demum ut video, legem antiquastis sine tabella. Sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem

1) Confer de fin. IV. n. 3.

2) Confer de rep. IV. 5.

3) In quinto scilicet atque sexto.

istam largior populo, ut et auctoritate valeant, et utantur bonis, plebi libera sunto. *De leg. III.* 16. 17.

25. Sed de hoc genere toto (*de liberalitate*) in iis libris, quos de repub. scripsi, diligenter est disputatum. *De officiis II.* 17.

26. Scipio, quasi praesagiret, perpaucis ante mortem diebus, cum et Philus et Manilius adessent, et alii plures, tuque etiam, Scaevola, mecum venisses, triduum disseruit de rep.; cuius disputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum: quae se in quiete per visum 1) ex Africano audisse dicebat. *De amicitia IV.*

27. Tum magis id diceres, Fanni, si nuper in hortis Scipionis cum est de rep. disputatum, affuisses 2): qualis tum patronus iustitiae fuit (Laelius) contra accuratam orationem Phili! *De amic. VII.*

28. Cum Ciceronis libros de re publica prehendit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philosophiae deditus; alius alio curam suam mittit. Philosophus admiratur, contra iustitiam dici tam multa potuisse. Cum ad hanc eandem lectionem philologus accessit, hoc subnotat, duos romanos reges esse, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Servii, matre dubitatur; Anci pater nullus, Numae nepos dicitur. Praeterea notat, eum quem nos dictatorem dicimus, et in historiis ita nominari legimus, apud antiquos magistrum populi vocatum 3): hodieque id extat in auguralibus libris; et testimonium est, quod qui ab illo nominatur, magister equitum est. Aeque notat, Romulum perisse solis defectione 4). Provocationem ad populum etiam a regibus fuisse: id ita in pontificalibus libris aliqui putant 5), et Fenestella. Eosdem libros cum grammaticus explicuit, primum reapse 6) dici a Cicerone, id est re ipsa, in commentarium refert; nec minus sepse, id est se ipse 7). Deinde transit ad ea quae consuetudo saeculi mutavit, tamquam quod ait Cicero: — quoniam sumus ab ipsa calce, eius interpellatione revocati 8) —: hanc quam nunc in circo cretam vocamus, calcem antiqui dicebant. Deinde ennianos colligit versus, et in primis illos de Africano scriptos: — Cui nemo civis neque hostis — quivit pro factis reddere oprae pretium. — Ex eo se ait intelligere, apud antiquos non tantum auxilium significasse operam, sed opera. Ait enim, neminem potuisse Scipioni neque civem neque hostem reddere operae pretium. Felicem deinde se putat, quod invenerit unde visum sit Virgilio dicere 9): — Quem super ingens — porta tonat caeli. — Ennium hoc ait Homero 10) surripuisse; Ennio Virgilium. Est enim apud Ciceronem in his ipsis de rep. hoc epigramma: — Si fas endo plagas caelestum escendere cuiquam; — Mi soli caeli maxima porta patet. *Seneca epist. CVIII.*

29. *Lactantius inst. I.* 18. *eosdem versus recitat, nisi quod pro* endo *mendose scribit* caedendo, *in quam lectionem commentatur sic*, scilicet quia magnam partem generis humani extinxit ac perdidit *etc.* Cui vanitati et Cicero assensit. — Est vero, inquit, Africane; nam et Herculi eadem ipsa porta patuit.

1) Macrobius ad somn. I. 3. observat, Ciceronem quoties eiusmodi rem appellare opus fuit, semper usum esse nomine *visum*.

2) Hac de re diximus in praefatione.

3) De rep. I. 40.

4) De rep. II. 10, et in somnio.

5) De rep. II. 31.

6) De rep. I. 2. II. 39, et VI. 22, secundum variam lectionem a Lagomarsinio notatam. Ergo frustra critici apud Forcellinum in hac voce nituntur legere *re ipsa* pro *reapse* in aliis Tullii locis tribus.

7) Immo *se ipsa* valet apud Cic. de rep. III. 8: quamquam ibi emendator male fecit *se ipse*.

8) Videsis quae diximus lib. III, pag. 247. n. 2.

9) G. III. 261.

10) Iliad. ϑ 393.

30. Cicero in libris de rep. ait deos, qui publice colerentur, homines fuisse. *Lactant. inst. I.* 15.

31. Utitur illa reiectione et M. Tullius extra omnem ingenii aleam positus 1), et, quod miremur, per advocatum defenditur 2). Nec doctissimis: Manium Persium haec legere nolo, Iunium Congum 3) volo. Quod si hoc Lucilius, qui primus condidit stili nasum, dicendum sibi putavit; si Cicero mutuandum, praesertim cum de rep. scriberet 4). *Plinius H. N. praef.*

32. Non ciceroniana simplicitate, qui in libris de rep. Platonis se comitem profitetur. *Plinius ibidem.*

33. Latina quum legeret (Alexander Severus imp.) non alia magis legebat quam de officiis Ciceronis et de rep. *Lampridius in Alex. Sev. cap. XXIX.*

34. Chalcenterus Didymus, multiplicis scientiae scriptis memorabilis, qui in illis sex libris ubi nonnumquam imperfecte Tullium 5) reprehendit, sillographos imitatur scriptores maledicos, iudicio doctarum aurium incusatur, ut immania frementem leonem putredulis vocibus canus catulus longius circumlatrans. *Ammianus Marc. XXII.* 16.

35. Inter Platonis et Ciceronis libros, quos de re publica utrumque constituisse constat, hoc interesse prima fronte perspeximus, quod ille rem publicam ordinavit, hic retulit; alter qualis esse deberet; alter qualis esset a maioribus instituta disseruit. *Macrobius ad somn. I.* 1.

36. Laelii, Scipiones, amplissimis de rebus, quoad romanae litterae erunt, in veterum libris disputabunt. *Macrobius saturn. I.* 1.

37. *Sancti Ambrosii locos nonnullos, quibus Ciceronem de rep. manifeste imitatur, partim scripsi, partim memoravi in scholiis libri tertii. pp.* 147. 151. 152. 159. 162. *Duo tamen ferme reliqui sunt; nempe de officiis II.* 14. *ff.* 67. Haec plena laudis et digna primario viro, non communem cum tyriis negotiatoribus habere turpis lucri cupidinem. *Quae verba referuntur ad fragmentum nonianum lib. III. p.* 177. *Rursus loc. cit. ait idem Ambrosius.* Decet omnes censura frugalitatis, continentiae auctoritas, et maxime eum qui honore praestet, ne praeminentem virum thesauri possideant sui, et pecuniis serviat qui praeest liberis. *Quae sententia vel ad quarti libri fragmenta spectare videtur, vel ad libri primi lacunam cap. XVII.*

38. Παράθεσις τῆς κατὰ Πλάτωνα καὶ Κικέρωνα πολιτείας. *Anonymus vaticanus περὶ τῆς πολιτικῆς ἐπιστήμης λογ. ε'. κεφ. ι'. Script. vet. T. II. p.* 596.

39. Τράγκυλλος ὁ Σουητόνιος χρηματίσας γραμματικὸς ῥωμαῖος ἔγραψε περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας α'· ἀντιλέγει δὲ τῷ Διδύμῳ. *Suidas voc.* Τράγκυλλος.

40. Scripserunt de re publica, etsi diverso modo, Cicero et Plato; cum alter qualis esse debeat disseruerit, alter qualis fuerit a maioribus instituta. Hanc tamen uterque et institutae et instituendae praescripsit formulam, ut vita civilis naturam imitetur 6), quam optimam vivendi ducem saepissime nominamus. *Iohannes sarisberiensis policr. VI.* 21.

1) Sic apud Macrobium sat. I. 24. Cicero dicitur consiliis impenetrabilis.

2) Nempe per Laelii auctoritatem.

3) De hoc Congo, (seu potius Conco) loquitur interpres vaticanus a me olim editus ad or. pro Plancio XXIV. Ego vero ibi immemor pliniani huius loci, de Cassio Longino cogitabam.

4) Persium hunc loquentem dat Cicero de orat. II. 6. *C. Lucilius dicere solebat, ea quae scriberet, neque ab indoctissimis neque a doctissimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quam ipse de se* etc. Rursus haec habet Cicero de fin. I. 3. Hinc facile suppleas, quae nimis abrupta citat Plinius e libris de rep.

5) Scilicet de rep. teste Suida.

6) Confer de rep. I. 36. II. 39.

MONITUM

DE PRIMA OPERIS LACUNA.

Ciceronis de rep. splendidissimis verbis illuminatum exordium detrimenta duo perincommoda passum est, maximum initio, in medio minimum; sed de posteriore, quum res tulerit, loquar; nunc prius inspiciendum est, studioque aliquo reparandum; non ita equidem ut ipsa verba reponere audeam, quae inconsulta temeritas foret, sed ut partem sententiarum meditando adsequi nitar. Equidem fateor, me de supplendo verbis meis (diversis tamen litterarum formis) tulliano prohoemio, nec non aliis, prout se dabant, lacunis iuveniliter olim mecum cogitasse; praesertim eo tempore, quo Ciceronem velut imitans, tractatum de christiana rep. contexere coeperam, cuius brevem imaginem infra p. 140. obiter scripto tradidi. Noveram suppletum a Petrarcha ·Q· Curtium, a Freinshemio Livium, a Brossio Sallustium, a Broterio Tacitum, herculanenses quoque papyros perdifficili opere sartas videbam, totque alia vetera monumenta, quae numerare longum foret, meditationibus doctorum hominum quasi in integrum restituta. Quid? Ciceronis nostri consolationem in filiae obitu nonne Sigonius vel quivis alius aptissime adumbravit? Quin ipsos libros sex de rep., ante vulgatum a me vaticanum codicem, Bernhardus gallus, arbitratu suo, patrio sermone, defingere ausus fuerat, etsi collecta illactenus a Sigonio Patricioque fragmenta minima erant, nec suggerendis supplementis, probabilibus saltem, idonea. Nunc vero tam lauta Ciceronis parte adinventa, posse me aliquid potiore iure audere ac moliri existimabam. Sed enim periculosam hanc, vel potius desperandam, aleam me vitasse, valde gratulor. Cuius enim mortalis facundia, nedum nostra tenuitas, simulare poterit Ciceronem? quem Fronto ad Ver. aug. ep. I. summum supremumque os romanae linguae dicit. Satis itaque mihi fuit tulliani sermonis paucis in locis contextionem, curvis distinguendi causa litteris, brevissime continuare, videlicet in pp. 39. 58. 77. 93. 102. 112. 118. 148. 149. 158, quo studio lectorum commoditati, sine ullo veritatis dispendio, et absque auctoris iniuria, consuluisse me spero. Ergo omni latiorum supplementorum consilio abiecto, ad divinandam potius Ciceronis in hoc ipsius prohoemio mentem, quidve verisimiliter scripserit, et quaenam eius rei indicia supersint, me convertam.

Hoc Tullius copioso exordio dubitationem ad remp. adeundi voluit tollere (de rep. I. 7.); quod dum faceret, occasionem laudandi πολιτισμοῦ nanciscebatur, simulque purgandi sui, qui omissa philosophiae quiete, civilibus fluctibus semet commiserat. Atque in primis auctor (ut mihi penitus persuasi) valde commendavit famigeratam illam Platonis sententiam, ab eodem alibi (ad ·Q· fr. I. 1. ff. 10.) expressam: *ille princeps ingenii et doctrinae Plato tum denique fore beatas resp. putavit, si aut docti ac sapientes homines eas regere coepissent; aut ii qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. Hanc coniunctionem videlicet potestatis ac sapientiae, saluti censuit civitatibus esse posse.* Quae nobilissima Platonis sententia plurimis, ut par

erat, placuit multisque in libris repetita est. Nam et S. Hieronymus comment. in Ionam cap. III ait: *Plato dicit felices fore resp., si aut philosophi regnent, aut reges philosophentur.* Boëthius in consol. philosoph. I. pros. 4. *beatas* ait *fore resp. si eas vel studiosi sapientiae regerent, vel earum rectores studere sapientiae contigisset.* Graecus politicus vaticanus, qui procul dubio est Petrus ille Protector, sub Iustiniano imp. clarus, a nobis editus Script. vet. T. II, ait p. 605. *Πλάτων μὲν ποτε λέγει δύνασθαι οὐδὲ ἑτέραν πολιτείαν φύεσθαι, οὐδ' αὐτὸ γένος ὅλον τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν ἔχειν, εἰ μὴ αἱ νῦν ἑκάστη χωρὶς πορευομέναι φύσεις ἀποκλεισθῶσιν, εἰς ταυτὸν δὲ συνέλθῃ φιλοσοφία τε καὶ δύναμις πολιτική*: *Plato quidem adfirmat, fieri non posse ut alia ulla regendae reip. ratio excogitetur, vel universum hominum genus aliter sit incolume, nisi duae seorsum incedere, ut nunc usuvenit, naturae prohibeantur; ac philosophia in unum veluti corpus cum potentia politica coalescat.* Sane ad Petri politicum opus quod adtinet, doleo praecipue, quod comparatio tullianae reip. cum platonica, quam in quinto libro cap. 10. instituerat, in vaticano palimpsesto non supersit. Multa enim cognitu digna, et proposito nostro idonea, ab eo dicta fuisse puto. Nuperius denique Card. Sfortia Pallavicinius concinno satis libello, a nobis Spicil. rom. T. VI. item edito, idem belle argumentum exposuit. Praeterea quod ait Plinius, *Ciceronem in libris de rep. Platonis se comitem profiteri*, id quoque pertinere ad exordium arbitror. Tum nullus dubito, quin initio operis fuerit dictum illud e Lucilio arcessitum, quo se Tullius teste praedicto Plinio negabat (contra ac facit de fin. I. 3.) doctissimis hominibus hos libros scribere (Varroni puta aut Nigidio), quorum iudicum publica reiectione utebatur. Certe Lucilii versus nusquam fere in his libris citari potuerunt, nisi in prohoemiis: nam quominus hi fuerint in dialogo, Lucilii aetas in causa est, qui adhuc erat adulescentulus vivente Scipione: quamquam fateor, videri ipsum Lucilium dicere apud Cic. fin. I. 3. non aliorum doctorum solum, sed etiam Scipionis iudicium se formidare. Propriam sibi sedem in exordio postulare videtur illa quoque sententia de patriae caritate, quam a Nonio e lib. I. de rep. servatam, lib. I. 3. scripsi. Praeterea quod in libro III. 3. posui, auctore Lactantio, tullianum dictum de vanitate philosophici otii et de negotii politici utilitate, id pari ferme iure ad initia operis referre licet. Idem Lactantius quantas opes e tullianis de rep. libris prompserit, liber meus luculenter demonstrat. Ego vero considerato illius institutionum exordio, quo ait, *magno et excellenti ingenio viros, contemtis omnibus et privatis et publicis actionibus, se doctrinae penitus dedidisse, existimantes multo id esse praeclarius quam cumulandis honoribus inhaerere*; valde suspicabar hanc quoque sententiam pertinere ad tullianum de rep. exordium.

Utrum ad remp. accedendum sit nec ne, controversia celebris fuit Dicaearchi cum Theophrasto, cuius meminit Cicero ad Att. II. 16. VII. 3. Priorem sententiam tuebatur Dicaearchus; eius autem vix dubito quin in operis exordio mentio fuerit, praesertim auctoris qui plures politias scripserat, quemque Cicero legebat atque in primis probabat, ad Att. II. 2. VI. 2. de rep. II. 4. p. 138. n. 2. Priore quidem loco sic Cicero: *magnum acervum (librorum) Dicaearchi mihi ante pedes exstruxeram. O magnum hominem! a quo multo plura didiceris, quam a Procilio* sic. Sed praeter Dicaearchum, pronum creditu mihi est, appellatos fuisse alios quoque graecos politicos, ut Socratem, Aristotelem, Theophrastum, Xenophontem, quos partim in simili opere nominat cum Cicerone atque Platone, cumque huius sententia de rege optando philosopho, graecus politicus vaticanus, p. 608.

Tum quia Cicero (ad Att. IV. 16.) Varronem cogitabat in prohoemiis politicis appellare, licet huic quoque homini sedem concedere in priore exordii lacuna. Denique laudatos fuisse a Tullio in hoc exordio praecipuos romanae reip. viros, qui otio suo publicam utilitatem praetulerunt, demonstrant primae hiantis paginae verba, quorum nos facile supplementa in subiecto scholio indicavimus.

Superest ut locum Plutarchi considerem (an seni sit ger. resp. T. IX. p. 183.) apud quem testatur Cicero, se pulcherrima et maxima consilia, quibus egregie in consulatu utens remp. conservaverat, cum ·P· Nigidio philosopho omnia cepisse: *Κικέρων ὡμολόγει τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν συμβουλευμάτων οἷς ὀρθῶς ἐνυπατεύων τὴν πατρίδα διέσωζε, μετὰ Ποπλίου Νιγιδίου τοῦ φιλοσόφου συνθεῖναι.* Age vero ubinam Cicero tam insigne testimonium Nigidio dedit? Extat eius epistula ad Nigidium (ad fam. IV. 13.) in qua tamen, ad rem nostram quod adtinet, nihil video praeter verba haec: *per me quondam, te socio, defensa resp.* Atqui eiusmodi laudem compluribus aliis minime fortasse doctis largitus est Cicero, ut Sextio, Flacco, Miloni etc.; mihi autem Plutarchi locus aliquanto plus significare videtur quam ait Cicero suprascriptis verbis ad Nigidium. Id tamen clarius elucesceret, si Plutarchus pro *ὡμολόγει* scripsisset *ὁμολογεῖ*. Porro in politico exordio, ubi doctos homines et philosophos praeficiendos esse reip. Tullius censuerat, commode in primis commemorasset id exemplum Nigidii, cuius praeclara doctrina ac philosophia tanto usui reip. fuisset 1). Certe et verba Hieronymi comment. in Ionam cap. III. sententiam Tullii de politico sapiente ac philosopho fortasse respiciunt. *Quid valeat apud homines saeculi eloquentia et sapientia saecularis, testes sunt Demosthenes, Tullius, Plato, Xenophon, Theophrastus, Aristoteles, et ceteri oratores ac philosophi, qui velut reges habentur hominum, et praecepta eorum non ut praecepta mortalium, sed quasi oracula accipiuntur deorum.* Sed iam satis abundeque coniecturarum de prima operis lacuna. Nunc denique iamdiu expectatus in scenam Tullius prodeat.

1) De familiari sibi Nigidio Tullius ad Att. II. 2; VII. 24; ad ·Q· fr. I. 2. ff. 5; pro Syll. XIV, et praesertim in supradicta ep. ad fam. IV. 13, et de universo seu Timaeo cap. I, ubi eximie laudatur Nigidius tamquam artibus omnibus et praecipue philosophia praeditus, idemque cognoscitur dialogum in Timaeo fecisse cum Cicerone. Nigidium Gellius IV. 9. XIII. 25. XIX. 14; Macrobius sat. VIII. 8; Servius ad aen. X. 175. doctissimum romanae civitatis et Varroni exaequandum aiunt. Nigidii pauca, e tot voluminibus ab eo scriptis, fragmenta supersunt collecta apud Rutgersium var. lect. III. 16; quae ipse utrum omnia Nigidio nostro digna sint, ambigo.

(codicis pag. 61.

homo est quia
et omnes xpiani membra sunt x
membra xpi quid cantant. Amant
desiderando cantant. Aliquando

pag. 62

nostra tacentra est quasi
enim timemus promittente ueri
test. nec fallere. Bonum est ut
rat. sed si manserimus in uerbo
tunc uidebimus. Cum credimus
uidebimus res erit in futuro saec
em ad faciem. tunc uidebimus
mus corda munda. Beati
uidebunt. Unde enim corda
Sicut petrus ait in actib; apostol
Mundantur autem corda nostra
ne ad capere speciem. Ambula
dum per speciem. Sicut apostol
corpore peregrinamur a dno
per fidem enim ambulamus non
natur et per fidem ambulat.
est in uia. Qui autem nec credit n
Si ergo ambulemus tam quam in uia

.M. TULLII CICERONIS

DE RE PUBLICA.

LIBER PRIMUS.

I. ...... *Impetu* liberavissent 1); nec ·C· Duelius a), Aulus Atilius, ·L· b) Metellus terrore Karthaginis; non duo Scipiones oriens incendium belli c) punici secundi sanguine suo restinxissent; nec id excitatum maioribus copiis aut Quintus Maximus enervavisset, aut ·M· d) Marcellus contudisset, aut a portis Codicis p. 63. Desiderantur hactenus paginae XXXIIII

a) Ita cod. pro *Duilius*. Et quidem ad Cic. de sen. XIII. observat Ursinus veterem libros habuisse *Duelium*: monetque ita scripsisse veteres. Nonnullae vero eius loci editiones exhibent *Duellium*, sicuti diserte legitur in oratore XLV, et in var. lect. de N. D. II. 66, et pro Plancio XXV; quo loco perperam Ursinus malebat scribere *Duilium*. Sed et Quintilianus inst. I. 4: scribit *Duellium*, itemque Plinius XXXIV. 5, et Seneca de clem. I. 10. Inscriptiones tamen gruterianae atque alia monumenta, inter quae fasti capitolini, retinent *Duilium*. Variat haec scriptura apud Servium ad aen. XI. 206. Codices quoque graeci habent Δουέλιος vel Δουέλλιος apud Dionys. halic. hist. X. 58. XI. 23. 46. Quin adeo Leonardus aretinus scripturae illius per e memor ep. VII. 7. scribebat *Duellium*. — b) Praenomina haec in codice scribuntur partim siglis partim explicata — c) Cod. *e belli*; sed mox ibidem deleta littera *e*. — d) ·M· superponitur in cod.

1) Priore periodi parte videtur Cicero appellavisse romanos alios qui superioribus bellis inclaruissent; et quidem haud secus ac sic: *nec Italiam ·M· Camillus Gallorum, nec ·M· Curius, ·C· Fabricius, Ti. Coruncanius Pyrrhi impetu liberavissent*. Immo paulo fortasse illos romanos heroas recensuit: cuius rei indicem habemus ipsum auctorem de sen. cap. XX, et tusc. I. 37: *si mors timeretur, non ·L· Brutus arcens eum reditu tyrannum, quem ipse expulerat, in proelio concidisset: non cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos, se hostium telis obiecissent: non uno bello pro patria cadentes Scipiones Hispania vidisset, Paulum et Geminum Cannae, Venusia Marcellum, Latini Albinum, Lucani Gracchum*. Mox ibidem Cicero commemorat quoque Camillum. Lege etiam tuscul. I. 46. Rursus paradoxo I. facem praefert Cicero ad huius lacunae latebras pervidendas, enumerata romanorum illustrium serie a Bruto usque ad Africanum utrumque et ad Catonem: *Brutum siqui roget, quid egerit in patria liberanda?* etc. Eosdem heroas verbis fortasse tullianis celebrat Augustinus de civit. D. V. 18. Adi et Horatium od. I. 12. De hac denique lacuna videsis quae infra dicemus in scholiis lib. III. 3.

huius urbis avolsum *a*) ·P· Africanus compulisset intr
stium moenia. ·M· vero Catoni homini ignoto et novo 1
P. 64. omnes,, qui isdem *b*) rebus studemus, quasi exemplari a
dustriam virtutemque ducimur 2), certe licuit 3) Tusc
in otio delectare, salubri et propinquo loco 4). Sed
demens, ut isti putant 5), cum cogeret eum necessitas
in his undis *c*) et tempestatibus 6) ad summam senec
maluit iactari, quam in illa tranquillitate atque otio i
dissime vivere 7). Omitto innumerabilis viros, quorum s
P. 77. saluti huic civitati || fuerunt: et qui sunt *d*) procul ab a
huius memoria, commemorare eos desino, ne quis s
suorum aliquem praetermissum queratur *e*). Unum hoc

a) Ita prisca scriptura pro *avulsum*. Sic *convolsis* Cicero in Verr. IV. apud Paulum voc. Tum Fronto ad Verum II. 4. *equites volsi*. Memorabile autem est Quintiliani dictum inst. *dicam vortices et vorsus, ceteraque ad eundem modum, quae primo Scipio Africanus in e secundum vertisse dicitur?* Quin etiam Africanus *redarguesse* dicebat pro *redarguisse*, tes in hac voce. Idem Quintilianus loc. cit. monet *Gaium* notari littera *C;* id est aliter scril enuntiari. Secus autem modo vidimus in nostro codice ubi scribitur *G.* Quintiliani d repetit Cassiodorus comm. de or. cap. I. — *b*) Cod. prima manu *sdem*. per aphaeresin secunda factum *isdem*. Iam de scriptura *isdem* praeclaram habemus Ciceronis ipsius d in oratore XLVII: *idem campus habet, inquit Ennius; et in templis isdem probavit. At ii verius, nec tamen opimius. Male sonabat iisdem. Impetratum est a consuetudine ut peccare causa liceret.* — *c*) Ita cod. 2 manu; at 1. *umdis*. — *d*) Heic olim inserendum putaba mox eius rei me paenitebat. Certe *desino* de re non coepta dicitur infra I. 39, nec non a gilium Martialem cap. de amygdalis ff. 3. — *e*) Cod. *quaeratur*. Alibi contra scribit ubi requiritur *quae*. Is autem error duplici ex causa manavisse videtur, nempe mod nunciatione dictantis, modo a siglis male lectis: nam $\bar{q}$ notariis valet *quae*, sed i a librariis lectum est *que*.

1) *Cato nomen suum Tusculi ignobile, Romae nobilissimum reddidit.* Valerius ·M· III. 4. 6.

2) De se praesertim ait Cicero, cui Velleius II. 34. testimonium hoc dat: *Cicero, qui omnia incrementa sua sibi debuit, vir novitatis nobilissimae.*

3) Cic. tusc. I. 15: *licuit esse otioso Themistocli, licuit Epaminondae* etc. *Sed nescio quomodo inhaeret in mentibus quasi saeculorum quoddam augurium futurorum. — quo quidem dempto, quis tam esset amens, qui semper in laboribus et periculis viveret?* Cr.

4) Ita Seneca de benef. IV. 12: *tusculanum aut tiburtinum paraturus, salubritatis causa et aestivi secessus.*

5) Sic Iuvenalis I. 16: *consili dimus Syllae privatus ut altun miret.* Epicurei praesertim app stultos eos qui reip. consulerent tatique servirent. Cic. pro Sexti

6) Intelligit inimicorum poti insectationes: nam Cato quater dragies postulatus causam dixit per absolutus. Plin. hist. VII. 2

7) Suam otii fugam assiduo senectute labores praedicat ipse (haud sane detrectator laudum s ut ait Livius XXXIV. 15.) apud sen. XXIII. Conf. et de leg. II. orat. III. 33; nec non Plutarch. Catonis. Ciceroni autem ipsi Catonem fuisse in ore constat de leg. cap. II.

nio, tantam esse necessitatem virtutis generi hominum a natura, tantumque amorem ad communem salutem defendendam datum, ut ea vis *a*) omnia blandimenta voluptatis otiique *b*) vicerit 1).

II. Nec vero habere virtutem satis est, quasi artem aliquam 2), nisi | utare; etsi ars quidem, cum ea non utare, P. 78.
scientia tamen ipsa teneri potest. Virtus in usu sui tota posita est; usus autem eius est maximus civitatis gubernatio 3), et earum ipsarum rerum, quas isti in angulis personant 4), reapse *c*), non oratione, perfectio 5). Nihil enim dicitur a philosophis, quod quidem recte honesteque dicatur, quod *non d*)

a) Codicis nostri scriptor saepe pro *v*. scripsit *b*, quam scripturam posterior manus passim sustulit reposita *v*. ut heic *bis* correctum fuit *vis*. De promiscuo usu *b* et *v* late agit apud Putschium p. 2295. sqq. Martyrius, qui quidem diserte tuetur *larba*, *besica*, *berna*, *balvae*, *nebus*, *manuviae*. Idem pro *Fabius* legit *Favius*, quam scripturam ego quoque in codicibus vidi. Sic in codice Iust. VI. 28. 1 legitur *Favianus* pro *Fabianus*. Item *Provinus* pro *Probinus* apud Cassiod. var. II. 11. *B*. pro *v*, et contra *v*. pro *b*, passim videas in inscriptionibus vaticanis praesertim christiani aevi. Sic in carmine s. Paulini a me edito p. 66. *bacillet* pro *vacillet*. Legesis denique indicem orthographicum Frontonis mei. — *b*) Cod. *otique* 1. manu, mox 2. *otiique*. De unica *i* pro duabus sic Martianus lib. III. cap. de analogia; *consuetudo et auctoritas veterum ingeni*, *consili*, *imperi*, *per tres syllabas maluit dicere*. — *c*) Vocabulum *reapse* in libris Tullii de rep. legebat Seneca ep. CVIII. Idem vocabulum recurrit inferius in hoc opere II. 39, ubi scribitur *reabse*. Africanus ipse Pauli filius usus est in oratione quadam hoc vocabulo, interposita copula, *reque eapse*. Lege Festum in hac voce. — *d*) Ausus sum addere *non*; ita enim sententia postulare prorsus videtur.

1) Nihilominus sapientis Ulyxis anima apud Platonem reipub. X. edit. Steph. p. 620. in mortale corpus reditura, privati otiosique hominis vitam studiose eligit, memor nimirum et taedens exantlatorum laborum in ambitiosa vita et regali.

2) Est enim *virtus bene vivendi ars*, ut sicut stoici apud Augustinum C. D. IX. 4, et XIX. 1. XXII. 24. 3. Similis fere tullianus est Aristotelis locus reip. VII. 2. Virtutem omnino activam vult idem Aristoteles apud Themistium or. de praef. conscript. cap. VI. Sed tulliani loci sententiam nemo melius exprimit quam Damascius in Isidori vita apud Photium cod. CCXLII. p. 1071, qui locus laudatur cumulatior a Suida voc. μισοπράγμων et voc. Οὐλπιανός. Procopius gazaeus denique ep. 86. a nobis edita: ὡς γὰρ τῷ Πλάτωνι τῷ σοφῷ δοκεῖ, οὐκ ἔστιν ἀρετὴν εἰδέναι τι, μὴ τοῖς ἔργοις πρὸς ἀρετὴν ἐπειγόμενον.

3) Plato in epinomidis (quod opus ei vulgariter tribuitur) fine decernit, ut ad eos qui summam virtutem adepti sint, summa reip. dignitas deferatur, cum senilem tamen aetatem adtigerint. Eupolis apud Suidam tom. II. p. 554. μὴ παιδὶ τὰ κοινά, *ne puero remp*. Augustinus de ord. II. 25. *remp. nolint administrare nisi perfecti*. Tum idem in operis fine ex Varronis testimonio: *Pythagoras regendae reipub. disciplinam suis auditoribus ultimam tradebat iam doctis, iam perfectis, iam sapientibus, iam beatis. Tantos enim ibi fluctus videbat, ut eis nollet committere nisi virum, qui et in regendo paene divine scopulos evitaret; et si omnia defecissent, ipse illis fluctibus quasi scopulus fieret*.

4) Haec Lactantius presse imitatur inst. III. 16. 2.

5) Conf. Ciceronem de off. I. 43-44.

ab his partum *a*) confirmatumque sit, a quibus civitatibus iura
P. 123. descripta sunt. Unde ‖ enim pietas? aut a quibus religio 1)? unde ius aut gentium, aut hoc ipsum civile quod dicitur 2)? unde iustitia, fides, aequitas? unde pudor, continentia, fuga turpidinis *b*), adpetentia *c*) laudis et honestatis? unde in laboribus *d*) et periculis fortitudo? nempe ab his, qui haec disciplinis informata, alia moribus confirmarunt, sanxerunt autem alia legibus 3). Quin etiam Xenocraten ferunt, nobilem
P. 124. in primis philosophum, cum quae|reretur *e*) ex eo quid *f*) adsequerentur eius discipuli, respondisse, ut id sua sponte facerent quod cogerentur facere legibus 4). Ergo ille civis qui

a) Vocem *partum* sollicitandam haud arbitror. Locutionem autem fortasse imitatur Augustinus C. D. II. 2. dum ait, *Romam partam veterum auctamque laboribus*. — *b*) Ita *turpido* pro *turpitudo* scribit etiam Tertullianus de cor. mil. XIV: quo in loco frustra Gesnerus suspicabatur vitium librarii, frustra item quidam editores reponebant *turpitudo*. Sic obtinuit *pingurdo* pro *pinguitudo*. Vox *turpido* legitur apud Trebonium in codice antiquissimo mediceo Cicer. epist. ad diversos XII. 16. Ineptit vero apud Putschium Caper p. 2246. v. 20, qui vult scribi *torpedo* non *turpido*, quasi idem vocabulum idemque significatus sit. — *c*) Ita cod. pro *appetentia*. De his et similibus praepositionibus nunc servatis, nunc ad consonam sequentem reformatis legendi sunt passim orthographi veteres apud Putschium. — *d*) Ita cod 2. manu; at 1. *lavoribus*. — *e*) Cod. *quereretur*. — *f*) Ita cod. 2. manu; at 1. *quod*.

1) Politicum religionis genus docent apud Augustinum C. D. IV. 27. 31. VI. 5. (et alibi) Scaevola et Varro, quorum utrique etsi politica religio videtur falsa (quippe ficta ab hominibus) tamen adeo necessaria dicitur ut expedire existiment falli in religione civitates. Hinc ille politicus veterum mos Servio memoratus ad aen. III. 80: *maiorum haec erat consuetudo, ut rex esset etiam sacerdos et pontifex*. Vide quae de Numa dicenda sunt inferius in hoc opere lib. II. Ceterum quod quidam aiunt de Deo opinionem a legumlatoribus fuisse inter homines invectam, id egregie coarguit, ut principii petitionem, Sextus empiricus lib. I. contra phys. sect. 31: licet enim quaerere, undenam ipsi legumlatores, quum nemo Deum esse tradidisset, Dei notitiam hauserint. Confer etiam Lactantium de ira D. cap. X.

2) Digest. I. 2. 2.

3) Sane Plato in politico p. 258, et 293. hominem politicum in sapientium numero collocandum esse decernit. Quin adeo platonica hominis definitio est apud Sextum emp. pyrrh. II. cap. 5. et 16, nec non I. contra logic. 821. ἄνθρωπον εἶναι ζῷον ἐπιστήμης πολιτικῆς δεκτικόν, *hominem esse animal scientiae politicae capax*. Quamquam idem Sextus instituto suo contradicendi, definitionem hanc vituperat.

4) Locum hunc libere citari a Servio ad aen. VII. 204, omisso Ciceronis nomine, nunc primum videmur cognoscere. En autem Servii verba: *Xenocratis est, qui cum primus philosophiae scholam aperuisset (quod antea in porticibus de philosophia tractaretur) et interrogatus esset, quid praestare posset discipulis, respondit: ut id voluntate faciant quod alii iure coguntur.* Item nunc primum cognoscimus, hunc locum a Lactantio quoque e politico Tullii prohoemio fuisse decerptum inst. VI. 9: *sed concedamus sane ut id natura vel, ut ait philosophus, sua sponte faciant,*

id cogit omnis imperio legumque poena 1), quod vix paucis persuadere oratione philosophi *a*) possunt, etiam his *b*), qui illa disputant, ipsis est praeferendus doctoribus 2). Quae est enim *c*) istorum oratio tam exquisita, quae sit anteponenda bene constitutae civitati publico iure *d*) et moribus? Equidem ‖ P. 125.
quemadmodum urbes magnas atque inperiosas 3), ut appellat Ennius, viculis et castellis praeferendas puto, sic eos qui his urbibus consilio atque auctoritate praesunt, his qui omnis negotii publici expertes 4) » sint, longe duco sapientia ipsa esse anteponendos. Et quoniam maxime rapimur ad *e*) opes augendas generis humani, studemusque nostris consiliis *f*) et laboribus *g*) tutiorem et opulentiorem vitam hominum reddere 5), et ad hanc | voluptatem *h*) ipsius naturae stimulis incitamur, P. 126.
teneamus eum cursum qui semper fuit optimi cuiusque; neque ea signa audiamus, quae receptui canunt, ut eos etiam revocent, qui iam processerint 6).

a) Cod. *filosofi;* mox antiqua manu factum *philosophi.* Superior quoque vox *philosophum* in codice interpolata fuit. Litterarum *ph* olim a Latinis non fuisse adhibitam monet nos Cicero or. XLVIII. Tum Martianus lib. III. cap. de coniug. ait: *nec F excludent, cum dicamus Orpheus, quamquam a Graecis veniat, et per p et h potius scribatur.* — *b*) Cod. prima manu videtur habere *is.* — *c*) Ita cod. 2. manu; at 1. *etenim* sine *est.* — *d*) Cod. prima manu *iure;* sed factum secunda *iuri.* Si quis hoc forte mavult, interpungat ante *publico.* — *e*) Ita 2. manu, sed 1. *at* — *f*) Cod. 1. m. *consuis*, 2. *consiliis.* — *g*) Ita cod. 2. manu; at 1. *lavoribus.* — *h*) Sic cod., non *voluntatem.* Et quidem sic loquitur etiam Ciceronis interpres a me olim editus ad or. pro Mil. cap. XII. Conferatur item Fronto diff. vocab. Anonymus denique in Maximiani et Constantini panegyrico cap. II. in simili sententia dicit, *voluptas conservandi generis humani.*

quod *legibus facere coguntur.* Xenocratis a vitio retrahentis discipulos exemplum profert Hieronym. com. in Os. I. 1. Eadem super re legantur, praeter Horat. sat. II. 3. 254, Fronto ad M. Caes. I. 1; Val. M. VI. 9. ext. 1; Aug. ep. CXLIV. 2, et contra Iulian. pelag. I. 12. Xenocrates *severissimus philosophorum*, Cic. off I. 30; *gravissimus*, tusc. V. 18. De Xenocratis pudicitia mirus est locus Laërtii IV. 6.

1) Confer Ciceronem de or. I. 43.

2) Hoc tulliani operis caput sine dubio prae oculis Lactantius habuit (ut nunc a Cic. innotescit) cum institut. III. 16. ait: *sapientia autem, nisi in aliquo actu fuerit, quo vim suam exerceat, inanis et falsa est: recteque Tullius civiles viros, qui remp. gubernent; qui urbes aut novas constituant, aut constitutas aequitate tueantur; qui salutem libertatemque civium vel bonis legibus vel salubribus consiliis vel iudiciis gravibus conservent, philosophiae doctoribus praefert.*

3) Notavit heic hemistichium Ennii cl. Oriolius. Augustinus C. D. XV. 19. Romam ipsam dicit *imperiosissimam civitatem.* Item XIX. 21. Apud Tullium in oratore XXXIV. *imperiosi populi.*

4) Verba haec virgulis inclusa citat libere Fronto ex Tullii opere de rep. (omissa libri nota) in exemplis elocutionum voc *expers.*

5) Haec eadem disputat Cicero de off. I. 44, et II. 24.

6) Atqui Cicero ipse signa haec, quae

III. His rationibus tam certis tamque inlustribus opponuntur ab his, qui contra disputant, primum labores qui sint re publica *a*) defendenda sustinendi: leve sane inpedimentum
P. 91. vigilanti et industrio; neque solum *b*) ‖ in tantis rebus, set *c*) etiam in mediocribus vel studiis vel officiis vel vero etiam negotiis contemnendum. Adiunguntur *d*) pericula vitae, turpisque ab his formido mortis fortibus viris opponitur: quibus magis id miserum videri solet, natura se consumi et senectute 1), quam sibi *e*) dari tempus, ut possint eam vitam, quae tamen esset *f*) reddenda naturae, pro patria potissimum reddere 2).
P. 92. Illo vero se loco copiosos et *g*) disertos | putant, cum calamitates clarissimorum virorum, iniuriasque iis ab ingratis inpositas civibus colligunt 3). Hinc enim illa et apud Graecos

a) Scribo separatim duo verba *re publica*, non coniunctim unum verbum, ut vulgo iam fit. In codice quidem tituli sunt DE REP.; vel DE RE PUB.; interiectis spatiis; vel DE RE PUBLICA interiectis item spatiis: in codicis autem ipso contextu RESP. vel R. P. Verum *res publica* duo esse vocabula, tum grammatica declinatio docet, tum Ciceronis exemplum de off. I. 44: *que meliores cives, utilioresque rebus suis publicis essent.* Tum ad fam. IV. 9: *si re publica non posis frui, stultum est nolle privata.* Praeterea VII. 28. rem publicam vocat *rem communem* (ut etiam Augustinus C. D. V. 18.) Denique in Vatin. IX. simpliciter *rem*, uti legitur in antiquissimo palimpsesto ambrosiano: *eam rem quae auspiciis constituta est.* Sane etiam Gracchus apud Festum in fragm. ed. Gotofr. p. 177. haec verba distinxisse videtur, cum dixit: *eae nationes res publicas suas amiserunt.* — *b*) Cod. *neque tai solum; sed tai* deinde expunctum, quae videtur metathesis τοῦ *ita*: vocabuli hoc loco minime ferendi. — *c*) Ita cod. pro *sed*, quod alibi tamen in codice occurrit. Verumtamen *set*, non *sed*, praecepto grammaticorum esse scribendum, quamquam vulgo aures audiant *sed*, testis est Longus p. 2231. Cornutus autem de hac scriptura litem esse ait p. 2283. Ego quidem utramque *set* et *sed* scripturam in antiquissimis mss. reperio. — *d*) Cod. evidenter *adiungitur*, sine ulla emendatione. — *e*) Cod. prima manu *sivi*; mox factum *sibi*. — *f*) Cod. *essed*, quum contra paulo ante viderimus *set* pro *sed*. — *g*) Cod. *ed*.

receptui canebant, audienda sibi aliquando putavit, veluti ad Att. II. 5. 16; quibus in locis grave prae se fert politicae vitae taedium, privataeque amorem. De re deliberat etiam tusc. V. 1. Neque id mirum in variis vitae humanae vicissitudinibus, animique motibus; praeter quam quod Cicero, academicae sectae addictus, diserte de se ait tusc. V. 11: *nos in diem vivimus; quodcumque animos nostros probabilitate percussit, id dicimus: itaque soli sumus liberi.*

1) Sic loquitur Cicero etiam pro Planc. XXXVII. Mr.

2) Cicero tusc. I. 48: *clarae mortes pro patria oppetitae, non solum gloriosae rhetoribus sed etiam beatae videri solent.* Confer pro Sextio cap. XXI. Idem fin. II. 30 queritur, quod philosophi in suis lectulis plerumque moriantur. Iuvenalis tamen X. 120. Ciceronis necem, ob eloquentiam in reip. tutela collocatam, deplorat: *ingenio manus est et cervix caesa—ridenda poëmata malo—quam te conspicuae divina philippica famae.* Sic ait et Lactantius inst. II. 3. VI. 18, nec non auctor dialogi de corr. eloq. cap. XL.

3) De his legendus Aristot. reip. III. 13, qui in multis populis hunc morem observat insectandi claros viros propter eorum nimiae gloriae vel invidiam vel metum.

exempla, Miltiadem victorem domitoremque Persarum, nondum sanatis volneribus a) iis, quae corpore adverso in clarissima victoria 1) accepisset, vitam ex hostium telis servatam, in civium vinclis profudisse: et Themistoclem patria, quam liberavisset, pulsum atque proterri|tum 2), non in Grae- P. 73
ciae portus per se servatos, sed in barbariae sinus confugisse, quam adflixerat. Nec vero levitatis Atheniensium 3) crudelitatisque in amplissimos civis exempla deficiunt 4): quae nata, et frequentata apud illos, etiam in gravissimam civitatem nostram dicuntur redundasse. Nam vel exilium Camilli, vel offensio commemoratur Ahalae 5), vel invidia Nasicae 6), vel expulsio Laenatis, vel Opimi | damnatio, vel fuga Metelli 7), P. 74.

a) Ita cod. pro *vulneribus*. Scriptura *o* pro *u*. maxime dominatur in libris lucretianis. Apte interim monet Longus pp. 2216, 2222. apud Latinos *o* et *u* fuisse interdum confusas, ita tamen ut etiam cum scriberent *o* legerent *u*. Lege et Valerianum p. 2289-90, Papirianum p. 2292. nec non meum indicem Frontonis orthographicum, et Spicileg. rom. T. IX. part. 2. p. 87.

1) Recte heic adnotavit nobilis interpres Villemaenius Miltiadem haud vulneratum fuisse in marathonio proelio, ut videtur dicere Cicero, sed in Pari oppugnatione; quibus vulneribus nondum sanatis, Athenis in vinculis obiit.

2) Caesar B. G. V. 58. *proterritis hostibus atque in fugam coniectis*. Mr.

3) Graecorum levitatem a Cicerone passim sugillari videmus, observante etiam Hieronymo comment. ad Galat. lib. I. 3, et Lactantio inst. III. 14. Tum idem Hieronymus loco cit. et ep. X. 3. verba ex oratione mutila pro Flacco laudat, quae nondum inter eiusdem reliquias relata video. En textum Hieronymi: *doctissimi quique Graecorum, de quibus pro Flacco agens luculenter Tullius ait « ingenita levitas et erudita vanitas. »* Cur Graeci sint leves dicit Servius ad aen. VI. 724: *Afros versipelles, Graecos leves videmus: quod natura climatum facit, sicut Ptolemaeus deprehendit*. (Ceteroqui Servii argumento a climatibus petito quis se[illegible]?) Conf. Cic. in Rull. II. 35. Plura de hac re copiose scribit Firmicus lib. I. 1. 4.

4) Atheniensibus crudele, visum utile, dicit Cicero de off. III. 11. Quare merito ait de or. III. 34. doctrinae quidem a Graecis, sed virtutis a Romanis exempla esse repetenda: quorum clementiam belle opponit Graecorum crudelitati graecus auctor Dionysius halic. in fragm. ed. mediol. XIV. 8. seqq.

5) *·M· Furius Camillus et ·M· Servilius Ahala, cum essent optime de rep. meriti, tamen populi incitati vim iracundiamque subierunt, damnatique comitiis centuriatis, cum in exilium profugissent* etc. Cicero pro domo XXXII.

6) *Nasica ut invidiae subtraheretur, per speciem legationis in Asiam ablegatus est*. Aur. Victor cap. LXIV. Vide etiam Val. ·M· V. 3; Plin. VII. 34; Cic. pro Flac. XXXI.

7) Popilius Laenas, Opimius, et Metellus damnati sunt ob rem fortiter, quamquam iusto crudelius, gestam contra partes gracchanas: namque unus Opimius tria milia civium iudiciaria inquisitione occidisse perhibetur apud Augustinum C. D. III. 24. De his viris saepissime Cicero, ut in Cat. I. 2, ad

vel acerbissima *a*) ·C· *b*) Mari clades, principum caedes 1), vel eorum multorum pestes, quae paulo post secutae sunt 2). « Nec vero iam meo nomine abstinent 3). » Et credo quia nostro consilio, ac periculo sese in illa vita atque otio conservatos putant, gravius etiam de nobis queruntur et amantius 4). Sed haud facile dixerim, cur cum ipsi discendi aut visendi causa maria tramittant *c*) 5) ‖ .....

a) Cod. 1. m. *acerbissimae*. — *b*) Ita codex, qui tamen superius habet ·*G*·pro *Gaius*. At contra *C*. cap. XII. et quidem cum uno puncto; quum infra sit ·*M*· *Manilius* cum duobus. — *c*) Ita cod. Docet autem Longus p. 2228. hoc verbum ab aliis plene poni, ab aliis lenitatem intuentibus minui; nempe dici *transmisit* et *tramisit*.

Quir. III, pro domo XXXI, pro Sext. LXVII, pro Planc. XXVIII. XXIX, in Pis. XXXIX, pro Mil. III. XXX, de aere al. Mil. V, phil. VIII. 4, Brut. XXXIV, de or. II. 25. 30. 31. 39. 40, part. XXX.

1) Paulo aliter Cicero de or. III. 2. dicit, *acerbissimam ·C· Marii fugam, et illam post reditum eius caedem crudelissimam*.

2) Intellige clades Syllae, Catuli, Lepidi, Sertorii etc. Exin Cicero ad loquendum de proprio consulatu transit, quod facit etiam pro Mil. III. et XXX, postquam Ahalae, Nasicae, Opimii, Mariique, ut heic, nomina commemoravit. Consulatum decennio fere ante hoc opus de rep. scriptum Cicero gessit, ut in praefatione demonstravi.

3) Hic locus laudatur a Frontone exempl eloc. voc. *abstinet* ex I. de rep. Sed vocabulum *meo*, quod est prorsus necessarium, abest a codice de rep. vaticano; id tamen miro casu suppletur a Frontone, qui codice Ciceronis meliore utebatur. Revera vocem *meo* habent, praeter mediolanensem, quatuor vaticani codices Frontonis.

4) In his amicis admonitoribus erat Atticus. Cic. ad Att. II. 19: *dices fortasse, dignitatis* ἅλις *tamquam* δρυός: *saluti, si me amas, consule*. In primis vero Quintus frater. Cic de or. III. 4: *mihi sententia saepe tua vera ac sapiens videri solet, qui me semper ab omni contentione ac dimicatione revocasti*. Ceteroqui Brutus epist. XVII. gloriationem Ciceronis timiditatemque simul obiurgat.

5) An haec Cicero ad Atticum refert, qui adulescens Athenas olim concesserat causa obsequendi studiis suis, ut loquitur Nepos? Sic idem Cicero acad. I. 2: *meos amicos, in quibus est studium, in Graeciam mitto, id est* etc. An potius philosophorum, sapientiae acquirendae causa, peregrinationes et labores narraturus erat? Sane de fin. V. 29: *cur Plato Aegyptum peragravit?* etc. *Cur Pythagoras et Aegyptum lustravit, et Persarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit, tot maria transmisit?* Quae sunt quodammodo politicae huius lacunae supplementa. Sic loquitur Hieronymus ep. LIII.1. de itineribus Platonis, Apollonii, et aliorum, eruditionis causa. Sed enim hoc politico in loco vox *ipsi* fortasse refertur ad romanos Ciceronis admonitores: nisi forte sequebatur *philosophi*. Iam in sequenti hiatu quid amiserimus, ex utriusque limitis vestigiis haud obscure cognoscitur. Nempe dixerat fortasse Cicero, si isti reprehensores mei discendi litteras vel visendi locos celebres causa mari et periculis se committunt; cur ego patriae iuvandae causa civiles fluctus dimicationesque vel etiam exsilium vitarem? praesertim quia patriae, veluti parenti, immo etiam potiore iure, serviendum sit.

Sed quoniam plura *a*) beneficia continet patria, et est antiquior parens, quam siqui creavit *b*); maior ei profecto, quam parenti, debetur gratia 1). Desiderantur paginae duae.

IIII. Et quamquam optatissimum est, perpetuo fortunam quam florentissimam permanere; illa tamen aequabilitas vitae non tantum habet sensum, quantum cum ex saevis et perditis rebus ad meliorem statum fortuna revocatur 2).

.... salvam esse consulatu 3) abiens in contione ·P·R· P. 259.
idem iurante iuravissem *c*) 4), facile iniuriarum omnium compensarem curam et molestiam. Quamquam nostri casus plus honoris habuerunt quam laboris *d*); neque tantum molestiae, quantum gloriae; maioremque laetitiam ex desiderio bonorum percepimus, quam ex laetitia inproborum dolorem. Sed si aliter, ut dixi 5), accidisset, qui possem queri *e*)? | cum P. 260.

a) Alius Nonii cod. *plurima*. — *b*) Al. Non cod. *siqui curaverit*. Vel *siqui, ut aiunt, curaverit*. — *c*) Cod. *iuravissem*; sed mox factum ibidem *iuravissem*. — *d*) Ita cod. 2. manu; at 1. *laboris*. — *e*) Cod. *quaeri*.

1) Fragmentum hoc citat ex Ciceronis libro I. de rep. Nonius voc. *antiquus*. Ego vero vix dubito, quin vel ad hanc prohoemii lacunam id pertineat, vel ad tertii libri exordium.

2) Hunc locum a Tullio se sumere diserte ait Ammianus Marcellinus XV. 5; opus tamen, unde haurit, silet. Mihi vero videtur hoc frustum aptissime ad hanc sedem lacunamque quadrare, in qua Tullius de suo calamitoso exilio deque felici reditu in patriam fuerat locutus. Equidem locus haud valde absimilis, aliis licet verbis, extat apud Ciceronem ad pontif XXXII, et post red. ad Quir. I. (cuius postremi loci videsis interpretem meum vaticanum, qui perbelle docet, sententiam hanc sumpsisse a Platone vel ab Isocrate Tullium.) Verumtamen quia Ammianus videtur Ciceronem omnino ad litteram exscribere, (neque enim stilus fragmenti sapit Ammianum) idcirco puto ex rep. sumere, quod opus innotuisse Ammiano constat e testimoniis a me prolatis n. 34.

3) En illa recurrat hoc quoque in opere consulatus *Ciceronis non sine causa sed tamen sine fine ab ipso laudatus*, ut verbis Senecae utar de brev. vitae cap. V. Illud videtur mirari Quintilianus inst. XI. 1. ante med. quod Cicero rerum a se gestarum maior quam eloquentiae fuerit iactator. Verum his fere gloriari non solemus, in quibus aemulum, haud extimescimus.

4) Quaenam huic loco in lacuna praecesserint, docet fere Cicero in Pis. III: *ego cum in concione, abiens magistratu, dicere a tribuno plebis prohiberer quae constitueram, cumque is mihi tantummodo ut iurarem permitteret, sine ulla dubitatione iuravi, remp. atque hanc urbem mea unius opera esse salvam. Mihi populus romanus universus illa in concione non unius diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemque donavit, cum meum iusiurandum, tale atque tantum, iuratus ipse una voce et consensu approbavit*. Eadem narrat Cicero ad fam. V. 2. Suam consulatus eiurationem memorat Fronto ad ·M· Caesarem II. 11, ubi videsis in adnotationibus nostris alias auctoritates.

5) Periit id dictum in lacuna. Sed tamen lumen affulget ex or. post red.

mihi nihil inproviso, nec gravius quam expectavissem 1) pro tantis meis factis evenisset. 2). Is enim fueram, cui cum liceret aut maiores ex otio fructus capere, quam ceteris, propter variam suavitatem studiorum, in quibus a pueritia vixeram 3); aut si quid accideret acerbius *a*) universis, non praecipuam sed parem cum ceteris fortunae condicionem subire; non dubita-
P. 49. verim me gravissimis tempestatibus 4) ‖ ac paene *b*) fulminibus *c*) ipsis obvium ferre, conservandorum civium causa, meisque propriis periculis parere commune reliquis otium 5). Neque

a) Cod. 1. manu *acervius* immo *acservius* — *b*) Cod. *paenae*. — *c*) Cod. 1. manu *fluminibus*; verum postea scriptis lineis - supra *l* et *u*, emendatum fuit *fulminibus*. Mirum autem videri debet, quod eadem lectionis varietas occurrit in Hieronymi epistula LXXXII. 6. Ceteroquin priori lectioni suffragatur ipsius Tullii locutio de hac eadem re disserentis pro Sext. XX; tum etiam divini ecclesiastici dictio cap. IIII. 32: *nec coneris contra ictum fluvii*; quod Itali dicunt, *non andar contr' acqua*. Sic denique loquuntur etiam Fronto ad ·M· Aut. aug. II. 10, Symmachus ep. III. 43, et Photius ep. V. Quod autem hoc loco ait vir illustris Moserus nequicquam me citavisse biblicam auctoritatem, cuius latinitas ab elegantia abest; primum quidem aio interpretationem hanc antiquissimam haud esse contemnendam, quam nuper etiam doctissimus patavini lexici Auctor negligendam non iudicavit. Deinde moneo, me non tam de vocabulo agere quam de metaphora; huius autem proverbii, et similium, idoneam apprime vim esse ad confirmandam Tullii lectionem *fluminibus*; ita ut Cicero praedicto proverbio utatur. Equidem malo *fulminibus*; interim tamen et aliam lectionem non pessimam commodis exemplis illustrandam putavi.

in sen. XIV. *Quod si mihi aeternam esse aerumnam propositam arbitrarer, morte me ipse potius quam sempiterno dolore multassem—Quae si semper abessent, magis vestras fortunas lugerem, quam desiderarem meas.*

1) Quaenam mala sibi expectaret a Catilinae, quem oppresserat, partibus, dicit ipse Cicero in tertia et quarta catilinaria.

2) Consulatus sui facta narravit Cicero commentario graeco, quem latinum quoque perficere cogitabat, ad Att. I. 19. 20: tum poëmate, ad Att. I. 19, ad fam I. 9; quod poëma ambrosiano Tullii interpreti ad Planc. XXX. 3. videbatur minus dignum talis viri nomine: tum longa epistula ad instar voluminis ad Pompeium, ut ait idem ambrosianus vetus interpres ad Planc. XXXIV. Praeterea non sine eiusdem, ut puto, hortatu de consulatu illo scripsit Atticus commentarium graecum, qui non satis ornatus Ciceroni visus est, ad Att. II. 1. Denique Luceius historicus Ciceronis precibus exoratus idem argumentum se tractaturum recepit, ad fam. V. 12, ad Att. IV. 6. De aliis, quos Cicero sperabat super suo consulatu scripturos, vide ad Att. I. 20. Multa de consulatu suo dicturum fuisse denuo Ciceronem in latina, quam moliebatur, historia, cognoscimus ex primo de leg. cap. III.

3) Confer Cic. ad fam. XV. 4. post. med.

4) Confer Cic. pro Sextio XXI.

5) Hinc Capito apud Senecam controv. III. 17: *Romulus horum moenium conditor, et sacratus caelo parens, non tantam urbem fecit, quantam Cicero servavit*. Conf. Cic. in Cat. III. 1. Ceterum Sallustius apud Quintil. IX. 3. post med. Ciceronem amara ironia dicit *Romulum arpinatem*. Sed amanter Plinius VII. 30: *salve primus omnium parens patriae appellate*. Tum Iuvenalis VIII. 244. *Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit*.

enim hac nos patria lege genuit aut educavit, ut nulla quasi
alimenta 1) expectaret a nobis, ac tantummodo nostris ipsa
commodis serviens, tutum perfugium otio nostro suppeditaret,
et tranquillum ad quietem locum; « sed ut plurimas et maxi-
mas nostri ani|mi, ingenii, consilii partis *a*) ipsa sibi ad utili- P. 50.
tatem suam pigneraretur 2); » tantumque nobis in nostrum pri-
vatum usum, quantum ipsi superesse posset, remiteret *b*).

V. Iam illa perfugia, quae sumunt sibi ad excusationem,
quo facilius otio perfruantur, certe minime sunt audienda;
cum ita dicunt, accedere ad rem publicam plerumque homines
nulla re bona dignos, cum quibus comparari sordidum, con-
fligere || autem, multitudine praesertim *c*) incitata, miserum et P. 89.
periculosum sit 3). Quam ob rem neque sapientis esse accipere
habenas 4), cum insanos atque indomitos inpetus volgi *d*) co-

a) Ita cod. pro *partes*. Id saepe fit, casu tamen plerumque accusativo. — *b*) Ita cod. consonante haud duplicatâ, quam lectionem idcirco retinui, quia huiusmodi mihi aliae se in antiquis codd. obtulerunt; v. gr. in ambrosiano plautinae Vidulariae palimpsesto *naravisti* pro *narravisti*; immo diserte Cassiodorius apud Putsch. p. 2291. scribere iubet *naratio* cum unica *r*. Tum in vulgatis a me Ciceronis fragmentis pro Tullio VI, et in Clodium I. 4. legitur *aderet* pro *adderet*. — *c*) Cod. *presertim*. — *d*) Ita cod. pro *vulgi*.

1) Aptissime *alimenta*, ut graece τροφεῖα Mr.

2) Locum citat ex I. de rep. Nonius voc. *pigneraretur*. Eundem se legisse satis significat Nectarius doctus ethnicus apud Augustinum ep. XC, et CIII; immo id affirmat Augustinus ep. XCI. ad eum scribens: *intuere ipsos de rep. libros, unde illum affectum amantissimi civis ebibisti*. Locum imitatur etiam Lucanus II. 382: *patriaeque impendere vitam—nec sibi sed toti genitum se credere mundo*. Denique hunc locum esse platonicum monet ipse Cicero off. I. 7.

3) Symmachi consularis et romanae urbis praefecti memorabilem sententiam legimus ep. X. 28: *amabile est praeesse civibus, sed placere difficile*.

4) Controversiam, utrum sapienti sit gerenda respubl., attingit etiam Aristoteles polit. VII. 2. et Cicero pro Sextio cap. X. cum interprete vaticano p. 130. Eandem prolixe versat atque in sententiam Ciceronis concedit Themistius in oratione adversus eos, a quibus ob praefecturam susceptam vituperabatur. Ipse Cic. ad Att. II. 16. (confer etiam VII. 3.) hac super re contrarias memorat Dicaearchi et Theophrasti opiniones, quorum ille τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponebat, hic autem τὸν θεωρητικόν. Socraticorum Aristippi et Antisthenis, quorum prior fugiendam, alter administrandam sapienti aiebat esse rempubl., scribit Augustinus C. D. XVIII. 41. Tum et Hieronymus ep. CXXX. 17. memorat controversiam celebrem *utrum solitaria, an cum multis vita melior sit*. Ceteroquin apud Laërtium II. 5. 14. ipse Socrates otium rerum omnium pulcherrimam esse statuit. Quin etiam Eusebius praep. ev. XII. 9. adfirmat fugienda esse publica munera. Peripateticis vitae degendae quietam rationem sapiente dignissimam visam esse, quia deorum vitae sit simillima (quare et Epicurus provi-

hibere *a*) non possit; neque liberalis, cum inpuris atque inmanibus adversariis decertantem, vel contumeliarum verbera subire, vel expectare sapienti non ferendas iniurias 1): proinde
P. 90. quasi bonis et fortibus et magno animo praeditis | ulla sit ad rem publicam adeundi causa iustior, quam ne pareant inprobis, neve ab isdem *b*) lacerari *c*) rem publicam patiantur, cum ipsi auxilium ferre, si cupiant, non queant 2).

VI. Illa autem exceptio cui probari tandem potest, quod negant, sapientem suscepturum ullam rei publicae partem,

a) Similis locutio apud Cic. Philipp. III. 2. Mr. — *b*) Ita cod. pro *iisdem*. — *c*) Cod. *laceleri*, quod retinendum non iudicavi, quamquam codicis emendator nihil mutavit. Confer infra de rep. I. 14. Scaurus tamen p. 2252. probe observat, hasce consonas inter se mutuis vicibus fungi; cuius rei maximum argumentum esse ait, quod qui R exprimere non possunt, aut L dicunt aut S. (Ita ait etiam Plutarchus quaest. rom. t. VII. p. 122. Sic apud Cic. ad fam. IX. 21. *Papisii* pro *Papirii*, et apud Liv. II. 31. III. 8. *Vetusii* pro *Veturii*. Confer Quintil. inst. I. 4. Ita variaverunt etiam Etrusci; Lanz. L. E. t. I. p. 258.) Nec minus quod *capra* per diminutionem *capella* dicitur; et *frater fratellus*. Iam postremam hanc vocem vernacula Italorum lingua retinet, neque tamen *frater* abiecit: at *capram* contra retinet, diminutivo *capella* non gaudet. De *l* pro *r* lege etiam Polybium in excerptis vatic. p. 450. adn. Immo et Chaldaei scribunt מרגליתא *margarita*, ר pro . *R*. mutatur in *l* in dialecto quadam aegyptiaca, nec non in inscriptionibus Sassanidum. Consule Champollionium *precis* etc. p. 63. Contra apud Coptos *R* pro *L*. Woidius gramm. copt. p. 7.

dentiam sustulit, ut Deum otiosum faceret) docet idem Cicero de fin. V. 4; qui tamen IV. 2, 3; et de divin. II. 1; et acad. IV. 36. ait multos peripateticos de capessenda republ. scripsisse, eorumque praeceptis politicis claros viros instructos, magistratibus bene esse perfunctos. Tulliani huius prohoemii controversiam, eiusque confirmationes et *ἐνστάσεις* operae praetium erit cum Platonis sexto de rep. libro conferre, ad quem Cicero respexisse videtur. Legatur etiam Plutarchus de stoicorum repugnantiis.

1) Utile erit hac super re librum Senecae lectitare *quod in sapientem non cadit iniuria*.

2) Bona est in primis et platonica (reip. I. p. 347.) capessendae reip. causa haec, qua neglecta homines egregii haud raro habenas deterioribus permiserunt cum publico incommodo. Quare Isocrates ad Nicocl. ed. Auger. p. 64. *δεινὸν τοὺς χείρους τῶν βελτιόνων ἄρχειν, καὶ τοὺς ἀνοητοτέρους τοῖς φρονιμωτέροις προστάττειν*. Tum et Augustinus C. D. IV. 15. ait: *peius esset ut iniuriosi iustioribus dominarentur*. Tum V. 19: *illi qui vera pietate praediti bene vivunt, si habent scientiam regendi populos, nihil est felicius rebus humanis, quam si Deo miserante habeant potestatem*. Cicero de off. I. 21: *iis qui habent a natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus et gerenda res publica est*. Philo lib. III. ed. Mangey t. I. p. 131. allegoriae sacrarum legum: *ἀεὶ τὸ κρεῖττον ἄρχειν, τὸ δὲ χεῖρον ἄρχεσθαι δεῖ*. Tum etiam divus Basilius apud Damasc. parall. p. 567: *καλὸν ἀεὶ τὸ χεῖρον ὑπὸ κρείττονος ἄγεσθαι*. Laërtius in vita Zenonis segm. CXXI. *πολιτεύεσθαι δεῖ τὸν σοφόν· καὶ γὰρ κακίαν ἐφέξειν, καὶ ἐπ' ἀρετὴν παρορμῆσαι ἱκανός ἐσται*. Confer Cassiodorum var. II. 2. Cato minor, ut improborum potentiae resisteret, tribunatum affectavit. Plut. in eius vita cap. XX.

ıxtra quam *a*) si eum tempus et necessitas coegerit 1)? quasi ero maior cuiquam necessitas accidere possit *b*), quam accidit ıobis *c*); in qua quid facere potuissem, ‖ nisi tum consul fuis- P. 83.
em 2)? consul autem esse qui potui, nisi eum vitae cursum enuissem a pueritia, per quem equestri loco natus pervenirem ıd honorem amplissimum *d*)? Non igitur potestas est ex *e*) tem- ore, aut cum velis, opitulandi rei publicae, quamvis ea pre- ıatur *f*) periculis, nisi eo loco sis, ut tibi id facere liceat. faximeque hoc in hominum doctorum oratione mihi mirum ideri solet, quod qui tranquillo | mari gubernare se negent P. 84.
osse 3), quod nec didicerint nec umquam scire curaverint, dem ad gubernacula se accessuros profiteantur excitatis maxi- ıis fluctibus 4). Isti enim palam dicere, atque in eo multum

a) Vocabulum *exceptio* subsequente *extra quam* a Cicerone poni solitum observavit Moserus, mpe de inv. I. 33, II. 19, ad Att. VI. 1. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *posset*. — *c*) Ita *no- s*, et mox *potuissem*, cuiusmodi locutio haud infrequens in Tullio est. Immo verbo *nobis* videtur ullius fratrem secum significare, cui, ut puto, inscribitur hoc opus. Legatur autem de or. I. 1. 2. bi similes et dictiones et sententiae sunt. — *d*) *Amplissimus* sollemne est epitheton consulatus, ique frequens est apud Frontonem, et in iure. — *e*) Ita cod. 1. manu; sed 2. haud scio an *in*. — *f*) Cod. 1. manu *praematur*; 2. *inprematur*, nempe ab *inpremo*; quod vix probo.

1) Epicurus apud Senecam in libro otio sapientis cap. XXX. *Epicurus t: non accedet ad remp. sapiens, si si quid intervenerit.*

2) Notissimum est, consulatum con- rdibus optimatium plebisque suffra- is idcirco potissimum Ciceroni homini wo fuisse mandatum, quia fervente Ca- inae coniuratione, necesse erat virum regium in reipubl. specula collocare. ge Sallustium Cat. XXIII, Plutarchum t. Cic. XI. XII. Verumtamen Augusti- s contra acad. III. 35. sic Ciceronem al- quitur: *si ex alieno probabili vivimus, x tu debuisti administrare remp. quia picuro visum est non esse faciendum.*

3) Confer. Cic. de orat. I. 38.

4) Hac super re suo more divine dis- rit, et cum Cicerone consentit, con- cta etiam navis imagine, Plato reip. IV. . 487—489, qui rebus publicis omnino recesse vult doctos philosophos, non omines aliis forte dotibus praeditos, sed genio et doctrina carentes. Praeclare etiam Proclus, quem nos luce aliquando impertiemur, ad Platonis reip. librum X: *παιδείας λυθείσης ἡ συμφωνία λυέται· καὶ ταύτης λυθείσης, τῆς πολιτείας γίνεται λύσις· ἐκ τούτων ἄρα δῆλον, ὅτι τοῖς οὐκ εὐφυέσιν, ἄρχεσθαι μᾶλλον ἢ ἄρχειν εὐτυχέστερον· ὅπως μὴ καὶ ἑαυτοῖς τοῦ μὴ ἐπιδοῦναι, καὶ ἄλλοις τοῦ κακυνθῆναι γένωνται πατέρες.* Iam et stultam eam opinionem, quod homini politiae ignaro gubernare liceat remp., peracute refellit Socrates apud Xeno- phontem memorab. IV. 2. Cicero tamen pro Plancio XXV. more vel academico vel oratorio: *virtus*, inquit, *probitas, integritas in candidato, non linguae volubilitas, non ars, non scientia re- quiri solet. Quotus enim quisque di- sertus? quotus quisque iuris peritus est?* Non tamen agit hoc loco orator de summo magistratu reip., sed de infimo, id est de aedili Plancio. Alioqui non so- lum sibi ipsi sed communi adversaretur sensui et utilitati Cicero.

etiam[1] gloriari solent, se de rationibus rerum publicarum, aut
constituendarum aut tuendarum, nihil nec didicisse umquam
nec docere 1); earumque rerum scientiam non doctis homini-
P. 85. bus || ac sapientibus, sed in illo genere exercitatis concedendam
putant 2). Quare qui convenit polliceri operam suam rei publi-
cae tum denique, si necessitate cogantur, cum, quod est multo
proclivius, nulla necessitate premente rem publicam regere ne-
sciant 3)? Equidem, ut verum esset sua voluntate sapientem
descendere ad rationes civitatis non solere 4); sin autem tem-
P. 86. poribus cogeretur, | tum it *a*) munus denique non recusare;
tamen arbitrarer hanc rerum civilium minime neglegendam
scientiam sapienti, propterea quod omnia essent ei praepa-
randa, quibus nesciret an aliquando uti necesse esset 5).

VII. Haec plurimis a me verbis dicta sunt ob eam causam,
quod his libris erat instituta et suscepta mihi de re publica 6) di-
sputatio; quae ne frustra haberetur, dubitationem ad rem publi-
P. 79. cam adeun||di in primis debui tollere. Ac tamen siqui sunt, qui
philosophorum auctoritate moveantur, dent operam parumper
adque *b*) audiant eos, quorum summa est auctoritas aput *c*)

a) Ita cod. pro *id*. — *b*) Ita cod. modo *adque* modo *atque*. — *c*) Ita in cod. variat *aput* vel *apud*. Sed prior scriptura frequentior in antiquis codd.

1) Sic omnino loquitur anonymus scholiastes graecus a me editus ad Danielem p. 192. Et memento a Graecis quoque, v. gr. Didymo et Petro magistro, lectum Ciceronem de rep., ut in testimoniis demonstravi.

2) Commodum erit Ciceronis locum conferre de or. III. 33, ubi summos homines sapientissimosque memorat qui romanae reipubl. praefuerunt. Sublimis item est sententia Porphyrii ad Marcellam coniugem cap. XVI: *μόνος ἱερεὺς ὁ σοφός, μόνος θεοφιλής, μόνος εἰδὼς εὔξασθαι.*

3) Cum Ciceronis sententia conspirat adamussim Damascius apud Photium cod. CCXLII. p. 1073, qui locus emendatior cumulatiorque apud Suidam vocab. Οὐλπιανός ita se habet: *οἱ ἐν γωνίᾳ καθήμενοι λόγιοι καὶ φιλοσοφοῦντες πολλὰ μάλα σεμνῶς περὶ δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης, ἐκβαίνειν ἐπὶ τὰς πράξεις ἀναγκαζόμενοι, ἀσχημοῦσιν· ὡς ἅπας λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν.*

4) Symmach. epist. X. 22. sqq.; qui etiam epist. 37. vult eligi invitos ad magistratum, aut nihil desiderantes III. 81.

5) Nimirum etiam Plutarchus inter reip. gerendae praecepta tom. IX. p. 189. hoc ponit, ut ne in remp. subito et temere, tamquam in puteum, ruamus, sed ad eam parati pedetemptimque accedamus. Confer Cassiod. var. I. 4.

6) Notemus verum operis titulum, qui quidem in vaticani palimpsesti membranis passim elucet, et ab ipso Cicerone aliis in scriptis, nec non a multis auctoribus, confirmatur: quamquam id opus diversis quoque aliquoties nominibus appellatum fuit, ut collecta a me testimonia auctorum demonstrant.

simos homines et gloria: quos ego existimo, etiam siqui
m publicam non gesserint; tamen quoniam de re publica
quaesierint et scripserint, functos esse aliquo rei publi-
unere 1). Eos vero septem, quos Graeci sapientis nomi|- P. 80.
unt, omnis paene video in media re publica esse ver-
2). Neque enim est ulla res, in qua propius *a*) ad deo-
umen virtus accedat humana, quam civitatis aut condere
3) aut conservare iam conditas 4).

III. Quibus de rebus, quoniam nobis contigit, ut idem *b*)
gerenda re publica aliquid essemus memoria dignum con-
, et in explicandis rationibus rerum civilium quandam fa-
em, non mo‖do usu sed etiam studio discendi *c*) et docendi P. 55.
us auctores *d*); cum superiores ali *e*) fuissent in disputatio-
perpoliti *f*), quorum res gestae nullae invenirentur; ali
endo probabiles *g*), in disserendo rudes 5): nec vero no-

d. *proprius*: sed altera *r* videtur expuncta. — *b*) Ita cod. pro *iidem*. — *c*) Cod. *discedendi*. cod. *auctores*; sed dic *adepti*. Atque haud scio utrum aliquod in hac periodo vocat membrum desideretur; an potius illud *quoniam* praetermittendum sit. Id si forte vet, perfecta pausa ante illud *nec vero*, quod sequitur, facienda foret, id quod ego maxime d loci sententiam quod attinet, consonat apte Augustinus C. D. III. 30, a quo Cicero definitur *disertus artifex regendae reipublicae*. — *e*) Ita cod. pro *alii*. — *f*) Coeptum in *expoliti*; mox factum *perpoliti*. *g*) Cod. prima manu *provabiles*; mox factum *probabiles*.

ita Platonem, Aristotelem, Xe-, Chrysippum, aliosque multos scriptores, qui nullum fere pu-munus gesserunt. Plato noluit remp. quia videbat se contra suorum vitia frustra pugnatu-t observat Cicero ad fam. I. 9; ntentia apprime philosophica sa-s est, atque hominis ab ambi-horrentis. Sic demum ipse Ci-Varronem (ad fam. IX. 2.) scri-quam dixit se et scribere et πολιτείας addit: *et si minus in* *ia in foro, at in litteris et* *doctissimi veteres fecerunt*, *remp. et de moribus ac legibus* t. Sic fere loquitur Cicero etiam II. 2. aliis quoque locis. Cum Cice-ipso conspirat Seneca de tran-i cap. III, ut hoc politicum pro-prae oculis habuisse videatur. scribebam in principe editio-ne, et sic recudebat Moserus; qui tamen ad Senecam quod adtinet, alium adnotationis auctorem levi errore vel potius subrepente oblivione, ut fit, laudabat.

2) Hos omnes, praeter milesium Thaletem, civitatibus suis praefuisse dicit Cicero de or. III. 34. E septem unum Solonem leges scripsisse observant idem Cicero ep. ad Brut. XV, et Augustinus C. D. XVIII. 25. De his sapientibus deque multorum philosophorum magistratibus gestis legatur Themistii de praefectura suscepta oratio, quam nos edidimus.

3) Quin adeo divino nutu constitutam esse inter homines societatem censebat Cicero de off. III. 6; idemque summa iura societatis eiusdem a Deo repetebat de leg. I. 7.

4) Cicero pro Lig. XII. *homines ad deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando.*

5) Intelligit Cicero romanos homi-

stra quaedam est instituenda nova et a nobis inventa ratio, sed unius aetatis clarissimorum *a*) ac sapientissimorum nostrae ci-
P. 56. vitatis virorum disputatio repetenda memoria est | est 1), quae mihi tibique quondam adulescentulo 2) est a ·P· Rutilio Rufo *b*) Zmyrnae *c*) cum simul essemus compluris dies exposita, in qua nihil fere quod magno opere *d*) ad rationes omnium rerum pertineret praetermissum puto 3).

VIIII. Nam cum ·P· Africanus hic *e*) Pauli filius feriis latinis 4) Tuditano cons. et Aquilio 5) constituisset in hortis

a) Nihil aliud hoc vocabulo nunc designat fortasse Cicero, nisi *laudatissimos*. Ceterum vel sub primis Caesaribus *clarissimi* dicti sunt senatores, eorumque uxores ac filiae. Deinde vero dignitatis cuiusdam nomen evasit. Haec constant e cod. Iust XII. 19. 5; tum ex Lampridio Heliog. IV; Tertulliano ad Scap. IV; Augustino C. D. XXII. 8, et ep. CLXXXII; Isidoro orig. IX. 4. 12 aliisque auctoribus. Immo etiam in repub. libera *clarissimus* interdum fuit epitheton hominis vel familiae in qua extitisset consulatus; cuius rei exempla protulit, atque auctoritates a me observatas cumulavit vir cl. Ioh. Labusius monum. epigraph. christ. mediolan. p. 18. 19. — *b*) In voc. *Rutilium* commode observat Faustus, *Rutilium significare rufum, cuius coloris studiosae etiam antiquae mulieres cognomina Rutilias traxerunt, ut indicat frequenter Afranius.* Igitur *Rutilius Rufus* videtur quaedam tautologia. Confer etiam Probum de nom. imposit. Apud Servium aen. IV. 698. ait Cato de matronarum crinibus: *flavo cinere unctitabant, ut rutilae essent.* Eius coloris videbantur mihi interdum crines matronales in Homeri ambrosianis picturis. Iam de Rutilio, quem reapse Smyrnae loquentem audivit Cicero, recole dicta in praefatione. — *c*) Ita cod. prima manu; sed mox superposita fuit *S* pro *Z*. Attamen Ζμύρνα pro Ζμύρνα occurrit in inscriptione apud Gruterum CCCXIV. I, et in alia apud Muratorium MLXXXII. I. Tum apud Donium cl. IV. 60. nomen smyrnaeae mulieris scribitur cum *Z* ante *M* nempe Ζμιρτόμαρα: quae ne *errata fabrilia* putemus (utor Tullii verbo ad Att. VI. I.) patronus adest Martianus Capella lib. III. cap. de mutis, ubi diserte ait, Z praeponi M litterae, ut *Zmyrna*; sicuti reapse legitur in eius urbis nummis apud Eckhelium. Adde Lucianum iud. vocal. Denique Sextus emp. contra gramm. I. 9. nihil interesse ait *Smyrna* ne scribatur an *Zmyrna*. Quid quod Graeci scribunt Ζάκανθαν, quam urbem Romani dicunt *Saguntum?* quae videlicet a Zacynthiis condita fuit, teste Livio XXI. 7, et Hieronymo comm. ad Gal. prolog. lib. II. Quin adeo latine quoque legitur *Zaguntus*. Vide Noltenium lex. antibarb. — *d*) Cod. prima manu *magnopere;* mox factum *magno opere*, quae posterior scriptura sapit magis antiquitatem, et in palimpsesto Frontonis non semel occurrit. — *e*) Ita pro *ille*. Nempe etiam pro Archia VII. *hunc* pro *illum* scribit loquens de eodem iuniore Africano Tullius, ceu sibi, ad aetatem quod adtinet, proximiore.

nes; graecos enim permultos remp. factis simul et scriptis tractavisse ante Ciceronem exploratum est, de quibus legendus Aristoteles reip. II. 12. Iamvero utramque laudem, nempe et recte administratae reip. et excellentis doctrinae sibi vindicat tacite sed gloriosissime idem Cicero de leg. III. 6-7., ubi quae de Demetrio phalereo ipse praedicaverat, eadem sibi tribuenda curat ab Attico, quicum Marco Quintoque in iis loquitur libris. Eadem iactat Ciccero ad fam. VI. 6.

1) Sic fere exorditur Cicero etiam de or. 1. 2. 6.

2) Recole quae de persona, cui hoc opus προσφωνεῖται, disputavimus in praefatione.

3) Hinc apparet Ciceronem nihil praecipuum in hoc opere omisisse quod ad politicam artem pertineret.

4) Feriis latinis celebratur a Cicerone disputatio quoque de natura deorum. Vide id opus I. 6.

5) Tuditanus eloquentia et laude historica claruit, Cicero in Brut. XXV;

esse 1); familiarissimique eius ad eum frequenter per eos dies ventitaturos *a*) se esse dixissent; ‖ latinis ipsis 2) mane ad eum P. 273.
primus sororis filius venit ·Q· Tubero *b*) 3), quem cum comiter Scipio appellavisset *c*) libenterque vidisset; quid tu, inquid *d*), tan *e*) mane, Tubero 4)? Dabant *f*) enim hae feriae tibi opportunam sane facultatem ad explicandas tuas litteras. Tum ille: mihi vero omne tempus est *g*) ad meos libros *h*) vacuum; numquam enim sunt illi occupati; te autem permagnum est nancisci *i*) otiosum 5), hoc praesertim motu | rei publicae 6). Tum Sci- P. 274.
pio, adqui *k*) nactus es, sed mehercule otiosiorem opera quam animo. Et ille, at tu *l*) vero animum quoque relaxes oportet;

a) Cod. prima manu *ventaturos*; mox superadditum *it*. Porro si primam lectionem retinere mavis, ea quidem non caret exemplis Varronis Festique. — *b*) Cod. *Tuvero*; mox factum *Tubero*. Atqui paulo post omnino scribitur prima manu *Tubero*; librarius enim ne in suis quidem vitiis constans est, ut alia plurima codicis exempla docent. — *c*) Cod. *atpellavisset*; mox littera *p* pro *t* scripta fuit posteriore manu. Superius cap. II. scribitur prima manu *appellat*. — *d*) Ita cod. pro *inquit*. — *e*) Ita cod. *n* pro *m*. Vitiosae autem scripturae causa fuit, quod *n* ante *m*, vel etiam sibi, sonabat ut *m*. Sic apud Caium IV. 160. *vin* pro *vim*. At contra ibidem in addendis p. 360. forsitam pro *forsitan*. — *f*) Cod. *davant*; mox factum *dabant*. — *g*) *Est* superadditur in cod. — *h*) Cod. *liberos*, mox factum ibi *libros*. — *i*) Cod. 1. manu *nameisci*, 2. *nancisci*. Eiusmodi alia codicum errata et emendationes notare saepius praetermittam. Manifesta enim menda, quae vetus manus iamdiu sustulit, commemorare scrupulose et lectoribus numerare quid demum interest? — *k*) Ita cod. pro *atqui*. — *l*) Cod. *at ut*; tum expunctum *ut*. Fortasse metathesis fuit prima scriptura *at ut* pro *at tu*, quam lectionem retinere malui.

Gell. VI. 4, XIII. 15. aliique auctores. Aquilius is est, qui bellum debellavit Aristonici, eumque in triumpho duxit. Vell. II. 4. Flor. II. 20.

1) Scipionis horti extra urbis pomoerium memorantur a Cicerone N. D. II. 4, et de am. VII. Villa Scipionis ab eodem Cicer. phil. II. 42; rus tiburtinum V. 7; ad Lavernium ab eodem rursus Cicerone apud Macrobium sat. II 12; quo tamen loco legendum esse *Laurentum* docet ipse Cicero de or. II. 6. Val. M. VIII. 8. 1. Horti quidem Romanorum suburbani fere, sicuti et nunc, erant: itaque Ulpianus de litigioso decernit (digest. III. 2. 4.) *praesentem haberi et qui in hortis est*.

2) Nempe primo feriarum die, id quod docet ratio dialogi in tres dies tributi. [Confer de rep. VI. 8. *quoniam tridium diem iam feriati sumus*. Cr.] Apud Livium XLIV, 19. 22. pridie kal. vel pridie idus aprilis latinis feriis est constituta dies. Dialogus tamen de rep. habitus est hiberno tempore, ut mox dicetur.

3) De Tuberone et de aliis dialogi interlocutoribus lege dicta in praefatione.

4) Imitatio Platonis initio Criton. τί τηνικάδε ἀφῖξαι ὁ Κρίτων; ἢ οὐ πρωῒ ἔτι ἐστί; Cr.

5) Idem fere est ingressus dialogi de finibus I. 5: *deinde Torquatus, quoniam nacti te, inquit, sumus aliquando otiosum, certe audiam* etc.

6) Disputatur scilicet eo tempore, quo ·C· Gracchus turbulentissimum gerebat triumviratum (Sic scribo, non *tribunatum*, ut mendose scribit Cicero de am. XII, qui tamen infra de rep. I. 19. *triumviratum* Gracchi appellat.) quo tempore dixerat publice Scipio Tiberium Gracchum iure caesum videri. Vide Livii epitomem LIX. Sed de his turbis dicemus inferius.

sumus enim multi, ut constituimus, parati, si tuo commodo fieri potest, abuti tecum hoc otio. *S.* Libente *a*) me vero, ut aliquid aliquando de doctrinae studiis admoneamur.

X. Tum ille, vis ne igitur, quoniam et me quodammodo in-
IIII. 1) vitas, et tui *b*) spem das, hoc primum, Africane *c*), * ‖ videamus,
P. 97. ante quam veniunt ali *d*), quidnam sit de isto altero sole quod nuntiatum est in senatu *e*)? neque enim pauci neque leves sunt qui se duo soles vidisse dicant; ut non tam fides non habenda, quam ratio quaerenda sit 2). Hic Scipio, quam vellem 3) Panaetium nostrum nobiscum haberemus 4), qui cum cetera tum haec caelestia vel studiosissime solet quaerere 5)! Sed ego, Tu-
P. 33. bero (nam tecum | aperte quod sentio loquar) non nimis ad-

a) Cod. *libenter;* sed *libente* scribendum esse sensus docet; praetereaque Cicero de or. II. 73. similiter loquens: *sed Caesar de isto ipso quiddam velle dicere videbatur. Me vero lubente, inquit Antonius, dixerit.* Confer tamen de rep II. 38. — *b*) Ita cod. prima manu *tui;* sed mox laevo consilio extrita fuit *i* littera, quam ego restituendam iudicavi. — *c*) Cod. *Africanae.* Ita et mox. — *d*) Ita cod. 1. manu; 2. *alii.* — *e*) In codice saepe scribitur *saenatus,* superaddita *a,* si quando omissa fuerat. Sed tamen quum et lex quantitatum, et ipsa etymologia nominis diphthongum excludat, mendum retinere piaculum fuisset.

1) Ex hac quaternionis quarti desinentis nota, quae est in secunda post absolutum prohoemium pagina, constat prohoemii paginas fuisse LXII, quarum nonnisi XXVI. supersunt. Id facili supputatione demonstratur. Nam unusquisque quaternio habet paginas XVI; primus autem et alter quaternio desunt; deest etiam folium extimum tertii, nempe paginae quatuor; denique postremae duae circiter paginae quaternionis quarti ad prohoemium non adtinent—Sic ego in principe editione evidenter lacunarum spatium dimetiebar; qua re non considerata, cl. Villemaenius ed. gall. p. 3. paucas exordientis operis paginas desiderari putabat.

2) Rei dat praeclarum testimonium ipse Cicero N. D. II. 5: *sole geminato, quod Tuditano et Aquilio conss. evenerat, quo quidem anno ·P· Africanus sol alter extinctus est.* Item de divin. I. 43. gemini solis portentum populo romano perniciosas seditiones denuntiavisse dicitur. De pareliis autem legantur inter veteres Aristoteles meteor. III. 2. 6; Plinius hist. II. 31; Seneca q. nat. I. 11; Ammianus XX. 3.

3) Sic loquitur Cicero tusc. I. 33.

4) Panaetius rhodius hospes comesque Scipionis Aemiliani fuit. Legatur Cicero acad. IV. 2, fin. IV. 9, ad Att. IX. 12, pro Mur. XXXI; Gellius XVII. 21; Symmachus ep. I. 21, et laud. in Gr. VII; Velleius I. 13; Plutarchus quod philosopho disp. cum princ. t. IX. p. 108. Eiusdem Panaetii auditores fuerunt quatuor saltem ex his de repub. interlocutoribus, nempe Scipio, Laelius, Rutilius, Fannius. Legatur Cicero offic. I. 26. III. 2; fin. II. 8; Brut. XXVI, XXX. Denique Panaetii scriptorum ad ·Q· Tuberonem meminit Cicero fin. IV. 9, tusc. IV. 2. Porro Scipionem Panaetii praeceptis eruditum fuisse testatur etiam Sulpicia in satyra vers. 45: *numantinus libycusque Scipio qui rhodio crevit formante magistro.*

5) Panaetium rei astrologicae haud ignarum fuisse cognoscimus etiam de divin. I. 3. 7, II. 42; et N. D. II. 46. Item qui sequitur sermo de Socrate, is fortasse a Panaetii libris accersitur, quos

sentior in omni isto genere nostro illi familiari, qui quae vix coniectura qualia sint possumus suspicari, sic adfirmat, ut oculis ea cernere videatur *a*) aut tractare plane manu 1). Quo etiam sapientiorem Socratem soleo iudicare, qui omnem eiusmodi curam deposuerit; eaque quae de natura quaererentur, aut maiora quam hominum ratio consequi possit, aut nihil om||nino ad vitam hominum adtinere dixerit 2). Dein Tubero, P. 33.
nescio, Africane, cur ita memoriae proditum sit, Socratem omnem istam disputationem reiecisse, et tantum de vita *b*) et de moribus solitum esse quaerere 3). Quem enim auctorem de illo locupletiorem Platone laudare possumus? cuius in libris multis locis ita loquitur Socrates, ut etiam cum de moribus, de virtutibus, denique de re publica disputet *c*), nume'ros tamen P. 34.
et geometriam et harmoniam 4) studeat Pythagorae more coniungere 5). Tum Scipio, sunt ista 6), ut dicis; « set audisse te credo, Tubero *d*), Platonem, Socrate mortuo, primum in

a) Cod. *videantur*; sed *n* videtur deleta. — *b*) Cod. *bita*; mox ibidem factum *vita*. — *c*) Cod. certe manu *disputent*. — *d*) Ita cod. *Tubero* uti felicissime emendaverat Cuiacius observ. XI. 9.

de Socrate ab eo scriptos memorat Plutarchus in Aristide cap. XXVII. Nobiles Panaetii libros cum socraticis coniungit Horatius od. I. 29. 14.

1) Locum hunc Tullii imitatur aperte Lactantius de opif. D. cap. I. ff. 15 et inst. III. 3; quin etiam Ovid. fast. I. 305. Hinc Diogenes apud Laërt. VI. 2. 6. cuidam de caelestibus audacius disputanti; quam dudum, inquit, caelo advenisti? Adhuc subdubitabat in caelestibus Augustinus epist. XIV. 3; quam scientiam nunc tot maximis et certissimis incrementis adultam videmus.

2) Ita prorsus de Socrate loquitur Cicero etiam acad. I. 4, et tusc. v. 4; itemque Valerius M. III. 4. ext. 1. Laërtius II. 5. 6; Themistius de praef. cap. V; Augustinus C. D. VIII. 3.

3) Augustini ep. CCXXXIII. memorabilis locus est: *solere aiunt quendam virum dicere; quibus satis persuasum sunt, ut nihil mallent se esse quam viros bonos, his reliquam facilem esse doctrinam. Hanc sententiam; nam si rite recolo, socratica est* etc. De unico studio virtutis mira dicit Porphyrius in sua nobili ad Marcellam epistula.

4) Cicero N. D. III 11. *nisi vero— putamus—ad harmoniam canere mundum, ut Pythagoras existimat.* Cr.

5) Vide ex gr. Plat. reip. VII. p. 522. sqq.; leg. V. p. 737. 747; vide etiam epinomidem. Plato in geometria et musica praestantissimus dicitur a Tullio de or. I. 50. Eadem laus tribuitur illi a Themistio or. de praef. cap. V. Pythagoras numero tantum tribuit, ut etiam Deum ex numeris constare crediderit. Vide Augustinum C. D. VI. 5. Eadem est sententia Porphyrii in poëtico fragmento libri decimi oraculorum. De numeri virtute copiose disserit Proclus in inedito ad decimum Platonis de rep. librum commentario. Adi et Cassiodorium variar. I. 10, et de art. liberal. cap. IV.

6) Ita Cic. acad. I. 3: *tum ego, sunt inquam, ista, Varro.*

*

Aegyptum discendi causa *a*), post in Italiam et in Siciliam *b*) contendisse 1) » ut Pythagorae inventa perdisceret; eumque et cum Archyta tarentino, et cum Timaeo locro multum fuisse; et Philoleo *c*) commentarios esse nanctum *d*) 2): cumque eo
P.263. tempo||re in his locis Pythagorae nomen vigeret 3), illum se et hominibus pythagoreis *e*) et studiis illis dedisse. Itaque cum Socratem unice dilexisset 4); eique omnia tribuere voluisset 5),

Nonii, qui hunc locum citat voc. *contendere*, corruptam lectionem *tum revo* in antiquis editionibus occurrentem. Parisiaca tamen anni MDCXIIII. Nonii editio habet *Tubero*. — *a*) Vocabulum *causa* deest in codice; id tamen legebat Nonius loco citato. Neque prorsus necessarium est; namque eius brevitatis exempla apud alios auctores leguntur, quos inter est Fronto laud. fumi et pulveris. — *b*) Nonius omittit *et in Siciliam*. — *c*) Cod. 1. manu *Philoteo*, 2. *Philotao* vel *Philolao*. Est autem graeca secundi casus terminatio, pro latina *Philolai*. — *d*) Ita cod. *nanctum;* at superius cap. VIIII. et libro II. 29. *nactus*, quam inconstantiam in Caii quoque scriptura notavit diligentissimus editor. *Nanctus* legitur in vaticanis quoque iuris anteiustinianei fragmentis a me nuper editis. Et sane Caper de orthograph. edit. Putschii pag. 2241. vetat retineri *n* in τοῦ *nanciscor* supino; veruntamen id ipsum Capri vetitum indicio est, aliquando contrariam obtinuisse scripturam. Reapse autem Beda p. 2339. ait: *nanctus per n et c scribit debet*. Et ita Isidorus iubet ed. Areval. tom. III. p. 505. — *e*) Ita cod. prima manu; sed mox videtur factum *pythagoriis*. Sic in antiquis mss. lego *aristarchii*, *epicurii;* quae melior scriptura est et graeco de fonte manans. Sic in fragmentis italae veteris a me editis *vinia* pro *vinea;* sed contra *bestea* pro *bestia*.

1) De Platonis itineribus similia scribunt Cicero fin. V. 29, tusc. I. 17, de sen. XII; Lucanus X. 181; Valerius ·M· VIII. 7. ext. 3. Hieronymus epist. LIII. Utrum Hebraeorum quoque libros Plato cognoverit, nec ne, disputat Augustinus C. D. VIII. 11. XI. 21; negat Lactantius inst. IV. 2. Mos hic fuit sollemnis, ut eruditionis causa Graeci Aegyptum viserent, Romani Graeciam. De Romanis testis paulo ante Cicero, et Symmachus ep. V. 35. Nunc europaei litterati Italiam lustrant, quae nostra gloria est.

2) Philolai pythagorici, qui Archytae fuit discipulus (Cic. de or. III. 34.) libros tres emptos a Platone centum minis, sive, quod idem est, decem millibus denariûm, tradunt Laërtius III, 11, Gellius III. 17, Iamblichus vit. Pythag. XXXI. Hinc apud Timonem et Aristoxenum et Proclum plagiarius audiit Plato, quod videlicet Timaeum suum ex Philolao, rempublicam ex Protagora, aliosque ex aliis auctoribus dialogos vel sententias videretur expressisse. Legesis Gellium III. 17; Athenaeum XI. 15; Suidam voc. Νουμήνιος. Eusebium praep. evan. X. 3; denique Holstenium ep. XVII. p. 113. Philolai annum maiorem, annis LIX. constantem, memorat Censorinus cap. XVIII; eiusdem Philolai dictum Cassiodorius in ps. VIII. fin. Iam hic pythagoricus Philolaus a Crotoniensibus civibus suis interfectus est ob affectatae tyrannidis suspicionem; legesis Laërtium VIII. 7. et Suidam voc. ὑπόνοια. Porro et Philolai corinthii scriptam Thebanis politiam cognoscimus ex Aristotele reip. II. 12. In transitu moneo, ab Asopi civibus Aesculapium deum pulchro nomine appellatum fuisse Philolaum, quasi Publicolam. Pausan. III. 22.

3) Cicero tusc. I. 16: *sic viguit Pythagoreorum nomen*. Cr.

4) Lege Pausaniam I. 30, nec non Athenaeum XI. 15; qui ceteroqui postremus auctor vehementer prolixeque invehitur in Platonem.

5) Dialogos se intelligit, in quibus omnibus fere Socrates exprimitur,

leporem socraticum suptilitatemque sermonis cum obscuritate Pythagorae et cum illa plurimarum artium gravitate contexuit 1).

XI. Haec Scipio cum dixisset, ·L· Furium repente venientem aspexit; eumque ut salutavit amicissime | adprehendit P. 264.
et in lectu 2) suo conlocavit. Et cum simul ·P· Rutilius venisset, qui est nobis lautus *a*) sermonis auctor « eum quoque ut salutavit, propter Tuberonem iussit adsidere 3). » Tum Furius; quid vos agitis? num sermonem vestrum aliquem diremit noster interventus? Minime vero, Africanus *b*); soles enim tu haec studiose *c*) investigare quae sunt in hoc genere, de quo instituerat paulo ante Tubero quae||rere *d*). Rutilius P. 209.
quidem noster etiam sub ipsis Numantiae moenibus 4) solebat mecum interdum eiusmodi aliquid conquirere. Quae res tan-

a) Nempe *abundans*, vel *competens*, vel *elegans*, vel *suavis*: has quippe notiones omnes huius voci *lautus* tribuit. Cl. Steinackerus contra codicis fidem malebat heic *laudatus*. — *b*) Subintellige *inquit*. — *c*) Cod. *studiosae*. — *d*) Cod. *querere*, et inferius *querendus* et *querimus*. Alibi tamen plerumque cum diphthongo. In antiquis codicibus nihil fere corruptius est tota diphthongorum ratione.

ut Tullii verbis utar de or. III. 4? an omnigenae philosophiae laudem, uti observat Sextus emp. lib. I. contra logicos sect. 9?

1) Hunc Ciceronis locum legisse videntur Hieronymus et Augustinus, quod ut demonstrem, eorum verba hic ponere necesse est. Hier. contra Rufin. III. 40: *Plato post academiam et innumerabiles discipulos, sentiens multum suae deesse doctrinae, venit ad magnam Graeciam, ibique ab Archyta tarentino et Timaeo locrensi Pythagorae doctrina eruditus, elegantiam et leporem Socratis cum huius miscuit disciplinis*. Confer et ep. LIII. 1. Iam Augustinus contra acad. III. 37: *Plato [illegible] post mortem Socratis magistri sui, quem singulariter dilexerat, a Pythagoreis etiam multa didicisse. Igitur adiciens lepori subtilitatique Socraticae naturalium divinarumque rerum scientiam etc.* Idem C. D. VIII. 4: *Et quia magistrum Socratem singulariter diligebat Plato, eum loquentem fere in omnibus sermonibus suis faciens, etiam illa* etc. *cum illius lepore temperavit*. Hunc item de rep. locum respicere videtur Valerius ·M· VIII. 7. ext. 3.

2) Ita cod. *lectu*, quarta declinatione, non *lecto*, nec *lectica*: etsi etiam domi lectica vel ad quietem vel ad lucubrationes utebantur Romani. Id autem moneo quia Rutilius (is qui loquitur in his dialogis) teste Isidoro or. XX. 11, in vita Scipionis scripserat, *primum ipsum contra consuetudinem imperatorum pro lectis lecticis esse usum*. Loquebatur ergo in illa historia Rutilius de Scipionis militia, quod ipsum per se apparet.

3) Locum citat Nonius voc. *propter* ex I. de rep.

4) Rutilium Scipionis in militia fuisse comitem, et quidem apud Numantiam, testatur etiam Appianus hisp. LXXXVIII, atque ex eo Suidas in Ῥουτίλιος. Scripsisse Rutilium de bello numantino deque vita Scipionis, diximus in praefatione.

dem inciderat, inquid Philus *a*)? Tum ille, de solibus istis duobus, de quo *b*) studeo *c*), Phile, ex te audire quid sentias.

XII. Dixerat hoc ille, cum puer « nuntiavit venire ad eum Laelium, domoque iam exisse 1). » Tum Scipio, calceis et vestimentis sumtis 2), e cubiculo est egressus; et
P. 210· cum paululum inambula|visset in porticu, Laelium advenientem salutavit *d*), et eos, qui una venerant, Spurium Mummium, quem in primis diligebat, et ·C Fannium, et Quintum Scaevolam, generos Laeli, doctos adulescentes, iam aetate quaestorios 3): quos cum omnis salutavisset, convertit se in porticu et coniecit in medium Laelium 4): fuit enim hoc in amicitia quasi quoddam ius inter illos, ut militiae
P. 197. propter eximiam belli gloriam || Africanum ut deum coleret

a) In codice scribitur modo *Philus*, modo *Pilus*; et quidem posterior manus plerumque refecit in codice *Pilus*, quae est scriptura magis propria latini sermonis. Apud Augustinum quoque C. D. II. 21. legitur *Pilus*; nec non in variis lectionibus chronici Cassiodorii. Quin adeo Ennius annal. X. 2. scripsit *Pilippus* pro *Philippus*: nec alia vetera eiusmodi exempla desunt. — *b*) Ita codex, non *quibus*. — *c*) Ita cod. 2. manu; at 1. *studio*, ideoque fortasse fuit scriptum *de quo* pro *de quibus*. — *d*) Cod. *salutabit*; mox ibidem factum *salutavit*.

1) Locum ex I. de rep. libere citat in exempl. eloc. Fronto voc. *exit* sic: *nuntiatum est venire Laelium, domoque iam exisse.*

2) Namque, uti dictum est, in lecto erat Scipio, sicut Crassus de or. II. 3, III. 5: praeter quam quod Romani domi quidem utebantur soleis, prodibant autem cum calceis. Sic ·M· Aurelius scribit Frontoni epist. lib. IIII. 5: *a secunda in tertiam (horam) soleatus libentissime inambulavi ante cubiculum meum. Deinde calceatus, sagulo sumpto abii* etc.

3) Iuvenili ergo aetate adibatur quaestura, ut ex hoc quoque de rep. loco cognoscitur. Sed tamen quem diserte aetatis gradum lex villia annalis decreverit quaesturae, obscurum est; quamquam certe anno aetatis septimo supra vigesimum licuisse quaesturam adipisci, extra controversiam videtur. (Tamen Ernestus in clavi Cic. ind. leg. ait an. XXXI.) Legesis Pitiscum voc. *aetas quaestoria*. In potestatibus obeundis leges annarias a Romanis sua demum aetate neglectas ait Arnobius lib. II. ed. Lugd. Bat. p. 91. Ex Valerio ·M· II. 1 1. apparet a quaestura patuisse viam ad ordinem senatorium impetrandum. Diserte vero Cassiodorius var. VIII. 19: *quaestura vere mater senatoris est.* Tum idem var. VI. 5. *quaesturam* definit *gloriam litterarum, genitricem omnium dignitatum* etc. Contra Asconius ad divin. in Ver. X. ait: *haec erat prima senatoris administratio, quaestorem fieri.* De quaesturae origine disputat curiose Tacitus annal. XI. 22.

4) Fuit enim is apud Romanos honoratior locus: itemque apud alias gentes aliquot, ut Sallustii locus docet Iug. XI. Lege tamen Plutarchum quaest. conviv. I. 3. et Lipsium elect. II. 2. Est autem loci huius magna similitudo cum de de or. II. 3: nam et ibi Crassus est in lecto, et Sulpicius apud eum sedet, et Antonius inambulat in porticu, et Crassus adventu Catuli senis commotus surgit, et amicissime inter se consalutant etc.

Laelius 1); domi vicissim Laelium, quod aetate antecedebat 2),
observaret in parentis loco Scipio. Dein cum essent perpauca
inter se uno an *a*) altero spatio conlocuti, Scipionique *b*) co-
rum adventus periucundus et pergratus fuisset 3), placitum est
ut in aprico maxime pratuli loco, quod erat hibernum tempus
anni 4), considerent: quod cum facere vellent, intervenit
vir prudens 5) omnibus que illis et iucundus et carus ·M· *c*) Ma- P. 198.
nilius, qui a Scipione ceterisque amicissime consalutatus, ad-
sedit proximus Laelio 6).

XIII. Tum Philus, non mihi videtur, inquit, quod hi
venerunt, alius nobis sermo esse quaerendus *d*), set agendum
accuratius, et dicendum dignum aliquid horum auribus. Hic
Laelius, quid tandem agebatis, aut cui sermoni nos interve-
nimus? *PH.* *e*) Quaesierat ex me Scipio *f*) || quidnam sentirem P. 269.
de hoc quod duo soles visos esse constaret. *L.* Ain vero,
Phile *g*), iam explorata nobis sunt ea quae ad *h*) domos no-

a) Ita cod. pro *aut* vel *sive*, cuiusmodi alia exempla non desunt; itemque viceversa. Vide Generum in *an* et *aut*. Nam quis vetat heic posse intelligi quamdam veluti interrogationem, ut in aliquot dubitativis locutionibus Latini solent? — *b*) Cod. 1. manu *Scipioni quo rum*. 2. *quorum*. *Quoi* (ut videtur refectum in codice) ego malebam sicuti lib. III. 12. legimus *quoque*. Et quidem *quoi* pro *cui*, se puero fuisse in usu, ut distingueretur a sono τοῦ *qui*, ait Quintilianus inst. I. 7. Vide certe Plautum Cistell. IIII. 1. 27. Sed tamen felicissima mihi visa est cl. Steinackeri emendatio *Scipionique*, quam adscivi; praesertim quia haec prima videtur codicis scriptura. Sic melius se habet illud *placitum est mihi ut postularem*. — *c*) In codice manifeste gemino cum puncto ·*M*· id est *Marcus*, non *M'* id est *Manius*. Item in codice 1. manu *Manlius*. sed 2. *Manilius*. Id diligenter mihi fuit monendum, quia praenomen aeque ac nomen huius (vel homonymorum virorum) vehementer variant in antiquis scriptis, uti vides apud Pighium ad annum urbis DCIV, et in Glandorpii onomastico. Et quidem contrario mendo inferius de rep. II. 27. scribitur 2. manu *Manilio* pro *Manlio*, illo nempe qui regnum occupare voluisse dictus est. — *d*) Cod. *querendus*. — *e*) In hoc et similibus locis, ubi frequenter taciteque mutatur loquentis persona, interponendam censui litteram ipsius personae initialem, quod iam feci superius p. 18. — *f*) Cod. post *Scipio* repetit *ex me*; verum id postea expunctum fuit. — *g*) Ita cod. 1. manu; at 2. *Pile*. — *h*) Cod. *at*. Rei causa est, quod *t* ante *d* uno eodemque sono ef-

1) Scipionis excellentiam in amicorum grege memorat ipse Laelius apud Cic. de am. XIX.

2) Scipionem seniorem se dicit Laelius apud Ciceronem de am. IV. Heic autem attingitur ius romanum, de quo Gellius II. 15 nempe ut publice magistratui, privatim aliis praerogativis honor esset habendus.

3) Similiter loquitur Cicero in Hortensii fragmentis.

4) Hinc cognoscimus quo tempore anni obierit Scipio, quandoquidem is perpaucis diebus post politicum hunc dialogum mortem cum vita commutavisse dicitur a Cicerone de am. IV.

5) Nempe *iuris prudens*. Hinc *responsa prudentum*, pro *iuris prudentum*.

6) Fortasse propter aetatem, qua Laelio esset aequalis. Itaque Rutilius iuvenis adsedit Tuberoni compari suo, ut nuper vidimus.

stras quaeque ad rem publicam pertineant *a*) 1), si quidem quid agatur in caelo quaerimus *b*)? Et ille, an tu ad *c*) domos nostras non censes pertinere scire quid agatur et quid fiat domi, quae non ea est, quam parietes nostri cingunt, sed mundus hic totus, quod domicilium quamque patriam di
P. 270. no|bis communem secum dederunt 2)? cum praesertim, si haec ignoremus, multa nobis et magna ignoranda sint. Ac me quidem, ut hercule etiam te ipsum, Laeli, omnisque avidos sapientiae « cognitio ipsa rerum consideratioque delectat 3). » Tum Laelius, non inpedio, praesertim quoniam feriati sumus; sed possumus audire aliquid, an serius veni-
P. 43. mus? *PH.* Nihil est adhuc disputatum; et || quoniam est integrum « libenter tibi, Laeli, ut de eo disseras equidem concessero 4).» *L.* Immo vero te audiamus; nisi forte Manilius interdictum aliquod inter duos *d*) soles putat esse componendum, ut ita caelum possideant ut uterque possederit 5). Tum Manilius, pergisne eam, Laeli, artem 6) inludere, in qua primum

ferebatur. Revera mox librarius scribit *ad rem* non *at rem;* cum contra rursus scribat *at domos.* — *a*) Cod. 1 manu *pertinent;* sed mox superaddita *a;* id quod immerito factum contendebat Moserus. — *b*) Cod. *querimus.* — *c*) Cod. *at.* — *d*) Ita cod. *duos*, quum alibi scribatur eodem casu *duo.* Utrumque licere grammatici omnes sciunt.

1) Heic Cicero incipit captare occasionem dicendi de rep. uti apud Platonem reip. I. p. 333. Socrates ad eundem tractatum viam sibi sternit dicens, iustitiam non solum ad privatum sed etiam ad generale hominum inter se commercium esse idoneam.

2) Nectarius apud Augustinum epistola CIII. 2. hunc Ciceronis locum se legisse demonstrat his verbis: *non enim illam mihi civitatem dicere videbare, quam muralis aliquis gyrus coërcet, nec illam quam philosophorum tractatus mundanam memorans communem omnibus profitetur.* Tum Lactantius ad Ciceronem aeque respiciens instit. II. 5. *Aiunt* (philosophi) *deorum et hominum causa mundum esse constructum, quasi communem domum.*

3) Locum libere ex 1. de rep. citat Fronto exem. eloc. voc. *delectat.*

4) Apud Macrobium de diff. et soc. gr. et lat. verb. cap. de con. mod. locus hic citabatur ex I. de rep. corruptus sic: *libenter tibi, Laeli, uti eum desideras, equidem concessero.*

5) Indulget more suo facetiis Cicero, quarum laudem ipse sibi vindicat, interpositis etiam interdictis, ad fam. VII. 32: *urbanitatis possessionem, amabo, quibusvis interdictis defendamus; in qua te unum* (Volumnium) *metuo, contemno ceteros.* De tullianis facetiis Plutarchus in eius vita, Macrobius sat. II. 1. 3, aliique scriptores, quos inter Petrarcha rer. memor. II. 3. et 4. Interdicti romanam formulam exhibet sane elegantem Caius IV. 160, ubi praetor pari sermone cum utroque litigatore loquitur sic: *uti nunc possidetis, quominus ita possideatis, vim fieri veto.*

6) Nempe iuris civilis.

excello ipse 1); deinde sine qua scire nemo potest quid sit suum, quid alienum 2)? | Sed ista mox 3): nunc audiamus P. 44. Philum, quem video maioribus iam de rebus, quam me aut quam ·P· Mucium 4), consuli.

XIIII. Tum Pilus, nihil novi vobis adferam, neque quod a me sit cogitatum aut inventum: nam memoria teneo ·C· Sulpicium Gallum, doctissimum ut scitis hominem 5), cum idem hoc visum diceretur 6), et esset casu aput ·M· Marcellum, qui cum eo consul fuerat 7), sphaeram *a*), quam ·M· Marcelli avus *b*) captis ‖ Syracusis ex urbe locupletissima atque ornatissima 8) P. 103. sustulisset 9) « cum aliud nihil ex tanta praeda domum suam deportavisset 10) » iussisse proferri: cuius ego sphaerae cum per-

a, In codice modo scribitur *sfaera*, modo *sphaera*, modo *sphera*. — *b*) Cod. 1. manu *Marcellus*; 2. *Marcelli avus*, quae est emendatio certissima.

1) Vide quae de Manilio in praefatione iam diximus.

2) Etiam pro Caecina XXV. ait Cicero: *iure civili sublato, nihil est quare exploratum cuiquam possit esse, quid suum aut quid alienum sit.* Confer de orat. I. 38.

3) Quinto in libro de iure agendum fuerat. Vide ibi adnotationes.

4) Iuris item prudentem, de quo homine recole praefationem.

5) ·C· Sulpicium Gallum passim laudat Cicero Brut. XX, de am. II. VI, pro Mur. XXXI, ad fam. IV. 6. Huius Galli scientia astrologica memoratur apud Cic. off. I. 6; tum de sen. XIV. commendatur pluribus verbis ab ipso Catone interlocutore. Galli sententia de siderum a terra intervallis recitatur a Plinio II. 21.

6) Iulius Obsequens cap. XII, consulibus Graccho et Iuventio, anno ante Scipionis Aemiliani obitum trigesimo quarto, narrat Formiis duos soles interdiu visos. De eius fortasse anni parelio loquitur hic Cicero.

7) Anno urbis DLXXXVIII.

8) Imitatur haec verba Augustinus C. D. I. 6. *Marcus Marcellus qui Syracusas urbem ornatissimam cepit.* [Confer Cic. Verr. IV. 52. Mr.]

9) Prudenti consilio; virum enim imperatorium seu politicum sphaeram probe callere iubet Polybius hist. IX. 15. Quare et in margine codicis urbinatis polybiani CII. p. 130. adnotatur; τὸ ἀστρονομεῖν καὶ γεωμετρεῖν τῶν στρατηγῶν προσήκει. Quin adeo fortasse Cicero totam hanc de Archimedis sphaera narrationem e Polybii deperditis historiis derivat, qui auctor libro octavo de Marcello et de Archimede scripserat, uti nos docent Athenaeus XIV. 8, itemque Polybii reliquiae. Sphaerae quoque terrestris, seu geographiae, studiosum vult esse hominem seu politicum seu militarem Strabo I. p. 17. ed. Amstel., cui revera studio deditum fuisse Scipionem tradit idem geographus IV. p. 289. Laudes astrologiae legesis apud Plinium II. 12, et apud Cassiodorium var. I. 45.

10) Locum citat Fronto exem. eloc. voc. *deporto* ex II. de rep. tam in ambrosiano codice quam in quatuor vaticanis, quae mendi constantia valde innueret, cunctos hos Frontonis codices ab unico exemplari manavisse, nisi alibi varietates occurrerent in his ipsis codicibus. Sed iam in Frontone scribatur I. pro II. Paupertatem Marcelli innuit Cicero in oratore LXX.

saepe propter Archimedi *a*) gloriam nomen audissem, speciem ipsam non sum tanto opere admiratus, erat enim illa venustior et nobilior *b*) in volgus, quam ab eodem Archimede factam 1) posuerat in templo Virtutis 2) Marcellus idem. Sed
P. 104. postea quam | coepit rationem huius operis scientissime Gallus exponere, plus in illo siculo ingenii, quam videretur natura humana ferre potuisse, iudicabam *c*) fuisse 3). Dicebat enim Gallus, sphaerae illius alterius solidae atque plenae vetus esse inventum, et eam a Thalete milesio primum esse tornatam *d*): post autem ab Eudoxo cnidio discipulo, ut ferebat *e*), Platonis 4) eandem illam astris *f*) caelo inhaerenti-
Q. V. P. 65. bus *g*) es*‖se descriptam; cuius omnem ornatum et descriptio-

a) *Archimedi* in secundo casu more suo Tullius, ut pro Balbo XXV. *Theophani;* ad Brut. ep. XV, et de or. II. 74. *Themistocli;* ad Att. XIII. 28, *Aristoteli;* Brut. VII. LXXXIII. *Thucydidi;* tusc. I. 41. *Ulyxi;* de or. II. 22. 23. Brut. XV. LXXXIII. *Demostheni* et *Pericli:* unde etiam Persius IV. 3. *magni pupille Pericli.* Lege et Quintilianum inst. I. 5. Sic loquitur etiam Fronto. — *b*) Cod. 1. manu *novilior*, 2. *nobilior*. — *c*) Cod. *iudicam;* sed mox factum *iudicabat.* Mihi videbatur scribendum *iudicabam*. — *d*) Ita cod. 2. manu; at 1. *ornatam*. Cicero in arateis 304: *tam tornare cate contortos possiet orbes*. — *e*) Cl. Heinrichius emendabat *ferebant*. — *f*) Cod. 1. manu *illam stellisque caelo;* 2. vero deletum *stellisque* et scriptum *astris*. — *g*) Cod. sine diphthongo *inherentes;* sed tamen *es* pertinet ad sequens verbum. Itaque scripsimus *inhaerentibus*.

1) Habemus igitur duas, vacuam alteram, ut mox dicetur, alteram plenam, Archimedis sphaeras; qui vir summus a quibusdam apud Plutarchum in Marcel. XIX. traditur Syracusis interemptus miserabiliter dum ipsa instrumenta sua mathematica, inter quae nominatim sphaeras, ad Marcellum placandi eius causa deferret. Sphaerae figuram positam fuisse in summo Archimedis sepulchro, quod Cicero detexit (tusc. V. 23.) nemo est qui nesciat.

2) Vulgo id dicitur templum Honoris atque Virtutis, quod unicum fabricare coepit Marcellus; verum impedientibus pontificibus, duplex effecit. Plutarch. in Marcel. XXVIII, Val. M. I. 1. 8. Sphaera igitur posita fuit in aede propria Virtutis. Aedes istas Vespasianus Augustus reparavit, Cornelius Pinus et Accius Priscus pinxerunt. Plin. XXXV. 10. fin.

3) Sic Lucretius Empedoclem pari doctrina fulgentem laudans I. 734: *ut vix humana videatur stirpe creatus.* Lucretianam igitur locutionem imitatus videtur Cicero; qui tamen etiam de N. D. II. 35. ait: *Archimedem arbitrantur plus valuisse in imitandis sphaerae conversionibus, quam naturam in efficiendis.*

4) Cicero de divin. II. 42. *Eudoxus Platonis auditor, in astrologia iudicio doctissimorum hominum facile princeps.* Eudoxum cum Platone tredecim annos in Aegypto esse versatum dicit Strabo XVII. p. 1159, unde idem reversus anni rationem Graecos docuit; quam deinde Iulius Caesar emendatiorem Romanis tradidit; ex quo illa eiusdem gloriatio apud Lucanum X. 187: *nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.* Confer etiam Servium ad aen. V. 49, qui tamen aen. ad III. 326. frustra criminatur Lucani flexionem grammaticam *fastibus* pro *fastis*, quod iamdiu critici docuerunt.

nem, sumptam *a*) ab Eudoxo, multis annis post non astrologiae scientia sed poetica quadam facultate versibus Aratum extulisse 1). Hoc autem sphaerae genus, in quo solis et lunae motus inessent, et earum quinque stellarum, quae errantes et quasi vagae nominarentur, in illa sphaera solida non potuisse finiri 2). Atque in ea admirandum esse inventum | Archimedi, P. 66. quod excogitasset quemadmodum in dissimillimis motibus inaequabiles et varios cursus servaret una conversio 3). Hanc sphaeram Gallus cum moveret, fiebat ut soli luna totidem conversionibus in aere illo quot *b*) diebus in ipso caelo succederet; ex quo et in caelo sphaera *c*) solis fieret eadem illa defectio, et incideret luna tum in eam metam, quae esset umbra terrae, cum sol e regione 4) ‖ . . . . .

Desiderantur sexti huius quaternionis paginae decem. Ex his heic quidem deesse videntur paginae octo

a) Ita cod.; sed alibi *sumt.* — *b*) Cod. habet *quod*, ob sonum videlicet similem sequentis litterae *d*. Profecto Longus p. 2231. iam observavit, *quot* et *quod* male aliquoties confundi. — *c*) Cod. *sphela*, quamquam *l* non caret interpolatione. Superius cap. V. vidimus *lacelari*, et in fragmento Phaedri vaticano fab. VI. *tugulio*. Sic de rep. VI. 16. quidam codices lagomarsiniani habent *pirclara* pro *praeclara*. (Denique dictis p. 16. n. c. liceat heic obiter addere, a Iulio quoque Paride, quem nos edidimus, Valerii ·M· breviatore, lib. VIII. 1. 22. scribi *Zmyrna* pro *Smyrna*.) *Sphela* definitur *lignum excavatum* a Caelio Rodigino antiq. lect. XXV. 2. Agitur autem heic revera de globo concavo. Locus tamen aliqua corruptela laborare videtur.

1) Sic etiam de or. I. 16. Cicero: *constat inter doctos, hominem ignarum astrologiae, ornatissimis atque optimis versibus Aratum de caelo stellisque dixisse.* Porro autem huius poëmatis extat partim Ciceronis ipsius interpretatio satis mediocribus versibus.

2) Concava ergo erat haec, de qua nunc sermo fit, sphaera Archimedis. Sphaeras quidem aegyptiacas atque chaldaicas, in quibus non tam motus caelestes quam fata hominum et nativitates superstitiosa curiositate expressae erant, vidisse se ait Proclus in comm. ad platonicae reip. librum X. Easdem commemorat etiam Iulius Firmicus math. lib. VIII. 5. et alibi. Commentarii procliani in illum Platonis librum multas eius partes sparsim edidimus; longissimam tamen et postremam in Spicilegio rom. T. VIII, ubi p. 682. locum dicta supra appellatum invenies de sphaeris barbaricis Aegyptiorum et Chaldaeorum.

3) Confirmat Cicero tusc. I. 25: *cum Archimedes lunae, solis, quinque errantium motus in sphaeram illigavit, effecit ut dissimillimos motus una regeret conversio.* Archimedis sphaerae, in qua sol decurreret, meminit etiam Cassiodorius var. I. 45. Locutionem autem hanc Ciceronis imitatur aperte Lactantius inst. VII. 14: *et septem sidera, quae vocantur errantia, quorum dispares cursus et inaequabiles motus rerum ac temporum varietates efficere creduntur.*

4) Legatur Dio Cassius LX. 26. Lacuna autem incidit in rem notissimam. Et quidem veterem ac satis congruentem doctrinam tradit etiam Hieronymus comm. in Is. lib. XVIII. cap. 66. vers. 23: *luna ab ea semper orbis parte completur et fulget, a qua soli vicinior est, nec umbra terrae obscuratur.* [Censor lips. in hac explicatum lacuna parelium fuisse iudicat; inde vero sumpsisse Ammianum quae narrat lib. XX. 3.]

P. 59. XV. . . . . fuit quod et *a*) ipse hominem diligebam 1), et in primis patri meo Paulo probatum et carum fuisse cognoveram. Memini, me admodum adulescentulo 2), cum pater in Macedonia consul esset, et essemus in castris; perturbari *b*) exercitum nostrum religione et metu, quod serena nocte subito candens et plena luna defecisset. Tum ille,
P. 60. cum legatus noster esset anno fere an|te quam consul est declaratus 3), haud dubitavit postridie palam in castris docere nullum esse prodigium 4); idque et tum factum esse, et certis temporibus semper futurum, cum sol ita locatus fuisset, ut lunam suo lumine non posset attingere. Ain tandem, inquid *c*) Tubero, docere hoc poterat ille homines paene agre-
P. 71. Desiderantur paginae saltem duae. stes, et aput imperitos audebat haec dicere? *s*. Ille vero 5), et magna quidem cum 6) ‖ . . . . . *neque in*solens ostentatio,

a) Cod. *ed;* quamquam heic neque sequitur consona similis soni, ac mox recte scribitur *et*. — *b*) Cod. *pertubari*, sed videtur superaddita *r*. — *c*) Ita codex, quia scilicet sequitur *t*, ut superius p. 17. v. 4. Nimirum *d* ante *t* sonabat *t*. Aliter tamen p. 22. v. 1.

Supplementa quaedam lacunae (nempe de siderum in illa sphaera cursu) videtur dare ex ipso Tullio, quem saepe expilat, Lactantius inst. II. 5: *Archimedes siculus concavo aere similitudinem mundi ac figuram potuit machinari; in quo ita solem, ac lunam composuit, ut inaequales motus et caelestibus similes conversionibus, singulis quasi diebus efficerent: et non modo accessus solis et recessus, vel incrementa diminutionesque lunae, verum etiam stellarum vel inerrantium vel vagarum dispares cursus orbis ille dum vertitur exhiberet.*

1) Loquitur Scipio de ·C· Sulpicio Gallo, de quo ipso antea loquebatur Philus. Porro ut ·C· Sulpicium dilexit Scipio, sic idem ·P· Sulpicium, eiusdem fortasse fratrem, delicatum hominem, probrosa admodum oratione insectatus est, teste Gellio VII. 12.

2) Quippe Scipio annos natus XVII. versabatur in macedonico patris exercitu, quod aiunt Livius XLIV. 44; Diodorus ed. Wesseling. tom. II. p. 580.

3) Bellum macedonicum bellatum est an. DLXXXVI; Sulpicius autem consul fuit anno DLXXXVIII, sed designatus de more anno priore.

4) Solis et lunae defectiones Plinius II. 10. appellabat *rem in tota contemplatione naturae maxime miram et ostento similem*. Et quidem omni fere vel eruditissima aetate populum ea re commoveri solitum novimus.

5) Iterum loquitur Scipio.

6) Videtur statim supplendum *exercitus nostri salute;* reliqua oratio quae fuerit, docent historici. Plinius in primis II. 12: *et rationem quidem defectus utriusque primus romani generis in vulgus extulit Sulpicius Gallus, qui consul cum Marcello fuit: sed tum tribunus militum, sollicitudine exercitu liberato, pridie quam Perseus rex superatus a Paulo est, in concionem ab imperatore productus ad praedicendam eclipsim, mox et composito volumine.* Rem narrat etiam Polybius apud Suidam voc. πολλὰ κενά, et Livius XLIV. 37, a quo item Gallus dicitur fuisse tribunus militum. Rursus rem habes apud Quintil. inst. I. 10, et

neque oratio abhorrens a persona hominis gravissimi 1); rem enim magnam adsecutus *a*), quod hominibus perturbatis *b*) inanem religionem timoremque deiecerat.

XVI. Adque eiusmodi quiddam etiam bello *c*) illo maximo, quod Athenienses et Lacaedemonii *d*) summa inter se contentione gesserunt, Pericles ille et auctoritate et eloquentia et consilio princeps civitatis suae 2), cum obscurato | sole 3) tenebrae factae essent *e*) repente, Atheniensiumque animos P. 72. summus timor occupavisset, docuisse civis suos dicitur: id quod ipse ab Anaxagora, cuius auditor fuerat, acceperat 4), certo illut *f*), tempore fieri et necessario, cum tota se luna sub orbem solis subiecisset: itaque etsi non omni intermenstruo, tamen id fieri non posse nisi intermenstruo *g*) tem-

a) Ita cod. sine *est*. — *b*) Cod. *pertubatis*, sed mox superaddita *r*. — *c*) Cod. 1. manu *vello*, 2. *bello*. — *d*) Ita in cod. constanter *lacaedemonius* et *Lacaedemon* cum diphthongo in secunda syllaba, quum vulgo scribatur in tertia. Vaticanae scripturae favet quodammodo gentile *lacaena*, et vocis etymologia, siqua est, ex δῆμος. Sed haec mea sane proiecta sunt, non dogmata. Cod. heic prima manu habet *Lacaedemoni* cum unica *i*. — *e*) Eadem locutio est in sacris litteris apud vulgatum interpretem Matth. XXVII. 45, Marc. XV. 33. — *f*) Ita cod. pro *illud*. — *g*) *Intermenstruo* superadditum est 2. manu, pro *certo* quod fuit expunctum in cod.

Frontin. strat. I. 12, Valerium ·M· VIII. 11. 1, qui Gallum dicit legatum Pauli, ut Cicero; nec non apud Plutarchum in Aemil. XVII, qui tamen totam illam eclipseos prudentiam atque doctrinam perperam tribuit ipsi Aemilio Paulo. Contra Christ. Columbus lunae defectu prudenter abusus est ad terrendos animos Americanorum. (Robertsonus hist. Americ. lib. II. fin.) Porro astronomiam tum utilem rei militari confirmat Plato reip. VII. pag. 527. D. Recole pag. 25. num. 9.

1) Adhuc Scipio defendit Sulpicium contra Tuberonis exceptionem. Itaque lacuna haec brevis admodum fuisse videtur, nempe paginarum duarum; maior vero illa anterior, paginarum scilicet octo, praesertim cum in illa priore mutetur interlocutoris persona.

2) Politici perfectissimi exemplar Periclis, sub quo Thucydides II. 65. observat verbo Athenas fuisse liberas, reque vero principem et moderatorem civitatis ipsum extitisse. Idem eximio testimonio orator πάντων τελεώτατος dicitur a Platone Phaedr. p. 269. E.

3) Respiciebat sine dubio ad hunc Ciceronis locum Valerius Maximus cum lib. VIII. 11. extr. 1. scribebat: *cum obscurato repente sole inusitatis perfusae tenebris Athenae sollicitudine angerentur* etc. *Pericles processit in medium, et quae a praeceptore suo Anaxagora pertinentia ad solis et lunae cursum acceperat, disseruit; nec ulterius trepidare cives suos vano metu passus est*. Censor lips. apud Mr.

4) Pericli ab Anaxagora ait Plutarchus in illius vita cap. VI. detractam fuisse superstitionem; qua tamen egregie idem Pericles non sine politico astu usus est, quum obiecta militibus Ditis patris falsa imagine, victoriam illam praedicendam sibi curavit, quam reapse consecutus est. Lege Frontinum strat. I. 11. Item Pisistratus quum Phya muliere, specie Minervae, prae curru collocata, finxit se ab hac dea reduci Athenas. Herodot. lib. I. 60, Polyaen. I. 21.

* VI. Q. P. 279. pore 1). Quod cum disputando ratio*|nibusque docuisset, populum liberavit metu 2): erat enim tunc *a*) haec nova et ignota ratio, solem lunae oppositum solere deficere; quod. Thaletem milesium primum vidisse dicunt 3). Id autem postea ne nostrum *b*) quidem Ennium fugit, qui *c*) ut *d*) scribit, anno quinquagesimo ·CCC· *e*) fere post Romam conditam - non. iunis *f*) soli luna obstitit et nox 4) -. Adque hac
P. 280. in re tanta inest ratio adque sollertia, | ut ex hoc die, quem aput Ennium et in maximis annalibus 5) consignatum videmus, superiores *g*) solis defectiones reputatae sint, usque ad illam quae nonis quinctilibus *h*) fuit regnante Romulo 6): qui-

a) Cod. 1. manu *tum*, 2. *tunc*. — *b*) *Nostrum* dicit non tam quia latinus erat, quam ob notam Scipionum cum Ennio familiaritatem. — *c*) Ita cod. — *d*) Delenda videtur praep. *ut*, sive potius transferenda ante *non. iunis*. Sic enim fiet integer Ennii versus. — *e*) Litterae ·*CCC*· superadduntur 2. manu. Re autem ipsa solis defectum vides apud Petavium doct. temp. hoc anno (period. iul. 4310.) mense tamen septembri. — *f*) Ita cod. pro *iuniis*. — *g*) Cod. 1. manu *superioris*, 2. *superiores*. — *h*) Cod. 1. manu *quinctilibus*; mox deleta *c*, quod fieri non fuit necesse, propter alia in vetustis codicibus exempla.

1) Lege Thucydidem II. 28, Plinium I. 13, Ammianum XX. 3, Augustinum C. D. III. 15, ibidemque Coquaeum et Vivesium, deque eadem hac re disserentem Petavium doctr. temp. I. 8, II. 11.

2) Plutarchus in Pericle XXXV. ait, classe Atheniensium ob solem deficientem territa, Periclem navarcho chlamydem prae oculis obtendisse, ac porro rogavisse num id ei prodigium videretur? quo negante; atqui, inquit Pericles, cur hoc ab illo differt, nisi quia illud, quod tenebras orbi offundit, maius chlamyde est? Eodem astus genere terrorem fulminis sustulit Pericles. Suid. vocab. Περικλῆς. Sapienter vero observat Polybius IX. 19, Niciam contra, qui haec ignoraret, lunae defectu territum, se copiasque suas in Sicilia internecioni obtulisse; quam rem habes apud Thucydidem VII. 50. sqq., et apud Plinium II. 12. Eadem de Gallo, Pericle, et Nicia refert Quintilianus inst. I. 10, qui praeterea notat, Dionem illum Platonis discipulum et familiarem cum ad destruendam Dionysii tyrannidem venit, non esse pari casu deterritum.

3) Laërtius I. 1. 2, Plinius II. 12.

4) Ita Plutarchus in Romulo XXVII: τοῦ μὲν γὰρ ἡλίου τὸ φῶς ἐπιλιπεῖν, νύκτα δὲ κατασχεῖν.

5) *Maximi annales appellabantur non magnitudine, sed quod eos pontifex maximus consecrasset*, ut ait Paulus voc. *maximi*. Horum annalium naturam perspicue docent Tullius de or. II. 12, et Servius aen. I. 373. Praeter res gestas singulorum annorum, observationes quoque caelestium φαινομένων ibidem fuisse scriptas testatur apud Gellium II. 28. Cato. Defectuum solis et lunae canonicas supputationes, quae litteris essent mandatae, memorat, etiam Augustinus ep. LV. 7, deque iisdem ait C. D. III. 15. locutum fuisse in Hortensio Tullium. Profecto eclipsium notatio percommoda historiae est: eam igitur diligenter scripserunt in utroque chronologici operis corpore ante et post Christum natum gallici auctores. Utrum vero Urbis anno ·CCCL· nonis iuniis solaris Romae eclipsis contingere potuerit, id iam ab astronomis sapienter ventilatum scis.

6) Non de nihilo est quod Cicero

[uidem Romulum tenebris etiamsi natura ad humanum
a abripuit, virtus tamen in caelum dicitur sustulisse 1).
VII. Tum Tubero, vides ne, Africane, quod paulo ante
tibi videbatur, doc 2) ‖ *a*) ...... lis quae videant ceteri. P. 121. Desiderantur paginae duae.
porro aut praeclarum putet in rebus humanis, qui haec
m regna perspexerit 3)? aut diuturnum, qui cognoverit
sit aeternum 4)? aut gloriosum qui viderit quam parva sit
, primum universa, deinde ea pars eius quam homines
nt; quamque nos in exigua eius parte adfixi, plurimis
ssimi gentibus, speremus tamen nostrum nomen volitare
ari | latissime 5); agros vero et aedificia et pecudes et P. 122.
sum argenti pondus adque auri qui bona nec putare nec

luc fortasse trahendus quodammodo Salviani locus de gub. D. I. 2. *Nisi forte antiquis*
u virtutis viris, Fabiis, Fabriciis, Cincinnatis, grave fuisse existimamus quod pauperes erant,
: esse nolebant, cum omnia scilicet studia, omnes conatus suos ad communia emolumenta con-
t crescentes reip. vires privata paupertate diturent. Numquid etc. *Non despiciebant tunc puto*
:ultus cum vestem hirtam et brevem sumerent, cum ab aratro arcesserentur ad fasces, et
i habitu consulari, illis fortasse ipsis quas assumpturi erant imperialibus togis madidum su-
rem detergerent. Equidem si Salviani Augustinique locus uterque in hac lacuna ponatur,
ro, ad sententiam quod attinet, ferme explebitur.

fectum in Romuli tantum obitu
t, non item in eiusdem con-
qui videtur quibusdam error
i hist. II. 56. traditioni priscae
. Astronomi autem nonnulli ne-
mae accidere potuisse solis defe-
i anno quo Romulus ex vulgari
a procreatus fuit: vel certe an-
no Urbem is condidit, transfe-
est. Nonis quintilibus obiisse Ro-
solemque defecisse ait etiam Plu-
in Rom. XXVII.
[Romulum] virtutibus suis in caelum
[...] ait Cicero parad. I.
quid lateat in sequente lacuna
difficili coniectura adsequi licet.
enim superius cap. X. se aegre
i astronomorum adfirmationibus
Scipio, iam eam dubitationem
dicit praesenti confabulatione
[...] Scipio autem, qui nunc
, e caelestium consideratione
[...] sapiendam ait contemnendi
[...] parvitatem. Et quidem huic
[...] quadrant verba e Ci-
ceronis libro incerto apud Augustinum
de vita beata ff. 11. *An vero, quod ait*
Tullius multorum in terris praedio-
rum dominos divites appellamus, om-
nium virtutum possessores pauperes
nominabimus? Sane ibi Augustinus ff. 23.
consentit cum Cic. de rep. I. 12; ait enim
placuisse ut in pratulo considerent.)
Sed sententia quidem similis est in pa-
radoxo VI. Eo spectat etiam Lact. insti-
tut. V. 15.

3) Seneca quaest. nat. I. praef. *iuvat inter sidera ipsa vagantem divitum pavimenta ridere, et totam cum auro suo terram.* Lege cetera huiusmodi, quae ibidem dicuntur magnifice, multoque magis in consol. ad Helviam cap. IX.

4) Cicero tusc. IV. 17: *quid videatur sapienti magnum in rebus humanis, cui aeternitas omnis totiusque mundi nota sit magnitudo?*

5) Haec copiosius in somnio dicuntur a Scipione, cuius in gloria modestiam animi et moderationem confirmat ex ipsiusmet dicto Cicero off. I. 26.

appellare soleat, quod earum rerum videatur ei levis fructus,
exiguus usus, incertus dominatus, saepe etiam teterrimorum
hominum inmensa possessio 1)? Quam est hic fortunatus pu-
tandus, cui soli vere liceat omnia non Quiritium set sapien-
P. 139. tium iure 2) pro suis vindica||re! nec civili nexo, sed communi
lege naturae, quae vetat ullam rem esse cuiusquam nisi eius
qui tractare et uti sciat: qui imperia consulatusque nostros
in necessariis non in expetendis rebus, muneris fungendi gra-
tia subeundos, non praemiorum aut gloriae causa adpetendos
putet 3): qui denique ut Africanum avum meum scribit Cato
P. 140. solitum esse dicere, possit idem de se praedicare, numquam |
se plus agere, quam nihil cum ageret; numquam minus so-
lum esse, quam cum solus esset 4). Quis enim putare vere
potest plus egisse Dionysium tum cum omnia moliendo eri-
puerit civibus suis libertatem, quam eius civem Archimedem

1) Immo Plato leg. V. pag. 742. ait: *πλουσίους δ' αὖ σφόδρα καὶ ἀγαθούς, ἀδύνατον.* Apte autem sic loquitur Scipio, qui tantis rebus gestis, patrimonio satis mediocri contentus fuit. Cicero or. LXX, parad. VI. (Eadem dicuntur de Aemilio patre a Diodoro ed. Wess. t. II. p. 585.) Sed Scipionis abstinentiam pecuniaeque contemptum nemo certius praedicat quam ocularis testis Polybius XXXII. 12. Rursus Cicero off. II. 22, de am. III, parad. VI; denique Aur. Victor cap. LVIII. Lactantius inst. III. 11: *Voluptates, opes, potentias, honores, eaque omnia quae pro bonis habentur, non adpetere, non amare, quod ceteri faciunt victi cupiditate, id est profecto virtus.*

2) Formula *ex iure Quiritium* notissima in iure, sive de dominio sermo sit, sive de acquisitione, sive de aliis quibusdam rei familiaris negotiationibus. De nudo iure Quiritium tollendo extat lex Iustiniani cod. VII. 25. 1.

3) Plato reip. I. p. 347: *οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἐθέλουσιν ἄρχειν οἱ ἀγαθοὶ οὔτε τιμῆς· οὐ γάρ εἰσι φιλότιμοι· δεῖ δὲ αὐτοῖς ἀνάγκην προσεῖναι καὶ ζημίαν εἰ μέλλουσιν ἐθέλειν ἄρχειν.* Cic. off. II. 22. *habere quaestui remp. non modo turpe est, sed sceleratum etiam et nefarium.* Hinc etiam Maximus (inter Aug. serm. suppos. LXXXII. 1.) *nec remp. gerere criminosum est; sed ideo agere remp. ut rem familiarem potius augeas, videtur esse damnabile.* Denique ad gloriam quod adtinet Augustinus C. D. XIX. 19. ait: *locus superior, sine quo regi populus non potest, etsi ita teneatur atque administretur ut decet, tamen indecenter appetitur.* Confer eundem August. C. D. V. 13. et ep. CCXXXI, ubi is commentatur in illum Ennii versum: *omnes mortales se se laudari exoptant.* - A Sallustio Catil. XI. id vitium dicitur propius virtuti. Tacitus annal. IV. 38. sapienter ait: *contemptu famae, contemnuntur virtutes.* Vulgo politici ambitionem dicunt vitium quidem, sed nobile; quod ego dictum non probo: quis enim honeste vitium laudet?

4) Id dictum repetit Cicero off. III. 1. De otio clarorum virorum videsis quae docte collegit Pareus in electis symmachianis p. 81.

cum istam ipsam sphaeram, nihil cum agere videretur, de qua modo dicebatur, effecerit? Quis autem non ma||gis solos esse P. 141.
qui in foro turbaque quicum conloqui libeat non habeant 1), quam qui nullo arbitro *a*) vel secum ipsi loquantur, vel quasi doctissimorum hominum in concilio atsint *b*), cum eorum inventis scribtisque se oblectent? Quis vero divitiorem quemquam putet, quam eum cui nihil desit, quod quidem natura desideret 2)? aut potentiorem quam illum, qui omnia quae expe|tat *c*), consequatur? aut beatiorem quam qui sit omni P. 142.
perturbatione animi liberatus? aut firmiore fortuna, quam qui ea possideat, quae secum, ut aiunt, vel e naufragio 3) possit ecferre *d*)? Quod autem imperium, qui magistratus, quod regnum potest esse praestantius, quam despicientem omnia humana, et inferiora sapientia ducentem 4), nihil umquam nisi sempiternum et divinum animo || volutare? cui persua- P. 127.
sum sit, appellari ceteros homines, esse solos eos *e*) qui essent politi propris *f*) humanitatis artibus 5)? Ut mihi Platonis illut, seu quis dixit alius 6), perelegans esse videatur; quem cum ex alto ignotas ad terras tempestas et in desertum litus de-

a) Cod. 1. manu *arbitrio*, 2. *arbitro*. — *b*) Ita cod. pro *adsint*. — *c*) Cod. 1. manu *expetat*; quae lectio non est absurda. — *d*) Ita cod. pro *efferre*. Contradicit autem Scaurus p. 2260, qui mavult geminare *f*; quamquam aliter quosdam putavisse non negat. — *e*) Cod. *solo deos*, sed mox expuncta *d*; erat autem facienda *s* ex *d*. — *f*) Ita codex, non *propriis*.

1) Cicero ad Att. I. 18: *cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut iocari libere aut suspirare familiariter possimus.*

2) Spretis iis, ut Lucr. I. 457: *quorum adventu manet incolumis natura abitu*que. Confer Fabricii orationem ad Pyrrhum in fragmentis mediol. Dionysii hal.

3) Ita prorsus Cicero de finib. III. 22. loquens, ut heic, de sapiente. [Sic loquitur de se Bias apud Val. M. VII. 2. ext. 3. Confer Cic. parad. I Mr.]

4) Scipionis nostri ceteroquin ambitiosum animum dicit Dio Cassius frag. Valesc. LXXXIX. Tum diserte Cicero off. I. 30: *in C. Laelio multa hilaritas, in eius familiari Scipione ambitio maior, vita tristior*. Et sane hominum ambitiosorum tristissimos saepe vultus videmus. Multi autem omni aetate fuerunt qui Curios simularunt. Legesis de rerum humanarum despicientia epicureos vel vita vel secta homines v. gr. Lucretium II. 7. V. 1116; Virgilium Georg. II. 458; Horatium, Sallustium et Senecam passim. Ciceronis etiam sextum paradoxon in hoc argumento versatur.

5) Hinc illa Diogenis adrogantia, qui quum in publico clamavisset heus homines, compluresque convenissent, baculo eos abegit dicens, se homines non sterquilinia advocasse. Laërt. VI. 2. 6.

6) Nempe Aristippus. Profecto Laërtius II. 8. 4. aliud item dictum refert Aristippi, quod quidam Platoni tribuere malebant.

tulisset, timentibus ceteris propter ignorationem locorum, animadvertisse dicunt in arena goemetricas formas quasdam
P. 128. esse descriptas; | quas ut vidisset, exclamavisse 1) ut bono essent animo; videre enim se hominum vestigia « quae videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinae indiciis interpretabatur *a*) 2). » Quam ob rem, Tubero, semper mihi et doctrina et eruditi homines et tua ista studia placuerunt 3).

XVIII. Tum Laelius, non audeo quidem inquid, ad ista, Scipio, dicere; neque tam te aut *b*) Pilum aut Manilium 4) ‖
Desiderantur paginae duae. . . . . . Cognoscere mehercule, inquit, consuetudinem istam

a) Cod. *interpraetabatur*, quod verbum cum diphthongo passim occurrit in antiquis codicibus, prosodia invita. Error inde fluxisse videtur quod *p* superducta lineola significat *prae* et *pre*, librarii autem de more notas male vel intellexerunt vel pronunciaverunt. — *b*) Cod. 1. manu pro *aut* habet *quam*; quae lectio sententiam contrariam et improbabilem faceret. Itaque secunda manus delevit tres litteras *q u m*, ac superposuit *ut*, ita ut fieret *aut*.

1) Vocabulum *exclamavisse* superadditum est in codice, quamquam aegre admodum legitur. Alioqui supplementum loci petivissem e prohoemio vitruviani libri sexti, cuius initium est: *Aristippus philosophus socraticus naufragio cum eiectus ad Rhodiensium litus animadvertisset geometrica schemata descripta, exclamavisse ad comites ita dicitur: bene speremus, hominum enim vestigia video.* De hoc Aristippi naufragio loqui puto Augustinum C. D. IX. 4.

2) Locum e l. de rep. citat Nonius voc. *consitura*.

3) Dignum principe reip. dictum! Huc pertinet Constantii et Iuliani lex cod. theod. XIV. 1. 1: *ne litteraturae, quae omnium virtutum maxima est, praemia denegentur, eum qui studiis et eloquio dignus primo loco videbitur, honestiorem faciet nostra provisio.* Alii tamen legunt *virtutum magistra*, quibuscum consentit Augustinus C. D. XIX. 3, qui ait virtutem a doctrina inseri velut artem vivendi. Et quidem Isocrates (or. de permut.) magnopere iubet, ut magistri non sine virtute doctrinam alumnos doceant. Pleni vero sunt libri, plena exemplorum vetustas, ut minime dubitemus, eum qui praecipuis reip. fungatur muneribus debere litterarum ornamentis florere. Duos interim imperii iam ruentis aut lapsi summos homines consulere sufficit; nempe Symmachum epistola I. 21. X. 21; Cassiodorium var. V. 4. VIII. 12. IX. 7. X. 3. 6. 7. XI. 1. 13. Legesis etiam a nobis editum opusculum doctissimi Card. Pallavicinii *de principe litterato*.

4) Sapienter Laelius satagit, quominus Scipioni, Philo, et Manilio, tantis viris ac senibus, adversari videatur. Totam vero reprehensionem in lacuna convertisse eum puto contra Tuberonem adulescentem, qui caelestia illa de Scipione quaesierat, et plus aequo philosophiae vacabat: quod non modo ex his de rep. libris constat, verum etiam de or. III. 23: *dies et noctes virum summa virtute et prudentia videbamus, philosophiae cum operam daret ·Q· Tuberonem. At eius avunculum vix intelligeres id agere, cum ageret tamen, Africanum.* Scilicet Africanus, secus ac Tubero, *retinuit* (ut cum Tacito Agr. IV. loquar), *quod est difficillimum, ex sapientia modum*.

et studium sermonis 1) . . . . in ipsius paterno genere fuit 2) P. 285.
noster ille amicus, dignus huic 3) ad imitandum egregie cordatus homo catus Aelius *a*) Sextus 4); qui egregie cordatus et catus *b*) fuit et ab Ennio dictus est, non quod ea quaerebat quae numquam inveniret, sed quod ea respondebat, quae eos, qui quaesissent, et cura et negotio solverent: cuique contra Galli studia disputanti in ore semper erant *c*) illa | de P. 286.
Ifigenia 5) Achillis *d*):

Astrologorum signa in caelo quaerit *e*); observat Iovis *f*):
Cum capra aut nepa *g*) aut exoritur nomen aliquod beluarum *h*).
Quod est ante pedes nemo spectat; caeli scrutantur plagas 6).

a) Ita cod. pro *Aeliu'*. *b*) De hoc vocabulo sic Varro LL. VI. 3: *cata, acuta; hoc enim verbo Sabini dicunt: quare catus Aelius Sextus, non, ut aiunt sapiens, sed acutus.* Consentit Augustinus C. D. IV. 21: *catos* id est *acutos*. Cato apud Cicer. de am. cap. II. ait: *sapientiam meam admirari soletis, quae utinam digna esset nostro cognomine!* Atque id Catonis dictum prae oculis habuisse videtur Plutarchus vit. Cat. cap. I. cui ceteroquin *cato* est ἔμπειρος. Varronis liber logistoricus, qui inscribebatur *catus*, citatur a Gellio XX: 11. — *c*) Cod. *erat*. — *d*) Cod. *Achilles*. — *e*) Cod. *quid sit* pro *quaerit*. Sed enim ipse Tullius mox dicet *caelestia quaesieris*, Ennium imitatus. — *f*) Cod. perspicue habet *observationis*, quicum satis congrueret praecedens *quid sit*. Verumtamen ego ausus sum facere *observat Iovis*. Ovidius fast. V. 111: *prima mihi nocte videnda stella est in cunas officiosa Iovis. Nascitur oleniae signum pluviale capellae.* — *g*) In codice scribitur *dupa*; obscurata est tamen *u*, et *l* videtur inflexa in *e*. Est autem prorsus insignis haec scriptura, quae innuit varias lectiones duas *nepa et lupa*; quae varietas eadem occurrit apud Tullium etiam N. D. III. 16: *singulas enim stellas numeras deos, eosque aut beluarum nomine appellas, ut capram, ut lupam.* Ibi vero Ursinus aliique critici observant, non sine codicum auctoritate, legendum esse *nepam*, non *lupam*; praesertim quum *lupae* signum caeleste nullum sit. *Nepae* signum apud Cic. in arateis. — *h*) Cl. Henrichius scribit *beluae*, ut sit versus iambicus.

1) Citat hoc fragmentum ex Ciceronis I. de rep. Nonius voc. *cognoscere*, quod ego vix levi coniectura fretus heic potius quam alibi inserendum suspicabar.

2) De Scipionis gente ait Cicero in Bruto LVIII: *Scipionis genus est ipsius sapientiae stirpe generatum*. Mr.

3) Q. Aelio Tuberoni praesenti.

4) Superest hic versus ex annali Ennii decimo, legiturque apud Tullium etiam tuscul. I. 9, et de or. I. 45. De hoc Aelio Sexto, qui fuit in maioribus Q. Tuberonis, legesis etiam de or. III. 33, ad fam. VII. 22, et Val. M. VI. 3. 7.

5) Iphigeniam tragoediam scripserunt Ennius et Naevius. Et sane in ennianae Iphigeniae fragmentis editis mentio stellarum fit: quia scilicet Agamemnon filiae immolandae horam expectans, sidera contemplabatur. Confer Euripid. Iph. in Aul. 6. et 717. Sed et Achilles tragoedia Accii itemque Ennii memoratur a Festo et Nonio. Heic tamen de Iphigenia tragoedia cogitandum omnino est, ita ut versus verba sint Achillis, qui Iphigeniae adversus Agamemnonis crudelem superstitionem suppetias ferebat. Res satis constat ex Euripide. Neque tamen caret suspicione corruptionis hic locus. Versus certe scribuntur in codice continui; neque eos ego sine quadam animi perplexitate sive a Ciceronis verbis sive ipsos inter se dispescui.

6) Postremum hunc versum recitat Cicero etiam de divin. II. 13. Plagium ludicrum Senecae licet agnoscere, qui

Atque idem, multum enim illum audiebam et libenter, Zethum illum Pacuvi nimis inimicum doctrinae esse dicebat: ma-
* Q. VII. P. 161. gis eum delectabat Neoptolemus Enni, qui se ait-filosofari *a*) * | velle, set paucis; nam omnino haud placere - 1). Quod si studia Graecorum vos tanto opere delectant, sunt alia liberiora et transfusa latius, quae vel ad usum vitae vel etiam ad ipsam rem publicam conferre possumus. Istae quidem artes, si modo aliquid, valent ut paulum acuant et tamquam inritent ingenia puerorum, quo facilius possint maiora discere 2).

P. 182. XVIIII. Tum Tubero, ¦ non dissentio a te, Laeli; set, quaero, quae tu esse maiora intellegas *b*)? *L.* Dicam mehercule *c*), et contemnar a te fortasse, cum tu ista caelestia de Scipione quaesieris *d*); ego autem haec, quae videntur ante oculos, esse magis putem quaerenda. Quid enim mihi ·L· Pauli nepos 3), hoc avunculo 4), nobilissima in familia 5) atque in hac tam clara re publica natus 6), quaerit quomodo duo soles visi sint, non quaerit cur in una re publica duo se-
P. 213. natus, et duo paene iam populi sint 7)? Nam, ut vi||detis,

a) Ita cod. per *f*. — *b*) Ita cod. 1. manu *intellegus*; sed 2. factum *intellegis*. — *c*) Cod. *hercule*; mox superadditum *me*. — *d*) Cod. *quesieris*.

verba *caeli scrutatur plagas* e poëta tragico sumpsit, et salse ad Claudium irridendum transtulit in ἀποκολοκυντώσει. Sed enim de astrologia honorificentius Achille iudicat Ulyxes apud Homerum, notante Polybio IX. 16. Lege et Virgilium G. II. 477.

1) Sic. Cicero de or. II. 37: *miror cur philosophiae, sicut Zethus ille pacuvianus, prope bellum indixeris. Minime, inquit Antonius, ac sic decrevi philosophari potius ut Neoptolemus apud Ennium, paucis; nam omnino haud placet.* Tum tusc. II. 1: *Neoptolemus apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis; nam omnino haud placere.* Apud Propertium III. 15. 29. dicitur *durus Zethus*; apud Horatium ep. II. 18. 42. *severus*.

2) Imitari ac prope exscribere videtur Cicero dilecti sibi Isocratis orationem de permutatione (ed. p. 117.) quae superioribus annis Mediolani primum integra edita est. Sed enim geometriam in primis commendabat imperatorio viro Polybius IX. 20. 21.

3) Natus ex Aemilia Pauli filia, sorore Africani.

4) Scipione Aemiliano praesente.

5) Aelia.

6) Eleganter Cicero facit Laelium haec verba dicentem similia partim iis quae sunt in oratione ipsius Laelii in funere Africani dicta; cuius orationis, quam recitavit. ·Q· Maximus frater ipsius Africani (Cic. pro Mur. XXXVI.), nobilem particulam e palimpsesto tulliani interpretis vaticano nos feliciter inventam edidimus ad or. pro Mil. VII. 2. AA. class. T. II. p. 106.

7) Senatus auctoritatem et ordinum concordiam dicit Cicero ad Att. 1. 18. duo firmamenta reip. a se constituta.

mors Tiberii Gracchi 1), et iam *a*) ante tota illius ratio tribunatus divisit 2) populum unum in duas partis 3): obtrectatores autem et invidi Scipionis *b*), initiis *c*) factis a ·P· Crasso et Appio Claudio 4), tenent nihilo minus illis mortuis 5) senatus alteram partem dissidentem a vobis, auctore Metello 6) et ·P· Mucio: neque hunc 7) qui unus potest, concitatis socis *d*) et nomine latino 8), foederibus violatis, triumvi|ris sedi- P. 214.

a) Ita malo legere quam *etiam*. — *b*) Cod. *Scipiis*; sed videtur superadditum *on*. Item scriptum *invidis*, mox deleta *s*. Si legas *Scipionis*, vox *invidi* est substantiva. Factionem adversam Scipionibus memorat Livius XXXVIII. 55. — *c*) Cod. *initionis*; sed mox expunctae litterae *on*. Nimirum librarius quod detraxerat priori verbo, adiunxit posteriori. Huiusmodi metatheses aliquot aliae inferius recurrent. — *d*) Ita cod. pro *sociis*.

1) Augustinus C. D. II. 21. ait: *eo quippe tempore disputatur* (de rep.) *quo iam unus Gracchorum occisus fuit, a quo scribit seditiones graves coepisse Sallustius: nam mortis eius fit in eisdem libris commemoratio*.

2) Varro apud Nonium voc. *bicipitem* sic prorsus loquitur de Graccho tribuno: *iniquus* (corr. *Gracchus*) *iudicia tradidit ac bicipitem civitatem fecit, discordiarum civilium fontem*. Nimirum politicus Ciceronis locus occasionem mihi obtulit certissimae, ut spero, faciendae emendationis in Nonio, *Gracchus* pro *iniquus*.

3) Sic fere idem Laelius loquitur apud Cicer. de am. XII. Neque enim plebs cuncta romana Graccho favebat, sed intactam perniciosis illis consiliis partem tradit Velleius II. 3. Apte huic loco Aristoteles reip. V. 9. quaeritur a plebeiis demagogis, qui locupletes in politia libera oppugnant, scindi in duas partes remp. solere.

4) Tib. Graccho ferenti legem agrariam adhaeserunt consiliarii Appius Claudius princeps senatus, socer eiusdem, tum ·P· Crassus Mucianus, et ·P· Mucius Crassi frater. Plutarch. in Gracch. IX. De postremis testis est quoque Cicero acad. IV. 5: *duos sapientissimos et clarissimos fratres ·P· Crassum et ·P·* (Mucium) *Scaevolam aiunt Ti. Graccho auctores legum fuisse*; *alterum quidem, ut videmus, palam; alterum, ut suspicamur, obscurius*. Appius Claudius fuit praeterea Scipionis nostri competitor in censura, quem etiam convicio appetiit; Plutarch. in Aemil. XXXVIII. Inimicitiam inter Africanum et Appium Claudium innuit etiam Cicero in fragmentis or. pro Scauro.

5) Appium ante Tuditani consulatum, id est ante hunc de rep. dialogum, vita excessisse docet Appianus B. C. I. 18. 19. Crassum autem biennio ante periisse in proelio adversus Aristonicum aiunt Livius epist. LIX, Velleius II. 4, Orosius V. 10, aliique passim historici. Crassi huius laudes eximias legimus apud Val. M. VIII. 7. 6, Gell. I. 13, Cic. in Brut. XXVI.

6) Inter Africanum et Metellum (macedonicum) sine acerbitate dissensionem extitisse, docet Cicero off. I. 25. Item Horatius sat. II. 1. 65: *num Laelius, aut qui - duxit ob oppressa meritum Carthagine nomen - ingenio offensi? aut laeso doluere Metello?* Idem Metellus et Africani mortem aegre tulit, suosque filios feretro portando subire iussit, deque mortuo perhonorifice locutus est. Plutarch. apopb. t. VI. p. 761; Plin. VII. 44; Val. M. IV. 1. 12.

7) Scipionem, qui creandus erat dictator reip. constituendae, nisi violento obitu fuisset oppressus. Lege somnium.

8) Confer inferius de rep. lib. III.

tiosissimis aliquid cotidie novi moventibus 1), bonis viris locupletibus perturbatis *a*), his tam periculosis rebus subvenire patiuntur 2). Quam ob rem, si me audietis, adulescentes, solem alterum ne metueritis: aut enim nullus esse potest; aut sit sane, ut visus *b*) est, modo ne sit molestus; aut scire istarum rerum nihil *c*); aut etiamsi maxime sciemus, nec melio-
P. 215. res ob eam scientiam nec beatiores esse possumus: sena|tum vero et populum ut unum habeamus, et fieri potest, et permolestum est nisi fit; et secus esse scimus: et videmus, si id effectum sit, et melius nos esse victuros et beatius.

XX. Tum Mucius, quid esse igitur censes, Laeli, discendum nobis, ut istut efficere possimus ipsum quod postulas? *L.* Eas artis quae efficiant ut usui civitati simus: id enim esse
P. 216. praeclarissimum sapientiae munus maximumque virtutis | vel documentum vel officium puto 3). Quam ob rem ut hae feriae nobis ad utilissimos rei publicae sermones potissimum conferantur, Scipionem rogemus ut explicet quem existimet esse optimum statum civitatis. 4). Deinde alia quaeremus: quibus cognitis, spero nos ad haec ipsa via perventuros; earumque rerum rationem, quae nunc instant, explicaturos 5).

a) Cod. *pertubatis;* sed mox superaddita *r.* — *b*) Ita emendatur 2. manu codex, cum 1. esset *ut sius.* — *c*) Nempe *possumus*, quod verbum paulo post sequitur.

sub laeliani sermonis fine. Socii italici patrocinium Scipionis invocaverant contra triumviros, qui possessores agris exturbabant, et omnia per Italiam sus deque miscebant. Appian. B. C. I. 19. Ab his sociis italicis et a latinis Scipio e senatu domum perhonorifice deductus est pridie quam excessit e vita. Cic. de am. III. Sed enim quod heic Cicero ait concitatos fuisse socios et nomen latinum, fortasse intelligit spem civitatis romanae, quam iis Gracchani obtulerant contra sententiam senatus. Appian. B. C. I. 21. 23.

1) ·C· Graccho, Papirio Carbone, et Fulvio Flacco agro dividundo triumviris. App. B. C. I. 18. Mendose autem apud Aurel. Victorem cap. LXV. pro ·*C*· *Carbo* scribitur ·*C*· *Crassus*.

2) Pervulgata sententia est, unius in summo discrimine auctoritati esse parendum. Sic Cic. N. D. I. 4: *cum is esset reip. status, ut eam unius consilio atque cura gubernari necesse esset.* Tacitus annal. I. 9. de Augusto: *non aliud discordantis patriae remedium fuisse, quam ut ab uno regeretur.* Iliad. II. 204: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω.

3) Id argumentum nobilissime tractat Cicero in oratione pro Sextio; cuius orationis luculentus et plenus varia eruditione commentarius ineditus e vat. palimpsesto divulgatus a nobis fuit. Ibi sane (cap. X.) interpres observat, dogma hoc Stoicorum esse et Platonicorum dissentiens ab Epicuri auctoritate.

4) Confer Ciceronis ad Q. F. III. 5. locum a nobis in testimoniis laudatum.

5) Notanda est heic rursus propositio

XXI. Cum id et Philus et Manilius et Mummius 1) admodum adprobavissent|| a); tum Scipio; *partes quidem de rep. disputandi sic ad me defertis*, quasi alius assimulare b) rempub. 2) *aut melius non possit aut omnino non possit: veluti Laelius noster et me maior natu, et regendae reip. peritissimus, et qui mihi perpetuo a consiliis fuit* 3). *Sane, inquit Laelius, sermonem hunc de rep. sic ornare possum, ut valde sperem* me vobis etiam superfuturum 4). *Hae tamen praecipuae partes, Scipio, tuae sunt.* Quare, si placet, deduc orationem tuam de caelo ad haec cituma 5). *Cum enim ad hunc sermonem hor-*

Desiderantur paginae duae.

a) Cod. 1. manu *adprova* . . secunda *adproba* . . — b) *Assimulare*, ut Horatius dicit *simulare expressum*.

operis. Nam revera primo et altero libro disputabit Scipio quinam sit optimus civitatis status. In reliquis alia quaerentur; nimirum in tertio de iustitia quaestio erit inter Laelium (qui nunc opus proponit) et Philum; quartus erit de moribus. In quinto autem aut sexto fortasse attigerat inter cetera Scipio vel quivis alius paulo accuratius res gracchanas, quae nunc instabant, quia sermo fuit in iis postremis libris de optimo reip. principe (cuiusmodi Scipio erat, quem propterea contra illam factionem ducem boni expetebant) et de cavendis reip. commutationibus.

1) Bene est quod annosiores post Laelium huius dialogi personae, quid sit dicendum statuunt atque adprobant: nam quatuor adulescentes, quae visa essent senioribus, auscultare par erat. Iam quod Scipio ipse modeste se excusat, par est Crassi exemplum apud Cicer. or. I. 21.

2) Editum apud Diomedem lib. I. fragmentum perbreve heic insero, omissis tamen prioribus verbis *nullum est exemplum*, quae quidem sunt in putschiana Diomedis editione p. 362, sed absunt a codice Diomedis vaticano, et a tribus antiquioribus, quas consului, editionibus. In putschiana tamen pro *quasi* legitur *quanto*; cui mendo con-[illegible] praedictae auctoritates, quae habent *quasi*. Citat autem Diomedes Ciceronem de rep. incerto libro. Iam verba *nullum est exemplum* (siquis ea retinere velit) videntur Scipionis negantis exemplum nescio quod ab amico Laelio vel a quovis interlocutore sibi propositum, suadendi causa ut de rep. disputaret. Patricius quoque legebat, ut nos, breviorem hunc locum, putabatque recte verba esse Scipionis recusantis provinciam de rep. disputandi. Verburgius autem universum Patricii glossema sine ulla distinctione monitove exhibuit in editione sua, tamquam textum tullianum inter fragmenta de rep.

3) Plut. an. sen. ger. resp. tom. IX. p. 188. Cic. de or. I. 49; Velleius II. 127.

4) A Laelio sententiam hanc in primi diei disputatione de rep. dictam fuisse, demonstraturi ex Gellio sumus in scholiis ad lib. III. 21. de rep.

5) Locum hunc ex I. de rep. laudat Nonius voc. *cituma* et *deductum* cum varietate, nempe *deducere* et *deduc*; *de eo loco* et *de caelo*; *cituma citeriora et exteriora*. Patricius vero legebat: *deduc, oro, rationem tuam* etc. quae lectio improbabilis est. Mihi haec item verba visa sunt heic inserenda, ita ut Laelius Scipionem hortetur ad omittendum de rebus caelestibus sermonem (quod a Socrate factum dicitur superius cap. X.) atque ad agendum de terrestribus seu

P. 293. *tatus sum*, *id equidem* non solum ob eam causam fieri volui, quod erat aecum *a*) de re publica potissimum principem rei publicae dicere; sed etiam quod memineram: persaepe te cum Panaetio disserere solitum coram Polybio 1) duobus graecis *b*) vel peritissimis rerum civilium 2); multaque colligere ac docere, optimum longe statum civitatis esse eum quem maiores
P. 294. nostri nobis reliquissent 3). Qua in disputatione quoniam tu | paratior es *c*); feceris, ut etiam pro his dicam, si de re publica quid sentias explicaris, nobis gratum omnibus.

XXII. Tum ille, non possum equidem dicere me ulla in cogitatione acrius aut diligentius solere versari, quam in ista ipsa quae mihi, Laeli, a te proponitur. Etenim cum in suo quemque opere artificem, qui quidem excellat, nihil aliut co-

a) Ita cod. pro *aequum*. Lectio exemplis aliis non caret, ut olim notavi ad fragmenta or. pro Tullio cap. III. — *b*) Cod. *vel graecis vel peritissimis*; sed priore loco vox *vel* fortasse expuncta est. — *c*) Cod. 1. manu *parationes*; 2. vero substituta *r* pro *n*. Et quidem ego lego *paratior es*, non *paratiores*, et ante *feceris* interpungo.

civilibus negotiis. Sic Cicero N. D. II. 47. *age ut a caelestibus rebus ad terrestres veniamus*. Locum de rep. videtur imitari politicus graecus vaticanus (Script. vet. tom. II. p. 601.) in quinti libri fragmentis: *τούτων δή τοι θειοτάτων θεωριῶν ἐπόπτης ὁ νοῦς γενόμενος, κάτεισι διὰ τῶν αὐτῶν δι' ὧν ἀνήει, πάλιν ἐρχόμενος.*

1) Ut Scipio se in disciplinam familiaritatemque Polybii adulescens admodum, nempe annos natus XVIII, tradiderit, narrat ipse Polybius XXXII. 9. sqq.; nec non Diodorus excerpt. de virt. et vit. ed. Wessel. p. 586. Lege etiam Aelianum tact. cap. I, Suidam voc. *Παναίτιος ὁ νεώτερος*.

2) Panaetium scripsisse de statu civili docet Cicero de leg. III. 6. Panaetii (seniorisne an iunioris?) dictum de platonicae reip. exordio memoravimus in praefatione. Polybii autem praeter quam quod universa historia pragmatica fuit, liber quidem sextus in explicanda ratione civili ac militari reip. praesertim romanae versabatur. (Ceterum in Polybii historiam antirrheticum scripsit Scylax, teste Suida.) Memorabile est quod narrat Pausanias VIII. 30, nempe fama proditum esse, Scipionem quotiens Polybio audiens fuerit, totiens rem bene gessisse; secus vero in iis offendisse, quae dehortante illo fecisset. Confer etiam Ammianum Marcellinum XXIV. 2. Docet item praedicto loco Pausanias, Polybium in achaicis urbibus rogatu civium res publicas constituisse legesque tulisse. Praeter Panaetium atque Polybium (quorum politica opera se expilare fatetur heic oblique Cicero) Scipionis facit familiarem et comitem etiam Posidonium stoicum Athenaeus XII. 12, et XIV. 21; verum immerito, quippe Scipionis aetate iuniorem, ut demonstrat Vossius de hist. gr. I. 24.

3) A Polybio haec sunt, qui in historia demonstrandum sibi sumpserat quo politiae genere Romani in tantam venissent fortunam, quantam suo tempore adepti erant, Perseo, Achaeis, Poenisque deletis. Polybius in prohoemio historiae, nec non in clausula libri XXXIX. a me nuper edita in secundo Scriptorum. vet. volumine.

gitare, meditari, curare videam, nisi quo sit in illo gene||re melior *a*), ego cum mihi sit unum opus hoc a parentibus maioribusque meis relictum, procuratio adque administratio rei publicae 1), non me inertiorem *b*) esse confitear quam opificem quemquam, si minus in maxima arte, quam illi in minimis, operae consumserim *c*) 2)? Set neque his contentus sum, quae de ista consultatione scripta nobis summi ex Graecia sapientissimique homines *d*) reliquerunt 3), neque | ea quae mihi videntur, anteferre illis audeo. Quam ob rem peto a vobis, ut me sic audiatis neque ut omnino expertem graecarum rerum, neque ut eas nostris in hoc praesertim genere anteponentem; sed ut unum e togatis 4) patris diligentia non inliberaliter institutum 5), studioque discendi a pueritia incensum 6), usu P. 221. P. 222.

a) Ita cod. 1. manu; 2. vero superaddita *i*; ita ut sit *meliori*, quae lectio parum est probabilis. — *b*) Cod. 1. manu *inritiorem*; 2. *inertiorem*. — *c*) Cod. *consumserint*. Ego vero vix dubito quin Cicero scripserit *consumserim*. — *d*) Cod. 1. manu *hominis*; sed recte 2. *homines* propter casum nominativum.

1) Cic. de off. I. 32: *quorum vero patres aut maiores aliqua gloria praestiterunt, ii student plerumque eodem in genere laudis excellere: ut ·Q· Mucius ·P· F. in iure civili; Pauli filius Africanus in re militari. Quidam autem ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam, ut hic idem Africanus* etc.

2) An huc respexit Virgilius aen. VI. 848? *excudent alii* etc. *tu regere imperio populos, Romane, memento-hae tibi erunt artes.*

3) Partem horum enumerat Cicero de leg. III. 5. et 6, nempe Theophrastum, Diogenem stoicum, Dicaearchum, Panaetium, Platonem, Aristotelem, Heraclidem ponticum. Ego vero multo maximum numerum politicorum gaecorum enumeravi Script. vet. tom. II. p. 584. sqq.

4) Sic loquitur pari occasione Crassus apud Cic. de or. I. 24. Cf. Sequente quoque locutione alibi usum esse Ciceronem Brut. LXXIII, et ad Att. XVI. 3. [illegible].

5) Pauli Aemilii in instituendis liberis diligentia constat e Plinio XXXV. 11: *cum ·L· Paulus, devicto Perseo, petisset ab Atheniensibus, ut sibi quam probatissimum philosophum mitterent ad erudiendos liberos, itemque pictorem ad triumphum excolendum; Athenienses Metrodorum elegerunt, professi eundem in utroque desiderio praestantissimum; quod ita Paulus quoque iudicavit.* Isidorus autem orig. VI. 5, et Petrus diaconus prohoem. de not. iur. aiunt, Romam primum librorum copiam advexisse Aemilium Paulum Perseo devicto. Revera Plutarchus quoque in Aemilio cap. XXVIII. ait, hunc ex omni Persei gaza nihil concessisse filiis (Maximo et Scipioni) eruditionis studiosis praeter regios libros, μόνα τὰ βιβλία τοῦ βασιλέως φιλογραμματοῦσι τοῖς υἱέσιν ἐπιτρέψεν ἐξελέσθαι

6) Amicitiam ipsam Scipionis adulescentuli cum Polybio, quae tanta incrementa cepit et omnium gentium sermonibus claruit, ex commodato librorum aliquot usu initium habuisse exploratum est. Polyb. XXXII. 9.

tamen et domesticis praeceptis 1) multo magis eruditum quam litteris.

P. 223. XXIII. Hic Philus, non ‖ hercule inquit, Scipio, dubito quin tibi ingenio praestiterit nemo, usu quidem in re publica rerum maximarum facile omnis viceris 2): quibus autem studiis semper fueris, tenemus 3). Quam ob rem si, ut dicis, animum quoque contulisti in istam rationem et quasi artem, habeo maximam gratiam Laelio: spero enim multo uberiora fore quae a te dicentur, quam illa quae a Graecis nobis *a*)
P. 224. scripta sunt omnia 4). | Tum ille permagnam tu quidem expectationem, quod onus est ei qui magnis de rebus dicturus est gravissimum, inponis orationi meae. Et Philus, quamvis sit magna, tamen eam vinces, ut soles: neque enim est periculum, ne te de re publica disserentem deficiat oratio *b*).

XXIIII. Hic Scipio, faciam quod vultis, ut potero 5), et ingrediar in disputationem ea lege, qua credo omnibus in

a) Pro *nobis* mavult *nobilissimis* Creuzerus; sed invito codice. — *b*) Hac dictione utitur Lactantius Ciceronem ipsum alloquens inst. II. 3: *non enim verendum est, ne te in tam bona causa deficiat oratio.*

1) Utriusque domus corneliae et aemiliae.

2) Eodem fere laudum genere blanditur Crasso disputaturo in libro de or. I. 23. Mucius Scaevola, is nimirum qui his quoque de rep. dialogis adulescens interest.

3) Phili nimiam in commemorandis Scipionis studiis brevitatem compensat nobis Velleius I. 13: *Scipio tam elegans liberalium studiorum omnisque doctrinae et auctor et admirator fuit, ut Polybium Panaetiumque praecellentes ingenio viros domi militiaeque secum habuerit. Neque enim quisquam hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit, semperque aut belli aut pacis serviit artibus: semper inter arma ac studia versatus, aut corpus periculis aut animum disciplinis exercuit.*

4) Haec et sequentia in auctoris et operis commendationem a Cicerone dici nemo non videt: cuius operis quum pars tanta nobis adhuc desit, palmam Tullio prae copiosissimis graecis, Platone videlicet et Aristotele, deferre non licet. Certe et libri tulliani de legibus, praeter quam quod imperfecti sunt, Platonis homonymos libros neque copia exaequant neque rerum varietate. Ciceronis acris cum Graecis aemulatio exploratissima est; videsis off. I. 1, divin. II. 2, N. D. I. 4, tusc. I. 1. sqq. II. 2, de fin. I. 1. sqq. et alibi. Quin adeo de fin. I. 3. ausus est Cicero latinam quoque linguam dicere locupletiorem quam graecam, qua de re saepe se disseruisse confirmat. (Adi etiam Virgilium gramm. a nobis editum AA. class. T. V. p. 98.) Sed contradicunt merito primum ipse Cicero tuscul. II. 15, et pro Caecina XVIII. nec non apud Augustinum contra acad. II. 26; tum Lucretius I. 140, 831; Fronto apud Gellium II. 26.

5) Sic de or. I. 22. Crassus modeste sermonem ingrediens formulam usurpat *quibus sciam poteroque.*

rebus disserendis utendum esse, si erro||rem velis tollere, ut P. 195.
eius rei de qua quaeritur *a*) si nomen quod sit conveniat, explicetur quid declaretur eo nomine: quod si convenerit, tum demum *b*) decebit ingredi in sermonem: numquam enim quale sit illut, de quo disputabitur, intellegi poterit, nisi quod *c*) sit fuerit intellectum prius 1). Quare quoniam de re publica quaerimus, hoc primum videamus quid sit id ipsum quod quaerimus. | Cum adprobavisset Laelius; nec vero, inquit P. 196.
Africanus, ita disseram de re tam inlustri tamque nota, ut ad illa elementa revolvar, quibus uti docti homines his in rebus solent, ut a prima congressione maris et feminae, deinde a progenie *d*) et cognatione ordiar 2); verbisque quid sit et quot modis *e*) quidque dicatur definiam saepius: aput prudentes enim homines et in maxima re publica sum*||ma cum * Q. VIII. P. 61
gloria belli domique versatos cum loquar, non committam ut sit inlustrior illa ipsa res, de qua disputem, quam oratio mea 3): nec enim hoc suscepi ut tamquam magister persequerer omnia: neque hoc polliceor me effecturum, ut ne qua particula in hoc sermone praetermissa sit 4). Tum Lae-

a) Ita cod. 1. manu; at 2. *quaeretur*. — *b*) Ita 2. manu; at 1. *et decebit*, omisso *tum demum*. — *c*) Ita cod. non *quid*. — *d*) Cod. *progeniae*. — *e*) Cod. *commodis*; sed mendum putavi pro *cot modis*; *cot* autem pro *quot*, ut *cotidie* pro *quotidie*.

1) Praeponendi quaestionibus definitionem, praeceptum Epicuri est, teste Sexto emp. contra gramm. I. 3: οὔτε ζητεῖν οὔτε ἀπορεῖν ἔστι κατὰ τὸν σοφὸν Ἐπίκουρον ἄνευ προλήψεως. Sic Cicero off. I. 2, ante quam de officiis dicat, praescribendam esse definitionem decrevit; vituperatque Panaetium qui in simili opere neglexit definitionem. Sed enim nescio quo pacto in ipso Tullii de officiis opere desiderari definitio officii videtur. Num ergo ibi lacunam suspicari licet, eamque supplere ex eius pedisequo Ambrosio de off. I. 8. ff. 26.

2) Ab his elementis videlicet exorditur remp. Aristoteles reip. I. 2, VII 16, et Polybius VI. 6. Confer etiam Dionysium halic. II. 24, et Augustinum de bono coniug. cap. I. Prorsus autem Tullium imitatur Lactantius, de vero cultu dicere incipiens inst. VI. 2. *Nec tamen sic docebimus, ut primae virtutis elementa tradamus, quod est infinitum, sed tamquam docendum susceperimus eum qui apud philosophos perfectus esse videatur.* etc.

3) His verbis haud equidem laudat vel Scipionis elocutionem (quam tamen fuisse ornatam et purissimam dicunt Cic. de or. I. 49, et Gell. II. 20.) vel suam Cicero; sed id tantummodo ait, curae sibi fore ut de rep., re nempe notissima, planissimo dicendi genere disputet, secus ac philosophi quidam fecerant. Atque hos inter Varronem fortasse sugillat, qui de rep. docte quidem sed stilo, ut puto, horridiore scripserat. Id est enim Augustini C. D. VI. 2. iudicium de Varronis eloquio.

4) Attente sunt haec notanda, quò

lius, ego vero istut ipsum genus orationis quod polliceris expecto.

P. 62. XXV. « Est igitur, inquit Africanus, res publica | res populi 1); » populus autem non omnis hominum coetus quoquo modo congregatus, sed coetus multitudinis iuris consensu 2) et utilitatis communione sociatus 3). Eius autem prima causa coeundi est non tam inbecillitas quam naturalis quaedam hominum quasi congregatio 4): non est enim singulare, nec so-

Desiderantur paginae duae.

genus politici huiusce tractatus probe exploratum habeamus. Nempe Cicero, sicut de oratore liberaliter et sine scholastica subtilitate scripsit, ita politicis hisce libris potiora tam lati argumenti et splendidiora fere capita complexus videtur; ita tamen ut nihil omiserit necessarium, quod ait ipse superius cap. VIII. Porro loquens Scipio imitatur heic Polybium, ut vaticana excerpta Polybii lib. VI. 3. nuper a me edita demonstrant.

1) Augustinus C. D. V. 18. Ciceronem imitans dicit *rem publicam, id est rem populi, rem patriae, rem communem*. Confer eundem C. D. XIX. 21, et 24. Sed multo copiosius auctor anonymus etymologiarum in vaticano codice definit *rem puplicam* (sic) *id est rem populi; res enim puplica dicitur apud Romanos, quam nos rem patriam. Id enim rem populi esse negare non possumus. Populum autem non omnem coetum multitudinis dicunt, sed coetum iuris consensu et utilitatis communione sociatum*. In codice autem alio vaticano quidam scholiastes eam definitionem tribuit Varroni: *res publica est, ut Varro breviter definit, res populi*. Num igitur hanc definitionem Cicero e Varrone honoris vel imitationis causa arcessivit?

2) Locum libere exprimit Augustinus C. D. XIX. 24: *populus est coetus multitudinis rationalis, rerum quas diligit concordi communione sociatus*. Immo pressius fortasse C. D. I. 15. 2: *aliud civitas non est, quam concors hominum multitudo*. Confer infra post cap. XXXI. Augustinum vel ipsum Tullium exprimit Isidorus orig. IX. 4. Confer etiam Livium I. 8. [Sed enim Augustinus C. D. XIX. 23. prorsus Ciceronem exscribit sic: *ubi ergo non est iustitia, profecto non est coetus hominum iuris consensu et utilitatis communione sociatus*. Mr.]

3) Vide hoc excusum aere fragmentum.

4) Hinc Arabes hominem recte vocant أنس quod vocabulum significat *societatem inire*, vel *familiariter aliquo uti*. Consonat autem sibi Cicero off. I. 44, de am. VIII. IX. XIII. XXIII, de fin. V. 23, de off. III. 5 Sic Epicurus apud Arrianum ad Epict. I. 23. [et Nemesius de N. H. cap. I. Cr.] Sed contrariam sententiam prae se fert Plato reip. II. p. 369, qui causam societatis ac civitatis, necessitatem esse ait. Polybio autem VI. 3, et Lactantio de opif. D. cap. IV. causa societatis videtur esse singulorum imbecillitas. Platoni adversatur Aristoteles reip. III. 9, qui non tam necessitatis, quam boni honestique causa copulatam hominum societatem putat: idemque a Ciceronis sententia abhorret; negat enim civilem societatem convictus ipsius causa esse comparatam. Denique ipse Plato leg. III. p. 67[illegible] cum Cicerone conspirat; namque ait, naturalem esse hominum congregationem solitudinis odio. Vegetius prohoem. libri IV. nomen reipublicae communi utilitate partum esse arbitratur. Sed confer infra Cic. de rep. IV. 3.

livagum 1) genus hoc, set ita generatum, ut ne in omnium quidem rerum affluen||tia 2). . . . . . Desiderantur paginae duae.

Urbis condendae originem atque causam non unam intulerunt; sed alii eos homines qui sint ex terra primitus nati, quum per silvas et campos erraticam degerent vitam, nec ullo inter se sermonis aut iuris vinculo cohaererent, sed frondes et herbam pro cubilibus, speluncas et antra pro domibus haberent; bestiis et fortioribus animalibus praedae fuisse commemorant. Tum eos qui aut laniati effugerant, aut laniari proximos viderant, admonitos periculi sui, ad alios homines decurrisse; auxilium implorasse; et primo nutibus voluntatem suam significasse; deinde sermonis initia temptasse, ac singulis quibusque rebus nomina imponendo, paulatim loquendi perfecisse rationem. Quum autem nec multitudinem ipsam viderent contra bestias esse tutam; oppida etiam coepisse munire, vel ut quietem noctis tutam sibi facerent, vel ut incursiones atque impetus bestiarum non pugnando sed obiectis aggeribus arcerent. - Haec aliis delira visa sunt, dixeruntque, non ferarum laniatus causam fuisse coeundi, sed ipsam potius humanitatem: itaque inter se congregatos, quod natura hominum, solitudinis fugiens, et communionis ac societatis adpetens esset 3).

Brevi multitudo dispersa atque vaga, concordia civitas facta erat 4).

XXVI. . . . *quae*dam quasi semina 5); neque reliquarum P. 211.
virtutum, nec ipsius rei publicae repperiatur *a*) ulla institutio.

a) Ita cod. Vide quae infra II. 8. dicemus in voce *recidisset*.

1) Hinc Cic. ad Att. I. 18: *Metellus non homo, sed litus et solitudo mera.*

2) In hiatu latet paulo prolixior expositio causarum, ob quas humani coetus instituti fuerunt.

3) Vix dubito quin hic Lactantii tractus inst. VI. 10. ex Ciceronis hac de rep. lacuna desumptus fuerit, cum interpolationibus. Porro conferendus est idem Cicero de am. XXIII, de fin. V. 23, de off. II. 5. Tum sine dubio hoc loco posuit Cicero alteram causam civitatis constituendae, nempe *ut sua quisque tenerent*; quam bene adornat de off. II. 21.

4) Augustinus epist. CXXXVIII. ait: *Quid est res publica, nisi res populi? Res ergo communis, res utique civitatis. Quid est autem civitas, nisi multitudo hominum in quoddam vinculum redacta concordiae? Apud eos enim ita legitur « brevi multitudo dispersa* etc. »

5) Ait Cicero naturale esse hominibus honestae societatis desiderium, cuius semina quaedam insita habeant; haud secus ac naturalis est virtus. Quare rei publicae frustra quaeri cogitatam aliquam institutionem.

Hi coetus igitur hac, de qua exposui, causa instituti sedem primum certo loco domiciliorum causa constituerunt; « quam cum locis manuque saepsissent *a*), eiusmodi coniunctionem tectorum oppidum vel urbem appellaverunt, delubris distinctam spatiisque communibus. Omnis ergo populus, qui est talis coe-
P. 212. tus multitudinis qualem | exposui 1); omnis civitas, *b*), quae est constitutio populi 2); » omnis res publica, quae ut dixi populi res est, consilio quodam regenda est, ut diuturna sit. Id autem consilium primum semper ad eam causam referendum est, quae causa genuit civitatem 3). Deinde aut uni tribuendum est; aut delectis *c*) quibusdam; aut suscipiendum est multitudini atque omnibus 4). Quare cum penes unum est
P. 95. omnium summa rerum, regem illum ‖ unum vocamus, et regnum eius rei publicae statum. Cum autem est penes delectos, tum illa civitas optimatium *d*) arbitrio regi dicitur. Illa autem est civitas popularis, sic enim appellant, in qua in populo sunt omnia. Atque horum trium generum quodvis, si teneat illut vinclum *e*), quod primum homines inter se rei publicae societate *f*) devinxit; non perfectum illut quidem
P. 96. neque mea sententia optimum, sed tolerabile | tamen, et aliut

a) Ita cod. cum diphthongo. — *b*) Cod. *civitatis* 1. manu; sed 2. emendatum *civitas*. — *c*) Cod. habet *adiectis* pro *aut delectis*; quamquam emendationis indicia in membranis apparent. Et quidem paulo post codex habet *delectos* non *adiectos*. — *d*) De hac terminatione sic Martianus lib. III. cap. de analogia: *optimatium dicimus, quia accusativus pluralis* i *litteram habet, ut hos et hus optimatis; quamvis veteres optimatum dixerunt*. — *e*) Ita cod. 1. manu, ut cap. III. p. 7. Heic tamen 2. manus fecit *vinculum*. — *f*) Cod. *societatem*, sed *m* deinde deleta fuit.

1) Recole superiorem populi definitionem.

2) Locus extat apud Nonium vocab. *urbs a civitate;* verum paulo aliter sub extremo, nempe sic: *qualem exposui, civitas est; omnisque civitas est constitutio populi*. Sed purior textus est codicis nostri vaticani. In editis de rep. fragmentis apud Verburgium locus magis adhuc quam in Nonio interpolatus exhibetur, nimirum: *omnis ergo populus, qui est talis coetus multitudinis, qualem exposui, civitas est; omnisque civitas, quae est constitutio populi, res publica*.

3) Nempe ad concordiam, felicitatem, mutuamque utilitatem. Legatur Aristoteles reip. I: 1. 2. III. 9. IV 4. Cicero autem off. I. 25. ipsum Platonem praecipientem inducit ut qui reip. praefuturi sunt, utilitatem civium sic tueantur, ut quaecumque agunt ad eam referant obliti commodorum suorum. Iohannes saresberiensis polycr. VI. 21. Ciceronis hunc locum fortasse prae oculis habuit cum ea verba scripsit, quae in testimoniis laudavi.

4) De his sollemnibus reip. generibus tribus legantur Plato reip. VIII, et leg. III. p. 680-681; Aristoteles reipub. III. 7; Tacitus annal. IV. 33; aliique passim veteres recentesque politici.

alio possit esse praestantius. Nam vel rex aecus *a*) ac sapiens; vel delecti ac principes cives; vel ipse populus, quamquam id est minime probandum 1), tamen nullis interiectis iniquitatibus aut cupiditatibus, posse videtur aliquo esse non incerto statu.

XXVII. Set et in regnis nimis expertes sunt ceteri communis iuris et consilii: et in optimatium dominatu vix particeps libertatis potest esse ‖ multitudo 2), cum omni consilio communi ac potestate careat: et cum omnia per populum geruntur, quamvis iustum atque moderatum, tamen ipsa aequabilitas *b*) est iniqua, cum habet nullos gradus dignitatis 3). Itaque si Cyrus ille perses iustissimus fuit sapientissimusque rex 4), tamen mihi populi res (ea enim est, ut dixi P. 105.

a) Ita cod. Recole superius cap. XXI. — *b*) Quod adtinet ad hoc Tullii vocabulum, quod etiam inferius recursabit, audiendus Lactantius inst. V. 14: *altera iustitiae pars est aequitas, aequitatem dico se cum ceteris coequandi) quam Cicero aequabilitatem vocat*. Cicero etiam off. I. 25. utitur hac voce.

1) Apte id dicitur a persona Scipionis, quem gracchanis, id est popularibus partibus valde adversarium fuisse, ideoque et a C. Graccho in concione tyrannum appellatum, comperimus. Plut. reg. apoph. t. VI. p. 760. Quamquam idem Plutarchus in Aemil. XXXVIII. (adde et Cic. acad. IV. 5.) Scipionem populi studiosiorem dicit, quum Aemilius pater fuisset nobilitatis aeque et plebis adsentator. Populi benivolentiam erga Scipionem docet nos vaticanum Diodori excerptum lib: XXXII. 6. Sed enim et ipse Cicero, cuius sententiam praecipuam tuetur hoc in opere Scipio, optimatibus semper favisse videtur. Legatis ad fam. I. 9. VIII. 16. (ep. Cael.) ad Att. I. 18. 20. II. 3. 5. 15. VIII. 3. X. 8. (ep. Cael.) ad Q. fr. I. 1. Tum pro Sestio IX: *omnes boni semper nobilitati favemus, quia utile est reipub. etc.* Sed instar omnium sit Quinti liber de petitione consulatus ad fratrem cap. I, *persuadendum est iis, nos semper cum optimatibus de rep. sensisse, minime populares fuisse*. Tum ipse [illegible] IV. 40: *semper, ut scitis, studiosus nobilitatis fui*. Idem Cicero ad Att. II. 3. ait, multa se poëtico quodam in opere scripsisse ἀριστοκρατικῶς. Neque abhorrent ab hac politica sententia Plato in politico pag. 302, et Aristoteles reip. III. 7. Anonymus vero quidam apud eundem Aristotel. reip. IV. 2. definiebat democratiam esse inter bonas reip. formas deterrimam, inter malas optimam: is autem anonymus videtur Plato in politico p. 303. Romanae quidem reip. natura iam inde a Bruti temporibus fuit aristocratica. Lege Dionysium halic. V. 1.

2) Namque, ut ait Tacitus annal. VI. 42, *paucorum dominatio regiae libidini propior est*.

3) Haec et alia plura sibi obiicit perpenditque Aristoteles reip. III. 10. sqq. Conspirat ad verbum cum Cicerone Philo iudaeus apud Damascenum parallel. p. 556: τὸ νέμειν ἴσα τοῖς ἀνίσοις, τῆς μεγίστης ἐστὶν ἀδικίας.

4) Apte Scipio Cyri exemplo utitur; xenophonteam enim Cyri historiam summus hic imperator de manibus ponere non solebat, ut ait Cicero ad Q. F. I.

antea, publica) non maxime expetenda fuisse illa videtur, P. 106. cum regeretur unius nutu. | Ac modo, si Massilienses nostri clientes 1) per delectos et principes cives summa iustitia reguntur 2), inest tamen in ea condicione populi similitudo quaedam servitutis: si Athenienses quibusdam temporibus, sublato areopago *a*) 3), nihil nisi populi scitis ac decretis agebant; quoniam distinctos dignitatis gradus non habebant, non tenebat ornatum suum civitas 4).

a) Cod. *areopago*, sine ulla emendatione. Mutandam censui lectionem propter huius vocabuli nimiam celebritatem, quae librarii mendum coarguere videtur. Ceterum vulgari illi *areopagi* etymologiae fidem derogat Varro apud Augustinum C. D. XVIII. 10.

1. 8, qui ibidem moderationem illius dominationis admiratur. Platoni leg. III. p. 694. sub Cyro Persae videbantur quodammodo liberi propter eius regis moderatum imperium. Cyrus dictus fuit pater a Persis; Diodor. tom. II. p. 553, et Blemmydes in regia oratione a me nuper edita cap. V. Ita Abimelechorum successio apud Chananaeos; sic enim hoc nomen significat. Ita demum romani Pontifices *patres* κατ' ἐξοχὴν dicuntur.

1) Massiliensium cum Romanis amicitiam iam inde a Massilia condita per Phocenses memorat Iustinus XLIII. 3. et 5. (quamquam bella potius Massiliensium cum Poenis videntur in causa fuisse cur illi Romanis studerent; vide eundem Iustinum praedicto loco.) Massilienses a Valerio M. II. 6. 7. dicuntur *charitate populi romani praecipue conspicui*. Lege etiam Cicer. off. II. 8, pro Font. I, pro Cor. Balb. IX, praesertim vero pro Flac. XXVI. Confer item Lucanum III. 301. sqq.

2) Optimatium potestas videtur diutissime Massiliae obtinuisse: commemorat enim eam Aristoteles reip. V. 6. VI. 7; tum Cicero pro Flac. XXVI. eandem urbem sua adhuc aetate optimatium consilio administratam dicit. Massiliensis resp. diligenter describitur a Strabone IV. p. 271. sqq. Regebatur nimirum sexcentorum optimatium auctoritate, qui dignitatem retinebant quoad vita maneret, dicebanturque τιμοῦχοι. Ex his sexcentis praeerant quindecim, qui quotidiana negotia expediebant: rursus inter hos quindecim, supremam potestatem tres habebant. De hac quoque republica nominatim scripserat Aristoteles, teste Athenaeo XIII. 5. De Massiliae graecis legibus et litteratura, triplicique lingua, graeca scilicet latina et gallica, lege Varronem apud Isid. orig. XV. 1. 63, et apud Hieronymum prolog. lib. II. comm. ad Gal. Confer etiam Caesarem B. C. II. 12; Tacitum Agric. IV; Silium XV. 169; Eumenium paneg. Constantini cap. XIX. Homeri editio seu recensio massiliensis laudatur inter nobiles in scholiis venetis.

3) Areopagum, si minus sublatum, certe debilitatum queruntur autores prisci apud Meursium in lib. de areopag. cap. IX. Sed de hac re conferre sufficerit Isocratis areopagiticam orationem, praesertim cap. XIX.

4) Hunc Ciceronis politicum locum vix dubito quin prae oculis habuerit Ampelius, qui cap. ult sic ait: *rerum publicarum tria genera sunt; regium, optimatium, populare; aut enim sub regum sunt potestate ut Seleucia Parthorum: aut senatus, ut Massilia Gallorum: aut se ipsi regunt, ut Athenienses solebant. Est et quartum genus quod Romani commenti sunt,*

XXVIII. Atque hoc loquor de tribus his generibus rerum publicarum non turbatis atque permix||tis, set suum statum tenentibus. Quae genera primum sunt in iis singula vitiis, quae ante dixi: deinde habent perniciosa alia vitia: nullum est enim genus illarum rerum publicarum, quod non habeat iter ad finitimum quoddam malum praeceps ac lubricum 1). Nam illi regi, ut eum potissimum nominem, tolerabili, aut si voltis *a*), etiam amabili Cyro, subest ad inmutandi animi licentiam crudelissimus il|le Phalaris 2), cuius in similitudinem dominatus unius proclivi cursu et facile *b*) delabitur *c*). Illi *d*) autem Massiliensium paucorum et principum 3) administrationi civitatis finitimus est qui fuit quodam tempore aput Athenienses triginta *e*) consensus et factio. Iam Atheniensium populi potestatem omnium rerum ipsi *f*), ne alios requiramus, ad furorem multitudinis licentiamque conversam 4) pesti|| . . . . .

P. 225.

P. 226.

Desiderantur paginae duae.

P. 75.

XXVIIII. . . teterrimus, et ex hac vel optimatium, vel factiosa tyrannica *g*) illa, vel regia, vel etiam persaepe popularis *h*): itemque ex ea genus aliquod ecflorescre ex illis, quae ante dixi, solet: mirique sunt orbes et quasi circuitus *i*) in re-

a) Ita cod. pro *vultis*. — *b*) Ita cod. sed fortasse emendandum ibidem fuit *facili*. — *c*) Ita cod. 2. manu; at 1. *dilabitur*; — *d*) Cod. 1. manu *ille*; 2. *illi*, quae melior lectio est. Alioquin *ille* referas ad *finitimus*. — *e*) Ita cod. sed prorsus addendum puto *virorum*. Sic enim Cicero lib. III. 32. Ceteroquin et Graeci simpliciter dicerent τῶν τριάχοντα. — *f*) Si vocabulo *ipsi* intelligit Romanos Scipio, supplendum videtur: *pestilentissimis Tiberii Gracchi consiliis Romae nuper expressam vidimus*. Sin potius eo vocabulo *ipsi* intelligit Athenienses (quod valde arbitror) supplendum existimo: *pestilentem fatentur*. Porro in hiatu nihil fere latet aliud quam descriptio vitiorum, quae singulis rerump. generibus insunt. — *g*) Videtur corrigendum *tyrannis*, vel certe supplendum *civitas*. — *h*) Ita cod. primo casu — *i*) Ita cod. 2. manu; at 1. *circumitus*,

ut ex *tribus unum efficerent: nam regiam potestatem consules habent, et plebs habet suffragiorum potestatem*.

1) Haec veterum recentiorumque politicorum concors observatio est. Lege, si vis, inter recentiores graecos Theophylactum inst. reg. II. 6; inter vetustiores Platonem leg. III. p. 698.

2) Locum politicum de Phalaride habes apud Diodori vaticana excerpta Script. vet. tom. II. p. 25.

3) Quindecim primorum. Vide Caesarem B. C. I. 35, qui more vetere supra dicto patronus Massiliensium cum Pompeio fuit.

4) An aetate Pisistrati? de qua Phaedrus fab. II. *Athenae cum florerent aequis legibus—procax libertas civitatem miscuit* etc. An vero aetate Platonis? quo tempore is invehebatur (leg. III. p. 700.) in nimiam civium suorum licentiam ac libertatem; quum e contrario maiores legibus paruissent, nedum se dominos legum dictitavissent; οὐκ ἦν ἡμῖν ἐπὶ τῶν παλαιῶν νόμων ὁ δῆμος τινῶν κύριος, ἀλλὰ τρόπον τινὰ ἑκὼν ἐδούλευε τοῖς νόμοις.

bus publicis commutationum et vicissitudinum 1): quos cum cognosse sapientis est, tum vero prospicere inpendentis, in P. 76. gubernanda re publica, moderantem cursum *a*) atque in | sua potestate retinentem *b*) magni cuiusdam civis et divini paene est viri 2). Itaque quartum quoddam genus rei publicae maxime probandum esse sentio, quod est ex his, quae prima dixi, moderatum et permixtum tribus 3).

XXX. Hic Laelius, scio tibi ita placere, Africane; saepe enim ex te audivi; set tamen, nisi molestum est, ex tribus istis modis rerum publicarum velim scire quod optimum iudices 4). Nam vel profuerit aliquid ad cog * ‖ . . . .

* Q. VIIII. Desiderantur paginae duae.

a) Cod. *cursu*, tum superaddita *m*. — *b*) Cod. *retinentes*, tum deleta *s* et addita *m*.

1) Sic fere Plato reip. VIII. p. 546. Huiusmodi vero vicissitudines tribus verbis denotat Tacitus annal. XVI. 22, quo loco mentio fit etiam illius rigidi Tuberonis, qui in his de rep. libris loquitur: *ista secta Tuberones et Favonios veteri quoque reip. ingrata nomina genuit. Ut imperium evertant, libertatem praeferunt; si perverterint, libertatem ipsam adgredientur.*

2) Ita prorsus Aristoteles reip. V. 8, quo loco agit de rerum publicarum commutationibus: *τὸ ἐν ἀρχῇ γιγνόμενον κακὸν γνῶναι, οὐ τοῦ τυχόντος ἀλλὰ πολιτικοῦ ἀνδρός.*

3) Haec est definita Polybii sententia VI. 3, quam eleganter Cicero a Scipione recitandam curat Polybii familiari et discipulo. Mixtum reip. genus fuit in Creta, Spartae, Carthagine, et sub Solone Athenis. Lege Aristotelem II. 9. 10. 11. 12; qui et id genus ceteris praeferre videtur II. 6. 9. IV. 9; uti etiam Archytas apud Stobaeum serm. XLI. ed. Canteri pag. 266. At Plato (itemque Polybius VI. 4.) tria illa genera in sex dividit politic. p. 302: tum septimum quoddam (id est Ciceronis quartum) praefert tamquam Deum hominibus. Romae vel sub regibus mixtum quoddam fuit reip. genus, de quo Dionysius VIII. 5: *Ῥωμαίοις τὸ μὲν ἀρχῆς πολίτευμα ἦν ἔκ τε βασιλείας καὶ ἀριστοκρατίας· ἔπειτα ὁ τελευταῖος βασιλεὺς Ταρκύνιος τυραννίδα τὴν ἀρχὴν ἠξίου ποιεῖν.* Romuleum regnum cum aristocratia mixtum describitur a Dionysio II. 8. Generatim vero priscorum regum dominatum negat idem auctor fuisse sui omnino iuris cap. XII. Indefinitam regis potestatem improbat Aristoteles reip. III. 17.

4) Haec interrogatio inferius recurret cap. XXXV; eademque fit apud Platonem leg IV. p. 712. ubi de nova instituenda agitur civitate. Super hac controversia mirae sunt ob temporum antiquitatem orationes tres apud Herodotum III. 80—82. persarum Otanis, Megabyzi, et Darii, qui Magos nuper interfecerant: praelata est autem Darii sententia de regio statu retinendo. Mira item oratio de triplici politiae genere quam Romulo affingit Dionysius II. 3, cui plebs romana regium imperium, ut optimum et a maioribus traditum, confirmare voluit. Legendae sunt etiam apud Dionem libro LII. Agrippae et Maecenatis contrariae orationes valde prolixae de populari deque unius dominatu: expugnavit autem Octaviani animum Maecenatis sententia pro monarchia. Tiberius quoque supremum sibi imperium senatus suasionibus confirmari passus est. Tacit. annal. I. 11. sqq.

XXXI. . . . . . 1) et talis est quaeque res publica, qualis eius aut natura aut voluntas qui illam regit 2). Itaque nulla alia in civitate, nisi in qua populi potestas summa est, ullum domicilium libertas habet: qua quidem certe nihil potest esse dulcius 3); et quae si aequa non est, ne libertas quidem est. Qui autem aequa potest esse; omitto dicere in regno, ubi ne obscura quidem est aut dubia servitus 4); set in istis civitatibus, in quibus verbo sunt li|beri omnes; ferunt enim suffragia, mandant inperia, magistratus, ambiuntur, rogantur; set ea dant magis, quae etiam si nolint, danda sint, et quae ipsi non habent, unde ali *a*) petunt: sunt enim expertes imperii *b*), consilii publici, iudicii delectorum iudicum 5); quae familiarum *c*) vetustatibus aut pecunis *d*) ponderantur 6). In libero P. 51. P. 52.

a) Ita cod. pro *alii*. Videtur autem in codice addita *s*; quod nec certum est, nec nisi perperam fieri puto. — *b*) Ita cod. per *m*, cum paulo ante sit per *n*. Ita etiam *set* et *sed*, *aput* et *apud*, *inquid* et *inquit*, et complures eiusmodi varietates. — *c*) Cod. *familiarium*; verum tertia *i* videtur expuncta. — *d*) Ita cod. pro *pecuniis*.

1) Urgente Laelio, ut Scipio de tribus reip. generibus iudicium suum interponat, videtur hic exordiri a statu populari; ita tamen ut ante sapienter moneat, fortunam cuicuimodi reip. magistratuum natura et moribus contineri. Haec fere in lacuna fuisse arbitror. Porro haec de statibus reip. quaestio in tertio libro reviviscit, atque ibi demum concluditur.

2) Sapiens et grave dictum quod Cicero inculcat etiam leg. III 2. 5. 13. 14, et Xenophon Cyrop. VIII. 8, 3. Sic plane etiam divinus Ecclesiasticus X. 2. Cicero ad Lentulum anno DCC. scribens (ad fam I. 9) qui est annus natalis de rep. operis, ait: *Apud Platonem scriptum est divinitus: quales in rep. principes essent, tales reliquos solere esse cives.* Cassiodorus var. III. 12: *facilius est (si dicere fas est) errare naturam, quam ut dissimilem sui princeps possit formare remp.* Confer eundem var. X. 31. Hinc christiani praesertim scriptores ad formandos principis mores curas suas intenderunt, veluti graeci Synesius, Agapetus, Photius, Theophylactus, Basilius macedo, Manuel palaeologus etc.; latini autem Hincmarus rhemensis, Ionas aurelianensis, Hugo floriacensis, S. Thomas aquinas, Aegidius romanus, Bellarminus, gallus Fenelonius etc. editique a nobis Anonymus vel Audoënus ad Chlodoveum II, Sedulius scotus ad Carolum magnum vel Ludovicum filium, Nicephorus Blemmydes ad Theodorum Ducam, Theodulus ad Andronicum II, Aug. Valerius card. ad Franciscum Mariam Ruerium Urbinatium postremum principem.

3) Sic Cicero ad At. XV. 13: *de libertate retinenda, qua certe nihil est dulcius, tibi assentior.*

4) Idcirco Tacitus Agr. III. miratur Nervam, *qui res dissociabiles miscuisset principatum ac libertatem.*

5) Confer Dionem Cassium lib. LII. 7.

6) Paria fere de Cretensibus narrat Aristoteles reip. II. 10; de Atheniensibus item cap. 12; nisi quod atheniensis populus iudicia exercebat. De Syracusanis lege Diodorum XI. 72. Pars populi atheniensis pauperrima nullum magistratum obire poterat (nempe ante bellum persicum). Vide Pollucem VIII. 10. 130. Sed enim Atheniensium politia plurimas vices passa est.

iderantur autem populo ut Rhodi 1), ut Athenis 2) *a*), nemo est civium
ıae duae. qui ‖ 3). . . . . . .
P. 175. XXXII. . . . *po*pulo aliquis unus pluresve divitiores opulentioresque extitissent, tum ex eorum fastidio et superbia nata 4) esse commemorant, cedentibus ignavis et inbecillis *b*), et adrogantiae divitum succumbentibus. Si vero ius suum populi teneant, negant quicquam esse praestantius, liberius, beatius: quippe qui domini sint legum, iudiciorum, belli *c*), pacis,
P. 176. foederum, capitis uniuscuiusque, pecuniae. Hanc unam | rite rem publicam, id est *d*) rem populi, appellari putant. Itaque et a regum et a patrum dominatione solere in libertatem rem populi vindicari 5) non ex liberis populis reges requiri, aut potestatem atque opes optimatium 6). Et vero negant oportere indomiti populi vitio genus hoc totum liberi populi repudiari: concordi populo, et omnia referenti ad incolumitatem, et ad

a) Ita emendatur in codice; nam primo scriptum fuit *ut Rhodii ut Athenienses*. — *b*) Cod. 1. manu *invecillis*; 2. *inbecillis*. — *c*) Cod. 1. manu *velli*; 2. *belli* — *d*) Cod. *id est rite rem publicam*; verum haec vitiosa metathesis in ipso codice deinceps, signis superimpositis, ita emendata fuit ut nos scribimus.

1) Liberi eo tempore Rhodii; alio tamen tempore sub paucorum dominatu fuerunt. Lege Athenaeum X. 13, et Strabonem XIV. p 965. De Rhodiis quid heic dixerit Cicero, licet coniectare e libro de rep. III. sub finem; ubi videsis quae in scholiis aio. Reliqua pars lacunae obscurior mihi est.

2) Athenis diu viguisse optimorum dominatum, insigni testimonio Plato docet Menex. p. 238: *ἡ αὐτὴ πολιτεία καὶ τότε ἦν καὶ νῦν ἀριστοκρατία· καλεῖ δὲ ὁ μὲν αὐτὴν δημοκρατίαν, ὁ δὲ ἄλλο ᾧ ἂν χαίρῃ· ἔστι δὲ τῇ ἀληθείᾳ μετ' εὐδοξίας πλήθους ἀριστοκρατία*. Pergit porro ibidem confirmare Plato, neminem Athenis, qui virtute claresceret, in honoribus tulisse repulsam propter generis vel pecuniae defectum: quae oratio pugnare videtur cum Aristotele, aliisque scriptoribus.

3) Hoc loco probabiliter Moserus supplet: *quidem virtute clarescat, qui in honoribus ferat repulsam, propter generis vel pecuniae defectum.*

4) Num *iura* vel *nomina nobilitatis*?

5) Sic Lucretius, qui politicas etiam res luculenter attingit lib. V. 1140: *res itaque ad summam faecem turbasque redibat—imperium sibi cum ac summatum quisque petebat.*

6) Sic loquitur etiam Agrippa apud Dionem LII, 9. in oratione ad Octavianum pro libertate restituenda. Vix autem dubito quin Dio in utraque oratione, Agrippae ac Maecenatis, concinnanda prae oculis habuerit Ciceronis hanc politicam disputationem; id quod comparatione locorum cognoscere possumus. Fortasse igitur pars etiam aliqua amissarum Tullii super hac re sententiarum in Dione superest. Profecto idem Dio novam quandam philippicam e tullianis philippicis carptim delibatam recitat XLV. 18. sqq.; nequid dicam de alia XLIV. 23. sqq. Alienis sane scriptis copiose uti videmus Dionem, ita ut integram quoque Philisci ad Tullium consolationem adsciscere non dubitaverit XXXVIII. 19. sqq.

libertatem suam, nihil || esse inmutabilius, nihil firmius. « Facillimam autem in ea re publica esse *a*) concordiam, in qua idem conducat omnibus 1) : » ex utilitatis varietatibus, cum alis *b*) aliut expediat, nasci discordias. Itaque cum patres rerum potirentur, numquam constitisse civitatis statum. Multo iam id in regnis minus, quorum *c*), ut ait Ennius, P. 169

Nulla regni sancta societas nec fides est 2).

Quare cum lex sit civilis societatis vinculum 3), ius autem legis aequale, quo iure societas civium teneri potest, cum par non sit condicio civium? Si enim pecunias aequari non placet; si ingenia omnium paria esse non possunt; iura certe paria debent esse eorum inter se, qui sunt cives in eadem re publica 4). Quid est enim civitas, nisi iuris societas? *d*) || 5) . . . . . P. 170 Desiderantur paginae duae

Nec tantum Karthago habuisset opum sescentos *e*) fere annos sine consiliis et disciplina 6) . . . . .

a) Citat hunc locum Nonius voc. *conducere*, sed pro *esse* legebat *esse posse*. — *b*) Ita cod. pro *aliis* — *c*) Ita cod. Ceterum vel *quoniam* scribendum videtur, vel in sequenti versu omittenda vox *regni*. — *d*) In hac pagina pars extrema secundi laterculi cubat in mendis; repetitur scilicet prior periodus, et deinde punctis exploditur. — *e*) Ita scribit Cicero in hoc opere.

1) Confer Dionem LII. 6. Cicero off. III. 6. ait: *unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas uniuscuiusque et universorum*. Confer et off. I. 25; tum Symmachum epistola X. 61.

2) Ennii versum hunc rectitat Cicero etiam off. I. 8; sed ibi *regni* est penultimum verbum. Tum idem III. 6: *nulla nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio est*. Ennii sententiam et verba imitatur Livius I. 14, qui ait: *infidam esse societatem regni*; item Lucanus I. 92. *nulla fides regni sociis*. Ipsum *foedus* dictum esse *fidus* ab Ennio observat Varro LL. IV. 15.

3) Notemus moralem legis definitionem. Item *vinculum* quum alibi sit vinclum.

4) Confer Dionem LII. 4.

5) In amissis paginis duabus pergebat, ut reor, auctor dicere de statu populari, qui sit naturae maxime consentaneus, et cui prope uni convenire videtur nomen reip. ac societatis. Certe hunc Tullii hiatum egregie explere videtur Dio LII. 4: ἡ μὲν ἰσονομία τό τε πρόσρημα εὐώνυμον, καὶ τὸ ἔργον δικαιότατον ἔχει· τήν τε γὰρ φύσιν τὴν αὐτὴν τινας εἰληχότας, καὶ ὁμοφύλους ἀλλήλοις ὄντας κ. τ. λ quo Dionis capite vix paulo plus materiae continetur, quam huic lacunae congrueret. Item in hac lacuna haud fortasse inepte collocarentur Lactantii verba de aequitate, qua quis se cum ceteris in rep. coaequat, quae scribemus in tertio libro.

6) Citat ex Ciceronis I. de rep. Nonius cap. de doctorum indagine. Ego vero coniecturaliter heic colloco fragmentum, de vera eius sede nihil adfirmans. Intellige autem ipsius Karthaginis opes ante bellum punicum secundum; post quod nimirum illae iam conciderant. Nam si de universa aetate Karthaginis loqueretur auctor, dicendum erat *septingentos*, uti docent auctores a nobis lib. II. 23. in notis laudandi, ubi de aetate pereuntis eius urbis sermo erit.

P. 53. XXXIII. Ceteras vero res publicas ne appellandas quidem putant iis *a*) nominibus quibus illae sese appellari velint 1). Cur enim regem appellem Iovis optimi nomine 2) hominem dominandi cupidum aut imperii singularis, populo oppresso dominantem, non tyrannum potius? tam enim esse *b*) clemens tyrannus, quam rex inportunus potest; ut hoc populorum in-
P. 54. tersit, utrum comi domino an aspero serviant: quin serviant | quidem fieri non potest 3). Quo autem modo adsequi poterat Lacaedemon illa tum *c*) cum praestare putabatur disciplina rei publicae, ut *d*) bonis uteretur iustisque regibus, cum esset habendus rex quicumque genere regio natus esset 4)? Nam optimatis *e*) quidem quis ferat, qui non populi concessu, set suis

a) Ita cod. 2. manu; at 1. *is*, solita crasi. — *b*) Cod. *tameninesse;* quibus ex litteris, unâ *n* (quam haud semel in hoc codice pro *m* vidimus) in *m* mutata, exsculpo *tam enim esse*. — *c*) Vocabulum *tum* superadditum est in codice. — *d*) Cod. *cum*, sed videbatur omnino scribendum *ut*. — *e*) De terminatione *optimatis* pro *optimates* lege Martiani locum supra relatum p. 46. n. d.

1) Videtur imitatio Platonis leg. IV. p. 712. et 715.

2) Iovis sollemne est epitheton *rex* apud poëtas. Hom. Iliad. I. 529: *ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος*. Lege Orph. hymn. XX. 5; Callimach. hymn. in Iovem V. 2; Virg. aen. X. 2: *conciliumque vocat divum pater atque hominum rex.* Apuleius de mund. ed. Delph. p. 737. ait, nomen Dei regum nuncupationibus praedicari. Immo *ἄναξ* synonyma vox videtur *θεοῦ* apud Euripidem Hippol. 88: *ἄναξ, θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών*. Confer mox in hoc opere capp. XXXVI. et XLI.

3) Ita Xenophon reip. athen. I. 8: *ὁ δῆμος οὐ βούλεται εὐνομουμένης τῆς πόλεως αὐτὸς δουλεύειν, ἀλλ' ἐλεύθερος εἶναι καὶ ἄρχειν*. Sic etiam Dio LII. 4; *ἄρχειν πάντες ἀξιοῦσι*, *nemo se indignum imperio existimat.* Denique *πᾶσα ψυχὴ φιλόπρωτος*, inquit Proclus. Lepidum ceteroqui philosopho spectaculum hoc videtur, quod quum regnandi ars communi consensu et experimento difficillima habeatur, nihilominus regnum, vel certe rerum publicarum regimen, bardi quoque et idiotae homines passim credant atque etiam dictitent se posse melius ceteris administrare, nemoque fere se ineptum iubendo regnandoque iudicet. Augustini Valerii card., doctrina non minus quam vitae sanctitate conspicui, nobile opusculum nos edidimus (Spicil. rom. T. VIII.) cui titulus *quatenus fugiendi sint honores*. Id legant hortor siqui ambitionis morbo molestius urgentur.

4) Laconicam remp. studiose vituperat Aristoteles reip. II. 9; contra in caelum tollit Xenophon libro quem de eiusdem institutis conscripsit. Isocrates varius est; modo enim laudat, modo secus. Regnum certe hereditarium tolli Lacedaemone, eligique optimum regem volebat auctor libri eius qui deprehensus ab Agesilao fuit domi Lysandri mortui; quem librum ephori prudenter aboleverunt. Lege Plutarchum apoph. lac. tom. VI. p. 856. Huc pertinent illa oratoria Plinii verba paneg. cap. VII: *summae potestatis heredem tantum intra domum tuam quaeras? non per totam civitatem circumferas oculos? imperaturus omnibus, eligi debet exomnibus.*

comitiis hoc sibi nomen adrogaverunt? » Qui *a*) enim iudicatur iste optimus doctrina, artibus, studiis 1)? ‖ Audio quando 2) ».... Desiderantur paginae quatuor. P. 179.

XXXIIII. . . . . si *b*) fortuito id *c*) faciet, tam cito evertetur, quam navis, si e vectoribus sorte ductus ad gubernacula accesserit 3). Quod si liber populus deliget quibus se committat; deligetque, si modo salvus esse vult, optimum quemque 4); certe in optimorum consiliis posita est civitatium *d*) salus: praesertim cum hoc natura tulerit, non solum ut summi virtute et animo praeessent inbecillioribus, set ut hi etiam parere summis velint 5). Verum hunc op'timum statum pravis P. 180.

a) Ita cod. 2. manu; at 1. *quid*. Nonius legebat *quo*; nisi potius ipse Nonius mendosus est. — *b*) Cod. *se fortuito*; tum factum *si*, haud fortasse deleta *e*; quare videtur *si e fortuito*. — *c*) *Id* superadditur eadem manu in cod. — *d*) Ita cod. quae terminatio confirmatur a palatinis Livii membranis, aliisque exemplis.

1) Huc usque pagina codicis. Sequentia duo verba supplet Nonius, qui hunc locum ex I. de rep. citat voc. *aemulus*; quamquam tullianus locus apud ipsum quoque Nonium mutilationem passus est, quandoquidem desideratur in eo vox *aemulus*, quae propter exempli necessitatem abesse non debuit. Codices Nonii, qui multi sunt, vaticani nullam huic vulneri medicinam faciunt; neque enim editionum textui quicquam adiiciunt. Videtur autem Tullius aemulationem commemorasse civium in libero populo virtute inter se certantium; cuius certaminis is esset finis ut optimus quisque ad honores eveheretur populi suffragiis; quae est vera natura reip. ab optimatibus administratae. Tullii locum vel exprimit vel certe illustrat Dio LII. 9.

2) Agit iam Cicero de vero optimate, viro scilicet praedito doctrinarum bonarumque artium ornamentis; cui ius aeque antiquum ac novum nobilitatis honorem tribuit. Quid ergo lateat in lacuna, partim certe divinare licet.

3) Hac ipsa imagine sententiaque utitur Philo iudaeus in opusculo politico περὶ καταστάσεως ἀρχόντων. Iam cosmos in Creta, ephoros Spartae fortuito fere sic eligi solitos criminatur Aristoteles reip. II. 9. 10. Itaque et de his fortasse locutus est Cicero in lacuna; praesertim quum ante illam reprehensio fiat regni hereditarii Laconum.

4) Quidam tibicen, ut Varro auctor est (apud Augustin. de quant. anim. XIX. 33.) ita populum delectavit, ut rex fieret. Ergo is saltem populus salvus esse nolebat. Ceterum de optimo quoque ad imperium evehendo legatur Aristoteles III. 17. Ius electionum populo concessit Solon (Arist. reip. II. 12.); genusque electile imperii placet Philoni in opere praedicto.

5) Notabilis haec sententia aliquot auctorum locis confirmanda est. Dionysius quidem in historiae prohoemio ait: φύσεως δὴ νόμος ἅπασι κοινός, ὃν οὐδεὶς καταλύσει χρόνος, ἄρχειν ἀεὶ τῶν ἡττόνων τοὺς κρείττονας, *profecto naturae lex est apud omnes recepta, quam nulla aetas delebit, nempe ut meliores deterioribus imperent*. Tum Sallustius Cat. II: *imperium semper ad optimum quemque a minus bono transfertur*. Item optimus orator apud auctorem rei militaris (ed. Plantin. p. 83.) ait: *ad illum maior pars hominum decurrit, quem ingenio natura donaverit*. Confer etiam Platonem leg. III. p. 690.

hominum opinionibus eversum esse dicunt, qui ignoratione virtutis, quae cum in paucis est, tum in paucis iudicatur et cernitur, opulentos homines et copiosos, tum genere nobili natos, esse optimos putant 1). Hoc errore vulgi cum rem publicam opes paucorum, non virtutes, tenere coeperunt, nomen illi principes optimatium mordicus tenent, re autem ca-
P. 117. rent eo nomine. Nam divitiae, ‖ nomen, opes vacuae consilio et vivendi atque aliis *a*) imperandi modo, dedecoris plenae sunt et insolentis superbiae; nec ulla deformior *b*) species est civitatis, quam illa in qua opulentissimi optimi putantur 2). Virtute vero gubernante rem publicam, quid potest esse praeclarius 3)? Cum is qui inperat alis *c*), servit ipse nulli cupiditati 4); cum quas ad res civis *d*) instituit et vocat, eas omnis
P. 118. conplexus est | ipse *e*); nec leges inponit populo, quibus ipse non pareat 5); set suam vitam ut legem praefert suis civibus.

a) Ita cod. *aliis*; quum alibi plerumque sit *alis*. — *b*) Cod. *demformior*; sed *m* fortasse expuncta. — *c*) Cod. *imperat talis*; tum deleta altera *t*. Et nota *inperat*, quum supra sit per *m*: item *alis*, quum paulo ante sit *aliis*. — *d*) Ita cod. sollemni huius vocis terminatione in quarto casu. — *e*) Cod. *in ulla cupiditate ipse*; sed priora verba deleta postea videntur, quod merito factum puto.

1) Contra Iuvenalis definitionem VIII. 20: *nobilitas sola est atque unica virtus*. Laudabili autem temperatione Germani (apud Tac. de mor. Germ. VII.) *reges ex nobilitate, duces ex virtute sumebant*.

2) Atqui Romae iam inde a Servii Tulli aetate comitia fuerunt in locupletium potestate, teste Dionysio IV. 19. sqq. Huc fere pertinent poëtarum iustae querelae politicis audiendae. Ovid. fast. I. 217: *dat census honores, census amicitias, pauper ubique iacet*. Tum Iuvenal. I. 112; Hor. sat. II. 3. 95. Sallustius de ord. rep. ep. II: *ubi divitiae clarae habentur, ibi omnia bona vilia sunt, fides, probitas, pudor, pudicitia*. etc. Quin ipsum Iovem *pecuniam* appellatum tradit Augustinus C. D. VII. 12.; eiusque appellationis fuisse causam quod *pecuniae sint omnia*. Adde etiam Iunonem atque Apollinem *monetam*; Lact. inst. II. 7, et in nummis Commodi apud Eckh. t. VII. p. 122. Immo deam diserte *pecuniam*; Aug. C. D. IV, 21. 24. Et *auri sacra fames*. Tum in sacris bibliis avaritia synonyma est idololatriae. S. Paulinus nolanus ep. VIII. ait · *nomine divino argentum venerantur et aurum*.

3) Confer Dionem LII. 15.

4) Arduum et tamen necessarium praeceptum! Sic Cicero iubet leg. III. 3: *magistratuum ordo vitio vacato, ceteris specimen esto*. Theodoricus rex apud Cassiod. var. I. 12. ad quendam magistratum: *esto innocentiae templum, temperantiae sacrarium, ara iustitiae*. Confer eundem III. 11. 12; nec non Platonem leg. IV. p. 708.

5) Hinc caesar optimus Alexander, et huius tulliani de rep. operis lector assiduus, (vide testimonium Lampridii) scripsit cod. Iust. VI. 23. 3: *licet lex imperii sollemnibus iuris imperatorem solverit, nihil tamen magis proprium imperii est quam legibus vivere*. Confer ceteroqui Plinium pan.

Qui si unus satis omnia consequi posset, nihil opus esset pluribus; si universi videre *a*) optimum et in eo consentire possent, nemo delectos principes quaereret. Difficultas ineundi consilii rem a rege ad plures; error et temeritas populorum a multitudine ad paucos transtulit 1). Sic inter infirmitatem *b*)
uni|us temeritatemque multorum medium optimates possede- P. 233.
runt locum, quo nihil potest esse moderatius; quibus rem publicam tuentibus, beatissimos esse populos necesse est, vacuos omni cura et cogitatione; alis *c*) permisso otio suo, quibus id tuendum est 2), neque committendum ut sua commoda populus neglegi a principibus putet. Nam aequabilitas quidem iuris, quam amplexantur liberi populi, neque servari potest:
ipsi enim | populi, quamvis soluti ecfrenatique sint, praeci- P. 234.
pue multis multa tribuunt, et est in ipsis magnus dilectus *d*) hominum et dignitatum; eaque quae appellatur *e*) aequabilitas iniquissima st *f*). Cum enim par habetur honos summis et infimis, qui sint in omni populo necesse est, ipsa aequitas iniquissima sit 3): quod in iis civitatibus, quae ab optimis reguntur, accidere non potest. Haec fere, Laeli, et quaedam
eius|dem generis ab iis, qui eam formam rei publicae maxime P. 235.
laudant, disputari solent.

a) Cod. *videret*; tum expuncta *t*. — *b*) Cod: *firmitatem*, quae lectio prorsus mendosa videbatur. — *c*) Ita cod. pro *aliis*. — *d*) Ita cod. pro *delectus*. Sic var. lect. Cic. leg. I. 6. — *e*) Ita cod. 2. manu; at 1. *appellabitur*. — *f*) Ita cod. 1. manu; at 2. *est*. Fit autem frequens illa aphaeresis post *a*, saltem 1. manu in hoc codice et in aliis antiquis scripturis, quas inter est kalend. praenest. ianuar. ubi *dedicata st*, pro *dedicata est*.

cap. LXV. Eandem Tacitus laudem maxime Romanorum regi tribuit annal. III. 26: *praecipuus Servius Tullius sanctor legum fuit, quis etiam reges obtemperarent*. Iustinus III. 2. ait, *Lycurgum nihil lege ulla in alios sanxisse, cuius non ipse primus in se documenta daret*. Cassiodorius var. V. 18: *nulli gravis est iussio quae constringit et principem*. Conf. eundem I. 12. IX. 18.

1) De his copiose disputat Aristoteles pol. III. 14. 15. 16.

2) Hunc locum eleganti imagine illustrat Fronto a me editus libro III. 8. epistolarum ad Marcum Caesarem; qua populi imagine, sic concludit: *pater tuus* (Anton. Pius) *imperii romani molestias ac difficultates ipse perpetitur; te tutum intus in tranquillo sinu suo socium dignitatis gloriae bonorumque omnium participem tutatur*.

3) Sic prorsus Isocrates in Nicocle ed. Langii p. 36: περὶ μὲν οὖν τῶν πολιτειῶν οἶμαι πᾶσι δοκεῖν δεινότατον μὲν εἶναι τὸ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι τοὺς χρηστοὺς καὶ τοὺς πονηρούς. κ. τ. λ. Idem dicitur in oratione areopagitica. Tum Proclus ineditus: οὐδὲν δὲ τούτων θεμιτὸν ἐν ταῖς εὐνομουμέναις πολιτείαις ἴσης ἐξουσίας μετεῖναι πᾶσι· συγχυθήσονται γὰρ οἱ τῆς ἀξίας ὅροι.

XXXV. Tum Laelius, quid tu, inquit, Scipio? e tribus
istis, quid maxime probas? *s*. Recte quaeris quod *a*) maxime
e tribus; quoniam eorum nullum ipsum per se separatim *b*)
probo; anteponoque singulis illut, quod conflatum fuerit ex
omnibus. Set si unum ac simplex *c*) probandum *d*) *sit*, regium
P. 236. *probem e*) *atque in primis laudem* 1). In *primo autem quod* | hoc
loco appellatur, occurrit nomen quasi patrium regis 2), ut
ex se natis ita consulentis suis civibus, et *f*) eos conservantis
stu*dio*sius *g*), quam *red*igentis *h*) *in servitu*tem 3): *ut sane utilius*
*sit facultat*ibus *et mente exi*guuos *i*) sustentari unius optimi et
summi viri diligentia. Adsunt optimates, qui se melius hoc
idem facere profiteantur; plusque fore dicant in pluribus
P. 131. consilii quam in uno, et ea‖dem *k*) tamen aequitatem et fi-
dem. Ecce autem maxima voce clamat populus neque se uni
neque paucis velle parere; libertate ne feris quidem quicquam
esse dulcius; hac omnes carere sive regi sive optimatibus ser-
viant. Ita caritate nos capiunt reges, consilio optimates, li-
bertate populi: ut in conparando difficile ad eligendum sit
P. 132. quid maxime velis 4). *L*. Credo, inquit, sed expediri | quae
restant vix poterunt, si hoc incohatum *l*) reliqueris.

a) Cod. 1. manu *quod*; 2. vero *quid*, ut paulo ante. Sed enim superius cap. XXX. erat *quod*. — *b*) Cod. 1. manu *separatum*; 2. *separatim*. — *c*) Cod. 1. manu *sinplex*; 2. superposuit *m*. — *d*) Exin pagellae angulus lacer est, ita ut in obliquo vulnere sex fere verba perierint, quae ego supputatis litterarum spatiis restituere conatus sum, neque tamen mea pro tullianis haberi volo — *e*) Cod. *vem*, sed superposita *b* — *f*) Cod. 1. manu *ut*; 2. *et*. — *g*) Versa haec quoque pagella necessario lacera est, quam pariter reparandam coniecturaliter curo. — *h*) Litterae *g* in hac voce nonnisi vestigium breve manet. — *i*) Item in hac voce vix levis apex est litterae *g*. — *k*) Ita cod 2. manu; at 1. *eamdem*. — *l*) Ita cod. cum adspirata duobus vocalibus interposita, quae scriptura confirmatur praestanti veterum auctoritate Verrii Flacci et Tranquilli apud Diomedem p. 361. Et sic veteres scripsisse testatur etiam Servius ad G. III. 223. Tamen codex noster tullianus 1. manu lib. III. 2. *inchoatum*.

1) Plato apud Synesium de regno ed. Petav. p. 19. βασιλείαν θεῖον ἀγαθὸν ἐν ἀνθρώποις καλεῖ. Quam sententiam vindicat sibi Livius apud nos p. 60. n. 1.

2) Nempe et Pollux onom. I. 2. in regiis nominibus primam ponit *patris* appellationem.

3) Boni regis officium verissime scribit Polybius V. 11: βασιλέως ἔργον ἐστι τὸ πάντας εὖ ποιοῦντα, διὰ τὴν εὐεργεσίαν καὶ φιλανθρωπίαν ἀγαπώμενον, ἑκόντων ἡγεῖσθαι καὶ προστατεῖν: *regis officium est, bene de omnibus merendo, hunc beneficiorum suorum atque humanitatis fructum referre, ut volentibus imperio praesit ac moderetur*. Brevius Cassiodorius ep. IX. 9: *disciplina imperandi est, amare quod multis expedit*.

4) Hanc controversiam ventilat Aristoteles reip. libro III, cum quo Cicero valde conspirat: sed tamen ille graecus rem copiosius illustrat. Confer Theophylactum inst. reg. II. 6.

XXXVI. *s.* Imitemur *a*) ergo Aratum, qui magnis de rebus dicere exordiens, a Iove incipiendum putat 1). *L.* Quo Iove? aut quid habet illius carminis simile haec oratio 2)? *s.* Tantum, inquit, ut rite ab eo dicendi principia capiamus, quem unum omnium deorum et hominum regem esse omnes docti expolitique *b*) consentiunt. 3) Quid? inquid *c*) Laelius. Et ille, quid censes nisi quod est ‖ ante oculos? sive haec ad utilitatem vitae constituta sint a principibus rerum publicarum, P. 165.
ut rex putaretur unus esse in caelo, qui nutu, aut ait Homerus, totum olympum *d*) converteret 4); idemque et rex et pater 5) haberetur omnium 6); magna auctoritas est multique testes; siquidem omnis multos appellari placet *e*); ita consensisse gentes, decretis videlicet principum, nihil esse rege

a) Ita cod. 2. manu; at 1. *imitabor*, quae lectio item probabilis est. — *b*) Cod. 1. manu *omnes doctique expoliri*; tum factum *docti indoctique expoliri*. Ita Cic. de or I. 22: *doctus atque indoctus*. At Sallustius ep. II. de ord. rep. *haec ita se habere, omnes aequi atque iniqui memorant*. — *c*) Ita cod. — *d*) Cod. *totum olympum Homerus*. — *e*) Vocabulo *multi* interdum significari omnes demonstrat Augustinus contra Iulianum lib. VI 80, et C. D. XX. 23. Sic etiam in sacris litteris theologi intelligunt Matth. XXVI. 28: *qui pro multis effunditur*, id est *pro omnibus*. Et Daniel cap. XII. 2. de resurrectione corporum loquens *multi evigilabunt*, id est *omnes*. At enim Moserus aliter intelligit tullianum locum, nempe quum *omnes* consenserint etc. licere prorsus dicere *multos* qui sunt *omnes*. Neque idcirco biblicae a me citatae auctoritates infirmantur.

1) Aratus phaenom. V. 1. ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα; quod Arati initium dicitur mirabile a Suida voc. Ἄρατος Σολεύς. Haec phaenomena latinis versibus Cicero interpretatus erat, ipsumque exordium exstat de leg. II. 3; isque locus huic politico valde similis est. *Q. ordire igitur. M. a Iove Musarum primordia, sicut in aratio carmine orsi sumus. Q. quorsum istuc? M. quia nunc itidem ab eodem, et a ceteris diis sunt nobis agendi capienda primordia.* Sic Plato, quem Cicero studiose sectatur, leges ordiens (lib. IV p. 712.) θεὸν δὲ πρὸς τὴν τῆς πόλεως κατασκευὴν ἐπικαλώμεθα. Confer item Timaei initium p. 27., et 48; tum Phaedr. p. 237; reip. VIII. p. 545. Hunc invocandi sub dicendi initiis morem observabant Cato et Gracchus, Scipionis aequales, teste Servio ad aen. VII. 259. XI. 301, et Symmacho ep. III. 44. Confer etiam Plin. paneg. cap. 1.

2) Platonis imitatio leg. IV. 713. τίς δ᾽ ὁ θεός. Atque haec platonica verba a me iamdiu prolata refutant cl. Moseri opinionem qui mallet *qui Iove* pro *quo Iove*.

3) Ciceronis hunc locum expilat Lactantius inst. I. 11: *regnare in caelo Iovem vulgus existimat; id et doctis pariter et indoctis persuasum est.*

4) Iliad. I. 530. μέγαν δ᾽ ἐλέλιξεν ὄλυμπον. Mos philosophorum est ex unitate Dei arguere regni bonitatem; vicissimque regni sive unius imperantis commoditate uti ad unitatem Dei demonstrandam. Lege inter alios Minucium Felicem cap. XIX. Sic apud Eusebium de martyr. Palaest. cap. I. sanctus martyr Procopius ad pernegandum plurium deorum cultum usus est versu illo homerico οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη etc.

5) Hor. sat. II. 1. 42: *o pater et rex Iupiter.*

6) Haec sunt a Platone, teste Photio quaest. amphiloch. CXC. 5.

P. 166. melius, quoniam deos omnis censent unius regi numine 1). Sive haec in errore inperitorum posita esse et fabularum similia didicimus; audiamus communis quasi doctores eruditorum hominum, qui tamquam oculis illa viderunt, quae nos vix audiendo cognoscimus. Quinam, inquit Laelius, isti sunt? Et ille, qui natura omnium rerum pervestiganda senserunt omnem hunc mundum mente *a*) 2) ‖ . . . . .

Desiderantur paginae quatuor.

a) Cod. *mundum exite*, cui postremo verbo deleto superpositum fuit *mente*. Num hiatus explendus est verbis Lactantii, qui Tullium de rep. expressisse videtur epitom. cap. IIII? *Plato monarchiam adserit, unum Deum dicens, a quo sit mundus instructus et mirabili ratione perfectus. Aristoteles auditor eius, unam esse mentem quae mundo praesideat, confitetur. Antisthenes unum esse dicit naturalem Deum, totius summae gubernatorem. Longum est recensere quae de summo Deo vel Thales vel Pythagoras et Anaximenes antea, vel postmodum stoici Cleanthes et Chrysippus et Zenon, et ipse Tullius praedicaverint; quum hi omnes a Deo solo regi mundum adfirmaverint. Hermes qui ob virtutem multarumque artium scientiam Trismegistus meruit nominari, qui et doctrinae vetustate philosophos antecessit, quique apud Aegyptios ut Deus colitur, maiestatem Dei singularis infinitis adserens laudibus, dominum et patrem nuncupat* etc. Quam haec praeclara! Eadem fusius dicit Lactantius inst. I. 7. 3. 5. Confer eundem de ira D. XI; nec non Salvianum de G. D. I. 1. 4 Denique Tertullianus apolog. cap. XXIV. sic loquitur: *nonne conceditis de aestimatione communi aliquem esse sublimiorem et potentiorem, velut principem mundi perfectae potentiae et maiestatis? Nam et sic plerique disponunt divinitatem, ut imperium summae dominationis esse penes unum, officia penes multos, velint; ut Plato Iovem magnum in caelo comitatum exercitu describit deorum pariter et daemonum.*

1) Tarquinius ait apud Livium II. 9: *regnum, res inter deos hominesque pulcherrima.* Et sic Ovidius blanditur Augusto fast. II. 131. Cicero autem videtur prope exscribere Isocratem Nic. p. 40: εἰ δὲ δεῖ τι καὶ τῶν ἀρχαίων εἰπεῖν, λέγεται καὶ τοὺς θεοὺς ὑπὸ Διὸς βασιλεύεσθαι. περὶ ὧν εἰ μὲν ὁ λόγος ἀληθής ἐστι, δῆλον ὅτι κἀκεῖνοι ταύτην τὴν κατάστασιν προκρίνουσιν· εἰ δὲ τὸ μὲν σαφὲς οὐδεὶς οἶδεν, αὐτοὶ δὲ εἰκάζοντες οὕτω περὶ αὐτῶν ὑπειλήφαμεν, σημεῖον ὅτι πάντες τὴν μοναρχίαν προτιμῶμεν. Confer etiam sophistam Dionem or. III. de regno.

2) Quid huius hiatus causa desideremus, certis prope indiciis cognoscimus. Quippe auctor, ut unius dominatum suadeat, transit ad imaginem mundi, quem ex sententia Timaei platonici et unum esse ait et mente seu anima praeditum, a qua idem ceu monarcha quodam domino regitur. Sic Cicero Timaei interpres cap. V: *primum ut mundus animans; deinde ut unus esset.* Hac opinione utitur etiam Virgilius aen. VI. 724, quo loco legendus est Servius. Legatur etiam anonym. paneg. ad Constantin. cap. XXVI; tum Mamert. genethl. Maxim. cap. XIV; denique Sextus emp. lib. contr. phys. sect. 95. Obscura gravisque videbatur haec quaestio Augustino de consensu Evang. I. 35. Sed merito contra eos, qui caelum esse animal aiebant, librum scripsit Diodorus ὁ μονάζων, quarti saeculi homo, ut ait Suidas. Nunc vero has opiniones infra mortuos amandavimus. Multo pestilentior fuit illa sententia, quae Deum non solum esse animam mundi statuebat, ut aiunt theologi ethnici apud Macrobium ad somn. I. 17; sed hunc ipsum mundum, esse Deum; quem nunc in scholis spinozismum pantheismumque vocamus; quo errore Plinium quoque, ut ethnicum, hist. II. 1. laboravisse dolendum est, generatimque Stoicos, teste Epiphanio epist. ad Acacium cap. III. Imprudenter ergo Le-

XXXVII. . . . Set si vis, Laeli, dabo tibi testes nec nimis antiquos nec ullo modo barbaros 1). *L.* Istos, inquid, volo. *S.* Vides ne igitur minus quadringentorum annorum esse hanc urbem, ut *a*) sine regibus sit *b*) *L.* Vero minus. *S.* Quid ergo haec quadringentorum annorum aetas, ut urbis et civitatis 2), num valde longa est? *L.* Ista *c*) vero, inquid, adulta 3) vix *d*). *S.* Ergo his annis quadringentis Romae rex erat. *L.* Et superbus quidem. | *S.* Quid supra? *L.* Iustissimus; et deinceps retro usque ad Romulum, qui ab hoc tempore anno sescentesimo *e*) rex erat 4). *S.* Ergo ne iste quidem per- P. 99. P. 100.

a) Similis circumlocutio per verbum substantivum *est* atque *ut* de divin. I. 56. — *b*) Hoc loco in margine codicis litteris antiquis sed inclinatis et valde informioribus scribuntur verba EXCLUSO TARQUINIO. Revera Tarquinius exclusus fuit desinente olympiade LXVII, vel initio sequentis, nempe circa annum urbis conditae CCXLIV; disputabatur autem de rep anno DCXXV. — *c*) Cod. 1. manu *ea*; 2. *ista*. — *d*) Ita interpungitur in codice; puncto scilicet recurvo post *x*. — *e*) Ita etiam lib. II. 10. *sescentis*: tum et palatinae membranae fragmentorum Tullii pro Fonteio cap IV. *sescentorum*; quae scriptura aliis quoque exemplis facile confirmatur. Sic etiamnum in superiore Italia loquitur vulgus.

ctantius inst. II. 8. laudat Senecam, qui naturam videtur cum Deo confundere. Porro utrum Cicero in lacuna sententiam Stoicorum posuerit, ignoramus. De re autem legere licet Virgilium G. IV 221; Senecam quaest. nat. praef. lib. I; Varronem apud Augustinum C. D. IV. 31. VII. 5. 6. Refutatur sententia ab eodem Augustino de vera rel. cap. II. et de C. D. IV. 11. 12, a Lactantio VII. 3. et de ira D. cap. X, Epiphanio haer. V, tum denique a Cyrillo explan. ad psalm. XVIII. 4. in nostra supera editione

1) Haud scio an intelligendi sint sacerdotes aegyptii (de quibus fortasse in lacuna locutus erat Cicero) quos de mundo disputantes audiit Solo, uti narrat Plato in Timaeo; immo quos ipse Plato audiit, teste Cicerone de fin. V. 29, quique ab eo (et a Valerio M. VIII. 7. ext. 3. ubi de Platone Aegyptum peragrante) diserte *barbari* appellantur. Sed certe hinc cognoscimus Scipionis praecedentibus paginis disputationem in eo fuisse versatam ut confirmaret, hominibus priscis et barbaris placuisse genus reip. regium. Fortasse autem Cicero respexit Euripidem Iph. in Aul. 1402, et Aristotel. reip. I. 2. III. 14, apud quos *barbari* dicuntur natura servi. Aegyptii numquam sine rege esse potuerunt, ut Eusebii chronicon docet. Immo idem Eusebii chronicon, et Herodotus II. 144, ac Diodorus I. 23. 26. 43. tradunt deos in Aegypto, ante homines ipsos reges, regnum tenuisse. De his apte locutus videtur in lacuna Scipio, qui nuper in Aegypto fuerat. Confer etiam Minucium cap. V. fin. Graecia item antiquissima sub regibus tota fuit, ut ait Dionysius V. 74; immo orbis universus, uti observat Iustinus I. 1. Ipse Cic. leg. III. 2. (quo loco libros suos de rep. memorat) ait: *omnes antiquae gentes regibus quondam paruerunt.*

2) Nempe pro eo longissimo temporis spatio, quo urbes manere solent. Sic merito intellexerunt docti viri Leopardus et Creuzerus.

3) Sic loquitur Cicero in Brut. VII: *non nascentibus Athenis, sed iam adultis.* Sic in eodem opere cap. X.

4) Apud Augustinum C. D. XXII. 7. haec sunt in maurina editione: *cum sexcentis ferme annis ante Ciceronem*

vetus. *L.* Minime, ac prope senescente iam Graecia 1) *S.* Cedo, num, Scipio *a*), barbarorum Romulus rex fuit? *L.* Si ut Graeci dicunt, omnis aut Graios *b*) esse aut barbaros, vereor ne barbarorum 2) rex fuit *c*); sin id nomen moribus dandum est non
P. 153. linguis, non Graecos minus || barbaros quam Romanos puto 3). Et Scipio, adqui *d*) ad hoc, de quo agitur, non quaerimus gentem, ingenia quaerimus. Si enim et prudentes homines et non veteres, reges habere voluerunt, utor neque perantiquis neque inhumanis ac feris testibus.

XXXVIII. Tum Laelius, video te, Scipio, testimoniis satis instructum: set aput me, ut aput bonum iudicem, argumenta
P. 154. plus quam testes valent 4). | Tum Scipio, utere igitur argumento, Laeli, tute ipse sensus tui. Cuius, inquit ille, sensus? *S* Si quando si *e*) forte tibi visus es irasci alicui. *L.* Ego vero saepius quam vellem. *S.* « Quid? tum cum *f*) tu es ira-

a) Vox *Scipio* (nominativo, ut arbitror, casu) interposita fuit secunda manu. Utrum autem a Cicerone ipso sit, an potius glossa quaedam, non definio. — *b*) Cod. 1. manu *Graecos*; 2. *Graios*. — *c*) Ita cod. *fuit* pro *fuerit*; satis improbabiliter. Quamquam poëtae certe *ne* construunt saltem cum imperativo. — *d*) Ita cod. — *e*) Ita in codice repetitur *si*. Num dicendum *ecquando forte*? — *f*) Legitur *tum cum* etiam infra III. 31. Cl. Oriolius interpungebat *quid tum? cum*.

Romulus fuerit, atque illa aetas iam fuisse doctrinis dicatur exculta, ut quod fieri non potest, omne respueret; quanto magis post sexcentos annos ipsius tempore Ciceronis, maxime postea sub Augusto atque Tiberio etc. *resurrectionem carnis Christi* etc. *mens humana ferre non posset?* Constat omnino Augustinum respicere et ad haec Scipionis verba loquentis de temporali inter se et Romulum spatio, et ad illa libri II. de rep. cap. X, ubi de Romuli immortalitate sermo est. Itaque in hoc Augustini loco Coquaeus, Vivesius, et Lovanienses editores optime scribebant *ante Scipionem* pro *ante Ciceronem*, rei nimirum evidentia coacti, quia Cicero multo plus distat a Romulo, quod ipse ibidem mox ait Augustinus. Maurini tamen editores a codicum et editionum (ut ipsi aiunt) auctoritate non discedunt, mendumque manifestum et flagitiosum retinent, quod futuri editores purgabunt.

1) Id ope chronici eusebiani sic breviter demonstratur. Reges sicyonii desiverunt anno Abrahami DCCCLXXXVIII, postquam annis circiter DCCCCLVII. regnaverant. Romulus anno Abrahami MCCLXIV. imperare coepit; ergo ante Romulum anni excurrerant saltem MCCCXXXIII, ex quo coeptum fuerat regnari in graeca urbe Sicyone. Igitur nascente Romulo iam Graecia senescebat. Legesis etiam Augustinum C. D. lib. XVIII, qui res Graeciae plurimas ante Romam conditam narrat.

2) Confer Euseb. praep. ev. I. 2.

3) Romanos priscos contra Graecorum calumnias negat fuisse barbaros Dionysius I. 4. 5. 90. IV. 26. VII. 70. 72. Confer etiam partem commentarii ad Dionysium auctore Kanabutio a me editam in praef. ad tom. II. Script. vet. Lege praeterea Catonem apud Plinium XXIX. 1. Graecos Cicero pro Flacco XI. haud minore severitate damnat.

4) Animadverte sententiam.

tus, permittis illi iracundiae dominatum animi tui 1)? *L.* Non mehercule, inquit 2): sed imitor Archytam illum tarentinum, qui cum ad villam venisset, et omnia aliter offendisset ac iusserat 3) » te te *a*) infelicem, in||quid vilico *b*), quem necas- P. 265.
sem iam verberibus, nisi iratus essem 4). Optime, inquid Scipio. Ergo Archytas iracundiam, videlicet dissidentem a ratione *c*), seditionem 5) quandam animi vere *d*) ducebat, eam *e*) consilio sedari volebat. Adde avaritiam, adde imperii, adde gloriae cupiditatem, adde libidines *f*); et illud vide, si in animis hominum regale imperium sit *g*), unius fore dominatum,

a) Alterum *te* additum fuit secunda manu: auget autem minarum emphasim. Prima manus scripserat *a te*. Ambrosius habet *o te infelicem;* Lactantius *miserum te*. Differt autem a Tullio Ambrosius in posterioribus, Lactantius in prioribus. Lactantius certe et Hieronymus videntur ipsum Tulli politicum locum exscribere. — *b*) Ita cod. cum unica *l*, quae prisca et recta huius vocabuli scriptura est; licet *villa* ab antiquis scribatur cum duabus *l*. Sic in antiquis codd. *mille*, sed tamen *milia*, *milium*, *milibus*. — *c*) Ita interpungitur in codice post *ratione*. — *d*) Cod. *mana ab animo reducebat;* tum 2. manu superpositum *mi* et *re*, deletumque *ab*. Ego in principe editione scripseram *movere*, retento *mo*. Nunc ab aliis editoribus scribi video *vere;* quod etsi mea magis placet, tamen a codicis secunda lectione non recedit. — *e*) Ita cod. sine copula et quae non raro desideratur in vetustioribus codicibus. — *f*) Cod. hic et alibi 1. manu *lividines*, 2. *libidines*. — *g*) Cod. *videst in animis hominum regale si mperium sit.*

1) *Locum* citat ex I. de rep. Nonius voc. *dominatio*, *et dominatus*.

2) Laelii aequabilitatem in omni vita, eandemque semper vultum eandemque frontem, non secus ac de Socrate traditur, commendat Cicero off. I. 26. et pro Mur. XXXI. Quin et Horatius sat. II. 1. 72: *virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli*. Decuit autem illa animi aequabilitas Laelium cognomento *sapientem;* quamquam Taurus philosophus apud Gellium I. 26. peracute disputat *utrum sapiens irascatur*. Qua super re lectores ad Senecae praeclaros de ira libros ablegamus.

3) Locum citat Nonius voc. *offendere* ex II. de rep. Occurrit autem id mendum *II* pro *I* in codicibus etiam Nonii vaticanis.

4) Sic Cicero etiam tusc. IV. 36: *ex quo illud laudatur Archytae, qui cum vilico factus esset iratior, quo te modo inquit accepissem, nisi iratus essem!* Idem de Archyta narrant Val. M. IV. 1. ext. 1; Lactantius de ira D. XVIII; Ambrosius de off. I. 21; Hieronymus epist. LXXIX. 9; Plutarchus de lib. educ. t. VI. p. 34, et de sera Num. vind. t. VIII. p. 178; Iamblichus vit. Pyth. cap. XXXI. Archytae erga famulos humanitatem docet nos Athenaeus XII. 3. Mirum est quod Archytae illud dictum Platoni quoque tribuitur apud Plutarchum praedictis in locis, et apud vaticanum a me partim editum florilegium cod. pag. 109. b; Charilo autem regi apud Plutarch. tom. VI. aph. reg. p. 718. et lac. p. 865; Cliniae apud praedictum Iamblichum; Pytagorae apud Laërtium VIII. 20; Socrati apud Senecam de ira I. 15.; anonymo denique veteri apud Photium epist. I. p. 38. Merito autem Cicero in politico opere exemplum Archytae profert, cuius hominis politica munera scribit Suidas: quique πολιτικὸς ἅμα καὶ φιλόσοφος dicitur ab Athenaeo loco praedicto.

5) Pari iure Plato reip. IV. p. 444. *iniustitiam* vocat *seditionem*

in populo essent omnia. *L.* Est, inquit, ut dicis. Est vero 1), inquit Scipio, in pace et otio: licet enim lascivire dum nihil metuas, ut in navi ac saepe etiam in morbo levi. « Sed ut ille qui navigat, cum subito mare coepit horrescere 2), » et ille aeger ingravescente morbo unius opem inplorat; sic no-
P. 102. ster populus in pace et domi *a*) imperat et ipsis magistratibus, | minatur, recusat, appellat, provocat; in bello sic paret ut regi 3): valet enim salus plus quam libido. Gravioribus vero bellis etiam sine collega omne imperium nostri penes singulos esse voluerunt, quorum ipsum nomen vim suae potestatis indicat. Nam *b*) dictator quidem ab eo appellatur quia dicitur 4); sed in nostris libris 5) vides eum, Laeli, magistrum populi appellari 6). *L.* Video, inquid. Et Scipio, sapienter igitur illi
Desiderantur paginae duae. vete||*res* 7) . . . . . .
P. 149. XLI. . . 8) iusto quidem rege cum est populus orbatus,

a) Ita 2. manu, at 1. *domo.* — *b*) Ita cod. 2. m. Nam 1. mendose.

1) Sic prorsus Cicero in eodem hoc opere apud Lactantium I. 18: *est vero, inquit, Africane.* Mr.

2) Locum ex I. de rep. citat Nonius voc. *horrendum et horridum.*

3) Ius romanum Quintilianus declam. CCCXLVIII. profert: *imperator in bello summam habeat potestatem.* Conf. Sallust. Cat. XXIX; Livium III. 4; Caesarem B. C. I. 4. Eandem obedientiam fuisse Athenis in belli persici terrore docet Plato leg. III. p. 698. sqq.; generatimque Atheniensium morem parendi rectoribus in periculo, resistendi eisdem in securitate notat Polybius VI. 44. Lege etiam Augustinum C. D. V. 12.

4) Sic apud Longum p. 2234: *oriens consul magistratum populi dicat.* Eusebius chron. I. 47. (an potius interpres armenius?) vocem *dictator* explicat *eloquens.* Sed Plutarchus in Marcel. XXIV, Varro LL. IV. 14, Svetonius Iul. LXXVII. *a dicendo* repetunt. Paulus *magisterare* docet esse *imperare.* De nomine dictatoris sapienter more suo disputat Dionysius V. 73. Fallitur sane Isidorus orig. IX. 3. dum ei magistratui tribuit quinquennalem potestatem, quae non fuit nisi semestris. Eleganter denique Iuvenalis X. 109. Iulium Caesarem dictatorem, seu populi magistrum, circumlocutione petita a ludo definit: *ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites.*

5) Nempe *auguralibus*, teste Seneca ep. CVIII, qui hunc locum Ciceronis legebat. Dicit autem Scipio *nostris*, quia tum ipse tum Laelius in collegio augurum fuerunt.

6) Sic Cicero ait etiam leg. III. 3, fin. III. 22. Ergo propinquius videtur accersi vox dictator a *dictando*, quod facit magister, quam a *dicendo.*

7) In hac lacuna periisse videtur sententia haec: animum scilicet populi romani, numquam a regio imperio plane fuisse abalienatum; nam et in libera rep. is qui summi magistratus forte extincti vices gereret, *interrex* appellabatur. Cr.

8) Haud scio an revertatur Scipio ad veterum populorum nominatimque Romanorum testimonium, qui unius imperium praeoptaverunt. Sane, ut est apud Dionysium II. 3. sqq. quum Romulus

pectora dia *a*) tenet desiderium 1); sicut ait Q. *b*) Ennius, post optimi regis obitum *c*) simul inter

Sese sic memorant, o Romule Romule die,
Qualem te patriae custodem di *d*) genuerunt!
O pater! o genitor! o sanguen dis oriundum!

Non eros *e*) nec dominos 2) appellabant eos quibus iuste paruerunt: denique ne reges quidem 3); set patriae custodes, set patres et deos 4). Nec sine causa. Quid | enim adiungunt? P. 150.

Tu produxisti nos intra *f*) luminis oras.

Vitam, honorem, decus sibi datum esse iustitia regis existimabant *g*) 5). Mansisset eadem voluntas *h*) in eorum posteris, si regum similitudo permansisset: sed vides unius iniustitia concidisse genus illut totum rei publicae 6). *L.* Video

a) Ita cod. 2. manu; at 1. *diu*. Et sane *dia* recte a poeta dicitur; *diu* autem sententiae loci congruit, sed a quantitatum lege recedit. Ridicule igitur in editis Ennii fragmentis annal. I. (una II. ut mendosa Prisciani apud Putschium editio p. 708.) pro *die* est *dic o*. Quamquam iamdiu ... protulit emendationem, quae nunc a vaticano palimpsesto confirmatur. — *b*) *Q.* littera pro *Quintus* scripta fuit in codice, vel potius *O* pro *Q*; tum expuncta: sed reapse retineri debet *Q.* — *c*) Ita in codice iacent verba. Restituitur autem primus versus scribendo *orbatus*, sicut ait *Q. Ennius, post optimi regis obitum — Pectora dia tenet desiderium; simul inter*. — *d*) Cod. *dis*; sed prior *i* videtur expuncta. — *e*) Ita codex, tum fortasse superaddita est *h*. Et quidem Fronto de nep. am. ed. rom. p. 218. *erili*. habet pro *herili*. — *f*) In editis fragmentis est archaismus *endo* pro *intra*; sed Lactantius *intra* ut noster de rep. codex. — *g*) Ita 2. manu: at 1. *existimarent*. — *h*) Cod. 1. manu *volumtas*; 2. *voluntas*.

populum rogavisset, regno ne an libera rep. uti vellet, populus regi parere maluit. Rursus, ut dicitur in II. de rep., sublato e vivis Romulo, idem populus non patrum sed regiis auspiciis gubernari se voluit. Itaque in hac brevi lacuna videtur sermo fuisse de praestantia regalis dominatus, quo illa simplicitas veterum hominum carere noluerit; eius rei desiderium in obitu praeserim principis palam fiebat. Lege ex gr. de desiderio populorum in obitu Theodorici regis Cassiodorium var. lib. VIII.

1) Lactantius inst. I. 15: *Romulum desiderio suis fuisse declarat Ennius, apud quem populus amissum regem dolens haec loquitur* etc. ut supra apud Tullium; sed tamen brevius, nempe a verbis *o Romule* etc. Praecedentia quippe Tullii verba nunc primum cognoscimus.

2) Utrum reges sint appellandi domini, disputat Lydus de mag. rom. I. 6. Certe apud Tertullianum apol. cap. XXXIV. *Augustus imperii formator dominum dici se nolebat.*

3) Quid ergo ait Sallustius Cat. II. ? *reges, nam in terris nomen imperii id primum fuit.*

4) De vetustissimo regum iure et honoribus legesis Aristot. reip. I. 2. III. 14.

5) Recole de rep. I. 35. Tum et Aristoteles reip. III. 14. observat, reges olim propter beneficentiam fuisse electos populisque caros. Sic etiam in sacris litteris Luc. XXII. 25: *reges gentium dominantur eorum; et qui potestatem habent super eos, benefici*, εὐεργέται, *vocantur*. Laudo itaque apprime tertium Ptolemaeum, qui agnomine *evergetae* delectatus est.

6) Contradicit Orosius II. 4: *Romani quanta mala per ducentos quadra-*

*

P. 147. vero, inquit, et studeo cursus istos mutationum || non magis in nostra quam in omni re publica noscere.

XLII. Et Scipio, est omnino cum de illo genere rei publicae, quod maxime probo, quae sentio dixero, accuratius mihi *a*) dicendum de commutationibus rerum publicarum 1); etsi minime facile eas in ea re publica futuras puto 2). Sed huius regiae prima et certissima est illa mutatio. Cum rex iniustus esse coeperit, perit illut illico genus, et est idem ille
P. 148. tyrannus, deterrimum | genus et finitimum optimo *b*): quem si optimates oppresserunt, quod ferme evenit, habet statum res publica de tribus secundarium: est enim quasi regium *c*) id est patrium consilium populo bene consulentium principum. Sin per se populus interfecit aut eiecit tyrannum, est moderatior quoad sentit et sapit, et sua re gesta laetatur, tuerique vult per se constitutam rem publicam. Si quando aut
P. 243. regi iusto vim populus || attulerit *d*) regnove eum spoliavit *e*); aut etiam, id quod evenit saepius, optimatium *f*) sanguinem gustavit *g*), ac totam rem publicam substravit libidini suae 3). Cave *h*) putes autem mare ullum aut flamam *i*) esse tantam, quam non facilius sit sedare, quam effrenatam *k*) insolentia *l*) multitudinem 4).

a) Cod. 1. manu *tibi;* quae lectio deinde expuncta est, scriptumque videtur *mihi*. Posteriorem lectionem retineo, qua docemur Scipionem, non Laelium, in his libris disputavisse de rerump. commutationibus. Codicis enim emendatorem, qui integro opere utebatur, haud temere scripsisse *mihi* pro *tibi* puto. — *b*) Ita 2. manu at 1. *optimum*. — *c*) Ita cod. 2. manu; at 1. *regum*. Recole cap. XXXV. — *d*) Ita cod. quum alibi sit *ad* non *at*. Sic modo *adtinet*, modo *attinet;* quam duplicem horum diserte duorum verborum scripturam appellat Scaurus p. 2252, et 2260. — *e*) Videtur scribendum *spoliarit*. Sed enim et alii indicativi sequuntur, qui aeque immutandi forent. — *f*) Cod. 1. manu *optimatum*, 2. *optimatium*. Recole cap. XXVI. — *g*) Cod. 1. manu *gustabit*, 2. *gustavit*. Ita accidit sequenti voci *libidini*. — *h*) Cod. *caves*. — *i*) Ita cod. pro *flammam*. Recole cap. IV. p. 11. not. b. — *k*) Ita cod. At superius. cap. XXXIV. p. 57. *ecfrenati*. — *l*) Ita cod. 2. manu at 1. *insolemetia*., puto pro *insolemtia*, ut alibi *voluntas* pro *voluntas*.

ginta et tres annos continua illa regum dominatione pertulerint etc. *Si unius tantum superbia fuisset in culpa, ipsum solum oportuisset expelli, servata regia dignitate melioribus.*

1) Disputationis haec pars desideratur in mutilo codice vaticano. Videtur autem eam auctor absolvisse in sexto, cuius vide fragmenta cap. I.

2) Plato reip. VIII. p. 546: χαλεπὸν μὲν κινηθῆναι πόλιν οὕτω ξυστᾶσαν.

3) Rem tragice canit Lucretius V. 1135, ubi de politicis commutationibus: *regibus occisis subversa iacebat pristina maiestas sub pedibus volgi magnum lugebat honorem.* Adversus politiam popularem disputat etiam Dio lib. XLIV. 2.

4) Ita Euripides Iph. in Aul. 1357. τὸ πολὺ γὰρ, δεινὸν κακόν.

XLIII. Tum fit illut, quod apud Platonem est luculente dictum, si modo id exprimere latine potuero, nam difficile factu *a*) | est 1); sed conabor tamen. * Cum enim, inquit, inexplebiles populi fauces exaruerunt libertatis siti, malisque usus ille ministris, non modice temperatam sed nimis meracam 2) libertatem sitiens hauserit 3); tum magistratus et principes, nisi valde lenes et remissi sint et large sibi libertatem ministrent, insequitur, insimulat, arguit; praepotentes, reges, tyrannos vocat 4). Puto enim tibi haec esse nota. *L.* Vero mihi, in||quit ille, notissima. *S.* Ergo illa secuntur *b*): eos qui pareant principibus agitari ab eo populo, et *c*) servos voluntarios appellari 5); eos autem, qui in magistratu pri- P. 244. P. 151.

* Plato reip. VIII. p. 562. Ὅταν οἶμαι δημοκρατουμένη πόλις, ἐλευθερίας διψήσασα, κακῶν οἰνοχόων προστατούντων τύχῃ, καὶ πορρωτέρω τοῦ δέοντος ἀκράτου αὐτῆς μεθυσθῇ 6), τοὺς ἄρχοντας δὴ, ἂν μὴ πάνυ πρᾷοι ὦσι, καὶ πολλὴν παρέχωσι τὴν ἐλευθερίαν, κολάζει, αἰτιωμένη ὡς μιαρούς τε καὶ ὀλιγαρχικούς. – Δρῶσι γὰρ, ἔφη, τοῦτο. Τοὺς δέ γε, εἶπον, τῶν ἀρχόντων κατηκόους προπηλακίζει, ὡς ἐθελοδούλους τε καὶ οὐδὲν ὄντας· τοὺς δὲ ἄρχοντας μὲν ἀρχομένοις ἀρχομένους δὲ ἄρχουσιν ὁμοίους, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ ἐπαινεῖ τε καὶ τιμᾷ· ἆρ' οὐκ ἀνάγκη ἐν τοιαύτῃ πόλει ἐπὶ πᾶν τὸ τῆς ἐλευθερίας ἰέναι: – πῶς γὰρ οὔ: – καὶ καταδύεσθαί γε, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, εἰς τὰς ἰδίας

a) Cod. 1. m. *facturus*, et fortasse *factu res*. Ergo *difficilis factu res*. — *b*) Ita cod. ut alibi *secus* pro *sequus*. — *c*) Cod. *ut*; tum emendatum 2. manu *et*.

1) Notabile Tullii dictum de interpretando Platone: quamquam de leg. II. 7. ait, genus orationis platonicae imitari difficile, sententias interpretari perfacile. Iam totum hunc locum Tullius mira brevitate ac libertate latinum fecit, prorsus ut in aliorum librorum translationibus solitus fuit, observante Hieronymo epist. LVII. 5, et ad Os. prolog. lib. III. Profecto suam libertatem ipse Cicero fatetur in fine opusculi de genere oratorum: eademque et in Epistolarum translatione utitur. Platonis locum graecum carptim nos, prout oratio tulliana feret, ponemus.

2) Manifesto expilat hanc locutionem [illegible] Livius XXXIX. 26.

3) Merito sic loquitur summus imperator Scipio; namque ut ait Tacitus hist. IV. 8: *imperatoribus egregiis modus* *libertatis placet*. Sic Quinctius (Liv. XXXIV. 49.) ad Graecos: *libertate modice utantur: temperatam eam, salubrem et singulis et civitatibus esse; nimiam, et aliis gravem; et ipsis, qui habeant, effrenatam et praecipitem esse*. Locutionem Tullii imitatur Augustinus C. D. I. 30, dum ait: *populo romano inesse meraciorem dominandi libidinem*.

4) Ipse videlicet Scipio a C. Graccho in concione tyrannus per contumeliam dictus fuit, quod superius ad cap. XXVI. in nota retulimus.

5) Hinc illud Coclitis ad proceres etruscos apud Liv. II. 10: *servilia regum superborum, suae libertatis immemores*.

6) Huc usque Platonis verba refert etiam Athenaeus XI. 15. ubi de poculis.

vatorum similes esse velint; eosque privatos, qui efficiant nequid inter privatum *a*) et magistratum differat « ferunt laudibus et mactant honoribus 1) » ut necesse sit in eiusmodi re publica plena libertatis esse omnia; ut *b*) et privata domus
P. 152. omnis vacet domina|tione; et hoc malum usque ad bestias perveniat. Denique ut pater filium metuat; filius patrem neglegat: absit omnis pudor, ut plane liberi sint, nihil intersit civis sit an peregrinus 2): magister ut discipulos metuat et iis blandiatur, spernantque discipuli magistros: adulescentes ut senum sibi pondus adsumant, senes autem ad ludum adu-

οἰκίας, καὶ τελευτᾷν μέχρι τῶν θηρίων τὴν ἀναρχίαν ἐμφυομένην. - πατέρα μὲν ἐθιζέσθαι παιδὶ ὅμοιον γίγνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι τοὺς υἱεῖς, υἱὸν δὲ πατρί καὶ μήτε αἰσχύνεσθαι μήτε δεδιέναι τοὺς γονέας, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖ· μέτοικον δὲ ἀστῷ, καὶ ἀστὸν μετοίκῳ ἐξισοῦσθαι, καὶ ξένον ὡσαύτως· διδάσκαλός τε ἐν τῷ τοιούτῳ φοιτητὰς φοβεῖται καὶ θωπεύει, φοιτηταί τε διδασκάλων ὀλιγωροῦσιν, οὕτω δὲ καὶ παιδαγωγῶν· καὶ ὅλως οἱ μὲν νέοι πρεσβυτέροις ἀπεικάζονται καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις· οἱ δὲ γέροντες συγκαθίζοντες τοῖς νέοις, εὐτραπελίας τὲ καὶ χαριεντισμοῦ ἐμπίμπλανται, μιμούμενοι τοὺς νέους, ἵνα δὴ μὴ δοκῶσιν ἀηδεῖς εἶναι, μηδὲ δεσποτικοί. - τὸ δέ γε ἔσχατον, τῆς ἐλευθερίας τοῦ πλήθους, ὅσον γίγνεται ἐν τῇ τοιαύτῃ πόλει, ὅταν δὴ οἱ ἐωνημένοι καὶ αἱ ἐωνημέναι μηδὲν ἧττον ἐλεύθεροι ὦσι τῶν πριαμένων· ἐν γυναιξὶ δὲ πρὸς ἄνδρας καὶ ἀνδράσι πρὸς γυναῖκας ὅση ἡ ἰσονομία καὶ ἐλευθερία γίγνεται, ὀλίγου ἐπελαθόμεθ' εἰπεῖν. - ἀτεχνῶς γάρ αἵ τε κύνες, κατὰ τὴν παροιμίαν, οἷαί περ αἱ δέσποιναι γίγνονταί τε δή. καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι πάνυ ἐλευθέρως καὶ σεμνῶς εἰθισμένοι πορεύεσθαι κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐμβάλλοντες τῷ ἀεὶ ἀπαντῶντι, ἐὰν μὴ ἐξίστηται· καὶ τἆλλα πάντα οὕτω μεστὰ ἐλευθερίας γίγνεται. - τὸ δὲ δὴ κεφάλαιον πάντων τούτων ξυνηθροισμένων ἐννοεῖς; ὡς ἁπαλὴν τὴν ψυχὴν τῶν πολιτῶν ποιεῖ, ὥστε κἂν ὁτιοῦν δουλείας τὶς προσφέρηται, ἀγανακτεῖν καὶ μὴ ἀνέχεσθαι· τελευτῶντες γάρ που οἶσθ' ὅτι οὐδὲ τῶν νόμων φροντίζουσι γεγραμμένων ἢ ἀγράφων, ἵνα δὴ μηδαμῇ μηδεὶς αὐτοῖς ᾖ δεσπότης.

a) Ita cod. 2. manu; at 1. *pribatum*, — *b*) Cod. *aut*; verum *a* videtur expuncta.

1) Verba haec ex Cicerone de rep. sed sine libri nota, atque omissa copula *et*, citat Nonius voc. *mactare;* [eaque Lambinus et Patricius perperam ad librum VI. ablegaverant. Mr.] Locum exprimit, omisso Ciceronis nomine, etiam Lactantius inst. V. 9: *eos laudant et honoribus mactant*. (Item inst. I. 15, ubi legendum *mactare* pro *iactare*). Tum Arnobius lib. V. p. 160, et VI. p. 221. *mactare honoribus*. Et sane Arnobius dici videtur abs Hieronymo ep. LXX. 5. dialogorum Ciceronis imitator. Fuit certe Arnobius Lactantii, qui toties Ciceronem expilat, magister.

2) Quam gravibus poenis excluderentur peregrini a civium iure et negotiis, docet Libanius in oratione Hyperidis pro Demosthene. Confer eundem in Archidami et in ducis apologiis.

lescentium descendant ne sint iis odiosi et graves. Ex quo fit ut etiam servi se liberius || gerant; uxores eodem iure sint P. 161.
quo viri. Quin *a*) tanta libertate canes etiam et equi, aselli *b*) denique 1), liberi sint, sic *c*) incurrant *d*) « ut is *e*) de via decedendum sit 2). » Ergo ex hac infinita, inquit, licentia haec summa cogitur, ut *f*) ita fastidiosae mollesque mentes evadant civium, ut si minima vis adhibeatur imperii *g*), irascantur et perferre nequeant 3): ex quo leges quoque incipiunt neglegere, ut plane sine ullo domino sint.

XLIIII. Tum Laelius, | prorsus, inquid, expressa sunt a P. 162.
te quae dicta sunt ab illo. S. Atque ut iam ad sermonis mei morem revertar: ex hac nimia licentia, quam illi solam libertatem putant *h*), ait ille *, ut e *i*) stirpe quadam existere et quasi nasci tyrannum. Nam ut ex nimia potentia principum, oritur interitus principum, sic hunc nimis liberum populum libertas ipsa servitute adficit. Sic omnia nimia, cum vel in tempesta||te vel in agris vel in corporibus laetiora fue- P. 257.
runt, in contraria fere convertuntur: maximeque *k*) in rebus publicis evenit; nimiaque illa libertas et populis et privatis in nimiam servitutem cadit *l*). Itaque ex hac maxima libertate tyrannus gignitur, et illa iniustissima et durissima servitus. Ex hoc enim populo indomito vel potius immani deligitur

* **Plato ibidem p. 563.** Ταὐτόν, ὅπερ ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ νόσημα ἐγγενόμενον ἀπώλεσεν αὐτήν, τοῦτο καὶ ἐν ταύτῃ πλέον τε καὶ ἰσχυρότερον ἐκ τῆς ἐξουσίας ἐγγενόμενον καταδουλοῦται δημοκρατίαν· καὶ τῷ ὄντι τὸ ἄγαν τι ποιεῖν μεγάλην φιλεῖ εἰς τοὐναντίον μεταβολὴν ἀνταποδιδόναι, ἐν ὥραις τε καὶ ἐν σώμασι, καὶ δὴ καὶ ἐν πολιτείαις οὐχ᾽ ἥκιστα. - ἡ γὰρ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν καὶ ἰδιώτῃ καὶ πόλει· - εἰκότως τοίνυν, οὐκ ἐξ ἄλλης πολιτείας τυραννὶς καθίσταται ἢ ἐκ δημοκρατίας· ἐξ, οἶμαι, τῆς ἀκροτάτης ἐλευθερίας, δουλεία πλείστη τε καὶ ἀγριωτάτη. -

a) Cod. *in*; tum superadditum *qu*. — *b*) Cod. *asilli*; mox 2. manu *aselli*. — *c*) Ita cod. sine ulla copula. — *d*) Ita 2. manu; at 1. *incurrunt*. — *e*) Ita cod. pro *iis* vel *his*. — *f*) Cod. *ud*. Et quidem *ud* superadditum est 2. manu; nam 1. nihil scripserat, quia paulo post fecerat *evadunt*; sed manus secunda fecit *ud* etc. *evadant*. — *g*) Ita cod. 2. manu; at 1. *imperi*. — *h*) Ita cod. 1. manu; at 2. *putarent*. — *i*) Ita 2. manu; at 1. *ex*. — *k*) Videtur excidisse *id*. — *l*) Ita cod. evidenter *cadit*, nisi est mendum pro *cedit*. Tacitus: *Pompeii potentia in Caesarem cessit*.

1) Respicit ad Tullium, vel certe ad Frontonem, Iulianus in misopog. ed. Petav. p. 355.

2) Locum (omisso verbo *is*) citat Fronto exempl. eloc. voc. *decedo*, ex Cicerone de rep. sed sine libri nota.

3) Sic plane loquitur etiam Polybius lib. VI. 57.

P. 258. aliqui *a*) plerumque dux contra illos principes ad|flictos 1) iam et depulsos loco, audax, inpurus 2), consectans proterve bene *b*) saepe de re publica meritos, « populo gratificans et aliena et sua 3) »: cui quia privato sunt oppositi timores, dantur imperia et ea continuantur 4); praesidiis *c*) etiam, ut Athenis Pisistratus, saepiuntur *d*) 5): postremo a quibus producti sunt, existunt eorum ipsorum tyranni: quos si boni oppresserunt, ut saepe fit, recreatur civitas; sin audaces,
P. 133. fit il||la factio 6), genus aliut tyrannorum: eademque oritur etiam ex illo *e*) saepe optimatium praeclaro statu, cum ipsos principes aliqua pravitas de via deflexit. Sic tanquam pilam rapiunt inter se rei publicae statum, tyranni ab *f*) regibus; ab iis autem *g*) principes aut populi; a quibus aut factiones

P. 565. τοῦτο μὲν ἄρα δῆλον, ὅτι ὅταν περ φύηται τύραννος, ἐκ προστατικῆς ῥίζης καὶ οὐκ ἄλλοθεν ἐκβλαστάνει· - οὐκοῦν ἕνα τινὰ ἀεὶ ὁ δῆμος εἴωθε διαφερόντως προΐστασθαι ἑαυτοῦ, καὶ τοῦτον τρέφειν τὲ καὶ αὔξειν μέγαν· - οὗτος δὲ, ἔφην, ὁ στασιάζων γίγνεται πρὸς τοὺς ἔχοντας τὰς οὐσίας· - τὸ δὴ τυραννικὸν αἴτημα τὸ πολυθρύλλητον ἐπὶ τούτῳ πάντες οἱ εἰς τοῦτο προβεβηκότες ἐξευρίσκουσιν, αἰτεῖν τὸν δῆμον φύλακάς τινας τοῦ σώματος, ἵνα σῶς αὐτοῖς ᾖ ὁ τοῦ δήμου βοηθός.

a) Ita cod., quae scriptura in Tullii codicibus non infrequens est pro *aliquis*. — *b*) Cod. *baene*; sed tamen *a* videtur deleta. — *c*) Ita 2. manu; at prima *praesidis* solita crasi. — *d*) Ita cod. cum diphthongo. — *e*) Cod. *ex illa*. — *f*) Fortasse *b* est expuncta. — *g*) Ita 2. manu; at 1. *aut*.

1) Simili locutione Cicero de off. III. 32: *adfligere principum gravitatem*.

2) Sic Cicero interfectum iam Caesarem dicit *hominem impurum* ad famil. XII. 1.

3) Locum ex I. de rep. citat Fronto exemp. eloc. voc. *gratificor*. Et quidem de tyranno legendus est etiam Philonis locus in libro de providentia, cuius quum mediocres reliquiae graecae superessent apud Eusebium, nunc opus integrum ex armeniaco codice a cl. monacho mechitarista Aucherio editum tandem fuit.

4) Augustinus C. D. I. 31. de romanis optimatibus loquens, et huc fortasse respiciens ait, *donec continuatis honoribus ad potestatem regiam pervenirent*. Cogitabat autem de Caesare Cicero, cui paulo ante prorogatum fuerat imperium, adnitente ceteroqui blandiendi causa ipso Cicerone orat. de prov. cons., quem sero officii beneficiique sui paenituit.

5) Sic de Pisistrato narrat Plutarchus in Solone cap. XXX. Ita Syracusis habuit custodes Dionysius nondum tyrannus, ut ait Aristoteles reip. III. 15. et Diodorus XIII. 95; denique Corinthi Periander, quem memorat Heraclides ponticus in politiis.

6) Quae in bonis amicitia est, eam esse inter malos factionem, apophthegma Sallustii est in Iug. XXXI. Sed enim id esse effatum non solum Sallustii verum etiam Ciceronis, scribit Io. saresberiensis Polycr. III. 12.

ranni 1): nec diutius unquam *a*) tenetur idem rei pu- modus 2).

.V. Quod ita cum sit, tribus *b*) primis generibus longe at mea sententia regium 3); | regio autem ipsi praestabit P. 134. od erit aequatum et temperatum ex tribus optimis rerum arum modis 4). Placet enim esse quiddam in re publica ans et regale; esse aliut auctoritate principum parti- ac tributum; esse quasdam res servatas iudicio vo- que multitudinis. Haec constitutio primum « habet ae- itatem quandam *d*) magnam 5), qua carere diutius vix it libe‖ri; deinde firmitudinem 6) » quod et illa prima P. 163. in contraria vitia convertuntur, ut exsistat ex rege do- , ex optimatibus factio, ex populo turba et confusio; ue ipsa genera generibus saepe conmutantur novis *e*).

Ita cod. 2. m., at 1. *inquam*. — — *b*) Ita cod. sine praepositione *ex* vel *e*. — *c*) Cod. — *d*) *Quandam* addidit 2. manus; habet et Nonius. — *e*) Ita cod. 2. manu; at 1. *con- nobis*, nempe *m* pro *n*; *b* pro *u*.

pilat Cicero Polybium VI. 8 sqq. nic similem disputationem de sip. generum commutationibus lybius VI. 3. 7. Loquitur autem d Tullium Scipio Polybii auditor. ro reip. VIII. p. 545. sqq. qua- iosa genera politiae scribit: τι- αν, ὀλιγαρχίαν, δημοκρατίαν, ls, *locupletium*, *paucorum*, *ffrenatae*, *tyranni*. ipionem exhibet nobis aristocra- tiam Polybius XXIIII. 9. Quin LII. 13. aperte dicit Scipionem ctatam tyrannidem fuisse occi- nque alibi citavimus Homeri il- ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοί- ρανος. Sic diserte censet Plato (ut icum locum laudem) in politico non sine tamen optimis legibus, ζευχθεῖσα μὲν ἐν γράμμασιν ἀγαθοῖς νόμους λέγομεν, ἀρίστη Apud Isocratem quoque in Ni- marchia ceteris politiae generi- bus praefertur; itemque apud in brevi scripto de unius dominatione. De monarchiae in totius est Stobaei sermo XLV.

Sed enim cumulare de tam celebri re scriptorum veterum testimonia, abuten- tis otio est.

4) Haec est puta Polybii sententia VI. 3. Eiusmodi fuit Lycurgi institutio Lacedaemone, Polyb. ibidem; et Solonis Athenis, Arist. reip. II. 12. III. 11, Plut. in Solone XVII. sqq. Eadem fuit Kar- thagine, ut ait Cato apud Servium aen. IV. 682. Parum vero accurate Strabo V. p. 439. ait Romanos, eiecto Tarquinio, remp. constituisse regia atque optima- tium administratione temperatam, πολιτείαν συνεστήσαντο μικτήν ἔκ τε μοναρχίας καὶ ἀριστοκρατίας; quasi po- puli nulla tunc fuerit Romae potestas.

5) Omne ius atque omnem legum- latorum conatum in eo versari, ut ae- qualitas commoditatum inter homines constet; utque infirmi mortales a poten- tiorum ditiorumque iniuriis tuti sint; pulchre docet Athenaeus XII. 12.

6) Locum ex I. de rep. citat Nonius voc. *firmitudo*. Sed enim Tacito annal. IV. 33. mixta reip. forma laudari faci- lius quam evenire; vel si evenerit, haud diuturna esse posse videtur.

Hoc in hac iuncta moderateque permixta conformatione *a*) rei
publicae non ferme sine magnis principum vitiis *b*) evenit. Non
P. 164. est enim causa conversionis, ubi in suo | quisque est gradu fir-
miter collocatus, et non subest quo praecipitet ac decidat 1).

XLVI. Sed vereor, Laeli, vosque homines amicissimi ac
prudentissimi, ne si diutius in hoc genere verser, quasi prae-
cipientis 2) cuiusdam et docentis, et non vobiscum simul *c*)
considerantis esse videatur oratio mea. Quam ob rem ingre-
diar in ea, quae nota sunt omnibus, quaesita autem a nobis
*Q. XIII. iamdiu 3). Sic enim decerno, sic * || sentio, sic adfirmo *d*),
P. 177. nullam omnium rerum publicarum aut constitutione aut descri-
ptione *e*) aut disciplina conferendam esse cum ea quam pa-
tres nostri nobis acceptam iam inde a maioribus reliquerunt 4).
Quam, si placet, quoniam ea, quae tenebatis ipsi, etiam ex
me audire voluistis, simul et qualis sit et optimam esse osten-
dam: « expositaque ad exemplum nostra re publica *f*), ac-
P. 178. commo|dabo ad eam, si potuero, omnem illam orationem,
quae est mihi habenda de optimo civitatis statu *g*). » Quod si
tenere et consequi potuero, cumulate munus *h*) hoc, cui me
Laelius praeposuit 5), ut opinio mea fert, effecero.

XLVII. Tum Laelius, tuum vero, inquit, Scipio, ac

a) Cod. *conmutatione*, quod prorsus mendum videbatur. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *vitis*. — *c*) *Simul* superadditum est in codice. — *d*) In cod. 2. manus videtur maluisse *definio*. Certe supra *ad* ponitur *de*. — *e*) Cod. *discriptionem aut disciplinam*; sed mox ibidem expuncta utraque *m*. Tum in priore vocabulo fortasse est refectum *de* pro *di*. — *f*) Cod. *nostrae reip.* Sed ablativum casum scribendum esse censebat suadebatque mihi vir exquisite doctus; cuius egregio iudicio suffragari video quae dicuntur a Scipione in secundo libro cap. XXXIX. Itaque hanc scripturam, invito licet codice vaticano et ipso Nonio, recipere haud dubitavi. — *g*) Citat locum Nonius voc. *accommodatum*; sed cum varietate, nempe *expositamque* pro *expositaque*; *eam* pro *ad eam*; *potero* pro *potuero*. Codices Nonii vaticani ab editionibus non discrepant. Sed tamen τὸ *ad eam* scribitur manu alicuius docti in meo Nonii exemplari plantiniano, quam emendationem nunc vaticanus de rep. codex confirmat. Citat locum etiam Fronto ex l. de rep. voc. *accommodo*; sed scribit *omnium* pro *omnem illam*. — *h*) Ita 2. manu; at 1. *minus*.

1) Iosephus apud Damasceni parallela p. 556. Τὸ μηδένα ἀδικεῖν, ἀλλ' ἰσότητι τιμᾷν, ἰσχυρὰ δύναμις. Confer Platonis verba apud nos pag. 68. num. 2.

2) Sic prorsus loquitur Cicero in politica epistula ad fratrem I. 1. cap. 6.

3) Recole cap. XXI, ubi Laelius ait, Scipioni visum esse optimum statum civitatis eum quem Romani veteres suis posteris reliquissent.

4) Eiusmodi laudem romanae reip. institutis largiuntur duo quoque praestantissimi inter Graecos historici, Polybius VI. 4; et Dionysius passim, praesertim vero II. 7. Hunc autem politicum locum suum commemorat ipse Cic. de leg. II. 10.

5) Recole cap. XXI.

tuum *a*) quidem munus. Quis enim te potius aut de *b*) maiorum dixerit institutis? cum sis clarissimis ipse maioribus 1): aut de optimo statu civitatis? quem || si habemus, etsi ne nunc qui- P. 155.
dem 2), tum *c*), vero quis te possit esse florentior? aut de consiliis in posterum providendis *d*)? cum tu, duobus 3) huius urbis terroribus depulsis, in omne tempus prospexeris *e*).

a) Ita cod., quae videtur confirmatio cum emphasi. Suspicabar tamen emendandum esse *aptum*. Quod autem negat Moserus repetitione vocabuli posse significari emphasim, mirum mihi est, et certe refutari videtur ab ipso Cicerone p. 63. — *b*) Cod. *aude*, crasi facta ob similes sonos. Sic et inferius; quamquam ibi mox emendatum fuit *aut de*. — *c*) Ita cod. 2. manu; at 1. *tunc*. — *d*) Subintellige *dixerit*. — *e*) Cod. *esse prospexeris*; sed ibidem mox expunctum fuit *esse*.

1) Seneca controv. II. 9: *Aemiliorum et Scipionum familias adoptio miscuit.* Utramque familiam copiose laudat Propertius IV. 12.

2) Subintellige *habemus*. Negat autem hac veluti parenthesi Laelius suo tempore statum esse optimum civitatis romanae, praesertim ob turbas gracchanas. Simili plane locutione Cicero de off. I. 11: *remp. optimam nunc non habemus*.

3) Oppidis Carthagine et Numantia. Iam eadem prope verba dicit de Scipione victore Cicero pro Mur. XXVIIII, in Cat. IV. 10, de am. III. (ubi loquitur idem qui heic Laelius); tum etiam Velleius II. 4; Augustinus C. D. I. 30. III. 21.

Liber explicit, relicto in pagina recta puro laterculo, in quo tamen extant evanida (praeter litteram ·*M*· praenomen Tullii, quae littera est in codice paulo evidentior) vestigia tituli, quem veteres calci librorum subdere solebant. Is autem titulus similis esse debuit titulo secundi libri, qui perspicuus extat in eiusdem libri calce. Hic fuit igitur subscriptus titulus.

.M. TULLI CICERONIS
DE RE PUBLICA
EXPLICIT LIBER I.

Constat hic liber quaternionibus XIII, et praeterea paginis tribus. Summa ergo paginarum CCXI. Desunt autem, ut suis locis notavimus, paginae LXXII; quarum tamen duas reparant huius libri fragmenta apud aliquot auctores extantia. Ergo huius primi libri tertiam omnino partem desideramus.

Iam hoc ipso in folio, ubi desinit liber primus, scribitur in pagina versa grandibus litteris, totum paginae spatium occupantibus: DE RE PUBLICA INC. LIB. II.

MONITUM.

Initio secundi libri relictum fuit in codice spatium ad scribenda illuminatoris manu, auro vel minio, verba: vacui sunt nimirum versus tres, quorum fere quisque nec minus novem capere solet nec plus undecim litteris. Ego itaque ita supplevi, quum inferius cap. XIII. occurrat phrasis *studiis ut vidit incensos*. Particulam autem *igitur* tertia membri sede video capp. II. et XI. Sed enim liceret quoque scribere: *Cum ergo omnes essent incensi cupi-;* vel *Quem cum omnes intuerentur incensi cupi-* (confer acad. IV. 19;) vel paulo aliter, ut Ciceronis multae ad novum librum transitiones admonebunt; v. gr. de fin. II: *Hic cum uterque me intueretur, seseque ad audiendum significarent paratos*. Et IV: *Quae cum dixisset, finem ille; ego autem*. Et N. D. II: *Quae cum Cotta dixisset, tum Velleius*. Et III: *Quae cum Balbus dixisset, tum arridens Cotta*. Et de or. III. 5: *Cum placuisset idem ceteris, in silvam venitur, et ibi magna cum audiendi expectatione considitur. Tum Crassus*. Neque abhorret ab hoc more virgilianum illud: *Conticuere omnes intentique ora tenebant; tum pater Aeneas*. Iam eiusmodi spatia, quibus initia librorum vel capita fuissent scribenda, saepe occurrunt in codicibus priscis. Sic in ambrosianis palimpsestis desunt initia orationum de aere alieno Milonis, pro Archia, et Symmachi laudum in Gratianum: sic in membranis palatinis initium pro Roscio: sic item in veronensi Caii codice: sic denique in tusculano palimpsesto, fragm. II, apud nos in Spicil. rom. T. II. append. p. 12. Lege etiam Leonardum aretinum ep. II. 10. Quin adeo defectum eundem in codicibus quoque (immo etiam in editionibus) XV. et XVI. saeculi saepenumero videre est. Tantus fuit olim litteris ornatioribus auspicandi libros amor! quod ubi factum est, tum alia labes eisdem saepe principiis accidit, furunculorum nimirum aut ineptorum hominum stulta aviditas, qui, praecisis iis litteris vel icunculis, scripturam simul posticam comminuerunt; quam rem cum multi codices docent, tum in primis nobilissimi duo, vaticanus mempe Virgilius et Homerus ambrosianus; nequid dicam de homiliarum graecarum codice quodam vat., ubi Procli patriarchae homilia par incommodum passa est, Spicil. rom. T. IV. p. LXXVIII. Sed tamen fieri potest ut huius libri II. de rep. initium minio quidem vel suco quovis colorato scriptum olim fuerit (quod membranae sulci quidam mihi persuadent;) id autem omne tincturae genus evanuerit cum codex ob rescribendum elutus est. Quippe unum fere atramentum contra vim ablutionis utcumque manet incolume. Cuius rei plurima exempla codex suppeditat, ex quo orationum Ciceronis interpretem Mediolani ac Romae edidimus.

.M. TULLII CICERONIS

DE RE PUBLICA.

LIBER SECUNDUS. *a*)

I. *Ut omnis igitur vidit incensos cupi*ditate audiendi, ingressus est sic loqui Scipio. Catonis hoc senis 1) est, quem, ut scitis, unice dilexi, maximeque sum admiratus, cuique vel patris *b*) utriusque 2) iudicio, vel etiam meo studio me totum ab adulescentia dedidi 3); cuius me numquam satiare potuit oratio 4): tantus erat in homine usus rei publicae, quam et domi et militiae cum optime tum etiam | diutis- P. 275. P. 276.

a) Huic titulo subduntur in codice, litterae EIIE spatiis solito maioribus interpositis, ea et singulis singulae litteris inseri queant. Eaedem plane litterae iisdem cum spatiis mihi occurrebant Mediolani in ambrosiano palimpsesto ad calcem commentarii in orationem Tullii pro Archia: easque ego litteras meo in libro interpretabar *feliciter*. Cuius sententiae quum me eundem paeniteat, nunc ratio reddenda est. Nimirum calligraphus partim atramento partim alio suco id vocabulum scripsit, vel scribere cogitavit, nempe *fEllcItEr*. Porro evanuit vel aetate vel ablatione is sucus (si reapse scriptus fuit); atramentum autem in membranis haesit. Sane eiusmodi versicolores titulos vidi in aliis priscis codicibus v. gr. in regio vaticano XI, in quo tituli interdum rubris simul caeruleisque litteris constant. Itaque et hoc loco libentius *feliciter* intelligo, quam inauditum vocabulum *eiie*; cui ceteroqui synonymum videretur *eia*, adverbium excitandi, quasi librarius se ad scribendi laborem excitaret. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *matris*.

1) Cato cum epitheto *senex* etiam pro Archia VII; pro Sylla VII; de off. I. 29.

2) Pauli qui genuit, et Scipionis Africani superiore geniti qui adoptavit. Namque ipsi Africano superiori infensus fuit Cato, ut ait Livius XXXVIII. 54; quem locum citat Quintilianus inst. VIII. 6. confirmantque Plinius in praefatione, et Nepos in Catonis vita.

3) Hinc Cicero de invent. I. 4. Scipionem dicit Catonis discipulum. Vicissim Cato quanti Scipionem faceret declaravit homerico versu (Plut. in Cat. fin.) cuius interpretatio haec est in Livii epitome lib. XLVIIII: *reliquos qui in Africa militarent, umbras militare; Scipionem vigere.*

4) Catonis vim dicendi praefert Velleius I. 17. Scipionis et Laelii et ceterorum ante Tullium eloquentiae. Nec mirum, siquidem videbatur Sallustio *Cato romani generis disertissimus*. Cato idem appellatur *Demosthenes* apud Diodorum sicul. ed. Wessel. tom. II. p. 605. Catonianae orationis fragmentum insigne his annis ego ipse edidi cum Frontonis epistulis edit. rom. p. 150. Item aliud brevius p. 184.

sime gesserat; et modus in dicendo, et gravitate mixtus lepos 1), et summum vel discendi *a*) studium vel docendi 2), et orationi *b*) vita admodum congruens 3). Is dicere solebat 4) ob hanc causam praestare nostrae civitatis statum ceteris civitatibus, quod in illis singuli *c*) fuissent fere, qui *d*) suam quisque rem publicam constituissent legibus atque institutis *e*)
P. 277. s‖uis; ut Cretum Minos; Lacaedemoniorum Lycurgus; Atheniensium, quae *f*) persaepe commutata esset, tum Theseus, tum Draco, tum Solo, tum Clisthenes, tum multi alii: postremo exsanguem iam et iacentem doctus vir phalereus sustentasset Demetrius 5): nostra autem res publica non unius esset ingenio sed multorum; nec una hominis vita, sed aliquot *g*) con-

a) Cod. *dicendi*. Sed scribendum esse *discendi*, demonstrat ipse Tullius de rep. I. 8. 10. Item Nepos in Catonis vita. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *oratione*. — *c*) Cod. *singulis*; mox altera *s* ibidem expuncta. — *d*) Ita cod. 1. manu; at 2. *quorum*. — *e*) Postrema haec verba repetuntur, moxque expunguntur in cod. — *f*) Cod. *q*. nempe *que*, sed mendose. — *g*) Cod *aliquod*. Licet autem interdum retinuerim *d* pro *t*, tamen heic erat vitanda vocabuli molesta ambiguitas.

1) Multos Catonis sales scribit in eiusdem vita Plutarchus. Adi et Macrobium sat. II. 1. 2, nec non Augustinum de doct. ch. II. 31. Catonis liber iocosorum ἀποφθεγμάτων memoratur a Tullio off. I. 29. Quare merito mendosus creditur Hieronymi locus ep. CXXX. 13, ubi ait Catonem illum censorium non secus ac Crassum semel in vita risisse. Catonem autem imitatus videtur Scipio, cuius lepida dicta aliquot leguntur apud strategematum auctores, et Ciceronem de or. II; eaque collegisse videtur Polybius. Vide Suidam voc. παρέργως; tum etiam Pighium ad an. DCXI.

2) Namque opera Catonis didascalica fuerunt *de rhetorica*, *de medicina*, *de moribus*, *de liberis educandis*, *de re militari*, *de agricultura*. Plinius XIV. 3. ait a Catone praecepta data omnium rerum expetendarum. Apud eundem XXXV. 2. omnium bonarum artium magister dicitur Cato.

3) Attamen Plinius VII. 27. Scipionem Aemilianum in cunctis Catoni praeponere non dubitat; quod iudicium sequitur Solinus cap. VII. Catonem et Scipionem exaequat Seneca ep. LXXXVII: *Catonem tam reip. profuit nasci, quam Scipionem; alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit*. Licet autem mirari tantam Scipionis cum Catone necessitudinem, quum ille optimates, hic populum tueretur.

4) Mortuus quippe Cato erat anno vigesimo ante hunc dialogum de rep. habitum. Disputatur enim anno DCXXV; capta fuit Karthago anno varroniano DCVIII; Cato a Velleio I. 13. dicitur mortem obiisse ante triennium quam Karthago deleretur.

5) De reip. atheniensis magistratibus et varietatibus virisque praedictis Pollux libro octavo; Suidas voc. ἡγεμονία; Polybius VI. 44; Isocrates in panathenaica; Gellius XI. 18; Plinius VII. 56; Pausanias I. 3; Laërtius in Demetrio; praesertimque Corsinius fast. att. dissert. I; et Meursius in antiquitatibus atticis. De varietatibus autem politiae romanae copiose Prudentius contra Symmachum II. 412. sqq. Item de institutis romanis mutatis legatur Arnobius lib. II. p. 91. ed. Lugd. Batav.

stituta saeculis et aetatibus 1). Nam | neque ullum ingenium tantum extitisse dicebat, ut quem res nulla fugeret quisquam aliquando fuisset; neque cuncta ingenia conlata in unum tantum posse uno tempore providere, ut omnia complecterentur sine rerum usu ac vetustate. Quam ob rem, ut ille solebat, ita nunc mea repetet oratio populi originem; libenter enim etiam verbo utor Catonis 2). Facilius autem *a*) quod est propositum ‖ consequar, si nostram rem publicam vobis et nascentem et crescentem et adultam et iam firmam atque robustam ostendero 3); quam si mihi aliquam, ut aput *b*) Platonem Socrates, ipse finxero. P. 278. P. 287.

II. Hoc cum omnes adprobavissent; quod habemus igitur institutae rei publicae tam clarum ac tam omnibus notum exordium, quam huius urbis condendae principium profectum a Romulo? qui patre Marte natus; (con|cedamus enim famae hominum, praesertim non inveteratae solum sed etiam sapienter a maioribus proditae, bene *c*) meriti de rebus communibus ut genere etiam putarentur non solum esse ingenio divino 4);) igitur, ut natus sit cum Remo fratre 5), dicitur P. 288.

a) *Autem* superpositum est in codice. — *b*) Cod. 1. manu *multa*, mendose; tum id deletum, substitutumque *ut aput*. — *c*) Cod. *ut bene*; mox expunctum *ut* propter aliud sequens. Elegantur autem emendator prius *ut* potius quam posterius eiecit.

1) Sic aiunt Dionysius I. 9, Polybius VI. 4. Sic fere britanni politici de sua loquuntur.

2) Significat Catonis origines.

3) Ciceronis exemplo, qui hoc in opere romanam historiam a primordiis contexuit, impulsum se dicit Atticus (Brut. V.) ad annales suos conscribendos: *nam ut illos de re publica libros edidisti, nihil a te sane postea accepimus; eisque nosmetipsi ad veram annalium memoriam comprehendendam impulsi atque incensi sumus.* Desiverat autem illam in ipso huius operis de rep. natali anno; siquidem Tullius docet (orat. XXXIV.) Atticum annorum septingentorum memoriam uno libro colligavisse.

4) Servius ad Aen. VI. 322: *multi ad gloriam generis simulant se numinum filios; ut Romulus ex Marte, Alexander ex Iove Hammone.* Confer et Livii prohoemium. Hanc autem famam Romuli Remique, Marte seu genio natorum, docte ventilat Dionysius I. 77. Varro item apud Augustinum C. D. III. 4. disserit, utile esse ut se homines diis genitos mentiantur. Id tamen iure meritoque piae respuunt aures.

5) Altum deinde apud Ciceronem de Remo silentium est, sive ne cogatur divum Romulum criminari de fraterna caede, (quod tamen libere facit de off. III. 10.) sive ob eius rei controversiam. Nam de obitu Remi multiplex sententia legitur, super qua disserit Augustinus C. D. III. 6. Alii quippe a Romulo vel eius iussu caesum aiunt; alii a Celere, sed inscio Romulo; alii ob muros despectos; alii in acie. Liv. I. 7; Dionys. I. 87; Ovid. fast. IV. 843. V. 471; Pro-

ab Amulio *a*) rege albano ob labefactandi regni timorem ad Tiberim exponi iussus esse: quo in loco cum esset silvestris
P. 289. beluae sustentatus uberibus 1), pastoresque eum ‖ sustulissent et in agresti cultu laboreque aluissent; perhibetur, ut adoleverit *b*), et corporis viribus et animi ferocitate tantum ceteris praestitisse 2), ut omnes qui tum eos agros, ubi hodie est haec urbs, incolebant, aequo animo illi libenterque parerent 3). Quorum copiis cum se ducem praebuisset, ut et iam *c*) a fabulis ad facta veniamus, oppressisse Longam Albam va-
P. 290. lidam urbem et *d*) potentem | temporibus illis, Amuliumque regem interemisse fertur.

III. Qua gloria parta *e*), urbem auspicato condere, et firmare dicitur primum cogitavisse rem publicam 4). Urbi autem locum, quod est ei qui diuturnam rem publicam serere conatur diligentissime providendum, incredibili opportunitate delegit 5). « Neque enim ad mare admovit, quod ei fuit illa

a) Ita 2. manu; at 1. *Amulo*. — *b*) Ita cod. per *o*, quamquam constanter in priscis codicibus occurrit *adulescens*. — *c*) Ita loquendum videtur potius quam *etiam*. Immo *et* delere praestaret. — *d*) Cod. *vel*; sed deinde videtur factum *et*. — *e*) Cod. *partam*; sed mox *m* expuncta.

pert. III. 9. 50; Tibul. II. 5. 24; Aur. Vict. vir. ill. I; Strabo lib. V. p. 352; Lactant. inst. I. 15; Lydus m. r. I. 5. Plut. in Romul; Digest I. 8. 11; Serv. ad aen. VI. 780. et XI. 603; Aug. C. D. XV. 5. et de consens. Ev. I. 19. Egnatius autem historicus apud Aur. Victorem orig. rom. narrat Remum non modo non fuisse occisum, sed etiam ulterius a Romulo vixisse. Servio Virgilius, aeque ac mihi Cicero, videtur eadem reticentia studiose usus Namque ad aen. I. 276. *Romulus mavortia condet moenia*, adnotat Servius: *bene Romulum solum ait, dissimulans de parricidio.*

1) Locutionem imitari videtur Propertius III. 9. 51: *eductosque pares silvestri ex ubere reges.*

2) Hoc politici homines primum aiunt et antiquissimum dominandi veluti ius, praecellentem scilicet corporis et animi vim. Dionys. I. 5. Victor autem orig. rom. XXI. *Romulum a virium magnitudine appellatum: nam graeca lingua ῥώμην virtutem dici, certum est.*

3) Ovid. fast. III. 61: *omnibus agricolis armentorumque magistris—iliadae fratres iura petita dabant.*

4) Ad hunc Tullii locum respexisse videtur Augustinus ep. CXXXVIII. 10. cum scripsit: *longe melius Romulo* etc. *consecraret, firmaret, augeretque remp.*

5) Ubertatem certe, quam in primis urbano situi decernit Aristoteles reip. VII. 5, negatam prope romano solo aiunt quidam apud Tullium in Rul II. 35, et apud Dionys. VIII. 8. Contra tamen, et vere, Plutarchus Romul. cap. I. agri romani bonitatem experimento cognitam ait. Nostra etiam aetate nunquam hic ager adversus cultores ingratus est. Sed enim Tullii hunc de rep. locum videtur Strabo lib. V. p. 351. studiose refutare, dum ait situm urbi condendae non delectu sed necessitate fuisse captum (quod fatebitur ipse Cicero c. XI.)

manu copiisque facillimum 1) » ut in agrum Rutulorum Aboriginumve *a*) ‖ procederet; aut in ostio tiberino, quem in P. 157. locum multis post annis rex Ancus coloniam deduxit, urbem ipse conderet; sed hoc vir excellenti providentia *b*) sensit ac vidit, non esse opportunissimos situs maritimos urbibus eis quae ad spem diuturnitatis conderentur adque imperii 2). Primum quod essent urbes maritimae non solum multis periculis oppositae, sed etiam | caecis *c*). Nam terra continens P. 158. adventus hostium non modo expectatos *d*), sed etiam repentinos, multis *e*) indiciis *f*) et quasi fragore quodam et sonitu ipso ante denuntiat. Neque vero quisquam potest hostis advolare terra, quin eum non modo esse, sed etiam quis et unde sit scire possimus. Maritimus vero ille et navalis hostis ante adesse potest, quam quisquam venturum esse suspicari queat. Nec vero cum venit prae se ‖ fert aut qui *g*) sit, aut P. 167. unde veniat, aut etiam quid velit; denique ne *h*) nota quidem ulla pacatus an hostis sit discerni ac iudicari potest.

a) Postrema sex verba repetuntur in codice, tum expunguntur. Et quidem priore loco legitur *Aboriginumque*. — *b*) Cod. *providentiam*, sed *m* fortasse expuncta. — *c*) Cod. *caecitatis*; sed mox ibidem emendatum *caecis*. — *d*) Cod. primum *expectatur*; mox emendatum *expectatos*. — *e*) Ita emendatum in cod. quum primum fuisset *multum*. — *f*) Ita fortasse cod. 2. manu; at 1. *indicis*. — *g*) Ita cod. 2. manu, quum prima fuisset *quis*. — *h*) Cod. *ne ne*, tum prior particula expuncta; nisi forte eam transferre licet, ut fiat *pacatusne an*. Confer de rep. I. 19. pag. 37. n. c.

quippe qui neque natura munitus esset, neque aliis tunc uteretur commoditatibus. Tum Lucanus II. 855.—*Ipsa caput mundi, bellorum maxima merces,—Roma capi facilis*.—Idem nihilominus Strabo p. 358. sqq. late narrat innumeras commoditates, quae romanae urbi paulatim accesserunt a vicinis regionibus et ab industria potentiaque civium, ita ut in orbe nihil esset Roma melius aut felicius.

1) Locum ex II. de rep. citat Fronto exem. eloc. voc. *admovit*, omissis tamen verbis illis *manu copiisque* tam in codice mediolanensi, quam in quatuor vaticanis.

2) Utrum urbs, quae conditur, ad mare sit admovenda, necne; deque maritimis utilitatibus ac detrimentis, dubitanter [illegible] Aristoteles reip. VII. 5. 6. Minime dubius est Plato, qui leg. IV. p. 704. civitatem a mari submovet stadiis octoginta, deque situs mediterranei commoditatibus, maritimique damnis disserit; quam Platonis sententiam prae oculis Tullium habuisse vix dubito. Distat autem a mari Roma stadiis circiter CXX. Platonis doctrinam recitat etiam Eusebius praep. ev. XII. 48, ubi observat urbem Hierosolymorum a mari satis remotam in agro feraci fuisse sapienter conditam. Utilitates urbis mediterraneae prae maritima late edisserit item Appianus punic. 86. sqq. sed rhetorico pompaticoque more ac prope ridicule in re tam seria tamque gravi Poenorum calamitate, quum de transferendis ad mediterranea loca civibus mandatum populi romani acerbissimum denunciaretur.

IIII. Est autem maritimis urbibus etiam quaedam corruptela ac mutatio *a*) morum: admiscentur enim novis sermonibus 1) ac disciplinis, et inportantur non merces solum adventiciae sed etiam mores; ut nihil possit in patriis *b*) insti-
P. 168. tutis manere in|tegrum. Iam qui incolunt eas urbes, non haerent in suis sedibus *c*), sed volucri semper spe et cogitatione rapiuntur a domo longius: adque etiam cum manent corpore, animo tamen excurrunt *d*) et vagantur. Nec vero ulla *e*) res magis labefactatam diu et Carthaginem *f*) et Corinthum pervertit *g*) aliquando, quam hic error ac dissipatio civium 2),
* Q. XIIII. P. 227. quod mercandi cupiditate et navi*‖gandi et agrorum et armorum cultum reliquerant 3). Multa etiam ad luxuriam invita-

a) Cod. *demutatio*; mox expuncta *de*. Equidem magnopere suspicor vocabulum *demutatio* revera esse genuinum tullianum, quod emendator ut prope insolitum frustra imminuerit. Neque caret duplici exemplo vocabulum apud lexicographos; quamquam alterum est dubium Plinii, alterum Tertulliani. Quid si nunc Tullius accedat? praesertim quum verbum ipsum *demuto* sine controversia sit. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *patris* cum crasi. — *c*) Ita cod. 2. manu; at 1. *saedibus*. Sane alibi vidimus *saepiuntur*, neque obstat prosodia. Videtur etiam supra *saedibus* scriptus alius versus, et mox deletus, vel posteriore aetate abrasus. — *d*) Cod. *excurrant*; mox factum *excurlant*. Recole lib. I. 5. p. 12. n. c. ubi observatum est, eos qui *r* exprimere non possunt, pronunciare *l* aut *i*. Ceteroquin prudenter cl. Osannus epimetr. II. ad lexic. gr., nec non cl. Moserus monent heic scribendum *excursant*; si certe posteriorem lectionem sequamur. — *e*) Ita cod. 2. manu; at 1. *ullae*. — *f*) Ita per *C*; at alibi per *K*. — *g*) Ita cod. 2. manu; at 1. *perverterunt*.

1) Qui admiscetur novis sermonibus, eum mores saepe suos corrumpere putant philosophi, grammatici autem etiam linguam. Atqui mixtio cum extraneis sermonibus non corruptelam sed proprietatem fecisse atticae linguae videbatur Xenophonti reip. Ath. cap. II, cuius verba propter controversias in Italia renatas de linguae patriae puritate atque originibus, audire par est. Loquitur autem Xenophon de utilitatibus quas Athenienses e commercio cum omni populorum varietate capiebant, inter quas linguae patriae perfectionem recenset: *ἔπειτα φωνὴν τὴν πᾶσαν ἀκούοντες, ἐξελέξαντο τοῦτο μὲν ἐκ τῆς, τοῦτο δὲ ἐκ τῆς· καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες ἰδίᾳ μᾶλλον καὶ διαίτῃ καὶ σχήματι χρῶνται, Ἀθηναῖοι δὲ κεκραμένῃ ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων*. Quamquam reapse Xenophon toto illo opusculo Athenienses irridet: quare et de atticismi praestantia ironice loqui videtur. Romanorum item lingua videbatur Dionysio I. 90. propter commercia et commigrationes multum adscivisse praesertim ex aeolica dialecto.

2) Idcirco Lycurgus Lacedaemoniis mari interdixerat, ut ait Plutarchus in institutis laconicis tom. VI. p. 890. Isocrates autem or. soc. cap. XXXIII Lacedaemonios maris imperio ita esse corruptos docet, ut ob id terrae quoque imperium amiserint.

3) Corinthiorum prae reliquis Graecis studium navigandi antiquissimum, primamque adeo triremem ab iisdem aedificatam, observat Thucydides I. 13. De Carthaginiensibus autem sic afer Augustinus in ps. XLVII. 6: *manifestum est quod primordia regni Carthaginis navibus floruerunt; et ita floruerunt,*

menta perniciosa civitatibus subpeditantur mari, quae vel capiuntur vel inportantur: atque habet etiam *a*) amoenitas ipsa vel sumptuosas vel desidiosas inlecebras multas cupiditatum 1). Et quod de Corintho dixi, id haud *b*) scio an liceat de cuncta Graecia verissime dicere. Nam et ipsa Peloponnesus fere tota in mari est 2): | nec praeter Phliuntios *c*) ulli sunt, quorum agri non contingant mare: et extra Peloponnesum Enianes *d*) et Doris et Dolopes soli absunt a mari. Quid dicam insulas Graeciae? quae fluctibus cinctae natant paene ipsae *e*) simul cum civitatium *f*) institutis et moribus. Atque haec quidem, ut supra dixi, veteris *g*) sunt Graeciae. « Coloniarum vero, quae est deducta a Grais *h*) in Asiam, Thraciam, Italiam *i*) » Siciliam, Africam, praeter unam Magnesiam *k*), quam unda P. 328.

a) Cod. *iam*. Sed, nisi fallor, oblitus est librarius repetere *et* post *habet*. Genus id mendorum in codicibus satis est frequentatum. — *b*) Cod. *aut*. Hinc rursus agnoscas pronunciationis vel vitium vel similitudinem. — *c*) Cod. mendose *Philuntios*. Immo vero scribi debuit *Phliasios*; ut enim emendavit suam hanc lectionem de rep. Cicero ipse ad Atticum scribens VI. 2: *Phliasios dici sciebam; et ita fac habeas, nos quidem sic habemus. Sed primo me* ἀναλογία *deceperat*, Φλιοῦς. Ὀποῦς, Σιποῦς: *quod* Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι. *Sed hoc continuo correximus.* In codice tamen vaticano manet prior Tullii scriptura (praeter vitiosam metathesim); quod nobile documentum est Tullii libros politicos statim omnibus viguisse (ut ait Caelius ep. VIII. 1.) ideoque distractis exemplaribus, ne ipsius quidem auctoris, emendationes potuisse recipi. Ceteroqui gentile Φλιούντιος est apud Diodorum Siculum XV. 19, nec non apud Stephanum byz. qui addit et Φλιούσιος atque Φλιάσιος. *Phliasios* scribit ipse Cicero tusc. V. 3; et sic graeci vulgo auctores habent. — *d*) Videtur scribendum *Aenianes* cum diphthongo: legitur enim apud graecos geographos Αἰνιᾶνες; Plinius autem IV. 2. habet Αἰνιεῖς. Sed ecce lectioni codicis nostri favet (licentià saltem poeticà) Homerus iliad. II. 749. scribens Ἐνιῆνες. ut observat cl. Lehmannus. — *e*) Cod. *in ipsae;* mox expuncta *in*. — *f*) Cod. 1. manu *civitatis;* tum 2. manus superposuit um, delevitque *s*, et ut videtur etiam *i*. Retinui tamen *civitatium*, quam lectionem saepius habemus in hoc opere, et alibi. — *g*) Cod. *veteres*. — *h*) Ita cod. — *i*) Locum citat Servius ad aen. XII. 335. voc. *Thraca* sic: *Cicero in de re publica: colonia vero quae est deducta a Graecis in Asiam, Thracam, Italiam, et non dixit Thraciam*. Notandae sunt in primis variae lectiones colonia, *Graecis*, *Thracam;* quamquam vaticanus codex nunc nobis *Thraciam* exhibet. Neque tamen Servii, qui *Thracam* apud Cic. legebat, levis auctoritas est. Similis autem huic est Ciceronis locus de divin. I. 1: *quam vero Graecia coloniam misit in Aeoliam, Ioniam, Asiam, Siciliam, Italiam sine pythio* etc. — *k*) Verba *Thraciam* etc. *Magnesiam* addita sunt in codice secunda manu; quae 1. omiserat, videlicet oscitantia librarii.

ut inter ceteras gentes excellerent negotiationibus et navigationibus. Adde Polybium I. 20.

1) Intellige praesertim ambubaiarum tibicinarum famosum collegium, de quo Strabo VIII. p. 581, aliique auctores.

2) Cicero ad Att. VI. 2: *peloponnesias civitates omnes maritimas esse, Dicaearchi tabulis credidi. Is multis quidem nominibus Graecos in eo reprehendit, quod mare tam seculi sunt.* En unde Cicero disputationis huius materiam sumpsit, teste ipsomet ibidem: *atque istum ego locum totidem verbis a Dicaearcho transtuli*. Negaverat autem Atticus Arcadas mare contingere; quod secus tamen aliquando fuit, quum Triphyliae potiebantur regionis maritimae.

P. 229. non adluat? Ita barbarorum agris quasi adtexta ‖ quaedam videtur ora esse Graeciae. Nam e barbaris quidem ipsis nulli erant antea maritumi *a*), praeter *b*) Etruscos et Poenos; alteri mercandi causa; latrocinandi alteri 1). Quae causa perspicua est malorum commutationumque Graeciae *c*), propter ea vitia maritimarum urbium, quae ante paulo perbreviter *d*) adtigi *e*). Set tamen in hiis *f*) vitiis inest illa magna commoditas, et
P. 230. quod *g*) ubique gentium *h*) | est « ut ad *i*) eam urbem quam incolas possit adnare *k*): » et rursus, ut id quod agri efferant sui, quascumque velint in terras portare possint ac mittere.

V. Qui potuit igitur divinitus et utilitates conplecti maritimas Romulus et vitia vitare? quam quod urbem perennis amnis et aequabilis et in mare late influentis posuit in ripa 2), quo posset urps *l*) et accipere ex *m*) mari quo egeret,

a) Ita cod. at paulo post per *i*. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1 *pseter*. Memento autem dictorum superius de scriptura *s* pro *r*. — *c*) Cod. *Greciae*. At alibi emendate. — *d*) Cod. *perubreviter;* tum expuncta *u*. Patet autem ipsum scribam se emendavisse; scripta enim *u*, cognitoque mendo suo, expunxit ipsam *u;* vocabulumque uti opus erat continuavit scribendo *b*. Porro de usu promiscuo *u* et *b* saepenumero verba fecimus. — *e*) Cod. *adtigisset*, tum expuncta est prior *s*, a qua nos separavimus, uti par erat, *set*. — *f*) Ita cod. Et sic legitur etiam in papyro diplom. XLV. apud Marinium; nec non apud alia passim in codicibus monumenta — *g*) *Quod* superadditum est in codice manu posteriore. — *h*) Ita cod. 1. manu; at 2. mendose *gentium*. — *i*) Cod. *ad aeam;* tum expuncta est prior *a*. — *k*) Locum ex II. de rep. citat Fronto exem. eloc. voc. *adnare*. At in editis fragmentis citatur ex I. perperam. Editiones item habent *possis* pro *possit;* quae etsi lectio videri poterat probabilis, tamen a Frontonis codicibus cunctis exploditur; tum, quod magis interest, a Ciceronis de rep. codice vaticano. Codicum Frontonis varietates sunt 1. *ad eam urbem, ad quam incola possit adnare*. 2. In alio codice τὸ *possit* corrigitur in margine *possis*, quae coniectura deinceps ab editoribus fragmentorum recepta fuit. Clarior fit sensus si scribas: *ut et quod ubique gentium est, ad eam* etc. — *l*) Cod. 1. manu *urps;* quamquam videtur postea interpolata littera, factumque *urbs;* sed tamen inferius occurrit evidenter *urps*. Est autem de hac scriptura insignis Papiriani auctoritas p. 2291: *urps per p debet scribi; licet Varro per b scribendum putet, quod in reliquis casibus b habeat*. — *m*) Ita cod. 1. manu; at 2. pro *ex* fecit *a*.

1) Latrones intellige Etruscos; nam Poenorum navigationes supra dixit auctor. Quin adeo voce *Poenos* etiam *Phoenicas* significari a Tullio arbitror. Etruscos seu Tyrrhenos diu piraticam exercuisse docuerat in Hortensio Cicero, teste Servio ad. aen. VIII. 479, qui locus ex Augustino inter operis fragmenta translatus est. Eorumdem piraticam commemorat etiam Strabo V. pag. 354. Alexander quoque magnus de piratica Etruscorum conqueritur apud eundem Strabonem lib. cit. p. 232.

2) De hoc Tullii loco loquitur Servius ad G. II. 157.—*fluminaque antiquos subterlabentia muros.—Quod laudat etiam Cicero in libris de republica.* De commoditate Tiberis portusque ostiensis legatur Cassiodorius var. VII. 9. Contrarium facit Dionysius in editione mea rom. Script. vet. T. II. p. 475, dum Veiorum situm eo nomine laudat, quod is a flumine abesset unde aura rigidior matutina valetudini noxia ferri posset, οὔτε ποταμοῦ τινος πλησίον ὄντες ψυχρὰς ἕωθεν ἀνιέντος αὔρας. Sed etiam

et reddere *a*) quo redundaret: ‖ eodemque ut *b*) flumine res ad victum cultumque maxime necessarias non solum mari absorberet *c*), sed etiam invectas acciperet ex terra: ut mihi iam tum divinasse ille videatur, hanc urbem sedem aliquando et domum summo esse imperio praebituram 1): nam hanc rerum tantam potentiam non ferme facilius alia *d*) in parte Italiae posita urps *e*) tenere potuisset 2). P. 231.

VI. Urbis autem ipsius nativa praesidia 3) quis | est tam neglegens, qui non habeat animo notata planeque cognita? cuius is est tractatus *f*) ductusque muri, cum Romuli tum etiam reliquorum regum 4) sapientia definitus ex omni parte arduis praeruptisque montibus 5), ut *g*) unus aditus, qui esset inter Esquilinum *h*) Quirinalemque montem 6), maximo aggere P. 232.

a) Ita cod. 2. manu; at 1. *redderet*. — *b*) *Ut* superponitur in codice. — *c*) Ita evidenter codex. — *d*) Cod. *ulla*; sed fortasse emendatum *alia*. Censeo scribendum *alia ulla*. — *e*) Ita cod. 1. manu; at 2. *urbs*. — *f*) Ita cod. sine ulla litura *tractatus* pro *tractus*. — *g*) *Ut* omissum a librario, fortasse superpositum fuit; sed vix apparet, aut ne vix quidem. — *h*) Cod. *Esquilinum*.

Aristoteles reip. VII. 11. cupiditatem prae se fert ut condendae urbis situs maris aeque ac terrae, si fieri potest, commoditatibus fruatur.

1) Cicero de prov. cons. XIIII. eadem phrasi utitur.

2) Nunc primum deprehendimus ingens Livii plagium, qui tullianam hanc urbani situs descriptionem tacite sibi quodammodo vindicavit in oratione quam a Camillo dictam confinxit lib. V. 54. *non sine caussa dii hominesque hunc urbi condendae locum elegerunt, saluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges devehantur, quo maritimi commeatus accipiantur; mare vicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum: regionum Italiae medium, ad incrementum urbis natum unice locum*. Immo Livius primum et secundum historiae suae librum haud raro exornat copiis ex hoc secundo de rep. compilatis. Iamvero quae Cicero dicit de Romae commodo situ ad retinendum summum imperium, eadem observat Strabo VI. p. 438. de ipsius Italiae situ ad orbis regimen apto.

3) Poëtice hac ipse de re Propertius IV. 4. 13: *murus erant montes:* In sequentibus imitatur Cicero Aristotelem, qui reip. VII. 11. situm urbis iubet esse salubrem, munitum, aquis abundantem.

4) Nota sunt ex historicis urbani ambitus incrementa sub Romulo, Tatio, Numa, Tullo, Anco, et Servio, qui omnes montanis semper in locis urbem ampliaverunt.

5) Sic loquitur Dionysius IX. 68. de romanis moenibus, *τὰ τείχη ἐπὶ λόφοις κείμενα καὶ πέτραις ἀποτόμοις ὑπ' αὐτῆς ὠχυρωμένα τῆς φύσεως, καὶ ὀλίγης δεόμενα φυλακῆς*. Sic et Plinius III. 5. Ipse Plato leg. VI. p. 778. iubet urbem condi locis sublimibus munimenti causa atque munditiae.

6) En aggeris uterque terminus. Videtur ergo falli Nardinius de Roma vetere lib. I. 7, qui aggerem ultra Esquilinum producit. Iam hoc uno orientali latere Romam perviam dicit etiam Dionysius IV. 54, ceteroqui tutam et imperviam.

obiecto 1) fossa cingeretur vastissima 2): atque ut ita mu-
P. 261. nita arx circumiectu arduo et quasi circumciso saxo niteretur 3), ut etiam in illa tempestate horribili gallici adventus incolumis adque intacta permanserit. Locumque delegit 4) et fontibus 5) abundantem *a*), et in regione pestilenti 6) salu-

a) Cod. *undantem*; mox superadditum *ab*; quae additio vix erat necessaria.

1) Nempe aggere Servii Tulli, cuius reliquiae tractusque adhuc visuntur; quique olim in deliciis fuisse videtur Horatio poëtae ad inambulandum sat. I. 8. 15. Opus Servio reapse regi tribuitur a Livio I. 44, et a Strabone V. p. 358. Plinius tamen III. 5. Tarquinium Superbum facere videtur auctorem aggeris; cuius auctoritati minime adhaerent antiquarii; sartumque potius existimant aut altius exaggeratum id munimentum a Tarquinio, quam conditum. Mediae huic sententiae favet Dionysius IV. 54. Consule cl. Antonii Nibbii tractatum perutilem et egregium *de moenibus urbis*. Maximus autem iure dicitur a Cicerone praedictus agger; ait enim Dionysius IX. 68. longum fuisse stadia septem, crassum pedes quinquaginta. Muros praeterea turresque superpositas fuisse aggeri docet Strabo loco citato. Denique cis Tiberim nihil sublimius esse Servii Tullii aggere demonstravit Iohannes Brocchus, nobilissimus physicus, proposita urbanarum altitudinum tabula p. 211. nupero in opere de natura soli romanae urbis.

2) Lata nimirum pedes plus centum, alta triginta. Dionys. IX. 68.

3) Peracute observat Aristoteles reip. VII. 11. acropolim convenire monarchiae et oligarchiae; solum aequum democratiae; neutrum horum aristocratiae, sed locum firmum atque munitum. Item Pollux IX. 5. 40. acropolim appellat βασίλειον ἢ τυραννεῖον. Confer Publicolae factum, de rep. II. 31.

4) Situm urbis primitivum accurate nos docet Tacitus annal. XII. 24. Sed heic de universo adultae urbis solo loquitur Tullius.

5) *Totaque nativo moenia fonte sonant* ait Rutilius in magnifica illa Romae laudatione I. 104. Fontium romanorum salubritatem, sacrumque cultum iis adhibitum, commemorant Frontinus aquaed. I, et Varro LL V. 3. Fontes hi fere fuerunt: *muscosus apud templum Fortunae*, Plut. de fort. R. tom. VII. p. 279. *Ad Ianum geminum*, sive *tarpeius*, Var. LL. IV. 32, et Ovid. metam. XIV. 786. *Camoenarum* seu *Egeriae*, Symmach. ep. I. 21. Liv. I. 21, Plut. Num. XIII. *Mercurii*, Ovid. fast. V. 673. *Esquilinus*, Prop. IV. 8. 1. *Palatinus*, Prop. IV. 10. 25. *Vaticanus*, Prudent. hymn. in ss. Petrum et Paulum, et s. Damas. carm. XXXIX. ed. Saraz. *Silvani*, descript. reg. XIII. *Pici et Fauni*, reg. XIII. *Lollianus*, reg. XII. *Scipionum*, reg. IX. Fuit et *nympharum ianiculensis*, teste quadam inscriptione.

6) Romani aëris morbum passim accusant veteres novique scriptores; de quo argumento extat etiam recens Fr. Cancellarii doctissimi hominis libellus. Et quidem plerasque soli huius pestilentias nihil aliud fere fuisse quam febres, verissime docuit vir in arte medica clarissimi nominis, ceteraque doctrina animique virtutibus valde conspicuus, summus amicus meus, Iosephus de Matthaeis in praeclaro commentario de febre Romanorum dea: cui nihil profecto addiderim, nisi quod Augustinus C. D. III. 12. ait, febrem esse deam civem romanam. Item Minucius cap. XXV. vocat hanc superstitionem alumnam urbis romanae. Denique quartanae chronicae, dicuntur filiae Saturni (Χρόνου vel Κρόνου Dionys. hal. I. 38.) qui deus in febricoloso Latio reapse habitavit, a Theodoro Prisciano de phys. lib. IIII. Habemus

1): colles enim sunt, qui cum perflantur *a*) ipsi, tum
unt umbram vallibus 2).

II. Atque haec quidem perceleriter confecit: nam et
a constituit, quam e suo nomine Romam iussit nomi-
b): et ad *c*) firman|dam novam civitatem novum quod- P. 262.
it subagreste consilium 3), sed ad muniendas opes regni *d*)
opuli sui, magni hominis et iam tum longe providentis
us est, cum Sabinas honesto ortas loco virgines *e*), quae
m ludorum gratia venissent, quos tum primum anniver-
in circo facere instituisset 4), consualibus *f*) rapi ius-

od. *perfluantur;* tum ibidem emendatum *perflantur.* — *b*) Ergo alias opiniones sequitur d aen. I. 277: *Romanosque suo de nomine dicit* sic adnotans: *perite non ait Romam, sed urbis enim illius verum nomen nemo vel in sacris enuntiat.* De tribus certe Romae nomi- stico, sacro, et politico lege, si libet, Photium quaest. amph. CXXXIIII. Nugari au- videtur de *Romae* et *Romuli* nominibus Paulus voc. *Romam* et voc. *altellus;* quamquam tim favet Servius aen. I. 273. Denique huic Ciceronis loco contradicunt Servius et Phi- ad ecl. I. 20: *Roma ante Romulum fuit, et ab ea Romulus nomen acquisivit.* Utinam vero it de Roma Svetonii libri duo, Alexandri polyhistoris quinque. Phlegontis saltem unus, maium meminit Suidas! li sane multo plura nos longeque utiliora docerent quam ipsum sticum nomen; de quo tamen erudite disserit Macrobius sat. III. 9. Interim Aristidis de so philologis non est negligenda. — *c*) Ita cod. 2. manu; at 1. *affirmandam.* — *d*) Cod. tum deletum *eg:* voluerat enim, ni fallor, librarius scribere *egregium.* — *e*) Ita cod. at 1. *honeste hortas virginis.* — *f*) Cod. *consulibus* sine ulla emendatione. Sed mendum um est vel dormitantis vel ineruditi librarii. Eum siquidem raptum contigisse feriis us plerique omnes auctores tradunt. Consus est *Neptunus* Dionysio II. 31; at Caecilio de idolor. vanitate est *deus fraudis seu consiliorum.* Utramque sententiam refert Ser- us. VIII. 636, nec no Tertullianum de spect. cap. V.

omae malam Saturni progeniem Dea febris romanum caesarem m, quicum tot annos vixerat, in comitata est fano suo relicto, mdus ait Seneca in ἀποκολο- s. Plato tamen (nequid indictum linqueret) febrim laudavit, teste XVII. 12.
oc dicit praesertim ob collem m, in quo Romulus urbis fun- lecit: colles autem a quibus- timantur Romae salubriores solo Sed enim ne Palatium fuisse va- magnopere commodum creda- sunt testimonia Ciceronis N. D. eg. II. 11; Plinii hist. II. 7; Va- II. 5. 6; Aeliani var. hist. XII. uctores in Palatio fanum et aram febri deae positam aiunt. Solet autem iis in locis cultus numini aver- runco potissimum exhiberi, ubi morbus saevit. Quid quod antiquissimi Aborigines Palatium propter incommodum vicinae paludis deseruerunt, ut ait Solinus c. II?

2) Cicero tamen in Rulliana II. 35. paulo deterius de urbani soli commodi- tatibus et specie loquitur. Ad umbrae urbanae salubritatem quod adtinet, le- gatur Tacitus annal. XV. 44.

3) Idcirco Virgilius aen. VIII. 635. dixit *raptas sine more Sabinas.* Facti iniquitatem castigat Augustinus C. D. II. 17. III. 13.

4) Cassiodorio var. III. 51. hunc for- tasse Tullii locum spectanti primus vi- debatur Romulus Italiae spectacula osten- tavisse. Immo etiam Didymo apud Da- masc. parall. p. 699. ed. Lequien.

P. 271. sit 1), easque in familiarum amplissimarum || matrimoniis *a*) collocavit *b*). Qua ex causa cum bellum Romanis Sabini intulissent, proeliique certamen varium atque anceps fuisset, cum ·T· Tatio rege Sabinorum foedus icit, matronis ipsis *c*), quae raptae erant, orantibus 2): quo foedere et Sabinos in civitatem adscivit *d*), sacris conmunicatis 3), et regnum suum cum illorum rege sociavit 4).

VIII. Post interitum autem Tatii cum ad eum potenta-
P. 272. tus *e*) omnis reccidisset *f*), | quamquam cum Tatio in regium consilium delegerat *g*) principes, qui appellati sunt propter caritatem patres 5); populumque et suo et Tati *h*) nomine et Lucumonis *i*), qui Romuli socius in sabino proelio occi-

a) Ita cod. 2. manu, at 1. *matrimonis*. — *b*) Ita 2. manu; at 1. *collocabit*. — *c*) Cod. 1. manu *is ipsis*; tum expunctum *is*, quod vel mendum fuit, vel pro *iis* positum. — *d*) Ita cod. 2. manu; at 1. *adscribit*. — *e*) Ita cod. 1. manu; tum 2. refectum est *dominatus*; laevo, ut censeo, consilio et nimia castigandi libidine: nam *potentatus* generosior vox est, eaque praeter alios utitur Lactantius inst. VI. 17. Ciceronis pedisequus. Item interpres vaticanus ad orat. in Vatin. V. 3; nec non Cyprianus epist. I. ad Donatum: eandemque vocem revocari vult in usum Vorstius de lat. negl. IV. 1. — *f*) Caesellius orthographus p. 2314. ait: *re praepositio nonnumquam cum ad consonantes accedit, geminat illas, quod plerumque apud antiquos est, ut duco redduco, cado reccido, tuli rettuli, pello reppello*. — *g*) Ita cod. 2. manu; at 1. *delegerant*. — *h*) Ita codex; quamquam paulo ante est *Tatii*. — *i*) *Rhamnenses ab Romulo ab Tito Tatio*

1) Sabinas raptas mense post urbem conditam quarto ait Fabius apud Plutarchum in Romulo XIV; sed enim peccare Fabium satis coarguit Dionysius II. 31, scribendumque demonstrat non *mense* sed *anno quarto;* idque eruitur ex rebus etiam apud Livium narratis, et diserte adfirmat Eutropius miscellus. Martio autem mense raptas Sabinas putat Servius ad aen. VIII. 636. quoniam eo mense fiebant consualia. Tertullianus sacrum ad Consi aram fieri solitum narrat mensibus iulio et septembri. In kalendario Capranicorum, mense augusto; in amiternino, mense decembri fit id sacrificium.

2) Ennii fragmentum ex illius deperdito opere, quod *Sabinae* inscribebatur, editum a me est in rhetorica Iulii Victoris cap. VI. 6, quam ex vat. codice ante hos annos extuli. Ibi Sabinarum orantium verba leguntur.

3) Quos deos Romanis constituerit Romulus, quos Tatius addiderit, narrat Augustinus C. D. IV. 23.

4) *Hac tamen lege recepti in urbem Sabini sunt post Sabinarum raptum, et factum inter Romulum et ·T· Tatium foedus, ut in omnibus essent cives romani, excepta suffragii latione: nam magistratus non creabant.* Ita Servius ad aen. VII. 709. Fides sit penes auctorem. Rem aliam mentione dignam Romae in Tatii regno peragi coeptam scribit Symmachus ep. X. 35, nempe *strenarum usum*, qui adhuc laudabiliter in urbe viget ad indigentis plebis semestre solatium.

5) In Ciceronis sententiam concedit Plutarchus in Romulo XIII. postquam varias super huius appellationis origine sententias protulit. Consonat Plutarcho Festus in fragm. ed. Amstel. p. 28. [Item Lydus m. r. I. 16. Cr.] Contra Livius I. 8: *patres ab honore, patriciique progenies eorum appellati*.

derat, in tribus tris *a*) curiasque triginta 1) descripserat,
quas curias earum nominibus nuncupavit 2), quae ex Sabinis
virgines raptae, postea fuerant *b*) oratrices 3) pacis et foede-
ris: et quamquam ea *c*) Tatio sic erant ‖ descripta vivo, ta- P. 237.
men eo interfecto, multo etiam magis Romulus patrum au-
ctoritate consilioque regnavit.

VIIII. Quo facto primum vidit iudicavitque idem quod
Spartae Lycurgus paulo ante viderat 4), singulari imperio et
potestate regia tum melius gubernari et regi civitates, si esset
optimi cuiusque ad illam vim dominationis adiuncta auctori-
tas 5). Itaque hoc consilio et quasi *d*) senatu *e*) fultus | et P. 238.
munitus, et bella cum finitimis felicissime multa gessit: et
cum ipse nihil ex praeda domum suam reportaret *f*), locuple-
tare civis non destitit. Tunc *g*), id quod retinemus hodie

Luceres appellati; Lucerum nominis et originis caussa incerta est. Ita Livius I. 13. [Confer infra II. 10 Cr.] Rei memor Horatius poëtic. 342. vigilante verbo Romanos designavit: *celsi praetereunt austera poemata Rhamnes.* Sed enim Luceres a Lucumone appellatos sine dubitatione aiunt heic Graecos: tum Varro LL. IV. 9; Propertius IV. 1. 29; Victor in Romulo; ne alios auctores frustra numerem. Festus tamen nomen trahit a Lucero Ardeae rege. — *a*) Ita Virg. aen. V. 560: *tris equitum turmae.* — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *fuerunt.* — *c*) Ita 2. manu; at 1. *et.* — *d*) Cur *quasi senatu?* An quia nonnulli, ut est apud Servium ad aen. I. 426. *senatus nomen* a Bruto coeptum aiunt? — *e*) Cod 1. manu *senatu;* tum superimposita *e* factumque *saenatu.* Perversa haec castigatio haud semel inferius occurrit in codice. — *f*) Similem fere locutionem habes supra lib. I. 14, et infra III. 31. cum not. — *g*) Ita cod. pro *tum*, ut etiam alibi.

1) Romulum in plerisque suis institutionibus usum fuisse calculo decimali, copiose docet Ovidius fast. III. 120. sqq.

2) Ita censet etiam Festus voc. *curia.* Eas triginta fuisse feminas oratrices tradit Servius ad aen. VIII. 638.

3) Sabinae priore capite *orantes*, nunc *oratrices*; quae duo vocabula fortasse synonyma sunt. Etsi autem plerique historici preces Sabinarum tumultuarias fuisse tradunt, tamen Appianus de reb. ital. cap. V. legationem Sabinarum ad Tatium non secus ac Veturiae ad Coriolanum videtur innuere. Ita fere loquitur etiam Dionysius III. 1. Feminarum oratricium exemplum aliud suppeditat Pausanias V. 16, nimirum apud Eleos publica auctoritate lectarum, quae pacem inter populos dissidentes sanxerunt.

4) Nempe ante annos circiter quadraginta, ut est apud Eusebium chronic. lib. II; ubi tamen videsis quae in editione nostra mediolanensi ad Abrahami annum MCCXXI. adnotantur.

5) Tullianum locum prae oculis habet Lactantius inst. II. 6. Tum Plutarchus sic loquitur in Lycurgo cap. V: πλειόνων δὲ καινοτουμένων ὑπὸ τοῦ Λυκούργου, πρῶτον ἦν καὶ μέγιστον ἡ κατάστασις τῶν γερόντων, ἥν φησιν ὁ Πλάτων τῇ βασιλέων ἀρχῇ φλεγμαινούσῃ μιχθεῖσαν, καὶ γενομένην ἰσόψηφον εἰς τὰ μέγιστα σωτηρίαν ἅμα καὶ σωφροσύνην παρασχεῖν κ. τ. λ. Tum et Dionysius II. 12. 14. civilia ac militaria Romuli instituta sic cum laconicis Lycurgi comparat, et sic de optimatium consilio ad regis dominationem adiuncto loquitur, ut hunc Ciceronis locum imitari videatur.

magna cum salute rei publicae 1), auspiciis plurimum obsecutus est Romulus 2). Nam et ipse, quod principium rei publicae fuit, urbem condidit *a*) auspicato *b*), et omnibus publicis rebus instituendis, qui sibi essent *c*) in auspiciis ex sin-
P. 239. gulis tribubus *d*) singu||los cooptavit augures 3): et habuit plebem in clientelas principum descriptam: quod quantae fuerit utilitati *e*), post videro *f*) 4): « multaeque dictione *g*) ovium et boum *h*) 5) quod tum erat res in pecore et locorum pos-

a) Cod. *condididit*. — *b*) Sic loquitur Cicero etiam de divin. I. 2. — *c*) Ita cod. Sed num scribendum *adessent?* — *d*) Ita cod. 1. manu; at 2. mendose *tribus*. — *e*) Ita cod. 2. manu; at 1. *quante fuerit utilitate*. — *f*) Cod. *viderom*; tum *m* fuit deleta. Sane littera *m* saepe abundat in hoc codice, multo autem rarius desideratur; quod in aliis codicibus, praesertimque in lapidibus, contra fit. — *g*) Locum ex II. de rep. citat Nonius voc. *pecuniosum et locupletum*; et quidem in plautiniana et gotofrediana editione *multaque ditione*. Iam primi verbi mendum satis videtur priscum, namque in membranis ipsis de rep. vaticanis prior manus scripserat *multa*, tum superaddita *e* fuit. Sed bene in parisiaca Nonii editione *multaeque dictione*, sicuti utrumque vocabulum peracute emendaverat Cuiacius observ. XI. 9. Locum ex II. de rep. citat etiam Isidorus orig. X. 156. Et quidem recte Grialius dederat in Isiduro *multae dictione*, verum Arevalus ad Nonium respiciens locum nolens pessumdedit. In gotofrediana autem Isidori editione legitur *multa quae editione*, in qua pessima lectione latet nihilominus scintilla veritatis, namque *e* a voce *multa* translata fuit ad vocem *ditione*. — *h*) Ita 2. manu; at 1. *borum*, quae est rectior scriptura, si casuum flexiones spectes.

1) De lege aelia et fufia a Clodio sublata cogitabat sine dubio Cicero haec scribens. Multus autem honor auguriis tribuitur; nam et Scipio et Laelius et Scaevola interlocutores, et ipse Cicero auctor operis, in augurum collegio fuerunt. De prioribus recole prosopographiam in praefatione, de postremo Plutarchum in Cicerone cap. XXXVI. Curiosam apud Romanos auspiciorum observationem docent Plutarchus in Marcel. IV. V; Strabo XVII, pag. 1168; Plinius X. 21, aliique auctores. Omnes magistratus fieri auspicato iubet lex apud Cic. leg. III. 3. Ceterum auguria valde irridet Plinius XXVIII. 2; lusaque docet Dionysius II. 6; neglecta denique Arnobius II. p. 91; sed adhuc observata Salvianus VI. 2.

2) Sive animi superstitione, sive astu politico. Sic Lycurgus Lacedaemoniis non ante leges tulit, quam eas fore utiles, delphico oraculo confirmatum est. Xenoph. reip. lac. cap. VIII; Plut. Lyc. XXIX; Dionys. II. 61.

3) Livius X. 6: *inter augures constat, imparem numerum debere esse, ut tres antiquae tribus suam quaeque augurem habeant*. Falso autem dici videtur apud eundem Livium IV. 4, augures Romulo regnante nullos fuisse. Confer tamen Lydum m. r. I. 45.

4) De clientelae romanae utilitatibus, caritate, et iure legantur Dionys. II. 10; Plutarch. Romul. XIII; Gell. V. 13: namque hic promissus locus, in mutilis de rep. membranis desideratur. Clientelarum adhuc Romae viget usus, nam sodalitia, oppida, regna etiam quandoque externa patronos romanos habent.

5) Haud sine causa verborum ordinem servat Cicero. Quippe ait Plinius XVIII. 3: *cautum est ne bovem prius quam ovem nominaret qui indicaret multam*. Ibidem Plinius tullianum hunc locum illustrat: *locupletes dicebant loci, hoc est agri, plenos. Pecunia a pecore appellabatur. Multatio quoque non nisi ovium boumque impendio dicebatur*. Confer Ovidium fast. V. 281.

sessionibus, ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur 1); » non vi et suppliciis coercebat 2).

X. Ac Romulus cum septem *a*) et triginta regnavisset annos 3), et haec egregia duo firmamenta rei publicae peperisset, | auspicia et senatum *b*), « tantum est consecutus, ut cum, su- P. 240.
bito sole obscurato 4), non conparuisset, deorum in numero conlocatus *c*) putaretur: quam opinionem nemo umquam mortalis adsequi potuit sine eximia virtutis gloria 5). » Atque hoc eo « magis est in Romulo admirandum, quod ceteri qui dii ex hominibus facti esse dicuntur, minus eruditis hominum saeculis fuerunt, ut *d*) fin||gendi proclivis *e*) esset ratio, cum P. 241.
imperiti facile ad credendum inpellerentur. Romuli autem aetatem, minus his sescentis *f*) annis, iam inveteratis litteris atque doctrinis, omnique illo antiquo ex inculta hominum vita errore sublato cernimus 6). » Nam si, id quod Graecorum investigatur annalibus, Roma condita st *g*) secundo anno olym-

a) Cod. *septe*, ut in lapidibus quoque non semel vidi. Iam *m* finalem omitti interdum in antiquis codicibus exploratum est. An vero illud *septe* e lingua rustica est? Certe ita fere nunc loquuntur Itali. — *b*) Ita cod. 1. manu; at 2. *saenatum*. — *c*) Ita cod. modo *conl*. modo *coll*. — *d*) Cod. *et*; mox ibi emendatum *ut*. — *e*) Male in Augustini contextu (qui hunc locum citat C. D. XXII. 6.) *proclivior*; verum ibi Maurini editores admonent, in mss. Augustini legi *proclivis*, quae nunc lectio mire confirmatur. — *f*) Recole lib. I. 37. p. 61. n. e. — *g*) Ita cod. 1. manu; at 2. superaddidit *e*. Ergo vero archaismum satis nobilem et crebra codicum auctoritate firmatum heic et alibi retinui.

1) Locum hunc ex Tullio nominatim, sed libere, citat Hieronymus comm. ad Eccles. cap. V: *Tullius pecuniosos primitus eos dictos refert, qui plura habuissent pecudia, id est pecora; ita enim antiquitus appellabant*. Verba vero Hieronymi exscribit Isidorus orig. X. 210.

2) Aliter Plutarchus Romul. XXVI. XXVII, et Lydus lib. I. 5; qui Romulum ultimo tempore tyrannum fastuque et insolentia elatum describunt, contradicente tamen Appiano apud Photium cod. LVII.

3) Sic passim historici scribunt XXXVII, et ipse Plutarchus in Numa cap. II; qui tamen in Romulo fin. scribit XXXVIII. Romulus ergo anno aetatis LV, vel ut ait Plut. LIV, obiit; siquidem is vulgo dicitur Romam simul regnumque suum occoepisse annos natus XVIII; qua super re nullam esse historicorum dissensionem ait Dionysius II. 56.

4) Solis hunc defectum legebat in libris de rep. Seneca epist. CVIII.

5) Locum hunc in libris de rep. legebat Augustinus C. D. III. 15. Huc idem Augustinus respicit etiam XVIII. 24. Consonat sibi Tullius III. in Cat. 1: *illum, qui hanc urbem condidit, Romulum ad deos immortales benivolentia famaque sustulimus*. Hanc fuisse compluríum deorum apud ethnicos originem sapienter observat Augustinus serm. CCLXXIII. 3, et C. D. II. 5. 15; tum Lactantius de ira D. cap. XI, et inst. I. 15. (ubi nominatim citat libros Tullii de rep.) et VII. 14.

6) Locum citat August. C. D. XXII. 6. sine ulla varietate.

piadis septumae 1), in id saeculum Romuli cecidit aetas cum | P. 242. iam plena Graecia poetarum et musicorum esset; minorque fabulis, nisi de veteribus rebus, haberetur fides. Nam centum et octo annis postquam Lycurgus leges scribere instituit, prima posita est olympias *a*): quam quidam nominis errore ab eodem Lycurgo constitutam putant 2). Homerum autem, qui minimum dicunt, Lycurgi aetati triginta annis anteponunt 'Q. XV. P. 301. fere 3). « Ex quo intellegi potest permultis annis an*||te *b*)

a) Locutionem *posita est olympias* graeco de fonte Tullius derivat τεθῆναι ἀγῶνα vel ὀλυμπιάδα, uti est apud Eusebium chron. I. 32. ed. mediol. Item quod paulo post ait *constitutam olympiadem*, manat de graeco ὀλυμπιὰς ἐτάχθη. Euseb. ibidem. A Tullii vero auctoritate nimis recedit Eusebius, qui chron. lib. II. leges a Lycurgo scriptas ait annis ferme quinquaginta ante primam olympiadem. — *b*) Hoc est codicis folium postremum, cuius nonnisi frustum intimum superest lacerae membranae. Quum autem cuiusque paginae sint duo latercula,

1) Solinus cap. II. vel alium Ciceronis locum legebat, vel ipse Solinus mendosus est aut memoria falsus. Ait enim: *Cincio Romam duodecima olympiade placet conditam; Pictori octava; Nepoti et Lutatio, opinionem Eratosthenis et Apollodori comprobantibus, olympiadis septimae anno secundo; Pomponio Attico et ·M· Tullio olympiadis sextae anno tertio.* Equidem opus chronologicum Tullii, quod potissimum consentiret cum Attici simili opere, videtur hoc ipsum de rep. (ut diximus cap I. p. 79. n. 3.) quo Romam conditam ait anno secundo olympiadis septimae. Porro autem sicubi revera Cicero anno tertio olymp. VI. natam esse Romam dixerit, is haberet suffragatores Plutarchum in Rom. XII, Velleium I. 8, et denique Eusebium chron. lib. II, qui refert Romam dici conditam anno tertio olympiadis VI. in quorumdam Romanorum libris: quamquam ipse Eusebius annum urbis natalem statuit primum olympiadis septimae, quod et Solinus cap. II. calculando colligit: eademque sententia est etiam Dionysii I. 71. 74. 75. Verum apud eundem Dionysium I. 74. Polybius Romae natales scribit secundo olympiadis septimae anno, quam sententiam discipulus Polybii Scipio hoc in sermone sectatur. (Confer inferius cap. XIIII.) Idem colligebatur ex tabula h. e. annalibus pontificum. Etenim apud Dionys. I. 74. ἀρχιερεῦσι, non Ἀρχισιῦσι, legendum esse docuit vir. ill. et de litteris praeclare meritus borussus Niebuhrius in disquisitione sua de anno urbis natali, usus vaticani codicis (immo licet tribus uti) lectione apud Hudsonum ἀγχιστεῦσι, ex qua merito fecit ἀρχιερεῦσι.

2) Hoc in errore versatus est Aristoteles, teste Plutarcho Lycurg. cap. I, quo loco haec controversia ventilatur. De Lycurgo autem iuniore, qui primus agonem cum Iphito instituit, legatur Euseb. chron. I. 32.

3) Intelligit Apollodorum. Complures autem ac varias de Homeri aetate sententias veterum acervaverunt Suidas voc. Ὅμηρος, et Eusebius chron. II. ad Abrahami annum DCCCCXV. Apud Gellium XVII. 21 Nepos Homerum vixisse dicit ante Romam conditam annis circiter centum et sexaginta; quo fit, ut is prorsus congruat cum Cicerone, siquidem olympiadis septimae annus secundus Romae natalis fuit. Namque ab Homero ad Lyc. anni 30; ab hoc ad I. ol. anni 108; ab ol. I. ad septimam dimidiam anni 26; ergo 164. Conferatur Cicero etiam Tusc. I. 1. Item Heynius ad Apollodori fragmenta pag. 1086.

lomerum fuisse, quam Romulum: ut iam doctis hominibus c temporibus ipsis eruditis ad fingendum vix cuiquam esset ›cus *a*). Antiquitas enim recepit fabulas fictas etiam nonnum-uam incondite; haec aetas autem iam exculta, praesertim ludens *b*) omne quod fieri non potest, respuit » . . * . . . odem *nomi*|*ne ali*us ne*pos eius*, ut di*xeru*nt quidam, *e*x filia, uoniam ille mor*tuus* eodem *est anno; na*tus *Si*monid*es c*) *o*l*y*m-iade *se*xta *et* quin*quag*esima: *quo fa*cilius *inte*llegi pos*sit tu*m le Ro*mu*li immor||talitate *d*) creditum, cum iam inveterata vita

* P. 302. Desideranti litterae pl. n 230: id est pra sentis edition versus quinqu P. 67.

lii vero latercula quatuor; hoc quidem in folio nihil reliquum est praeter primi quartique la-rculi partes dimidiatas a vertice ad imum. Sed enim prior folii pagina ferme tota suppletur liciter ab Augustino locum citante C. D. XVIII. 24, et XXII. 6, quo postremo capite, ne inter-dationem aliquam suspicemur, ait Augustinus se verba Ciceronis prout scripta sunt inserere. niderumus itaque particulam laterculi secundi: laterculum tertium, et quarti dimidium; pputatis autem spatiis constat ereptas nobis esse litteras circiter CCXXX. En autem hiatum dicis. P. 301. laterc. 1. *te Ho . . fuisse . . Romu , . ut iam . . homi . . ac tem . . ipsis . . . . ad fin. . . vix cui . . esset lo . . antiq. . . nim r . . fabula . . etiam n . . numq.* . . P. 302. terc. 2 . . *us ne* . . etc. ut scribimus in textu. Iamvero paginae 301. supplementa augusti-iana, quia certissima sunt, eodem genere litterarum excudo; supplementa autem paginae 302. itteris inclinatis exaro, quia sunt coniecturalia, etsi vix dubia. — *a*) Textus Augustini *quidquam* sset *loci*. — *b*) Ita textus Augustini *eludens*, quod vocabulum parum placet Patricio, quam-uam vocabulum idem is observat apud Ciceronem in Verr. III. 4. In editis fragmentis legitur *iam exculta praesertim et erudita, omne* etc. Cave tamen putes id fluxisse ex aliquo Augustini co-ice, quum reapse mera fuerit critici alicuius coniectura et immutatio, quia scilicet apud eun-m Augustinum C. D. XVIII. 24, ubi aliis verbis eadem recitatur sententia, scriptum vidit *tem-ribus iam expolitis, et eruditis*. — *c*) Quum ego hanc lacunam ill. Niebuhrio considerandam ob-lissem, is e superstitibus elementis *moni* exculpsit *Simonides;* quo supplemento nihil ego vidi rius aut doctius. Datis autem pro sua humanitate ad me litteris toti huic Ciceronis loco lucem rimam attulit; quarum litterarum verba ipsa heic scribere pretium operae est. *In Suida lego* ιμωνίδης Λεωπρεποῦς ἰουλιήτης etc. γέγονε δ' ἐπὶ τῆς νς ὀλυμπιάδος; *scili-t natus est: nam qui prope nonagenarius ol.* LXXVIII. *obiit, nasci debuit ol.* LVI. *Habemus ita-e olympiadis numerum, tum superstites litteras* moni, *quae, litterarum calculo inito, ex nullo alio cabulo esse possunt. Certe illud mihi extra controversiam esse videtur, Ciceronem in hac lacuna enu-merasse poëtas graecos qui sub romanis regibus floruerunt, atque ita desivisse in Simonide sene, qui, um reges urbe pellerentur, quadragenario maior erat. Pluribus sane locis Graecorum aetates cum manorum temporibus a Cicerone componi videmus; in Bruto v. gr. et in tusculanis: nominatumque ase ante alios Archilochum propterea mihi persuadeo, quod in tusc. I. 1. sub Romulo floruisse dici-r: id quidem parum accurate; sed vixit certe ante Romuli excessum: tum vero Alcaeum, Stesicho-m etc. At Simonidem alium, nepotem ex filia maioris Simonidis, propterea posuit, quod Suidas ne habet:* Σιμωνίδης κεῖος, θυγατριδοῦς κατά τινας τοῦ προτέρου *etc. Quae qui-m ex Apollodori chronicis in Suidam illata esse, tot alii loci comprobant: Apollodorum autem Ci-ronis aetate omnes manibus versabant, qui de illustrium hominum temporibus quaererent. Neque men nego magis mihi arrisurum fuisse si licuisset credere Bacchylidem, quem graeci auctores, quos idem novi,* συγγενῆ *Simonidis senis vocant, a Cicerone nepotem eius ex filia dictum fuisse; obilissimum quippe haberemus pro incognito, qui tamen* μελίγηρυς *dictus est. Fuerit autem eius mmemorandi ratio, quod Cicero committere nolebat, ut recentior nepos, post reges exactos natus, m illo vetusto permutaretur. Poetas vero istos graecos omnes propterea recensuerat, quia nemo ex lorum numero de suis temporibus prodigiosas res retulisset.* — *d*) Cod. *iam mortalitate;* tum su-erpositum fuit *im*. Atqui delenda erat potius littera *a* ex *iam*, ut nos fecimus. Neque enim o *iam* heic belle retinetur.

hominum ac tractata esset et cognita. Sed profecto tanta fuit in eo vis ingenii atque virtutis, ut id de Romulo, Proculo Iulio 1) homini agresti crederetur, quod multis iam ante saeculis nullo alio de mortali *a*) homines credidissent: qui inpulsu patrum, quo illi a se invidiam interitus Romuli pellerent, in contione dixisse fertur, a se visum esse in eo colle | P. 68. Romulum, qui nunc Quirinalis vocatur 2): eum sibi mandasse ut populum rogaret ut sibi eo in colle delubrum fieret: se deum esse et Quirinum vocari *b*).

XI. Videtis ne igitur unius viri consilio non solum ortum novum populum, neque ut in cunabulis *c*) vagientem relictum, set adultum *d*) iam et paene puberem 3)? Tum Laelius, nos vero videmus; et te quidem ingressum ratione ad dispu- P. 81. tandum nova, quae ‖ nusquam est in Graecorum libris. Nam princeps ille, quo nemo in scribendo praestantior fuit 4), aream sibi sumsit in qua civitatem extrueret arbitratu suo *e*); praeclaram ille quidem fortasse, set a vita hominum abhorren-

a) Cod 1. manu *mortalitate;* mox litterae quatuor extremae fuerunt expunctae. — *b*) Sive a χοίρανος, sive a κύριος. Postremam originem tuetur Lydus m. r. I. 5, qui testibus confirmat, Romulum et eius aequales haud ignaros fuisse linguae aeolicae. Erudite Lactantius inst. I. 21. *Solent mortuis consecratis nomina immutari; credo ne quis putet eos homines fuisse. Nam et Romulus post mortem Quirinus dictus est.* — *c*) Sic lego *in cunabulis* non *incunabulis*. Paulinus item (ep. XXXII. 4. inter augustinianas) scribit divisim *adultum aetate corporea, in spiritalibus adhuc cunabulis vagientem.* — *d*) Cod. manifeste *advitum.* — *e*) Festive hanc formulam *arbitratu suo* usurpat Cicero, in locandis aedificationibus usitatam. Gruter CLXXXV. 2.

1) Subornati Proculi fraudem passim narrant ethnici christianique scriptores; irrident autem Augustinus C. D. III. 15, et Tertullianus apol. XXI. [quin et ipse Cicero leg. I. 1. et off. III. 10. Vill. Mr.] Tullianum hunc locum libere exhibet Lactantius inst. I. 15.

2) Haud procul aedibus Attici, ut ait Cicero leg. I. 1. Revera templum Quirini et domum Attici proxime inter se collocat Rufus in VI. regione.

3) Contra Seneca in opere, quod videtur historicum, apud Lactantium VII. 15. ait, *populi romani infantiam fuisse sub Romulo; pueritiam sub ceteris regibus* etc. Senecam hunc alii philosophum intelligunt, alii Annaeum Florum. Lege Bünemannum ad Lactantium. Nuper in fragmento palatino vitae ·M· Senecae patris, cura ill. Niebuhrii invento atque edito, is ipse pater cognitus est historiarum auctor. Et sane nihil vetat quominus Lactantium de patre potius loqui putemus quam de filio, quandoquidem et is Senecam ambigue appellat, et nunc patrem fuisse historicum scimus. Roborat hanc opinionem, quod historia Senecae, tam apud Lactantium quam in fragmento palatino, memoriam complectitur bellorum civilium.

4) Plato scilicet, quem quod admiratione commotus saepius fortasse laudet, excusari se petit Cicero leg. III. 1. Confer Cicer. orat. XIX; Quintil. X. 1. 367; Gell. II. 5; Val. M. VIII. 7. ext. 3.

tem et a moribus *a*) 1) Reliqui disseruerunt, sine ullo certo exemplari formaque rei publicae, de generibus et de rationibus civitatum *b*) 2). Tu mihi videris utrumque facturus; es | P. 82.
enim ita ingressus, ut quae ipse repperias *c*) tribuere aliis malis, quam, ut facit aput Platonem Socrates ipse fingere; et illa de urbis *d*) situ revoces ad rationem, quae a Romulo casu aut necessitate facta sunt 3); et disputes non vaganti oratione, sed defixa in una re publica. Quare perge, ut instituisti: prospicere enim iam videor te reliquos reges persequentem quasi perfectam rem publicam 4).

XII. Ergo, inquit Scipio, cum ille || Romuli senatus *e*), qui P. 281.
constabat ex optimatibus, quibus ipse rex tantum tribuisset, ut eos patres vellet nominari, patriciosque eorum liberos, temtaret post Romuli excessum ut ipse gereret *f*) sine rege rem publicam, populus id non tulit 5); desiderioque Romuli, postea regem flagitare non destitit: cum prudenter illi principes novam et inauditam ceteris gentibus interregni ineundi rationem excogi|taverunt 6), ut quoad certus rex declaratus P. 282.
esset, nec sine rege civitas, nec diuturno rege esset uno, nec

a) Cod. 1. manu *a maioribus*; 2. *moribus* sine praep. quam ego retineo. Sic enim eam retinet Cicero hac ipsa de re iisdem prope verbis loquens de or. I. 52. — *b*) Ita codex; at alibi *civitatum*. — *c*) Ita cod. Recole p. 88. n. f. — *d*) Cod. *verbis*; tum fortasse expuncta fuit *e*, quae sententiam oppido perturbabat. — *e*) Ita cod. 1. manu; at 2. *saenatus*. — *f*) Ita cod. 1. manu; at 2. fecit *regeret*, quam emendationem haud recipio: prior enim scriptura et latino sermoni satis congruit, et elegantior est quam *regeret sine rege*. Eandem tamen scripturae varietatem apud Augustinum observabimus in huius libri fine.

1) Plato remp. suam, tamquam picturam, sibi ad oculorum veluti oblectationem confinxit; Athen. XI. 15. Pergit ibidem Athenaeus dicere Platonis remp. et leges vel eo maxime nomine parum videri laudabiles, quod iis nulla [illegible] apud se locum concesserit. Sic de platonica rep. loquitur etiam Polybius VI. 47. Plotinus remp. Platonis in Campania instituere frustra meditatus est, ut narrat in eius vita Porphyrius.

2) Sic facit Aristoteles, cuius opus politicum per omnia rerump. genera late vagatur. Hunc praecipue puto intelligi a Cicerone.

3) Recole dicta cap. III. Cicero enim ibi dixit situm urbis sapienter a Romulo sponteque electum; haud equidem veritatem secutus, sed ne omitteret occasionem tradendi praecepta politica de situ urbi novae captando. Quare et hanc obiectionem auctor irrefutatam, tamquam foveam, praetergreditur; astu scilicet oratorio, ne malam causam tuendo faciat peiorem.

4) Ita sine ullo verbo. De re confer Cic. de or. I. 9, et tusc. IV. 1.

5) Confer Dionys. II. 57; Liv. I. 17; Serv. aen. VI. 809.

6) Interrex mansit etiam in libera rep. usque ad Pompeii consulatum sine collega anno urbis DCCII.

committeretur ut quisquam inveterata potestate aut ad deponendum imperium tardior esset *a*), aut ad optinendum munitior. Quo *b*) quidem tempore novus ille populus vidit tamen id quod fugit lacaedemonium Lycurgum, qui regem non dili-
P. 283. gendum *c*) duxit; si modo hoc *d*) in Lycurgi potestate ‖ potuit esse; sed habendum qualiscumque is foret, qui modo esset Herculis stirpe generatus. Nostri illi etiam tum agrestes viderunt, virtutem et sapientiam regalem non progeniem quaeri oportere 1).

XIII. Quibus cum esse praestantem Numam 2) Pompilium fama ferret, praetermissis suis civibus regem alienigenam patribus auctoribus 3) sibi ipse populus adscivit *e*); eumque ad
P. 284. regnandum | sabinum hominem Romam Curibus accivit 4). Qui ut huc venit, quamquam populus curiatis eum comitiis *f*) regem esse iusserat, tamen ipse de suo imperio curiatam legem tulit: hominesque romanos instituto Romuli bellicis studiis ut vidit incensos, existimavit eos paulum ab illa consuetudine esse revocandos 5).

XIIII. « Ac primum *g*) agros, quos bello Romulus cepe-
P. 87. rat, divisit viritim civibus 6): » ‖ docuitque sine depopulatione atque praeda posse eos colendis agris abundare *h*) commodis omnibus: amoremque eis otii *i*) et pacis iniecit, quibus *k*) fa-

a) Cod. *essed*. Neque emendator quidquam mutavit. — *b*) Cod. *quod*, manifesto mendo. — *c*) Cod 1. manu *redigendum*; mox 2. manu *diligendum* vetere orthographia pro *deligendum*. — *d*) Ita 2. manu; at 1. *haec*. — *e*) Ita 2. manu; at 1. *adscibit*. — *f*) Cod. *comitis*, cum incommoda crasi. — *g*) Nonius, qui hunc locum ex II. de rep. citat voc. *viritim*, habet *primus*. — *h*) Ita cod. 2. manu; at 1. *abundari*. — *i*) Cod. *voistii*; tum 2. manu factum *his otii*; mihi vero visum est priorem scriptionem peccare metathesi, ceterum nullam litteram desiderari. — *k*) Ita cod. 2. manu: at 1. *in quibus*.

1) Sic de Romanis apud Livium IV. 3. loquitur Canuleius tribunus, et sic Rutilius in itiner. I. 14.

2) Si Servium audias ad aen. VI. 809, proprium nomen fuit *Pompilius*, cui postea accessit agnomen *Numa* ἀπὸ τῶν νόμων, ab inventione et constitutione legum. De virtute Numae satis heic Tullius; ad sapientiam quod attinet, Tullius idem or. III. 51. eum vocat *doctissimum*.

3) Quid sit *patres auctores fieri* perspicue docet Livius I. 17.

4) Praeter Numae virtutem, illae quoque causae eum ad regnum vocaverunt, quod Sabinis, iam inde ab Tatio Romae incolis, Sabinus rex erat concedendus; quodque Numa Tatii filiam habebat in matrimonio; Plut. Num. II. Quia progenie formaque regia erat; Dionys. II. 58. Anno aetatis XL. regnum adiit, natus scilicet cum ipsa Roma; Dionys. ibidem; Dio frag. XX; Plut. Num. III.

5) Imitatur Tullium Lactantius epitom. cap. XXII.

6) Nimirum egenis illis et novitiis, qui nihil a Romulo acceperant. Dionys. II. 62.

e iustitia et fides convalescit; et quorum patrocinio *a*) ae cultus agrorum perceptioque frugum defenditur 1). que Pompilius et auspiciis maioribus inventis 2), ad prin numerum duo augures addidit 3); et sacris e princinumero pontifices quin que praefecit 4): et animos pro- P. 88. s legibus his, quas in monumentis habemus 5), ardentis etudine et cupiditate bellandi religionum caerimoniis mit: adiunxitque praeterea flamines, salios 6), virginesque es 7); omnisque partis religionis statuit sanctissime. Sam autem ipsorum diligentiam difficilem 8), apparatum ilem esse voluit: nam quae perdiscenda quaeque obseres||sent multa constituit, sed ea sine inpensa. Sic reli- P. 69. ius colendis operam addidit, sumtum removit 9): idem-

Male cod. superadditis 2. manu duabus cc, quum prima nullam scripsisset.

ac de causa Numa *Termino* et na et sacra constituit. Plutarch. a XVI; Dionys. II. 74, 75. Fides olio vicina Iovis erat. Cic. off.

ta ad fulminum curationem; qua vide Plutarchum in Numa XV, I. 20. Tum morem romanum peram ut priora auguria posteconfirmarentur attingit Servius II. 691.

uinque nimirum evaserunt auservato numero impari. Recole p. 90. n. 3.

Livium consulas X. 6, quatuor fuisse videbuntur veteres illi Nutifices; quorum numerus dupli-l, Valerio et Apuleio coss., adde plebe totidem. Sylla demum m augurumque collegium amut essent quindecim. Liv. epit. L. Lydus I. 45. quatuor scribit s a plebe creatos.

umae leges commemorantur in-: 2. Insuper a Gellio IV. 3; Serm. VI. 860; Festo voc. *pellices*; t. in Numa; Augustino C. D. ae leges fuerunt in iure civili L. Dig. I. 2. 2.

mines tres, dialem, martialem, et quirinalem. Augustin. C. D. II. 15. Salios Martis sacerdotes duodecim, Aur. Vict. in Numa. Quin salias quoque virgines commemorat Festus; saliare autem Numae carmen Horatius epist. II. 1. 86.

7) Opinionem eorum, qui Vestae cultum a Romulo repetebant, studiose refutat Dionysius II. 65. In ea scilicet videtur fuisse Varro, a quo LL. IV. 7. Tarpeia illa proditrix virgo dicitur vestalis. Quatuor autem fuisse institutas a Numa vestales, quibus postea duae accesserint, nempe a Prisco rege, ait idem Dionysius II. 67, et III. 67.

8) Tertullianus apol. cap. XXI: *Numa Romanos operosissimis superstitionibus oneravit.*

9) Cic. leg. II. 8. ex duodecim tabulis: *ad divos adeunto caste, pietatem adhibento, opes amovento;* quam doctrinam pergit idem Cicero sapienter explicare cap. X. et XVI. Rei meminit etiam parad. I. 3. Praeterea Tertullianus apol. cap. XXV. sic ait: *etsi a Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulacris aut templis res divina apud Romanos constabat: frugi religio et pauperes ritus, et nulla Capitolia certantia caelo, sed temera-*

que *a*) mercatus 1), ludos, omnesque conveniundi causas et celebritates invenit 2). Quibus rebus institutis, ad humanitatem adque mansuetudinem revocavit animos hominum studiis bellandi iam *b*) immanis ac feros. Sic ille cum undequadra-
P. 70. ginta annos 3) summa in pace concordiaque regnavisset: sequamur enim potissimum Polybium nostrum, quo nemo fuit in exquirendis temporibus diligentior 4); excessit e vita, duabus praeclarissimis ad diuturnitatem rei publicae rebus confirmatis, religione *c*) atque clementia 5).

XV. Quae cum Scipio dixisset, vere ne, inquit Manilius, hoc memoriae proditum est *d*), Africane, regem istum Numam Pythagorae *e*) ipsius discipulum, an certe pythagoreum

a) Cod. *ut idemque;* verum *ut* (quod in codice satis videtur expunctum) profecto heic locum non habet. — *b*) Ita cod. 1. manu; at 2. *tam*. — *c*) Cod. *religionem atque clementiam*. — *d*) Ita cod. 2. manu; at 1. *sit*. — *e*) Cod. *Pythagorae ne;* sed enim cum hac particula incipiunt posteriore manu supplementa verborum sequentium usque ad *saepe*, quae ante omissa fuerant. Itaque et τὸ *ne* videbatur mihi mendosum et minime ferendum.

ria de caespite altaria, et vasa adhuc samia, et nidor ex illis, et Deus ipse nusquam: nondum enim tunc ingenia Graecorum atque Tuscorum fingendis simulacris urbem inundaverant. Notabilis locus, quo demonstratur, in Numae religione aeque defuisse simulacra divina, ut apud veri cultus heredes adseclasque Hebraeos. Plato quoque superbum sacrorum luxum reprehendit in Alcibiade II. Tum etiam Plutarchus Lycurg. cap. XIX. et apoph. reg. initio observat, sacra minimi sumptus a Lycurgo Spartae fuisse instituta. In eamdem sententiam loquitur Persius II. 69, et Lactantius II. 4. VI. 25. Nihilominus plerique populi, duce veluti et magistra meliore natura, Numinis maiestatem sacris magnificis honorare semper consueverunt.

1) Nundinarum auctorem, non Numam, sed alii Romulum alii Servium Tullium faciunt apud Macrobium sat. I. 16. Apud Servium ad G. I. 275. *Varro dicit antiquos, nundinas feriatis diebus agere instituisse, quo facilius commercii causa ad urbem rustici commearent.*

2) Cur antiqui legumlatores voluptates in sacra festa contulerint, sapientem causam tradit Athenaeus VIII. 16, nempe ut modeste et pudice homines genio indulgerent.

3) Dionysius I. 75. et II. 76; Livius I. 21; Solinus cap. II; Eutropius I. 2; Rufus cap. II, regnantis Numae annos scribunt tres supra quadraginta. Verum Eusebius, et Cassiodorius in chronicis, et historia miscella, duos detrahunt, Polybius autem quatuor; cuius postremae sententiae annorum nempe XXXIX, meminit Augustinus C. D. III. 9, Ciceronis locum, ut puto, respiciens.

4) Sic Cicero etiam de off. III. 32. in controversia quadam citans hunc historicum, pari cum laude ait: *Polybius bonus auctor in primis* etc. Regum romanorum historiam videtur Polybius sexto libro praelibavisse, si certe vera est inscriptio *sexti libri* in valesianis excerptis, ubi Tarquinii Prisci res attinguntur. Quin adeo in XL. libro chronologiam suam Polybius posuerat, ut in vaticanis nuper a me editis Porphyrogeniti excerptis p. 461. dicitur.

5) Haud absimilis est illa Ochi me-

1)? || saepe enim hoc de maioribus natu audivimus *a*), P. 295.
intellegimus vulgo existimari: neque vero satis id anna-
ublicorum auctoritate declaratum videmus. Tum Sci-
alsum est enim *b*) Manili, inquit, id *c*) totum; neque
fictum *d*) sed etiam imperite absurdeque fictum 2): ea
nim demum non ferenda in mendacio, quae non solum
) esse, sct ne fieri quidem potuisse cernimus *f*). Nam
m | iam annum regnante Lucio *g*) Tarquinio Superbo *h*), P. 296.
m et Crotonem et in eas Italiae partis Pythagoras ve-

od. *audibus;* tum ibidem emendatum *audivimus.* Iam et sequentia *et ita intellegimus* ex-
runt temeraria libertate emendantis, quae nos retinenda censemus tullianaque existi-
- *b*) *Enim* superponitur in codice a posteriore manu. — *c*) *Id* superadditur in codice.
cod. 2. manu hic et inferius; at 1. *factum*. — *e*) Ita cod. 1. manu; at 2. *falsa*. — *f*) Su-
bio magistro sententiam hanc Scipio, vel potius Cicero. Ait Polybius loco mox citando:
ἀδύνατον ἐν τῷ ψεύδει μόνον οὐδ' ἀπολογίαν ἐπιδέχεται τοῖς ἁμαρ-
Sic apud Moserum Lehnerus, qui ambo opinantur Polybium de Numa loqui, quo-
cit Cicero, ideoque non dubitant repertam esse iam sedem fragmenti huius. — Atqui
ntum polybianum, quod Schveighaeuserus posuit lib. VI. 59. 2, sumptum fuit ex ora
natis vaticani CII. p. 61. Adscribitur autem in codice libro VI. cap. III. ff. 10, quo
e Numa agitur; sed de variis reip. formis; pertinetque sine dubio sententia ad cap. III,
ntum in ora codicis ponitur e regione vocabuli συμψεύδονται. Perperam ergo
serus reiecit hoc aliaque urb. vat. codicis fragmenta ad calcem sexti libri, quae
locis, uti sunt in codice, collocanda erant; quamquam eius rei culpam non Schvei-
sustinet, sed Spallettus, a quo sunt missa editori fragmenta absque propriae sedis
ndose praeterea apud Moserum scribitur ἐνδέχεται pro ἐπιδέχεται. — *g*) Cod. 1.
Lucilio; sed deinde videtur in codice facta emendatio. — *h*) Rursus mendose cod. *Tar-*
deinde *yberim*, quae mox metathesis sublata fuit.

piens sententia, qui rogatus a
onam pacto tamdiu tamque fe-
gnum tenuisset? *officiis*, ait,
do *deos et homines*, τὰ δίκαια
πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους καὶ
hem. XII. 12.
re Manilius Aemilianum de Py-
ogitat? idcirco fortasse, quia
xistimabant (Plut. Num. VIII,
rec. *aemilium*) gentem aemi-
Mamerco, cognomine Aemilo,
se filio, genus ducere.
lum non heic solum, verum
or. II. 37, tusc. I. 16. IV. 1.
loco; et praeterea Dionysius
ivius I. 18, et XL. 29; Plutar-
. I; Gellius XVII. 21. Erroris
unt 1. quia Numa suscepit im-
ympiade qua vicit Pythagoras
n autem olympionicae in Grae-
cia essent eponymi, ut Romae consules,
quumque nomen congrueret, famosior
philosophus olympionicae aetatem occu-
pavit. Quid quod samius quoque Pytha-
goras quidam inter celebriores olympio-
nicas ponitur apud Eusebium XLVIII.
olympiade? 2. Quia Pythagoras Italiam,
ubi regnavit Numa, incoluit. 3. Quia
Pythagorae Numaeque leges atque sa-
pientia inter se conspirare visae sunt.
Quamquam ne plus aequo Pythagoram
admiremur, docet nos Augustinus re-
tract. I. 3. pythagoricae doctrinae plu-
res fuisse eosdemque capitales errores.
Nostra etiam aetate in magnae Graeciae
regionibus quum turbulenti homines res
novas molirentur, sectam suam trans-
formaverunt, edito dramate, quod Py-
thagoreorum nomine inscripserunt, ex-
positis etiam in scena emblematis etc.

nisse repperitur. Olympias enim secunda et sexagesima 1) eadem Superbi regni initium et Pythagorae declarat adventum. Ex quo intellegi, regiis *a*) annis dinumeratis, potest, anno fere centesimo et quadragesimo *b*) post mortem Numae pri-
* Q. XVI. P. 39. mum Italiam Pythagoram * ‖ attigisse *c*) : neque hoc inter eos, qui diligentissime persecuti sunt temporum annales, ulla st *d*) umquam in dubitatione versatum. Di inmortales, inquit Manilius, quantus iste est hominum et quam inveteratus error 2)! Ac tamen facile patior non esse nos transmarinis nec inportatis artibus eruditos, sed genuinis domesticisque virtutibus 3).

XVI. Adqui multo id facilius cognosces, inquit Africa-
P. 40. nus, si | progredientem rem publicam adque in optimum statum naturali quodam itinere et cursu venientem videris. Quin hoc ipso sapientiam maiorum statues *e*) esse laudandam,

a) Ita cod. 2. manu; at 1. *regis* cum crasi. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *quatragesimo*. — *c*) Ita cod. 2. manu; at 1. *attingisse*; cuiusmodi alia occurrunt antiquis in codicibus v. gr. *relinquisse*, *nanctus*. — *d*) Ita cod. 1. manu; at 2. superpositum *e*. — *e*) In prima editione scripsi *maiorum natu esse*; tum in scholio critico dixi legere me in codice *natu es esse*. Ecce autem mirabiliter Steinackerus correxit *maiorum statues esse*. Ego vero codicem iterum inspiciens manifeste legi in cariosa membrana *statues* pro *natu es*. Quare ingeniosissimo emendatori volens libensque plaudo.

1) Quod olympiade LXII. Pythagoras philosophus cognitus fuerit, confirmatur a Tatiano adv. Gr. cap. XLI, et a Theophilo ad Autol. III. 27, itemque ab Eusebio chron. lib. II; apud quem tamen postremum primus eius olympiadis annus est Tarquinii regnantis quintus decimus: quam levem temporis aberrationem, praeter Ciceronem, coarguit etiam Dionysius IV. 41. Tum et gravior eusebiani canonis error, quod Superbus nimirum regnaverit annis triginta quinque (ut scribit quoque Hieronymus prolog. in Aggaeum, utque est in variis Livii I. 60. codicibus et edd. apud Drakenb., immo non solum XXXV, sed etiam XLV.) refellitur apud ipsum Eusebium priore libro cap. XLVI, et XLVII, ubi Tarquinius regnavisse dicitur annis XXIV, vel XXV.

2) Antiquissimus sine dubio error; namque apud Eusebium chron. I. 5. 9. eum sequitur Polyhistor cum Beroso nec non Abydenus, quorum sententiâ Pythagoras floruit sub Senecherimo et Ezechia regibus, id est Numae aetate. Errorem (quamvis meliora ut puto edoctus) poëtica licentia retinet Ovidius fast. III. 153, nec non metam. XV, ut Numam scilicet Pythagorae praeceptis imbutum canere possit. Eandem opinionem sequitur Diodorus siculus ed. Wessel. T. II. p. 549, nec non Hieronymus contra Iovin. II. 38, cuius loci sententia frustra torquet Hieronymi editorem Vallarsium. Neque abludit Augustinus ep. CII. 13. Clemens quoque strom. I. ed. ven. p. 358. dicit Numam pythagoreum; item lib. V. p. 648. Rursum supradictus Augustinus epist. CXXXVII. 12. a veritate recedit cum ait: *Pherecydes assyrius* [*syrius* corr. Mr. citato Cic. tusc. I. 16.) *Pythagoram senium ex athleta in philosophum vertit*. Eruditi enim ab hoc etiam eundem olympionica philosophum discernunt.

3) Senioris Catonis sententia haec est apud Plutarchum in eius vita capp. XXII. XXIII.

quod *a*) multa intelleges etiam aliunde sumta, meliora apud nos multo *b*) esse facta, quam ibi *c*) fuissent unde huc translata essent, adque ubi primum extitissent 1): intellegesque non fortuito populum romanum, sed consilio et disciplina confirma|tum esse, nec tamen adversante fortuna *d*). P. 217.

XVII. Mortuo rege Pompilio *e*), Tullum Hostilium 2) populus regem, interrege rogante, comitiis *f*) curiatis creavit *g*): isque de imperio suo, exemplo Pompili, populum consuluit curiatim. Cuius excellens in re militari gloria, magnaeque extiterunt res bellicae 3). Fecitque idem et saepsit *h*) de ma-

a) Cod. sine ulla emendatione *quot* pro *quod*; de qua confusione loquentem Longum superius laudavimus. — *b*) *Multo* additur secunda manu. — *c*) Cod. *sibi*. Num pro *si ibi*? — *d*) Cod. fortunam. Geminavit scilicet amanuensis *m*, quia sequitur *mortuo*. Nisi credendum est potius detractam esse syllabam quasi scribendum foret *fortuna. Num mortuo*. — *e*) Ita cod. 2. manu; at 1. *Popilio*. — *f*) Cod. *committis*. — *g*) Codex 1. manu his in locis valde mendosus; sed 2. emendatus. — *h*) Cod. 1. manu *sempsit*; 2. *saepsit* cum diphthongo.

1) Sic omnino loquitur Cicero etiam tusc. I. 1. Confer praeterea quae dicit Augustinus C. D. II. 16. de legibus Solonis quas Romani meliores emendatioresque fecerunt.

2) Cur Tullus sit rex creatus, causam silet Cicero aliique vulgo auctores seu veteres seu recentiores. Sed tamen egregia Dionysii varia lectio Tullum, ni fallor, declarat Romuli nepotem, natum scilicet ex filia Hersiliae (quae quidem Hersilia Romuli uxor existimatur fuisse.) Nimirum apud Dionys. III. 1, ubi vulgatus textus matrem Tulli dicit *Hersilii filiam* (vel, ut quaedam exemplaria, *Servilii*) prisci interpretes Lapus atque Gelenius legebant *Hersiliae filiam*, eamque diserte lectionem tuetur in notis Portus, citato alio Dionysii loco I. 45, ubi Hersilia venisse Romam cum filia dicitur. Si ergo Hersilia fuit Romuli uxor, utique huius filia, Romuli saltem privigna fuit, si ea forte ante matris cum Romulo nuptias nata erat: ergo Tullus ex hac natus, Romuli nepos appellandus est. Pater autem Tulli Hostilius fuit; avus paternus ille Hostus a Romulo corona donatus, ut ait Plinius XVI. 4. Quum ergo Hostus gratiosus apud Romulum fuisset, Hosti filius Hostilius facile consecutus est nuptias puellae ex Hersilia uxore Romuli natae. En itaque quo iure quave occasione Tullus Hostilius romanum sceptrum adeptus est. Profecto, etsi romani reges suffragiis electi videntur, nihilominus plerumque rationem cognationis in iis creandis habitam esse videmus (praeter quam in Prisco Tarquinio, qui parvulis Anci liberis regnum praeripuit.) Numa quidem maritus Tatiae ex rege Tatio genitae. Tullus, ut dixi, Romuli nepos. Ancus natus e Numae filia. Servius Prisci gener. Denique Superbus soceri Servii regnum invasit. Ergo romani reges magis propemodum hereditarii fuerunt quam electiles. Atque hinc aliquantum infirmatur ipsius Ciceronis cap. XII. de praestantia regni electilis dictum, quod splendido exemplo cl. Villemaenius refutavit. De romanorum regum genealogia disputavit etiam Blanchinius in opusculis T. II. p. 145. sqq.; sed nihil novi mihi protulisse videtur.

3) Idem dicit Cicero N. D. II. 3. Tum Virgilius aen. VI. 814: *otia qui rumpet patriae residesque movebit Tullus in arma viros*; in quem locum commentatur Augustinus C. D. III. 14.

nubis *a*) comitium et curiam 1): constituitque ius quo bella
P. 218. indicerentur; quod per se iustissime inventum sanxit | fetiali religione 2), ut omne bellum quod denuntiatum indictumque non esset, id iniustum esse adque inpium iudicaretur. Et ut advertatis animum, quam sapienter iam reges hoc nostri viderint, tribuenda quaedam esse populo; multa enim nobis de eo genere dicenda sunt; ne insignibus quidem regiis *b*) Tullus nisi iussu populi est ausus uti. Nam ut sibi duodecim li-
iderantur e duae. ctores cum fascibus anteire liceret, ‖ *atque ut togam pictam atque praetextam et latiorem clavum ac sellam curulem ab etruscis, quos devicerat, regibus acciperet, populum rogavit: quo concedente, haec in reliqua vita ornamenta usurpavit. Cumque ad extremum procella ipse quoque aut fulmine absumtus esset* 3), propterea non est creditus inter deos receptus tali morte, quia fortasse quod erat in Romulo probatum, Romani vulgare noluerunt, si hoc et alteri facile tribueretur *c*).

P. 171. XVIII. *Tum Laelius, perge, inquit, Scipio: neque* enim serpit sed volat in optimum statum instituto *d*) tuo sermone

a) Ita cod. pro *manubiis*. Ob has fortasse manubias Tullus dicitur *dives* apud Hor. od. IV. 7. 15. — *b*) Ita 2. manu; at 1. *regis* cum crasi. — *c*) Heic mihi videbatur collocandum hoc fragmentum ab Augustino C. D. III. 15. servatum, cui sic praefatur: « de Tullo quippe etiam Hostilio, qui tertius a Romulo rex fuit, qui et ipse fulmine absumtus est, dicit in eisdem (de rep.) libris Cicero: *propterea* etc. » Iam vero praedicto genere mortis periisse Tullum aiunt Livius I. 31; Plinius II. 53. XXVIII. 2; Victor; Eutropius; Valerius M. IX. 12. 1; Appianus apud Photium cod. LVII. Dionysius autem III. 35. more suo varias eius interitus famas narrat. — *d*) Sic Cicero in oratore cap. LIV: *quae disputatio non huius instituti sermonis est;* ut observavit cl. Leopardus.

1) Eam scilicet quae dicta est *curia hostilia*.

2) Consentit Livius I. 24. Verum Servius ad aen. X. 14. ius feciale institutum Romae ab Anco Marcio dicit, qui id a gente Aequiculana arcessiverat. Confer eundem Servium etiam aen. VII. 695. Cum Servio Aurelius Victor cap. V. conspirat. Dionysius autem II. 72. collegii fecialium institutionem repetit a Numa.

3) Sic supplevi, facem praeferentibus mihi auctoribus classicis. Lege Plinium IX. 39, Macrobium I. 16, et Diodorum V. 40. Sed Dionysius III. 61. 62. lictores cum fascibus primum praeivisse Tarquinio Prisco scribit de senatus populique, quem rex consuluerat, sententia: quamquam eum morem antiquiorem, et quidem ab ipso Romulo usurpatum, a quibusdam (quos inter est Livius I. 8.) credi fatetur Dionysius. Cetera, quae in lacuna perierunt, facile sarcit Dionysius loco praedicto. Atque oppido pauca brevi hoc in hiatu amisimus, praesertim si in eum incidunt verba ab Augustino servata. Hoc igitur spatio nihil fere dicere auctor potuit, nisi Tulli regis insignia eiusque interitum: quibus perorati, alius nescio quis (num Laelius? confer finem capitis XI.) interloquitur, Scipionis sermoni plaudens, ut in proximo folio videre est.

res publica. s. Post eum 1) Numae Pompili nepos ex filia 2) a populo est Ancus Marcius constitutus: itemque *a*) de imperio suo legem curiatam tulit. Qui cum Latinos bello devicisset, adscivit *b*) eos in civitatem. Adque idem Aventinum et Caelium montem *c*) adiunxit urbi 3): quosque agros ceperat, divisit: et silvas maritimas omnis publicavit 4) | quas P. 172. ceperat: et ad ostium Tiberis urbem condidit, colonisque firmavit 5). Atque ita cum tres et viginti regnavisset annos 6), est mortus *d*). Tum Laelius laudandus etiam iste

a) Ita cod., non *idemque*. — *b*) In codice perperam fit pausa post *adscivit*. — *c*) Caelius mons, non *collis*, constanter appellatus videtur a scriptoribus, quos inter est ·M· Aurelius ep. ad Front. ed. rom. II. 9. Hinc *caelimontana* seu melius *caeliomontana regio*. — *d*) Ita cod. *mortus* pro *mortuus*. Est autem prior declinatio magis naturalis. Sed audiamus Augustinum C. D. XIII. 11: *non importune arbitror accidisse, ut hoc verbum quod est moritur, in latina lingua nec grammatici declinare potuerint ea regula qua cetera talia declinantur. Namque ab eo quod est oritur, fit verbum praeteriti temporis, ortus est; et siqua similia sunt. Ab eo vero quod est moritur, si quaeramus praeteriti temporis verbum, responderi adsolet, mortuus est, u littera geminata. Convenienter itaque factum est, ut quemadmodum id quod significat non potest agendo, ita ipsum verbum declinari loquendo non*

1) Sine dubio loquitur rursum Scipio.

2) Numae filia, quae peperit Ancum regem, memoratur a Plutarcho in Numa cap. XXI, a Dionysio II. 76. III. 35, a Livio I. 32, et abs Hieronymo in chron. Anci origini sabinae favet apud Probum, ed. Gotof. p. 1398, Varro qui *Ancum* praenomen a Sabinis translatum putat. *Sancus* quidem praecipuus Sabinorum deus, teste Lactantio inst. I 15. Hunc autem Ciceronis locum legebat Seneca ep. CVIII.

3) De Aventino consentiunt Dionysius III. 43. et Livius I. 33. Victor autem et Eutropius non solum Aventinum verum etiam Ianiculum urbi adiectum ab Anco aiunt. Sed enim Caelium Dionysius III. 1, et Eutropius, a Tullo Hostilio adiunctum narrant, quod apparet etiam ex Livio I. 33. Unus Strabo lib. V. p. 358. Caelium ab Anco adiectum dixerat, uti nunc demum confirmat Cicero. Ceterum hic grandis est dubitatio, siquidem nonnulli apud Servium aen. VI. 784. septem colles ab ipso Romulo inclusos iure dictitant; quod tamen est incredibile et absurdum: quamquam gravissimus auctor Varro apud eundem Servium aen. VII. 657. Aventinum certe traditum Sabinis a Romulo susceptis ait.

4) Victor de Anco: *silvas ad usum navium publicavit*. Quod autem Cicero ait *maritimas*, id probat silvam Maesiam, de qua Livius I. 33, non fuisse in mediterraneis, ut Cluverius putavit, sed propius mare circa ostia Tiberis, ut rectius in annot. geogr. adfirmavit Holstenius.

5) Ostiam scilicet, quae fuit instar navalis Romanorum, ut ait Dionysius III. 43; quale nonnullas mediterraneas Graeciae urbes percommodum habuisse observat Aristoteles reip. VII. 6. Fossis etiam circumdatam ab Anco Ostiam ait Festus voc. *quiritium*.

6) Ciceronis sententiam, qui Ancum regnavisse dicit annos tres et viginti, confirmat Eusebius chron. lib. II, cum Samuele arm. aniensi (quem nos auctorem cum Eusebio copulatum edidimus) chron. lib. I. 6. Iam quod idem Eusebius chron. I. 46. scribit annos XXXIII, id mendum codicis armenii est, a quo decussim merito demas. Dionysius autem I. 75. III. 45; Livius I. 35, atque Eutropius annos scribunt XXIV.

rex; 1) sed obscura est historia romana; siquidem istius regis matrem habemus, ignoramus patrem 2). *S.* Ita est, inquit: sed temporum illorum tantum fere regum inlustrata sunt nomina.

XVIIII. Sed hoc loco primum videtur insitiva *a*) quadam ‖
P. 173. disciplina *b*) doctior facta esse civitas. Influxit *c*) enim non tenuis quidam e Graecia rivulus in hanc urbem, sed abundantissimus amnis illarum disciplinarum et artium 3). Fuisse enim quendam ferunt Demaratum corinthium et honore et auctoritate et fortunis facile civitatis suae principem *d*); qui cum Corinthiorum tyrannum Cypselum ferre non potuisset,
P. 174. fugisse cum mag'na *e*) pecunia 4) dicitur, ac se contulisse Tarquinios in urbem Etruriae florentissimam. Cumque audiret dominationem Cypseli confirmari 5), defugit *f*) patriam vir liber ac fortis, et adscitus est civis a Tarquiniensibus, atque in ea civitate domicilium et sedes collocavit. Ubi cum de matrefamilias tarquiniensi duo filios procreavisset, omnibus eos
Desiderantur paginae duae. artibus ad Graecorum disciplinam eru‖*diit* 6).

possit. — Ludit scilicet Augustinus in verbi *declinare* duplici significatione. Idem fere ait August. de gramm. ed. maur. tom. I. append. p. 13. (Immo apud Gellium III. 16. *Morta* est Parcae nomen eam significatu *mortua*. Item apud Apuleium grammaticum a me editum.) Sed enim Ciceronis vel certe codicis auctoritas lepidis Augustini argutiis contradicit. Quamquam, ut vere dicam videtur librarii mendum, non tam declinantis *mortus* pro *mortuus*, quam incaute scribentis; alibi enim hoc ipso in codice scribuntur duae *uu* huius vocabuli. Ceteroquin in lapide quoque (inscript. Marin. cap. XVI. part. II. legitur *mortus*. Et sic Itali nunc loquimur *morto*, non *mortuo*. — *a*) Ita cod. 2. manu; at 1. *insitiba*. — *b*) Cod. 1. manu *discipulina*; tum *u* expuncta. — *c*) Ita cod. 2. manu; at 1. *influcxit*. Sic in inscriptionibus *vicxit*, et similia. — *d*) Locutio Ciceroni familiaris, v. gr. pro Roscio amer. VI; divin. II. 42; ad fam. VI. 10. — *e*) Quoties *g* est ante *n*, toties memini me videre in antiquis codd., si quando vocabulum divideretur, litteram *g* adhaerere priori vocabuli parti, *n* autem posteriori. Ergone Hispani Angli et Germani melius quam Itali et Galli pronunciare haec verba videntur? — *f*) Ita cod. 2. manu; at 1. *confirmatum*, *fugit*. Sane Cicero de eodem Demarato tusc. V. 37. scribit *fugit Tarquinios Corintho*.

1) Apud Festum voc. *sos* Ennius sic: *postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit*. Ennii verba repetit Lucretius III. 1038. Commendatur Ancus etiam a Livio I. 35.

2) Haec in libris de rep. legebat Seneca ep. CVIII.

3) Notanda est haec artium et disciplinarum graecarum apud Romanos origo; quamquam infra de rep III. 3. docebimus, graecam sapientiam ante Scipionem et Laelium vix Romae esse gustatam: Vide quae Plinius XXXV. 3. et 12. ait de artificibus graecis qui Tarquinios venerunt. Ad hodiernas vero quaestiones de patria vasorum etruscorum confert Clementis alex. lib. I. 16. strom. ed. ven. p. 362. testimonium: Τυρσηνοὺς τὴν πλαστικὴν ἐπινοῆσαι: *Tyrrhenos aiunt plasticem excogitavisse.*

4) De magnitudine pecuniae accedit testis Strabo VIII. p. 551.

5) Tyrannidem quippe Cypselum annis XXX. tenuisse docet Aristot. polit. V. 12; annis autem XXVIII. Euseb. chron. lib. II.

6) Hoc loco Ciceronis quidem verba

XX. *Mortuo deinde Demarato et maiore filio, universum patrimonium ad minorem natu devenit: qui spernentibus Etruscis se ortum exule advena, Romam hortatu uxoris cum ingenti re bona migravit. Cumque* facile in civitatem receptus esset; pro- P. 219. pter humanitatem atque doctrinam Anco regi familiaris est factus, usque eo ut consiliorum omnium particeps, et socius paene regni putaretur. Erat in eo praeterea summa comitas, summa in omnis civis, opis, auxilii, defensionis, largiendi etiam, benignitas 1). Itaque mortuo Marcio, cunctis populi suffragiis rex est creatus ·L· Tarquinius *a*): sic enim | suum P. 220. nomen ex graeco nomine inflexerat 2), ut in omni genere huius populi consuetudinem videretur imitatus. Isque ut de suo imperio legem tulit, principio duplicavit illum pristinum patrum numerum; et antiquos patres maiorum gentium appellavit *b*); quos priores sententiam rogabat; a se adscitos, minorum 3). Deinde equitatum ad hunc morem constituit, qui

a) Merito ergo Sigonius delebat apud Livium I. 34. agnomen *Priscus*; quod ei posteri demum imposuerunt ut a Superbo distingueretur, uti diserte aiunt Dionysius IV. 41, et Paulus v. *Priscus*. Ceterum Strabo V. p. 336. eodem prorsus modo loquitur quo Livius. Igitur quod Sigonius castigat Livii lectionem, recte habet; quod vero idem existimat glossema id esse potius quam Livii errorem, clementius agit. Numquid enim Strabonis quoque textum glossemate corruptum dicemus? — *b*) Ita cod 2. manu; at 1. *appellabit*.

[illegible]imus, haud tamen Tarquinii historiam, quam abunde supplent Dionysius III. 46-48, et Livius I. 34; nempe quod Demarati uterque filius Aruns et Lucumo uxores duxerint nobiles feminas tarquinienses; quodque pater itemque maior natu filius obierint, totumque patrimonium ad minorem natu Lucumonem devenerit; qui quum ab indigenis nullo satis digno pro tantis opibus honore adficeretur, Tanaquilla uxore hortante, Romam cum ingenti comitatu grandique re bona commigravit, non sine auspice aquila, quae Tarquinio apicem imposuit; quod ceteroqui prodigium irridet Cicero leg. I. 1, et indignum historia existimat. Tanaquillam (seu romano nomine, quod exemplo mariti adsumpsit, Caiam Caeciliam) utrum laudaverit Cicero, incertum est; quae certe optimae uxoris apud Romanos exemplum habita fuit. Lege Probum de nom. imp. ed. Gotof. p. 1400; nec non Hieronymum contr. Iovin. I. 49, a quo Tanaquilla dicitur notior marito suo. Sic ab Ausonio aequale Hieronymi appellatur *Tanaquil* Therasia sancti Paulini uxor videsis oper. s. Paulini ed. Veron. p. 357. et 369.

1) Paria narrant Dionysius III. 48; Livius I. 34; Dio ed. Reimar. fragm. XXII. Immo heic Cicero exscribit Polybium VI. 2.

2) Fallitur Cicero; nam *Lucumo* etruscum nomen est; graecum vero nomen est Demarati patris. Nisi forte Cicero *inflexerat* dicit pro *immutaverat*. Verius Dionysius III. 48. (ut obs. Cr.) dicit mutatum nomen *Lucumonem* in *Lucium*.

3) Heic quoque magna controversia est; nam Tacitus annal. XI. 25. familias

P. 37. us‖que adhuc est retentus 1): nec potuit Titiensum *a*) et Rham-
nensium *b*) et Lucerum mutare cum cuperet nomina, quod
auctor ei summa augur gloria *c*) 2) Attus *d*) Navius non erat.
Atque etiam Corinthios video publicis equis adsignandis et
alendis, orborum et viduarum tributis, fuisse quondam dili-
gentis 3). Sed tamen, prioribus equitum partibus, secundis
P. 38. additis, · ∞ · ac CC *e*) fecit | equites *f*); numerumque du-
plicavit 4), postquam bello subegit Aequorum magnam gen-
tem et ferocem et rebus populi romani imminentem. Idem-
que Sabinos cum a moenibus urbis reppulisset *g*), equitatu

a) Ita codex, non *Titiensium*. At Plutarchus Romul. XX, et Servius ad aen. V. 560. scribunt *Tatienses*, scilicet a *Tatio;* non a *Tito Titienses*, ut Livius et Cicero. Recole superius cap. VIII. p. 88. n. *i*. — *b*) Cod. *Rhamensinum;* mox ita expunctae literae ut reliquum sit *Rhamnium*. Ego vero cunctas retinui, quia mendum haud excessus sed metathesis litterarum fecerat. Quamquam nec *Rhamnium* improbaverim, quoniam Horatius P. 342. usurpat *Rhamnes*. Et quidem *Rhamnes* vox antiquior. — *c*) Ita 2. manu; at 1. *summa gloria augur*. — *d*) Cod. *Tatus*. Sed tamen prior *t* fuit deleta, quum potius esset pro *Attus*, uti habet Livius I. 36. Ceterum varietates huius nominis collegit Drakenborchius ad praedictum Livii locum. — *e*) Cod. ∞. ACCC. Mihi vero visum est interpungendum esse ut feci; ita ut prior C sit littera, reliquae sint notae numerales. Iam ad notam ∞ *mille* quod adtinet, eam Maffeius (hist. dipl. p. 132-133.) in ravennate papyro, circa annum Christi CDXLIV. scripta, observavit; ego autem ipse in verrinarum orationum palimpsesto mirabili vaticano p. 81. col. 2. v. 17. verrin. II. 25. eandem video; quem palimpsestum praedicta papyro antiquiorem existimo: est enim scriptura eius quadrata perpulcra, ceu plautina illa mediolanensis; immo prope speciosior Galbae imp. honesta missione, quae extat apud eundem Maffeium p. 30. Papyrus autem illa Ravennâ Romam migravit, et nunc in vaticana bibliotheca legentium oculis prostat, rudibus plane et festinatis litteris exarata. Eadem nota ∞ est etiam in tabula velleiate. — *f*) Praeclara Ciceronis lectio, quae Livii I. 36. mendosum locum purgat; ubi equites dicuntur facti *mille et octingenti;* felicemque Glareani et Salmasii coniecturam dilaudat, qui legendum in Livio *MCC*. iamdiu docuerant. Utinam vero livianae primae decados, etsi non integrae, nobilis veronensis palimpsestus aliquando ad verbum exscribatur, eiusque fructus, ut spero non modicus, cum erudito orbe communicetur! — *g*) Ita cod., ut alibi.

maiorum gentium a Romulo, minorum a Bruto appellatas existimat. P. Victor region. II. minorum gentium institutionem conferre videtur in Tullum Hostilium; Servius ad aen. I. 426. in Servium Tullium. Sed cum Cicerone satis consentiunt Dionysius III. 67; Livius I. 35; Aur. Victor denique cap. VI, qui hunc Ciceronis locum presse imitatur.

1) Notemus hunc equitatus morem tamdiu a Romanis retentum.

2) Nevii seu Navii gloriam praedicat Dionysius III. 70.

3) Apte mentionem Corinthi in Tarquinii institutionibus facit Cicero; indidem quippe fuit Tarquinii pater, unde et instituta deportavisse credendus est. Non est autem cur miremur Corinthiorum in orphanos viduasque duritiam; nam et Dionysium siculum narrat pseudo—Aristoteles oecon. II. ed. Casaub. p. 286. reditus orphanorum, donec tutela exissent, sibi vindicavisse; et Livius I. 43. lege Servii Tulli ait ad equos alendos viduas fuisse adtributas quae bina milia aeris in annos singulos penderent. Sed enim orphanorum viduarumque tributum clementior Publicola remisit. Plutarch. in eius vita cap. XII.

4) Victor cap. VI: *equitum centurias numero duplicavit, nomina mutare non potuit*.

fudit belloque devicit 1). Atque eundem primum ludos maximos, qui romani dicti sunt 2), fecisse accepimus: aedemque in Capitolio Iovi optimo maximo, bello sabino, in ipsa pugna vovisse *a*) facien * ||dam 3), mortuumque esse cum duo de quadraginta regavisset annos. * Q. XVI P. 31.

XXI. Tum Laelius, nunc fit illut Catonis certius, nec temporis unius nec hominis esse constitutionem rei publicae 4): perspicuum est enim quanta in singulos reges rerum bonarum et utilium fiat accessio. Sed sequitur is qui mihi videtur ex omnibus in re publica vidisse plurimum 5). Ita st, inquit Scipio. Nam post eum Servius Sul|picius 6) primus iniussu *b*) P. 32.

a) Ita cod. 2. manu; at 1. *bovisse*. — *b*) Cod. 1. manu *iniustus*, 2. *iniussu*.

1) Tusciae praeterea populos a Prisco devictos narrant Florus I. 5, et Orosius II. 4; veteres Latinos Livius I. 38, Victor cap. VI, et Lydus m. r. I. 8.

2) De his Tarquinii ludis Livius I. 35: *sollemnes deinde annui mansere ludi, romani magnique varie appellati*. Hi fiebant mense septembri, teste amiternino kalendario apud Fogginium.

3) Iacta etiam a Prisco Capitolii fundamenta aiunt Livius I. 38, Tacitus hist. III. 72.

4) Recole cap. I; et sic fere putat Plato de leg. III.

5) Servii Tullii laudes magnificas habes apud Plutarchum de fort. R. tom. VII. p. 278. Hic rex tanti Romae fuit in constituenda rep., quanti fere postea Sixtus V. P. M; si tam remota tempora et mores inter se contendere licet.

6) Ita cod. evidentissime SULPICIUS. Quod autem in principe editione dixi, videri fortasse secunda manu factum *Tullus*, id nunc inspecto rursus codice vix apparet aut ne vix quidem. Quare lectio SULPICIUS certissima est. Habemus igitur insigne ornamentum gentis sulpiciae Servium romanorum regum sapientissimum et πολιτικώτατον. Equidem vestigavi num quis vetus auctor *Sulpicium* dixerit Servium regem; sed vanus hactenus fuit labor; nemo enim mihi occurrit nisi iam citatus a me olim Coquaeus in commentario ad August. de C. D. XVIII. 37. a quo diserte hic rex dicitur *Servius Sulpicius*. Sic enim ait (ed. paris. 1613. p. 1218.) *cum ultimi prophetarent Aggaeus, Zacharias, et Malachias, Servio Sulpitio regnante apud Romanos* Vidit hunc ergo regem sine dubio Coquaeus apud antiquiorem aliquem auctorem sic appellari; neque enim aliter fieri potuit ut Coquaeus appellationem huiusmodi usurparet. Sed quid rursus dicemus iis, qui regem Servium non *Tullum* dicunt sed *Tullium*, ita ut ad *tulliam* gentem pertineat; quos inter est Cicero ipse tusc. I. 16: *fuit* (Pherecydes) *meo regnante gentili*, id est Servio Tullio? (Vide chron. Euseb. lib. II. Et quidem Pherecydes fuit magister Pythagorae, quem et in tusc. et de rep. dicit Cicero vixisse sub Superbo Tarq.) Sane Cicero a semet ipso nunc refutatur, qui alios auctores secutus hunc regem *Sulpiciis* largitur, *Tulliis* eripit. Praeterea iamdiu critici affirmant scribendum esse *Tullum* non *Tullium*, ita ut familiae mentio excludatur. (Reapse tamen terminationes *us* et *ius* rem non plane definiunt. Nam abs *Iulus* est gens *iulia*, ab *Aemilio aemilia*.) Quamquam fatendum est *Tullium* multo frequentius hunc regem quam *Tullum* in auctoribus latinis (uti nunc extant) legi, et in graecis Τύλλιον. Sed certe interpres vir-

populi regnavisse traditur: quem ferunt ex serva *a*) tarqui-
niensi *b*) natum 1), cum esset ex quodam regis cliente con-
ceptus 2). Qui cum, famulorum numero *c*) educatus, ad epu-
las regis adsisteret, non latuit scintilla *d*) ingenii, quae iam
tum elucebat in puero *e*): sic erat in omni vel officio vel
sermone sollers. Itaque Tarquinius, qui admodum parvos tum
P. 291. ha||beret liberos 3), sic Servium diligebat, ut is eius vulgo

a) Cod. *exerua*, extrita *s* pronunciationis vitio. — *b*) Cod. *tarquiniense*, sed correxi quia pag. 104. recte. — *c*) *Famulorum numero* pro *serviliter*. Nam *cum* regit *adsisteret*. Cr. — *d*) Hoc vocabulo belle Cicero alludit ad fabulam flammae quae in capite dormientis pueri exarsit. — *e*) Cod. *pueros*. Locutionem sine dubio imitatur Fronto de ·M· Aurelio scribens in fragmentis de eloquentia ed. rom. p. 236 *elucebat in puero iam tunc nobilitas mentis*.

gilianus Servius ad aen. II. 683. appellat hunc regem *Servium Tullum Hostilium*: quamobrem ad *hostiliam* gentem de Servii sententia is pertinet. Utique ad *sulpiciam* quod adtinet, mirari licet Svetonium, qui de hac gente disserens in Galbae vita, haud connumerat in huius maioribus illum regem: quare Ciceronis de rep. locum vel oblitus est Svetonius, vel ei fidem non arrogavit, vel aliter legit. Attamen si fastis testibus, nec non Cicerone Brut. XVI, qui alium rursus Tullum gentilem suum dici posse innuit (qui Ciceronis in Bruto locus non est antiquariis negligendus, unde cognoscitur quantis corruptelis stemmata familiarum rom. fuerint obnoxia) decimo post exactos reges anno (ut observavit Creuzerus) habemus consulem cum Tullo Servium Sulpicium; procul dubio nobilitas Sulpiciorum (quam fatetur Cicero pro Murena VII.) vetustissima est; etiamsi minime ad Iovem et Pasiphaën, ut Galba imp. voluit, referatur; eaque Servium regem proxime attingit, quem haud aegre SERVIUM SULPICIUM TULLUM credere possumus. Tres igitur sibi romanae gentes Servium regem adpetunt; *tullia*, auctore Cicerone in tusculanis, et iis etiam testibus qui *Tullium* pro *Tullo* habent; *hostilia*, auctore grammatico Servio; denique *sulpicia*, auctore Cicerone de rep., et illo mihi adhuc incognito auctore a quo notitiam sumpsit Coquaeus, qui certe Ciceronem de rep. non legit. Controversiae huic sapientissimum et aequissimum iudicem invoco cl. praesertim Barth. Burghesium, cui romana omnis antiquitas magis prope est familiaris et cognita, quam sua cuique cognatio vel patrimonium.

1) Locum hunc in libris de rep. legebat Seneca ep. CVIII.

2) Opiniones de Servii patre varias perpendunt Dionysius IV. 1. 2, et Livius I. 39. Lege etiam Festum voc. *nothum*, Arnobium V. p. 169. Diem Servii natalem, idus nempe augusti, prodit Festus voc. *servorum dies*, et Plutarchus quaest. rom. tom. VII. p. 157. Verum Macrobius sat. I. 13. ait Servium natum nonis, incerto mense. Valerius M. lib. X. sic argutatur: « *Servius*, quia mortua matre in utero *servatus* est; *Tullius* praenominatus est ominis gratia, quasi *tollendus*, *o* littera in *u* conversa. »

3) Immo vero Dionysius III. 65. masculini sexus liberos Tarquinio non fuisse ait; qui tamen sibi contradiceret IV. 1, ubi Tarquinium decessisse ait relictis duobus infantibus *υἱοῖς* (quae lectio confirmatur a vaticanis codicibus; nisi ipse veram suam lectionem esse *υἱωνοὺς* *nepotes* ostenderet IV. 4. 6. 7. sqq. ubi contra Fabium aliosque historicos disputat, qui omnes (Pisone excepto) filios masculos Tarquinio Prisco concesserant;

retur filius: atque eum summo studio omnibus iis *a*) ar-, quas ipse didicerat, ad exquisitissimam consuetudinem corum erudiit 1). Sed cum Tarquinius insidiis Anci fim interisset, Serviusque, ut ante dixi, regnare coepisset iussu sed voluntate adque concessu civium *b*); quod, Tarquinius ex vulnere ae|ger fuisse et vivere falso dice- P. 292.
· 2), ille regio ornatu ius dixisset, obaeratosque pecunia liberavisset; multaque comitate usus, iussu Tarquinii se licere probavisset; non commisit se patribus 3): sed, uinio sepulto, populum de se ipse consuluit; iussusque are, legem de imperio suo curiatam tulit 4). Et primum scorum *c*) iniurias bello est ultus; ex quo cum ma||*ximum* Desiderantu paginae duae.
m Caeretanis, Tarquiniensibus, Veientibusque ademtum na-esset, cum inter cives novissime adscriptos divisit 5).

LXII. *Censum deinde instituit, rem saluberrimam tanto futuro rio: ex quo belli pacisque munia non viritim, ut ante, sed habitu pecuniarum fierent. Ex iis qui centum milium aeris, maiorem, censum haberent, octoginta confecit centurias, qua-mas seniorum ac iuniorum. His addidit centurias equitum* de viginti censu maximo. Deinde equitum magno mumero P. 107.

) Ita cod. manu; at 1. *is.* — *b*) Ita 2. manu; at 1. *coicium*, qui est archaismus. — *c*) Cod. a *rusticorum*; 2. *Etruscorum*, recte. Confer Dionysium IV. 12. 27. et Victorem cap. VII.

cum historicis conspirat nunc Ci-sec non Livius I. 46, et Strabo V. . Quamquam horum omnium au-s haud satis infirmat rationes, Dionysius pro sua sententia protu-ed hac super re dissertationem ha- Laur. Vallae in Liv. Drakenb. . p. 150. sqq. Mr.]

Confer Livium I. 39. Adulescentis Tullii stratagema narrat Fronti-. 8.

Dionysius IV. 4. 5, Livius I. 41.

Patres infensos Servio fuisse, cum e tum etiam ex Paulo liquet: *pa-s vicus Romae dictus, eo quod tricii habitaverunt iubente Ser-llio, ut si quid molirentur ad-ipsum, ex locis superioribus arentur.*

Supiste scribuntur haec a Dionysio IV. 8. 40. Sed contra omnino Livius I. 41: *Servius primus iniussu populi, voluntate patrum regnavit.* Idem tamen Livius I. 46, narrat Servium postquam usu haud dubium possederat regnum, et plebem agro donato illexerat, tulisse demum ad populum, vellent iuberentne se regnare? omniumque consensu regem esse declaratum.

5) Ex Dionysio IV. 13. 27. sic ausus sum supplere. Namque ipsum bellum etruscum, etsi Dionysius in extremos, Livius tamen I. 42. in primos Servii annos confert. Immo vero Victor ait Etruscos saepe ab eo fuisse domitos. Agri ceteroqui publici inter cives divisi a Servio regnum adeunte meminit ipse Dionysius IV. 13. Reliqua pars lacunae occupatur initio describendi census ordinumque civilium.

ex omni populi summa separato, relicuum *a*) populum distribuit in quinque classis, senioresque a iunioribus divisit 1): eosque ita disparavit, ut suffragia non in multitudinis sed in locupletium potestate essent 2): curavitque, quod semper in re publica tenendum est, ne plurimum valeant plurimi *b*) 3).
P. 108. Quae | discriptio *c*) si esset ignota vobis explicaretur a me. Nunc rationem videtis esse talem, ut equitum centuriae cum sex suffragiis *d*) 4), et prima classis, addita centuria quae ad summum usum urbis fabris tignariis est data, ·LXXXVIIII· *e*) centurias habeat: quibus ex centum quattuor *f*) centuriis *g*) (tot enim reliquae sunt), octo solae si accesserunt, confecta est vis populi universa; reliquaque multo maior multitudo
P. 93. sex et nonaginta centuriarum 5) ‖ neque excluderetur suffra-

a) Ita cod. — *b*) Cod. rursus *plurimum*. — *c*) Ita cod. — *d*) Ita cod. 2. manu, at 1. *equitum certamine et suffragiis*. — *e*) Cod. 1. manu *VIIII. centurias, tot enim reliquae sunt*. Secunda manu *LXXXVIIII. centurias habeat : quibus ex cent. quattuor centuriis* (*tot enim* etc.) Hunc interpolatum et subobscurum in codice locum ill. Niebuhrius dum Romae esset, rogante me, declarare pro sua excellenti doctrina tentaverat. Exin in Germaniam reversus eadem denuo de re cum popularibus suis doctissime disputavit; et mirum quot eruditorum hominum disceptationibus hinc ansa oborta est. Quia tamen careo postremis ill. Niebuhrii lucubrationibus, cogor priores eius curas invitus praetermittere, ne forte quicquam absque eius definita manifestaque mihi voluntate in occupata ab eo sede collocem. — *f*) Cod. *cent. quattor*. — *g*) Ita cod. 2. manu; at 1. desunt verba *habeat quibus ex cent. quattor centuriis*.

1) *Iuniores* appellavit Servius ab anno XVII. usque ad XLVI; supraque eum annum *seniores*, ut ait Tubero apud Gellium X. 28.

2) Rationem rei reddit Paulus apud Gellium XVI. 10: *quoniam res pecuniaque familiaris obsidis vicem pignorisque esse apud remp. videtur*. Quin adeo gravius obaerati remp. gerere lege vetabantur, quia nimirum, ut ait ambrosianus a me editus interpres prol. ad or. de aer. al. Mil., *magno aere alieno defaenerati praedae videbantur habituri esse remp.* Confer Cic. philip. II. 2. et Suidam voc. ἔνδειξις.

3) Locum hunc prae oculis habuisse videtur Ampelius cap. penult. ubi ait, curatum a Servio rege, *ut optimus et locupletissimus quisque in suffragiis, id est in populo romano, plurimum valeret*. Id autem sequebatur ex praedicta classium descriptione, quoniam prima classis maiorem numerum centuriarum habebat, quam reliquae omnes simul. Valebant autem non singulorum, sed centuriarum, suffragia in comitiis; et quidem primae classis centuriae priore loco suffragia quum ferrent, rem per se ipsae saepe ante definiebant, quam ad ceteras deveniretur. Belle autem docet Dionysius IV. 20. 21, hoc pacto comitia romana e democraticis facta esse aristocratica.

4) Festus voc. *sex* ait: *sex suffragia appellantur in equitum centuriis, quae sunt adiectae ei numero centuriarum quas Priscus Tarquinius rex constituit*.

5) Quo pacto 96? Videtur Cicero dare secundae classi centurias 20; tertiae rursus 20; quartae item 20; quintae 30; quarum summa 90: quibus addit 6, nempe accensorum, velatorum, liticinum, cornicinum, proletariorum, et si quis

iis *a)*, ne superbum esset; nec valeret nimis, ne esset periculosum. In quo etiam verbis ac nominibus ipsis fuit diligens, qui cum locupletis adsiduos *b)* appellasset ab aere dando 1); eos qui aut non plus mille quingentum *c)* aeris, aut omnino nihil in suum censum praeter caput attulissent, proletarios nominavit 2); ut ex iis quasi progenies civitatis | P. 94.
expectari videretur. Illarum autem sex et nonaginta centuriarum in una centuria tum quidem plures censebantur, quam paene in prima classe tota 3). Ita nec prohibebatur quisquam iure suffragii 4): et is *d)* valebat *e)* in suffragio plurimum,

a) Ciceronis locutionem imitatur Livius I. 43. de hac ipsa re loquens *neque exclusus quisquam suffragio videretur.* — *b)* Ita cod. Charisius autem p. 58. *adsiduus quidam per d scribunt, quasi a sedendo figuratum, sed errant* etc. Item Vindex p. 2318. diserte iubet scribere per duo *ss* assiduus. Tum idem Charisius: *qui asses dabant, assidui dicti sunt.* Confer et Paulum in hac voce. — *c)* Cod. 1. manu *centum*; mox videtur superaddita *D*, id est factum *quingentum*. — *d)* Cod. *is* — *e)*, Ita cod. manu, at 1. *valebit.*

usivit; de qua postrema locum Festi infra proferemus. Apud Dionysium lib. IV. 16-18 sic:

II.	classis	cent.	20
	fabrum	cent	2
III.	classis	cent.	20
IV	classis	cent.	20
	tubicinum et cornicinum	cent.	2
V.	classis	cent.	30
VI.	classis	cent.	1
			95
I.	classis	cent.	80
	equitum	cent	18
			193

Igitur quinque priorum classium centuriae fuerunt 192, quarum dimidia pars 96: quamobrem ad obtinenda comitia opus erat centuriis 97. Itaque si prima classis centuriarum 98. (secundum Dionysium) conspirasset, res erat confecta: sin aliquin oportebat e sequentibus classibus tantum numerare, donec centuriae 97. conspirarent. Quod si forte utrimque par numerus, nempe 96. consisterent; addebatur alterutri parti classis ultima sive una, quae lancem inclinabat.

En autem ut Cicero conspirat in summa adamussim cum Dionysio.

Cent. equit. cum sex suffrag. et 1. class. et tign.	89
Accedentes (ex 104.)	8
Reliquae (ex 104, detractis 8.)	96
	193

1) Confer Cic. top. II; Gell. XVI. 10, XIX. 8; Plaut. amph. I. 1. 14.

2) Accuratius Paulus apud Gell. XVI 10: *qui in plebe romana non amplius quam mille quingentum aeris in censum deferebant, proletarii appellati sunt: qui nullo, aut perquam parvo aere censebantur, capite censi vocabantur. Proletariorum ordo honestior aliquanto et re et nomine quam capite censorum fuit.*

3) Quia nimirum in omni populo multo pauciores divites sunt egentibus aut tenuibus. Hinc illud Ciceronis: *eorum autem qui egent infinitus est numerus.*

4) Nolo hic praetermittere Festi verba: *niquis scivit, centuria est a Servio Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre qui non tulisset in sua, ne quis civis suffragii iure privaretur.*

cuius plurimum intererat esse in optimo statu civitatem 1). Quin etiam accensis, velatis, liticinibus, cornicinibus *a*), proletariis ‖ . . . . 2).

Desiderantur paginae quatuor.

XXIII. Statu esse optumo constitutam rem publicam quae ex tribus generibus illis, regali et optumati et populari confusa modice, nec puniendo irritet animum immanem ac ferum *b*).

P. 45 . . . . *Karthago urbe Roma quinque et* 3) sexaginta annis antiquior, quod erat ·XXXVIIII· 4) ante primam olympiadem

a) Cod. *liticinibus*; tum *litici* videtur deletum, et certe superpositum est *cornici*. Mihi utrumque vocabulum retinendum videbatur. De liticinibus Gell. XX. 2. — *b*) Locum a Nonio sumo, qui voc. *modicum* citat eum ex II. de rep. Videtur autem ad hanc ferme sedem quadrare, in qua sermo sequitur de triplici politiae genere. De laudabili principis clementia Cassiodorius var. I. 30. Hac ego in lacuna libenter collocassem aliud item a Nonio citatum fragmentum, ubi mentio est Karthaginis eiusque disciplinae, quod tamen inserui superius p. 53, quia Nonius non ex II, sed ex I. de rep. id sumere dicit; nisi forte mendum in numerali nota apud eum est.

1) Sic Flaminius dum rem Thessalorum publicam constitueret (Liv. XXXIV. 51.) *a censu maximo* (male in edd. *maxime*) *et senatum et iudices legit*; additque alia ibidem Livius, quae cum huius ciceroniani loci sententia consentiunt; uti etiam Aristoteles reip. IV. 12.

2) In lacuna periit reliqua census descriptio: tum aliae fortasse res a Servio gestae, et apud historicos celebratae; nempe quod urbis moenia pomoeriumque protulerit; aggerem fossamque fecerit; Quirinalem, Viminalem, et Esquilinum, incluserit; Dianae aedem celebrem in Aventino struxerit; (aedem item Fortunae Liv. X. 46.); aes primus romanorum regum signaverit; mensuras et pondera constituerit. Quibus narratis, videtur Cicero instituisse comparationem romanae reip. cum laconica et cum karthaginiensi.

3) Quoniam heic sine dubio comparatur Karthaginis aetas cum Romae aetate, diciturque Karthago antiquior quam Roma, ausus sum addere *quinque* ad *sexaginta*. Quum enim supra Cicero dixerit Romam conditam anno secundo olympiadis septimae, id est anno sexto et vigesimo post coeptas olympiadas; heic autem dicat Karthaginem conditam anno nono et trigesimo ante primam olympiadem; sequitur ut Karthago quinque et sexaginta annis sit Roma antiquior. Utor autem locuplete sententiae auctore Velleio I. 6: *ante annos quinque et sexaginta quam urbs romana conderetur; ab Elissa tyria, quam quidam Dido autumant, Karthago conditur*. (Ex Iustino XVIII. 6. Orosius IV. 6. scribit LXXII. pro LXV; Servius aen. I. 12. dicit LXX.) Neque fere nisi paucis forte annis ab hac sententia recedunt scriptores prisci qui Karthaginis seu nascentis seu extinctae tempora notaverunt. Lege Appianum pun. CXXXII; Velleium I. 12; Hieronymum chron. lib. II; Eutropium IV. 5; Orosium IV. 6. 23, Suidam voc. Ἀφρικανός et Καρχηδών. Horum sententiae eo fere recidunt ut Karthago annos prope septingentos vixerit. Cicero pro Flac. XXVI. observat sua aetate Lacedaemonios pariter septingentesimo iam amplius anno iisdem legibus vivere. Peccat ibi tamen Cicero, si vera narrat de rep. II. 10; dicendum est enim DCCCXXX. Immo Isocratis aetate (panathen. ed. Steph. p. 275.) Lacedaemonii septingentis iam annis in Peloponneso fuerant.

4) Apud Dionysium I. 74. Timaeus

condita. Et antiquissimus ille Lycurgus eadem vidit fere 1). Itaque ista aequabilitas atque hoc triplex rerum publicarum genus videtur mihi commune nobis cum illis populis fuisse 2). Sed quod proprium sit in nostra re publica, quo nihil possit esse praeclarius id persequar si potero subtilius, quod erit eius|modi, nihil ut tale ulla in re publica repperiatur. Haec enim P. 46. quae adhuc exposui, ita mixta fuerunt et in hac civitate et in Lacaedemoniorum et in Karthaginiensium, ut temperata nullo fuerint modo 3). Nam in qua re publica est unus aliquis perpetua potestate 4), praesertim regia, quamvis in ea sit et senatus, ut tum fuit *a*) Romae cum erant reges; ut Spartae Lycurgi legibus; et ut *b*) sit aliquod etiam populi *|| *Q. XVIII.

a) Cod. *fuit et;* sed *et* postea ibidem expunctum. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *ut et.*

Romam conditam dicit eodem tempore quo Karthaginis natalia fuerunt, nempe anno, ut ipse putat, XXXVIII. ante primam olympiadem, ὀγδόῳ καὶ τριακοστῷ πρότερον ἔτει τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος. Id vero notare non fuit inutile, propterea quod Cicero scribit XXXVIIII., et aliter sentit de duarum urbium aetate.

1) Comparat Cicero romana instituta cum laconicis. Vix autem dubito quin quicquid hac super re scripsit Cicero, id fere ex Polybio VI. 43. seqq. hauserit, qui romanam remp. accurate prolixeque cum laconica et cum punica confert. Athenaeus quoque VI. 21. ait Romanos a Lacedaemoniis mutuatos esse politicam disciplinam, quam et his ipsis melius retinuerint. Instituta laconica fuisse admixta romanae reip. observat Plutarchus in Numa cap. 11, itemque Dionysius II. 23. Fuit Numa sabinus, Sabini autem Laconum colonia, et quidem Lycurgi tempore deducta, ut ait Dionysius II. 49.

2) Spartae statum civilem rege gemino, delectis proceribus, et potestate populari fuisse mixtum nemo ignorat. Ad Poenos quod adtinet Cato apud Servium aen. IV. 682. ait: *de tribus partibus politiae, populi, optimatium, regiae potestatis, ordinatam fuisse* *Karthaginem*. Ad confirmandam romanae reip. et karthaginiensis similitudinem valet etiam quod Aristoteles reip. II. 11. laconica instituta cum punicis conspirare ait: quum autem constet romana laconicis saepe fuisse similia, sequitur ut aeque fere ad punica accesserint.

3) En subtilis, sed verissima, quam Cicero facit, distinctio reip. mixtae a temperata. Suum hunc de rep. locum memorat Cicero leg. III. 5. Eximia vero laude romanam remp. mactat auctor, dum laconicae punicaeque contendendo praefert, quas duas ait omnium praestantissimas Isocrates in Nicocle p. 39. Quin et Varro apud Servium aen. VII. 176. docet, mores partim habuisse Romanos etiam a Cretensium re publica, quam Aristoteles reip. II. 9. 10, et Plato in fine Minois, valde extollunt, et cum laconica consentire demonstrant.

4) Pergit sensim Cicero ad dicendum de Romanorum rep. libera: nam libertatis prope fundamentum est, ne magistratus aliquis perpetua potestate sit, sed ut invicem imperent atque obediant, ut ait Aristoteles reip. VI. 2: ἐλευθερίας ἓν μὲν, τὸ ἐν μέρει ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν. Quaestionem versat idem lib. IV. 15.

P. 145. ius, ut fuit aput nostros reges; tamen illut excellit regium nomen; neque potest eiusmodi res publica non regnum et esse et vocari 1). Ea autem forma civitatis mutabilis maxime est hanc ob causam, quod unius vitio praecipitata in perniciosissimam partem facillime decidit. Nam ipsum regale genus civitatis non modo non est reprehendendum, sed haud *a*) scio

P. 146. an reliquis | simplicibus longe anteponendum 2); si ullum probarem simplex rei publicae genus. Sed ita quoad *b*) statum suum retinet: is est *c*) autem status, ut unius perpetua potestate et iustitia omnique *d*) sapientia regatur salus et aequabilitas et otium civium. Desunt omnino ei populo multa qui *e*) sub rege est, in primisque libertas; quae non in eo est ut iusto utamur domino, set *f*) ut nul||*lo* . . . . 3).

Desiderantur paginae duae.

P. 15. XXIIII. . . . . . ferebant. Etenim illi iniusto domino *g*) atque acerbo aliquamdiu in rebus gerundis prospere fortuna comitata est 4). Nam et omne Latium bello devicit, et Suessam Pometiam urbem opulentam refertamque cepit 5); et maxima auri argentique praeda locupletatus votum patris 6) Capitolii aedificatione persolvit 7); et colonias deduxit 8); et

a) Cod. *haut*. — *b*) Ita 2. manu; at 1. *hoc ad*. — *c*) Cod. 1. manu *isset;* tum 2. manu addita alia *s* ante *t*. Atqui nullum erat erratum, praeter metathesim. — *d*) Ita 2. manu; at 1. expuncta prior *s*, *omneque*. — *e*) *Qui* additur 2. manu. — *f*) Ita cod.; etsi paulo ante *sed*. — *g*) Cod. *dominato;* tum expunctae litterae *at*.

1) Stobaeus tamen serm. XLI. p. 267. docet laconicam quoque rempub. satis fuisse temperatam: regibus enim erant oppositi ephori; his senatores; medii autem erant illi, qui hippagretae et cori dicebantur, quique in quamlibet partem imperium vergeret, ad contrariam sese adiungebant.

2) Notabile Ciceronis dictum de monarchiae praestantia! quam in sententiam plerique seu veteres seu recentiores politici pedibus eunt. (Furiosos illos mitto, qui omne regnum tyrannidem dicunt.) Ceterum et in regni bonis et in eiusdem abusibus edisserendis imitatur Cicero tertium Platonis de legibus librum.

3) Utrum ad superiorem, an ad praesentem pertineat lacunam, Servii regis caedes, haud liquido constat: malim tamen id facinus in praesente collocare, quoniam huc usque sermo fuit de civitatum institutis variaque politia; quod argumentum apte connectitur cum Servii praedicto censu et descriptione civili. In hac ergo breviore lacuna transitum romanae civitatis narraverat Cicero a iusto rege ad Tarquinium tyrannum.

4) Locum hunc aemulatur Livius I. [illegible]

5) Dionysius IV. 50; Livius I. [illegible] Florus I. 7; Victor cap. VIII; [illegible] I. 7.

6) Sive potius avi. [illegible] p. 107. n. 3.

7) Tacitus hist. III. 72, aliique passim historici.

8) Signiam et Circeios. Dionysius [illegible] 63; Livius I. 56.

s eorum, a quibus ortus erat, | dona magnifica, quasi P. 16.
ta praedarum, Delphos ad Apollinem misit.
I. Hic ille iam vertetur orbis, cuius naturalem motum
a) circuitum 1) a primo discite agnoscere *b*). Id enim
nt civilis prudentiae, in qua omnis haec nostra ver-
ratio, videre itinera flexusque rerum publicarum, ut
iatis quo quaeque res inclinet, retinere aut ante pos-
ccurrere 2). Nam rex ille, de quo loquor, primum P. 255.
regis caede maculatus, integra mente non erat; et
etueret *c*) ipse poenam sceleris sui summam, metui se
3). Deinde victoriis divitiisque subnixus exultabat in-
, neque suos mores 4) regere poterat, neque suorum
s 5). Itaque cum maior *d*) eius filius 6) Lucretiae,
ini filiae, Conlatini uxori, vim *e*) attulisset, mulierque
et no|bilis ob illam iniuriam sese *f*) ipsa morte mul- P. 256.
; tum vir ingenio et virtute praestans ·L· Brutus de-

cod. etsi paulo ante *atque*. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *adque cognoscere*. Quam- non *ad* sed *que* et *co* litterae tantum videntur deletae. Addita est tamen *a* ante *ag*- scribendum videtur *atque cognoscite*. — *c*) Vocabula a *metueret* ad *metui* posteriore entur. — *d*) Post *maior* ponitur in codice punctum crassum recurvum supra versum, gatur *maiore ius*. — *e*) Ita cod. 2. manu; at 1. *uxorium*. Confirmat lectionem suam I. 20: *stuprata per vim Lucretia a regis filio*. — *f*) Cod. *esse*; vitiosa metathesi, quae ide fuit, expuncta priore *s*, aliàque superaddita.

uralem quandam esse rerum a conversionem atque perio- ndit Plato reip. VIII. p. 546, a ac sententiam mutuari fatetur divin II. 2: *a Platone phi- se didiceram naturales esse conversiones rerum publi- s eas tum a principibus te- tum a populis, aliquando*. (Sed legesis Orosium hist. II. regnorum mutatione provi- facta.) Veruntamen senten- s minime placet Aristoteli reip. et universam Platonis remp. aviter accusat reip. II. 1. 2; olliticus graecus vaticanus a editus, Script. vet. T. II. De- tum Plato ab Eubulo a me item m edito. Sed enim Ciceronis p. vituperata fuit a Didymo, contra quem scripsit pro Cicerone Svetonius, ut dixi in praefatione.

2) Sic omnino loquitur Aristoteles reip. V. 9. De rerump. commutationibus accurate agit idem Aristoteles praedicto libro cap. I. seqq; deque iisdem peculiare opus conscripserat Theophrastus; nuperius autem sapienter de his disseruit Theodorus metochita in capp. politicis.

3) Lege Dionysium IV. 41, et Eusebium chron. lib. II.

4) Impuros Superbi mores narrat Theophilus ad Autolyc. III. 27.

5) Cicero de fin. III. 22: *Tarquinius nec se nec suos regere potuit*.

6) Ita etiam Dionysius IV. 64. Σέξτος ὁ πρεσβύτατος τῶν Ταρκυνίου παίδων. Vix ergo audiendus Ovidius fast. II. 691, a quo dicitur trium filiorum minimus. Ovidium tamen sequitur Eutropius I. 7.

pulit a civibus suis iniustum illut durae servitutis iugum: qui cum privatus esset, totam rem publicam sustinuit; primusque in hac civitate docuit, in conservanda civium libertate esse privatum neminem 1). « Quo auctore et principe
P. 245. concitata civitas 2) » et hac recenti que|rella *a*) Lucretiae patris ac propinquorum, et recordatione superbiae Tarquinii multarumque iniuriarum et ipsius et filiorum, exulem et regem ipsum et liberos eius et gentem Tarquiniorum esse iussit.

XXVI. Videtis ne igitur, ut de rege dominus 3) extiterit, uniusque vitio genus rei publicae ex bono in deterrumum *b*) conversum sit 4)? Hic est enim dominus populi, quem Graeci
P. 246. tyran|num vocant: nam regem illum volunt esse, qui con-

a) *Querella* cum duplici *l* constanter prope scribitur in antiquis seu codicibus seu etiam lapidibus. Attamen geminari in hoc vocabulo *l* vetant Caper et Scaurus p. 2241, 2249; quorum grammaticorum praeceptum prae tot contrariis exemplis vix audiendum videtur: quum praesertim Papirianus p. 2290. paulo recentiorem consuetudinem scribendi id vocabulum per duas *l* testetur. Scripturam *querella* retinet lingua hispanica, ut alias bene multas vetustae latinitatis reliquias. — *b*) Ita cod. 1. manu; at 2. *deterrimum*.

1) Cicero ad fam. XI. 7. iuniori Bruto, qui Caesarem percussit, scribens, rursus hanc immanem iniustamque sententiam prae se fert: *nullo publico*, inquit, *consilio remp. liberasti; quo etiam est res illa maior et clarior*. Confer etiam off. III 4. Tum tusc. IV. 23. de Nasica loquens, qui Gracchum sine publica auctoritate interemit, ait: *numquam privatum esse sapientem;* stoice id quidem Cicero, vel potius quia memor fortasse erat priscae legis Publicolae, qua cautum fuerat, ut qui tyrannidem affectaret, is indicta causa a quovis necaretur. Plut. in Public. XII. Ceterum ipse Cicero coniurationis in Caesarem non fuit particeps. Plut. in Cicer. XLII, Cic. ad fam. XII. 3. 4. Dantis quoque poëtae iudicio (inf. XXXIV.) nemo nescit Brutum Cassiumque poenas in tartaro maximas luere, quicquid ibi interpres Landinus circa poëtae mentem cavilletur. Sed quid est quod idem poëta dicit: *et l'altro è Cassio che par si membruto?* quum ex Plutarcho Caes. cap. LXII, et Anton. XI, Cassii potius gracilitas innotescat: quippe qui dicitur pallidus et macilentus *ὠχρὸς καὶ λεπτός*. Videtur mihi Dantes deceptus fuisse Ciceronis verbis in Catil. III. 7: *nec ·L· Cassii adipem pertimescendum*, ubi sermo est non de hoc ·C· Cassio percussore Caesaris, sed de ·L· Cassio qui cum Catilina coniuravit. Iamvero Tullii catilinariae cum paucis aliis eiusdem orationibus aetate Dantis regnabant in scholis; graecum autem Plutarchi textum Danti haud innotuisse ii certe non mirabuntur, qui hunc graecae linguae ignarum fuisse arbitrantur. M. Iunii Bruti effigies, macri viri, est CXXII. inter picturas virgilianas impressas Romae apud Monaldinum anno 1782.

2) Locum citat Nonius voc. *urbs a civitate*.

3) Hinc Plinius Traianum laudans cap. II: *non de tyranno sed de parente loquimur*. Tum cap. XLV: *sunt diversa natura dominatio et principatus*. Sed tamen optimi Caesares Traianus, Pius, et Marcus, *domini* nomen sine publica invidia admiserunt, ut patet ex Plinii ac Frontonis epistulis.

4) Confer lib. I. 41. 42.

sulit ut parens populo, conservatque eos, quibus est prae-
positus, quam optima in condicione vivendi 1). Sane bonum,
ut dixi, rei *a*) publicae genus, sed tamen inclinatum et quasi
pronum ad *b*) perniciosissimum statum. Simul atque enim se
inflexit hic rex in dominatum iniustiorem 2), fit continuo
tyrannus, quo neque taetrius neque foedius nec dis homini-
busque invisius *c*) animal ullum cogitari potest: qui quam- P. 29.
quam figura est hominis, morum tamen inmanitate *d*) et fe-
ritate vastissimas vincit beluas. Quis enim hunc hominem rite
dixerit, qui sibi *e*) cum suis civibus, qui denique cum omni
hominum genere nullam iuris communionem, nullam huma-
nitatis societatem velit 3)? Sed erit hoc de genere nobis alius
aptior dicendi locus, cum res ipsa admonuerit ut in eos P. 30.
dicamus, qui etiam liberata iam civitate dominationes adpe-
tiverunt.

XXVII. Habetis igitur primum ortum tyranni: nam hoc nomen Graeci regis iniusti esse voluerunt; nostri quidem omnes reges vocitaverunt, qui soli in populos perpetuam potestatem haberent 4). Itaque et Spurius *f*) Cassius, et ·M· Manlius *g*)

a) Cod. *re*. — *b*) Ita cod. 2. manu; sed 1. *at*, quod et supra vidimus lib. I. 13. — *c*) Vox *invisius* repetitur im margine codicis tamquam notabilis. — *d*) Cod. *tamen initate*; tum plures litterae, quae legi nequeunt, suprascriptae fuerunt; quae tamen additio et litura videtur mihi potius ad augustinianum superimpositum opus pertinere. Verbum correxi ex ipso Tullio de off. III. 6. ubi de tyranno sic loquitur: *ista in figura hominis feritas et inmanitas beluae, a communi tamquam humanitatis corpore segreganda est*. Sed quoniam litura (si forte ad Tullium pertinet) longior est spatio litterarum *man*, et quoniam non in loco solum de off. a me laudato, verum etiam, ut observat Moserus, divin. I. 29. et N. D. II. 64. et acad. II. 34. feritatem cum immanitate copulat Cicero, idcirco addidi cum cl. Heinrichio *et feritate*. Porro locutionem imitatur Lactantius inst. V. 11. — *e*) Cod. *sinbi*; sed deinde *n* videtur fuisse expuncta. — *f*) Ita 2. manu at 1. *est Purius*. — *g*) Ita 1. manu; at 2. male *Manilius*. Confer de rep. I. 12. p. 23. n. c.

1) Ita scholia ambrosiana ad odysseae librum II. 47: οἱ ἀρχαῖοι τὴν βασιλείαν ἐμέριζον εἰς τρία ἐπίθετα· τὸν μὲν πρῶτον βασιλέα, ὠνόμαζον πατέρα· τὸν ἀπηνῆ καὶ θυμώδη, δεσπότην· τὸν φειδωλὸν καὶ φιλόχρυσον, κάπηλον. Id ipsum scholiastes ex Herodoto III. 89. hausit, qui sic loquitur de tribus Persarum regibus Cyro, Cambyse, et Dario. Sic Basilius pariter orat. in initium proverbiorum Salomonis: τοῦτο διαφέρει τύραννος βασιλέως, ὅτι ὁ μὲν τὸ ἑαυτοῦ πανταχόθεν σκοπεῖ, ὁ δὲ τὸ τοῖς ἀρχομένοις ὠφέλιμον ἐκπορίζει.

2) Expilat Tullius Polybium VI. 7. sqq.

3) *Tyranno*, ait Tacitus annal. II. 42. *aequa, nedum infima, insolita sunt*. Tyranni miseram vitam, commemorato ipso Tarquinio, graphice pingit Cicero de am. XV.

4) Graeci quoque, saltem antiquiores, regum nomine tyrannos vocitaverunt; vicissimque dixerunt tyrannos eos qui iuste imperabant. Lege Suidam voc. τύραννος et βασιλεύς.

et Spurius *a*) Maelius *b*) regnum occupare voluisse dicti sunt :
et modo || *Ti. Gracchus* 1) *regnavit paucos menses, aut certe op-
primendae reip. animum habuit : quare et iure caesus videtur*. . . .
Desiderantur paginae duae. XXVIII. . . . . *Concede consilium delectis viris*, *ut Lycur-
gus illis*, *quos* γέροντας *c*) *La*caedemone appellavit *d*), nimis is
P. 135. quidem paucos XXVIII. *e*) quos penes summam consilii vo-
luit esse, cum imperi *f*) summam rex teneret 2) : ex quo no-
stri idem illut secuti atque interpretati *g*), quos senes ille
appellavit, nominaverunt senatum 3) ; ut etiam Romulum pa-
tribus lectis fecisse diximus ; tamen excellit atque eminet vis
potestas nomenque regium : inperti *h*) etiam populo potestatis |
P. 136. aliquid ; ut et Lycurgus et Romulus ; non satiaris eum liber-
tate, sed incenderis *i*) cupiditate libertatis, cum tantummodo
potestatem gustandi feceris. Ille quidem semper inpendebit ti-

a) Ita 2. manu ; at 1. *est Purius*. — *b*) Ita 2. manu ; at 1. *Maecius*. — *c*) Scribendum esse graecam vocem γέροντας, patebit mox cum fiet eiusdem interpretatio. Sic autem dicuntur Lycurgi senatores a graecis passim auctoribus. — *d*) Ita 2. manu ; at 1. *appellabit*. — *e*) Cod. 1. manu XXXVIII, mox prior nota X. fuit expuncta. Profecto Spartae senatores *viginti octo* fuerunt ; cuius rei testes habemus Platonem leg. III. p. 692 ; Aristotelem et Sphaerum apud Plutarchum Lyc. cap. V, Pausaniam III. 5. Vix enim ob retinendam decuriam, quam prima manus scripserat, addere licet ephoros quinque et bidiaeos totidem, de quibus decemviris Pausanias III. 11. Namque recentiores Lycurgo creduntur ephori, ut certe scribit Cic. de rep. II. 33 : [quamquam institutos a Lycurgo adfirmat auctor epistulae octavae in platonicis Cr.] Multo autem recentiores bidiaei existimantur ; contradicente tamen Nic. Cragio de rep. laced. II. 5, qui eos a Lycurgo institutos esse sibi persuasit. — *f*) Cod. *imperis ;* tum expuncta *s*. — *g*) Cod. *interpraetati* cum diphthongo, quam passim habet hoc verbum in antiquis codicibus. Heic tamen in cod. expuncta fuit *a*. — *h*) Cod. *inpertit ;* tum expuncta posterior *i* mendose ; erat enim expungenda potius *t* finalis. — *i*) Ita 2. manu ; at 1 : *incendires*, vitiosa metathesi.

1) Sine dubio sermo auctoris deflectebat ad Ti. Gracchum, qui turbulenta potentia regnare visus est, et cui obiectum tyrannidis affectatae crimen ait Plutarchus in Gracch. cap. XIV. XVII. XIX ; et Cic. de am. XII. ore Laelii ; denique Paterculus II. 4. Atque in hac lacuna, non minus quam apud Paterculum loc. cit. dixit, ut puto, Scipio Ti. Gracchum, si is occupandae reip. animum habuisset, iure caesum. Post Gracchi commemorationem videtur auctor in reliqua lacuna persecutus coeptum iam argumentum, dialogistae scilicet non praeceptoris more ; nempe quod libertas seu populi ius in regno sit adeo intutum, ut nullum perpetua potestate magistratum fieri expediat ; siquidem nec senatûs praesidium contra vim regiam satis validum esse videatur. Confer Livium II. 1.

2) Apud Iustinum III. 3 : *Lycurgus regibus potestatem bellorum, senatui custodiam legum permisit*. Recte autem Ciceroni paucior iusto numerus spartiatarum senatorum videtur ; namque Athenis v. gr. fuere quingenti, Massiliae sexcenti. Denique quod ait γέροντας, docet nos Plutarchus Lyc. c XXVI, Spartae legi solitos senatores Lycurgi iussu sexaginta annis maiores.

3) Γερουσίαν graece dicendum esse romanum *senatum*, eiusque ordinis naturam Romanos a Lacedaemoniis condidicisse, ait Dionysius II. 12. 14.

e rex, quod plerumque evenit, exsistat *a*) iniustus 1).
ur fragilis ea fortuna populi, quae posita st in unius,
antea 2), voluntate vel moribus.

VIIII. Quare prima sit haec forma et species et origo
ıi inventa nobis in ea re publica, quam auspicato *b*) * Q. XVIIII. P. 189.
ıs condiderit, non in illa quam, ut perscripsit *c*) Plato,
ipse Socrates peripatetico *e*) illo in sermone depinxe-
ut quemadmodum Tarquinius non novam potestatem
f) sed quam habebat usus iniuste, totum genus hoc
civitatis everterit *g*); sit huic oppositus alter, bonus
iens et peritus utilitatis dignitatisque civilis, quasi tutor P. 190.
urator rei publicae; sic enim appelletur quicumque
tor et gubernator civitatis 4). Quem virum facite ut
ıtis *h*): est enim qui consilio et opera civitatem tueri
Quod quoniam nomen minus est adhuc tritum ser-
nostro, saepiusque genus eius hominis erit in reliqua
ratione trac||*tandum*. 5) . . . . Desiderantur pag. duodecim

cod., interposita *s*, quae aliás omittitur. — *b*) Cod. 1. manu *auspicatu*; mox fa-
ıte; haec quidem lectio melior, sed et illa haud prorsus absurda. — *c*) Ita cod.
t 1. *praescripsit*. — *d*) Ita cod. 2. manu; at prima *sive*, videlicet fortasse pro *sibe*
— *e*) Ita cod. 2. manu; at 1. *peripeateto*. — *f*) Ita cod., quum tamen libro I. 10.
ıs. — *g*) Ita cod. 2. manu; at 1. *everteret* et *everterit*; nam repetuntur in cod. duo
ı) In codice post *s* punctum appingitur, sive pausae gratia, sive admonendi ne le-
ut *is est enim*. — *i*) Cod. *sermonem*, mox *m* expuncta.

sonat Plato in politico p. 301,
ı de causa legem scriptam re-
ıritati praelatam inter homi-
vat.
. XXIIII. ut arbitror, [et lib.
Mr.] vel in lacunis.
us Ciceronis locus ad definien-
ıdine philosophicae quandam
tum. Peripateticorum nomen
ıtune a Platone ante Aristote-
ıme docet Ammonius comm. ad
ıgogen locum tertium; cuius
prolixiora sunt, heic scribere
quamquam idem Ammonius
tradit etiam ad Arist. categ.
Ammonio gravis nunc
Cicero, qui Socratis seu
appellat peripateti-
Brucherus hist. phil.
tom. I. p. 788. testimonium Ammonii,
quod nempe academici quoque dicti sint
peripatetici, fundamento carere ait? Cur
Ionsius de scr. phil. hist. I. 8. 1. ludere
conatur Suidae auctoritatem, qui senio-
rem Aristotele Antisthenem appellat pe-
ripateticum?

4) Sapienter in his libris atque ele-
ganter regia potestas (lib. I. 33. 41.)
cum patria, cuiusmodi romano iure erat,
tutoris autem cum eius civis comparatur
qui liberae reip. praeest. Etenim tutori
in caput pupilli nihil licebat, ac iudicio
tenebatur infami si fraudem commisisset;
pater, quaecumque crudeliter aut avare
fecisset, impunis fuit.

5) Certe cap. XL. et XLII. de hoc li-
berae reip. tutore ac rectore seu custode
sermo erit; libro autem quinto potissi-

XXX. . . . . 1) *Plato regionem sedesque civium aequis ap-*
P. 187. *prime partibus divisas* requisivit; civitatemque optandam magis
quam sperandam *a*) quam minimam posuit 2); non quae possit
esse, sed in qua ratio rerum civilium perspici posset, effecit 3).
Ego autem si quo modo consequi potuero, rationibus eisdem
quas ille vidit, non in umbra et imagine civitatis, sed in
amplissima re publica enitar, ut cuiusque et boni publici et
P. 188. mali causam tamquam virgula videar attingere. | Hiis *b*) enim
regiis quadraginta annis et ducentis paulo cum interregnis fere
amplius praeteritis 4), expulsoque Tarquinio, tantum odium
populum romanum regalis nominis tenuit, quantum tenuerat
post obitum, vel potius excessum Romuli, desiderium. Itaque
ut tum carere rege, sic pulso Tarquinio nomen regis audire
Q. XX. non poterat 5). Hic facultatem cum *|| . . .

a) Cod. *spernendam* manifeste mendo pro *sperandum*. — *b*) Ita cod. pro *his* vel *iis*; cuiusmodi plurima exempla in codicibus sunt.

mum. Magistratuum quidem romanae reip. praecipuorum descriptionem his libris exhibuerat Cicero, ut ipse ait leg. III. 5. hac de re loquens: *atqui pleraque sunt dicta in illis libris, cum de optima re publica quaereretur.* Nunc ea descriptio in mutilo codice vaticano, paucis exceptis vestigiis, desideratur; supplendaque est ope praedicti libri tertii de legibus.

1) Plato libro legum quinto civitatem vel novam constituens, vel veterem et corruptam reparans, primum purgat eam civibus improbis; deinde agrum et sedes inter cives aequo iure et humaniter dividit; tum definit civium numerum. Horum ego memor locum Tullii hiantem sarcire aliquatenus ausus sum. In codicis ergo hiatu post expressam tutoris reip. formam, videtur auctor perrexisse ad novum romanae civitatis iam a regibus liberae genus effingendum. Revera hinc alius rerum nascitur ordo. Ad platonicam purgationem quod attinet, etsi in Tullio vestigia rei nulla supersunt, vix tamen dubito quin eius meminerit, propter nuper purgatam tyranno Tarquinio Romam. Sic enim is fere loquitur de Caesare interfecto ad fam. XII. 1: *odium illud hominis impuri et servitutis dolor depulsus est.*

2) Plato legum libro quinto p. 737. civitatem e quinque millibus colonorum et praeterea quadraginta constituit (propter quandam eius numeri rationem p. 746. 771;) eandemque civitatem augeri non vult p. 740. Sed mirabilior est Aristoteles qui nicom. X. 10. civitatem ait neque ex decem hominibus neque ex centum millibus posse constare. In rep. autem VII. 4. sic disserit, ut haud magnam civitatem condere videatur. Apud eundem Aristotelem reip. II. 8. Hippodamus politicus civitatem habere iubet decem hominum millia. Iulius quoque Valerius de reb. Alex. I. 25. moderatum urbis statum praeoptat.

3) Ipse Plato leg. V. p. 736. et 739. civitatem se verbis potius et phantasia, quam re vel spe, condere fatetur.

4) Nempe annis CCXLIV, uti aiunt Dionysius IV. 85, et V. 1; Livius I. 60; Eusebius chron. I. 46: vel uno minus, uti scribunt Augustinus C. D. III. 15; Orosius II. 4.

5) Num incipit auctor partim dicere

XXXI. . . . Itaque illa praeclara constitutio Romuli cum ducentos annos et quadraginta a) fere firma mansisset 1). Desideratur quaternio vigesimus primus seu paginae sexdecim.

Romani regalem dominationem non ferentes, annua imperia binosque imperatores sibi fecerunt, qui consules appellati sunt a consulendo, non reges aut domini a regnando atque dominando 2).

. . . . lex illa tota sublata st 3). Hac mente tum nostri ma- P. 35.
iores et Conlatinum innocentem suspicione cognationis expulerunt, et reliquos Tarquinios b) offensione nominis 4). Eademque mente ·P· Valerius et fasces primus demitti iussit, cum dicere in contione coepisset: et aedis c) suas detulit sub Veliam, postea quam, quod in excelsiore loco Veliae coepisset aedificare, eo ipso ubi rex | Tullus habitaverat 5), suspicionem P. 36.

a) Nonii editio paris. habet XX; plantin. autem et gotofr. *triginta*. Omnes Nonii codd. vat. habent *viginti*, ut et plantin. ed. in marg. Sed scribendum *quadraginta* — b) Itaque, quod iamdiu critici docuerunt, apud Livium III. 27. Dionysiumque X. 24. *Tarquitius* cum tabulis capitolinis scribendus est, non *Tarquinius*, vir ille quem Cincinnatus dictator magistrum equitum dixit. Nomen quippe Tarquiniorum multo ante ex urbe funditus eiectum constat. — c) Ita cod. 1. manu; at 2. *edes*.

de causis mutationum reip. ceu paulo ante innuit se facturum, promiseratque iamdiu lib. I. 42? De monarchiarum interitu copiose, more suo, disputat Aristoteles reip. libro quinto, quo abs fonte omnia fere recentiorum super hac re praecepta manavisse videntur. In hoc igitur ingenti sexdecim paginarum hiatu videtur Cicero causas aperuisse altius ob quas Romae politia mutata est. Exin Bruti laudes et Collatini, et cetera quae ad exordium libertatis pertinent submisisse Tullium puto.

1) Frusti huius, quod Nonius profert (cap. de doct. indag.) ex II. de rep, videtur sedes haec; quamquam et prioribus lacunis haud fortasse immerito inseratur.

2) Sic Augustinus C. D. V. 12; quae valde credibiliter ex hoc Tullii hiatu fuere depromta, ut iis certe videbitur qui de his rebus iudicare possunt. Neque spernendum iudicium est, quod Cicero ante homines nomen ipsum regale ait evasisse invisum. Sic fere Cicero etiam pro Sextio LXV. Et ea quae ibidem praecedunt, cum Nonii loco conspirant.

3) An loquitur Cicero de rebus Graecorum, et quidem de ostracismi lege quae Athenis post eiectum Hyperbolum sublata est? An potius (quod vix puto) de Romanis? et quidem de illa liberi populi lege ut bona redderentur Tarquiniis, quae sublata est postea quam regem moliri reditum in urbem apparuit? Dionys. V. 6. 13, Liv. II. 5.

4) Id magnopere reprehenditur ab Augustino C. D. II. 17. III. 16.

5) Tulli Hostilii regis domum in Velia fuisse, ibidemque postea habitavisse ·P· Valerium, concors auctorum sententia est. Sed cur Servius grammaticus ad aen. IV. 410. Valerium in Esquiliis domum illam habuisse dicit altissimam, quum tamen Velia cacumen quoddam Palatii fuerit? Nimirum quia Velia, ut quibusdam placuit, fuit etiam urbis ea regio, per quam via sacra ad forum descendit, ubi postea templum Pacis aedificatum est: ideoque facile intelligitur

populi sensit moveri 1). Idemque, in quo fuit Publicola *a*)
maxime, legem ad populum tulit eam quae centuriatis comitiis
prima lata est, ne quis magistratus civem romanum adversus
provocationem necaret neve verberaret. « Provocationem au-
tem etiam a regibus fuisse declarant pontifici *b*) libri » signi-
P. 119. ficant nostri etiam augurales 2): ‖ itemque ab omni iudicio
poenaque provocari licere, indicant ·XII· tabulae conpluri-
bus legibus 3): ut quod proditum memoria *c*) est ·X· viros,
qui leges scribserint, sine provocatione creatos, satis osten-
derit *d*), reliquos sine provocatione magistratus non fuisse:
Luciique *e*) Valeri Potiti, et ·M· Horati Barbati, hominum
concordiae causa sapienter popularium 4), consularis *f*) lex
P. 120. sanxit *g*), | ne qui *h*) magistratus *i*) sine provocatione creare-
tur 5). Neque vero leges porciae, quae tres sunt trium Por-
ciorum 6), ut scitis, quicquam praeter sanctionem attulerunt
novi. Itaque Publicola lege illa de provocatione per tabulas

a) Ita codex, et ita locutum esse Tullium arbitror. Scribitur tamen hoc nomen etiam *Poplicola*, cuiusmodi fuisse pronunciationem aevo Valerii mihi persuadeo: namque in monumentis *poplicum* legimus pro *publicum*; itemque *popli*, *poplo*. — *b*) Ita cod. pro *pontificii*. Locum autem hunc legebat Seneca ep. CVIII. — *c*) Ita cod. *proditum memoria* casu ablativo, uti ipse Cicero de or. I. 40, Caesar B. G. V. 12, et Columella I. 4. Supra tamen cap. XV. *memoriae proditum*. Immo hic fortasse dividendum *memoriae st*. — *d*) Cod. *ostenderint*; sed *n* videtur expuncta. — *e*) Cod. *L*. Q. — *f*) Cod. *conlularis* sine ulla emendatione. Docuimus autem lib. I. 5. scribi interdum *L* aut *S* pro *R*; heic vero scripta est *L* pro *S*. — *g*) Ita 2. manu; at 1. *lex ansit*; ut supra de rep. II. 21. *ex erva*. — *h*) *Qui* pro *quis*, ut alibi. — *i*) Cod. *mag*. quae est nota vocabuli *magistratus*.

quomodo praedictus grammaticus Veliam Esquiliis adiungere potuerit, a quo monte vix regio praedicta discriminatur, immo potius cum eo continuatur.

1) Scilicet, ut ait praedicto loco Servius, regium est habitare in arcibus propter tutelam.

2) Ita loquitur Scipio, quia in collegio augurum erat.

3) Cic. leg. III. 3.

4) Hic consulatum gesserunt anno urbis CCCV, quo decemviratus, non sine eorundem opera, fuit abrogatus. A Dionysio XI. 45. dicuntur hi duo consules δημοτικοὶ τὰς φύσεις ὄντες καὶ παρὰ τῶν προγόνων ταύτην διαδεδεγμένοι τὴν πολιτείαν. Namque ut ait Livius III. 39, *Valeriis et Horatiis ducibus pulsi reges fuerant*.

5) Rem narrat Livius III. 55. Denique anno urbis CCCCLIV. ·M· Valerius consul legem de provocatione tulit diligentius sanctam; atque ita tertio ea lex post reges exactos lata est, semper a familia eadem Liv. X. 9.

6) Ante hunc detectum Ciceronis locum nemo, ut puto, dixerat tres fuisse trium Porciorum leges de provocatione. Porciam generatim definit Livius X. 9: *porcia lex sola pro tergo civium lata videtur; quod gravi poena, si quis verberasset necassetve civem romanum, sanxit. Valeria lex, quum eum, qui provocasset, virgis caedi, securique necari vetuisset, si quis adversus ea fecisset, nihil ultra, quam improbe factum, adiecit.* Legis porciae meminerunt Sallustius Cat. LI, Cicero

), statim securis de fascibus demi iussit: postridieque ollegam ·Sp· Lucretium subrogavit; suosque ad eum, erat maior natu, lictores transire ius||sit: instituitque P. 185. s 1), ut singulis consulibus alternis mensibus lictores ent, ne plura insignia essent inperii *b*) in libero populo, in regno fuissent. Haud mediocris hic *c*), ut ego quintellego, vir fuit, qui modica libertate populo data, s tenuit auctoritatem principum 2). Neque ego haec sine causa tam vetera vobis et tam obsoleta decanto; | P. 186. lustribus in personis temporibusque exempla hominum que definio, ad quae reliqua oratio derigatur *d*) mea.

LXII. Tenuit igitur hoc in statu senatus *e*) rem publiemporibus illis; ut in populo libero pauca per popupleraque senatus auctoritate 3), et instituto ac more ntur: atque uti consules potestatem haberent tempore xat *f*) annuam *g*), || genere ipso ac iure regiam 4). P. 5.

od. *sublataperta*. Sed error manifestus in ipso codice emendatus videtur: tulit enim po- de provocatione Publicola. Dionys. V. 19, Liv. II. 8. Illud certe *perta* expunctum est. in principe editione edidi tantum *lata*. Sed ecce cl. Oriolius ceterarum quoque litteionem habens, scribebat *per tabulas lata*; quod ut iure optimo fiat, nonnisi *la* deest. atheses plurimas iam alibi in codice vidimus. Moserus tamen scribit tantum *perlata*. 2. manu; at 1. *inperi*. — *c*) Ita 2. manu; at 1. *hoc*. — *d*) Ita cod. pro *dirigatur*. cripturas eiusmodi amanuensium arbitrio semper tribuamus, legendus est Agroetius qui verborum a *de* et a *di* incipientium tradit. Et quidem de praesenti sic ait p. 2267: *in rectum vadens; directum, in latera rectum*. — *e*) Ita cod. 1. manu; at 2. fecit *senatu*se. Et sic etiam saepe inferius. — *f*) Ambiguum est utrum in codice sit *dumtaxat*, at. — *g*) Cod. *anni annuam*; sed *anni* videtur expunctum.

V. 63, et pro Rabir. III. et IV. ibus Porciis de provocatione lentibus, unum certe tenemus to Laecam, tribunum pl. anno VII, in insigni denario cum in- provoco apud Eckhelium num. V. p. 286, quem iam anraverat in annalibus Pighius p. 286, qui de porcia lege verba . De viris Porciis variis lelius XIII. 19.

ysius V. 2, et Livius II. 1. tionem haud uni Publicolae, simul tribuunt. Verum suos alibi, sequitur Cicero. Dio- peculiare Publicolae instituum refert demendi ex fascibus in urbe secures, retinendi vero tantummodo extra illam.

2) Publicolae moderationem suspicit Plutarchus in comparatione eiusdem cum Solone; nec non Symmachus ep. X. 17.

3) Sic prorsus de statu illo Romae post eiectos reges loquitur Dionysius V. 1, ἀριστοκρατίας δὲ γινομένης.

4) Cicero de leg. III. 3: *regio imperio duo sunto; militiae summum ius habento; nemini parento; ollis salus populi suprema lex esto*. Consulum potestatem *regiam* appellant demonstrantque Livius II. 1. IV. 3; Dionysius V. 1; Polybius VI. 11; Ampelius cap. ult.

Quodque *a*) erat ad optinendam *b*) potentiam nobilium vel maximum, vehementer id retinebatur, populi comitia ne essent rata, nisi ea patrum adprobavisset auctoritas 1). Atque his ipsis temporibus dictator etiam est institutus decem fere annis post primos consules 2) ·T· Larcius *c*); novumque id genus imperii *d*) visum est et proximum similitudini regiae.
P. 6. Sed | tamen omnia summa cum auctoritate a principibus, cedente populo, tenebantur: magnaeque *e*) res temporibus illis a fortissimis viris summo imperio praeditis dictatoribus atque consulibus belli gerebantur.

XXXIII. Sed id quod fieri natura rerum ipsa cogebat, ut plusculum sibi iuris populus adscisceret liberatus a regibus; non longo intervallo, sexto decimo fere anno 3), Postumo
P. 7. Co||minio ·Sp· *f*) Cassio consulibus 4) consecutus *g*) est: in quo defuit fortasse ratio, sed tamen vincit ipsa rerum publicarum natura saepe *h*) rationem 5). Id enim tenetote *i*), quod

a) Ita cod. 1. manu; at 2. *quod qui* aut *quod quia*. — *b*) Vox *optinendam* superaddita fuit, et paulo aegrius legitur. — *c*) Ita cod. evidentissime *Larcius*. Iamque harum membranarum auctoritate corrigatur denique mendum *Lartius* apud Livium II. 18. et 21, ubi tanta tamque vana criticorum lis est. *Larcius* habet etiam florentinus Livii codex multo nobilissimus. Dionysius quoque et alii graeci scribunt Λάρκιος. Tum et in multis latinis codicibus, ubi legitur *Largius*, ibi scilicet est pronunciandi vitium, aut usus τοῦ *G* pro *C*, ita ut qui olim erant *Larcii*, nuperius dicerentur *Largii*, post invectam (sero apud Romanos, teste Plut. quaest. rom. tom. VII. p. 122.) litteram *G*. Recole p. 2. n. a. — *d*) Ita cod. quum alibi sit *inperii* vel *inperi*. — *e*) Cod. *magnaeqe*, sed *u* fortasse superaddita. — *f*) Cod. *S. P.* puncto interposito. — *g*) Cod. *secutus* cum interpolatione. Et quidem nonnulli critici mallent *consecutum*. — *h*) Cod. *saepa*. — *i*) Ita cod. 2. manu; at 1. *idem teneto*.

1) De hoc iure romano legatur Livius I. 17. 22, IV. 3. 49, VI. 42; Dionysius II. 14, qui tamen ibidem ait sua aetate fieri contrarium, neque utrum sit melius definit. Eam iuris mutationem testatur aperte etiam Cicero pro Plancio III, nec non Sallustius hist. III. in Macri oratione.

2) De primae dictaturae anno legesis quae satis ex auctorum testimoniis disputat Pighius in annalibus.

3) Adamussim Eutropius I. 12: *sexto decimo anno:* et ita ipse Tullius in corneliana, quo loco sic commentatur Asconius: *numerum quidem annorum post reges exactos, quo id factum est, diligenter posuit, qui fuit ·A· Verginio Tricosto, ·L· Veturio Cicurino coss.* Consentit itaque in annorum numero Asconius, sed variat in consulibus, qui anno ante Cominium et Cassium magistratu functi sunt. Lydus m. r. I. 38. scribit *anno decimo septimo*.

4) Hoc ordine ponit hos consules etiam Dionysius VI. 49, a quo perversum fuisse ordinem putabat Almeloveenius quia scilicet Livius II. 33. priorem consulem scribit Cassium. Atqui nunc dionysianae scripturae suffragatur tullianae.

5) Parem sententiam in hoc argumento versans scribit Dionysius V. 64: τὰς ἀνάγκας κρείττους εἶναι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· καὶ τότε τὸ εὐπρεπὲς ἀξιοῦν ἅπαντας σκοπεῖν, ὅταν

dixi 1), nisi aequabilis haec in civitate conpensatio sit
is et officii et muneris, ut et potestatis satis in magi-
bus, et auctoritatis in principum consilio, et libertatis
pulo sit 2), non posse hunc incommu|tabilem rei publi- P. 8.
onservari statum. Nam cum esset ex aere alieno commota
s 3), plebs montem sacrum 4) prius, deinde Aventinum
pavit 5). Ac ne Lycurgi quidem disciplina tenuit illos in ho-
ius graecis frenos 6): nam etiam Spartae, regnante Theo-
po 7), sunt item quinque quos illi ephoros appellant, in
autem decem qui cosmoe vocantur 8), ut contra consulare
rium tribuni pl., sic illi contra vim ‖ regiam, constituti *a*). P. 191.
XXIIII. Fuerat fortasse aliqua ratio maioribus nostris in
aere alieno medendi, quae neque Solonem atheniensem

Cod. 1. manu *cosmae vocantur ut contra consularem constituti.* Intermedia vero addita sunt
e manu, quae nos aegre quidem sed tamen certissime legimus. Ad terminationem quod
habemus apud Melam I. 2. *Heniochae*, et in Terentii pervetusto codice lego *adelphoe.*

ἤδη τὸ ἀσφαλές. Confer Cice-
e or. II. 48. insignem locum, ubi
at Antonium illum oratorem om-
editionum genera, vitia pericula
e quadam collegisse, atque ex
eip. romanae temporum varietate
isse; aliaque addit quae cum his
s locis apprime congruunt. No-
quidem rerum studium, quo
mortales quasi morbo laborant,
ausam naturalem pervulgatamque
sum Polybius in vaticanis excer-
449. Legatur etiam titulus *de con-*
ssibus in anecdotis graecis pari-
us T. II.
Confer lib I. 27. et 45.
ic Cicero de leg. III. 12.
editiones commutationesque re-
propter aeris alieni et foenoris
edinem recitat Plato reip. VIII.
sqq. De romano foenore legesis
Taciti insignem annal. VI. 16.
a hoic προληπτικῶς; nam Festus
per sic montem vocitatum putat,
us plebs, creatis ibi tribunis di-
Iovi consecravit. Ipse Tullius pro
dicit: *montem illum trans Anio-*
ni hodie mons sacer appellatur.
orum tantummodo montem me-
morant occupatum Dionysius VI. 45; Li-
vius II. 32; Ovidius fast. III. 664; Flo-
rus I. 23; Orosius II. 5. Sed enim Li-
vius causam aperit cur Cicero Aventi-
num quoque dicat: *ea frequentior fama*
est (de sacro monte) *quam cuius Piso*
auctor est, in Aventinum secessionem
factam esse. Immo apertius cum Cice-
rone sentit Sallustius historiarum libro
primo apud Augustinum C. D. II. 18.
III. 17, et apud Servium ad aen. VIII.
479: *foenore oppressa plebs montem*
sacrum atque Aventinum insedit. Ci-
cero pro Corn. sibi consonans de iis qui
in montem sacrum secesserant ait: *Ro-*
mam armati reverterunt, in Aventino
consederunt. [Sed tamen cornelianae lo-
cum pertinere ad alterum secessum post
Appii facinus et decemviros abrogatos,
Liv. III. 52. 54, dicit Creuzerus.]

6) Locutio platonica, ut observat
Plutarchus in Lycurgo cap. VII.

7) Anno circiter centesimo et trige-
simo post Lycurgum, ut docet Plutar-
chus praedicto loco; nempe olympiade
quinta, ut scribit Eusebius, adeoque
ante Romae natales.

8) De ephoris atque cosmis Aristot.
reip. II. 9. 10, et Strab. lib. X. p. 738.

non longis temporibus ante fugerat 1); neque post aliquanto
nostrum senatum, cum sunt propter unius libidinem omnia
nexa civium liberata, nectierque postea desitum 2): semper-
que huic generi cum plebes *a*) publica calamitate inpendiis
P. 192. de;bilitata deficeret, salutis omnium causa, aliqua sublevatio
et medicina quaesita st *b*). Quo tum consilio praetermisso,
causa populo nata st, duobus tribunis plebis per seditionem
creatis 3), ut potentia senatus atque auctoritas minueretur 4):
quae tamen gravis et magna remanebat, sapientissimis et for-
tissimis et armis et consilio civitatem tuentibus; quorum au-
P. 129. cto‖ritas maxime florebat, quod cum honore longe antecelle-
rent ceteris, voluptatibus erant inferiores, nec pecuniis ferme
superiores 5): eoque erat cuiusque gratior in re publica vir-
tus, quod in rebus privatis diligentissime singulos cives opera
consilio, re, tuebantur.

XXXV. Quo in statu rei publicae .Sp. *c*) Cassium de oc-
cupando regno molientem, summa aput populum gratia flo-

a) Ita cod. pro *plebs*. — *b*) Ita 1. manu; at 2. heic et inferius videtur addidisse *e*. — *c*) Cod. *S. P.* interposito puncto.

1) Dicit *non longis temporibus*, quia Gellius XVII. 21. ait: *Solonem accepimus leges scripsisse Atheniensium, Tarquinio Prisco Romae regnante, anno regni eius tricesimo tertio*. Innuit autem heic Cicero invectam a Solone σεισάχθειαν, nempe aeris alieni sublevationem, cui Solon ipse exemplo praeivit septem talenta, quae sibi debebantur, omittens. De hac re lege Laërtium in Solone; Plutarchum item in Solone et in reip. ger. praeceptis; Heraclidem in politiis. Quin adeo Dionysius V. 64. orationem recitat Valerii, qui fuit Publicolae frater, suadentis ut plebi romanae aes alienum remitteretur, hoc ipso Solonis exemplo proposito: quamquam frustra fuit, contradicente Appio.

2) Intelligit ea quae acciderunt Veturio seu Publilio adulescenti, et quorum causa ius romanum mutatum est. Rem habes apud Valerium ·M· VI. 1. 9; Livium VIII. 28; Dionysium in fragm. ed. Mediol. XVI. 9.

3) Duos tribunos creatos dicit Cicero etiam in corneliana; quo loco sic commentatur Asconius: *quidam non duos tribunos pl. ut Cicero dicit, sed quinque tradunt creatos tum esse, singulos ex singulis classibus. Sunt tamen qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, ponant: inter quos Tuditanus et Pomponius Atticus, Liviusque noster. Idem hic et Tuditanus adiiciunt tres praeterea ab illis duobus collegas creatos esse*. His, qui duos tribunos dixerunt, addatur Lydus m. r. I. 38. 44. In iis, qui quinque dixerunt, est Dionysius VI. 89.

4) Hac de re disputat Cicero leg. III. 7.

5) Consentit Sallustius Cat. VII. Virtutem Romanorum eius aetatis copiose laudat Augustinus C. D. V. 12. Consonat Cassiodorii var. I. 16. nobilis sententia: *acquirit nobiles thesauros famae, neglecta vilitate pecuniae*.

rentem, quaestor | accusavit *a*): eumque, ut audistis, cum P. 130. pater in ea culpa esse conperisse se dixisset, cedente populo morte mactavit 1). Gratamque etiam illam rem *b*) quarto circiter et quinquagesimo anno post primos consules de multae sacramento *c*) .Sp. Tarpeius et ·A· Aternius *d*) consules comitiis centuriatis tulerunt 2). Annis post ea ·XX· ex eo quod ·L· Papirius, ·P· Pinarius censo||res 3) multis dicendis vim P. 41. armentorum a privatis in publicum averterant, levis aestumatio pecudum in multa, lege ·C· Iuli, ·P· Papirii *e*) consulum constituta st 4).

a) Cod. *accusabit*, et mox *mactabit*. — *b*) Ita cod. evidenter *rem*; sed malim *legem*. — *c*) Locutionem declarat Festus: *sacramentum aes significat quod poenae nomine penditur*. — *d*) Notabilis lectio *Aternius*, quam confirmant fragmenta capitolina, quamque apud Plinium VII. 28, emend 91. Harduinus sex in codicibus esse ait. Variat in libris id nomen, *Aternius*, *Aeternius*, *Aterius*, *Haterius*. Sed enim de hoc nomine nemo doctius disseruit quam harum doctrinarum magister cl. Borghesius de frag. nov. fast. capitol. part. I. p. 72. ed. nov. Liceat autem hoc loco rogare eos, ad quorum officium romanorum ruderum vestigatio pertinet, ut capitolinorum fastorum, quorum pars ingens apud curiam Iuliam adhuc latet, inquisitionem sine mora prosequantur, et romanam historiam his nobilissimis auctibus locupletent. Haud procul eo loco quaerere iam oportet reliquias etiam arcus augustei; cuius aedificationem post signa a Parthis recuperata Dio LIV. 8. narrat, formam autem, triplici fornice et quadriga ac statuis impositis, exhibet praeter alios aureus nummus bibliothecae vaticanae; situm denique eiusdem diu incognitum, demonstravit iuxta aedem divi Iulii virgilianus interpres quem ego olim Mediolani, rursusque Romae edidi AA. cl. T. VII. p. 294. Porro et de vocabulo *nitae*, quod ibi legitur, fortasse pro *nicae*, id est *victoriae*, locutus sum in meo glossario, Spicil. rom. T. IX. In editione maurina S. Augustini tom. III. part I. in append. p. 152. F. dicuntur etiam XII. tabulae decemvirorum sepultae in Capitolio. Gerrae. — *e*) Consules huius anni CCCXXIV. Livius IV. 30. habet *L. Papirium*, et *L. Iulium*. *Caius* quidem *Iulius* ter antea fuerat consul. *Papirio* autem praenomen falsum affingi apud Livium Pighius viderat, et in *Caium* cum Diodoro immutaverat. Nunc Cicero scribit ·P· *Papirium*.

1) Mediam quandam sententiam sequitur Cicero, dum ait Cassium a quaestore quidem accusatum, verum a patre iudicatum atque interfectum: quidam enim scripserunt accusatum quoque fuisse a patre. Rem suo more ventilat Dionysius VIII. 79; atque ita concludit, ut ei Cassii pater nihil in filii iudicio egisse videatur. Neque abhorret a Dionysii sententia Livius II. 41. Sed contradicunt Valerius ·M· V. 8. 2, et Florus I. 26. Immo Dio Cassius in excerptis novis vaticanis a me editis p. 150. hunc gentilem suum Cassium omni prorsus crimine liberat, oppressumque invidia innocentiam eius adfirmat.

2) Dionysius X. 50. perspicue horum consulum legem edisserit; scilicet quod multandi potestatem magistratibus cunctis fecerint, quum antea id consulibus tantum liceret.

3) Notandum hoc censorum collegium hactenus, ut opinio mea fert, incognitum. Primi quidem censores fuerunt anno CCCXI. ·L· Papirius et ·L· Sempronius; secundi ·C· Furius Pacilus et ·M· Geganius anno CCCXVI; tertii scribantur nunc ·L· Papirius iterum et ·P· Pinarius anno CCCXXI. Quominus enim Papirius fieret censor iterum, nihil obstabat: lex quippe marcia id demum vetuit permultis annis post, lata a Marcio quem populus censorem iterum creaverat.

4) Festus voc. *peculatus* consules

XXXVI. Set aliquot *a*) ante annis, cum summa esset auctoritas in senatu, populo patiente atque parente, inita ratio st, ut et consules et *b*) tribuni pl. magistratu se abdicarent 1), at-
P. 42. que ut ·X· viri maxima potestate sine provocatione crearentur, qui et summum imperium haberent, et leges scriberent. Qui cum ·X· tabulas summa legum aequitate prudentiaque conscripsissent 2), in annum posterum decemviros alios subrogaverunt, quorum non similiter fides nec iustitia laudata 3). Quo tamen e collegio laus est illa eximia ·C· Iuli 4), qui hominem
* Q. XXII. P. 137. nobilem ·L· Sestium *c*), cuius in cu*||biculo ecfossum *d*) esse, se praesente, mortuum diceret, cum ipse potestatem summam haberet, quod decemvir *e*) sine provocatione esset, vades tamen poposcit: quod se legem illam praeclaram neglecturum negaret, quae de capite civis romani, nisi comitiis centuriatis, statui vetaret 5).

a) Cod. *aliquod*. — *b*) Cod. 1. manu *consul esset*. — *c*) Ita scribitur saepius *Sestius* pro *Sextius* etiam apud interpretem pervetustum vaticanum orationis pro P. Sextio. — *d*) Ita cod., uti supra *ecferre*, *ecfrenati*. — *e*) Cod. *decemvirum*, nisi forte aliqua ibi litura est.

Menenium Lanatum et Sestium Capitolinum dicit eius legis auctores. Gellius XI. 1. ait lege aternia eam aestimationem esse factam. Erat autem gravissima multa *duo boves et oves triginta*, uti ait Dionysius X. 50; seu contra *duae oves et boves triginta*, ut Fest. et Gell. At Plutarchus Public. cap. XI, ait a Publicola praefinitam esse multam quinque boves duasque oves valentem. Denique non abs re moneo, apud Gellium VII. 11. extare fragmentum orationis de multa ad populum recitatae a Scipione nostro in censura.

1) Dionysius X. 19. eum morem a Cincinnato consule invectum narrat; isque adhuc manebat aetate Frontonis, cuius vide ep. ad M. Caes. II. 3; et ulterius servatum novimus.

2) Circa urbis annum CCC, ut vulgo historici tradunt. Nullam tamen facit Cicero mentionem romanorum in Graeciam legatorum ad Solonis leges petendas: cuius rei altum silentium est in aliis quoque Tullii scriptis Immo is de or. I. 44. leges romanas aperte anteponit inconditis et ridiculis, ut ait, Lycurgi, Draconis, Solonisque legibus, quod facere vix debuit, si generatim ius romanum e graeco haustum putavisset. Praeterea tusc. V. 36. commemorato illo Hermodoro, quem quidam aiunt interpretandis apud decemviros Solonis legibus praefuisse, ne γρῦ quidem ea de re Cicero. Profecto duorum iurum natura mirum quantum diversa est. Itaque docti aliquot, praesertim Vicus italus, Bonamicus gallus, Gibbonius anglus, et Germani quidam nuperrimi, legationem illam negare ausi sunt, contradicente licet prolixe Terrassonio gallo et nonnullis Italis. Supplementa quaedam tabularum ab Aequis, Italiae populo, missis ad eos decemviris, accepisse Romanos narrat Servius aen. VII. 695.

3) Lege Dionysium X. 59. sqq.

4) [Hic primus in decemviris creandis nominatus fuerat, teste Livio III. 33. Lehn.]

5) Rem habes apud Livium III. 33.

XXXVII. Tertius est annus ·X· viralis consecutus, cum dem essent, nec alios subrogare voluissent 1). | In hoc statu P. 138.
rei publicae, quem dixi iam saepe non posse esse diuturnum 2), quod non esset in omnis ordines civitatis *a*) aequabilis; erat penes principes tota res *b*) publica, praepositis ·X· *c*) viris nobilissimis, non oppositis tribunis pl., nullis aliis adiunctis magistratibus, non provocatione ad populum contra necem et verbera relicta. Ergo horum ex iniustitia subito exorta est maxima pertur|batio et totius commutatio rei publicae: qui P. 183.
duabus tabulis iniquarum legum additis, quibus, etiam quae diiunctis *d*) populis tribui solent, conubia *e*), haec illi ut ne plebei cum *f*) patribus essent inhumanissima lege sanxerunt 3); quae postea plebeiscito *g*) canuleio abrogata *h*) st 4): libidinoseque omni imperio et acerbe et avare populo praefuerunt. Nota scilicet illa res et celebrata monumen|tis plurimis litte- P. 184.
rarum, cum Decimus *i*) quidam Verginius virginem filiam propter unius ex illis ·X· viris intemperiem in foro sua manu interemisset 5), ac maerens ad exercitum, qui tum erat in Algido, confugisset: milites bellum illut, quod erat in manibus, reliquisse: et primum montem sacrum, sicut erat in

a) Cod. *civitas*, sed ibidem videtur emendatum *civitatis*. — *b*) Cod. *re*. — *c*) Cod. XX. Mihi uno videbatur prorsus emendandum X. Namque decemviros primi anni alios decem sibi subrogavisse, non addidisse, ait ipse Cicero superius; secundi vero anni decemviros continuasse magistratum in tertio, paulo post dicitur. Igitur ·XX· viri dici nequeunt, nisi omne simul tempus ius dominationis Cicero complectitur. — *d*) Ita cod. et recte, pro *disiunctis*. — *e*) Ita cod. Sed et Moserus, invito me, a se scribi *connubia*. Tum ipse mox profert verba antiquae legis in qua scribitur *conubia*. Est ergo id ἀνακόλουθον Moseri. — *f*) Ita cod. 2. manu; at 1. *plebi et patribus*. — *g*) Ita 1. manu; at 2. *plebiscito*, contra prius exemplum. — *h*) Ita cod. 2. manu; at 1. statim subiunxerat *b* τῷ *o* τοῦ *canuleio*, quasi auctor uteretur verbo *obrogata*, cuius *o* divideretur a praecedente. — *i*) Ita cod. *Decimus* litteris explicatis sine ulla emendatione. Verumtamen huius viri praenomen *Lucius* scribitur a Cicerone de fin. II. 20; Dionys. XI. 28; Liv. III, 44; Ascon. ad cornelianam; ne alios auctores otiose consulam. *Decimi* quoque Bruti Gallaeci praenomen versum fuit in *Aulum* ab iis qui Velleium II. 5. exscripserunt. Reapse apud Livium III. 54. eidem Verginio datur praenomen *Aulus*; ubi interpretes iubent (rectene an secus?) revocari lectionem *Lucius*. Quod si codicis nostri de rep. scripturae confidere licet, *Decimus* praenomen tenendum est; locus autem ille Tullii de fin. corruptus existimandus.

1) Legesis Dionysium XI. 1. sqq. et Orosium II. 13.

2) Recole scilicet de rep. lib. I. 41. II. 33.

3) Auctore praecipuo Appio decemviro, singularis superbiae homine. Dionys. X. 60.

4) Legatur Livius IV. 1. sqq. Hunc vero Canuleii tumultum in monte Ianiculo exarsisse aiunt Florus I. 25, et Ampelius cap. de secessionibus.

5) Verginii hoc facinus Cicero de fin. II. 20 collocat in sexagesimo anno post libertatem receptam.

iderantur e octo. simili causa antea factum, deinde Aventinum ar|*matos insedisse a*) 1) . . . .

* Dictatore ·L· Quinctio dicto. *Philargyrius ad georg. III.* 125. 2).

P. 193. . . . . *maio*res nostros et probavisse *b*) maxime et retinuisse sapientissime iudico.

XXXVIII. Cum ea Scipio dixisset, silentioque omnium reliqua eius expectaretur oratio 3); tum Tubero, quoniam nihil ex te, Africane, hi maiores natu requirunt, ex me audies quid in oratione tua desiderem. Sane, inquit Scipio, et libenter quidem. Tum ille, laudavisse *c*) mihi videris nostram rem publicam, cum ex te non de | nostra, sed de omni re publica quaesisset Laelius 4). Nec tamen didici ex oratione tua istam ipsam rem publicam, quam laudas, qua disciplina, quibus moribus aut legibus constituere vel conservare possimus 5).

P. 194.

a) Ita suppleo verba duo ex Livio III. 50; quamquam Tullius cap. XXXIII, utitur verbo *occupare*, in corneliana autem verbo *considere*. Ipse Livius praedicto loco semel dicit *insidere*, semel *obsidere*. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *probabisse*. — *c*) Ita 2. manu; at 1. *laudabisse*.

1) In hoc haud mediocri hiatu periisse videmus decemvirorum abrogationem et poenam; item res aliquot postea gestas, bella v. gr. cum finitimis; sed certe tribunos militares pro consulibus lectos; Sp. Maelii consilium tyrannicum; eiusdemque supplicium iussu Cincinnati dictatoris; censurae initium: quae omnia sunt in tertio quartoque Livii volumine, pertinguntque usque annum CCCXV. His et praeterea paucis fortasse adiectis, videtur Scipio in eo conclusisse sermonem, ut diceret optimum esse habendum mixtum illud temperatumque reip. genus, quod Romani veteres et probavissent maxime et retinuissent sapientissime; quam rem superiore libro cap. XLVI. ostensurum se receperat.

2) Hac in sede coniecturaliter colloco fragmentum quod Philargyrius ex opere de rep. sed omisso libri numero profert. Ista enim ·L· Quinctii dictatura paucis annis post sublatum decemviratum gesta fuit. Servius non secus ac Philargyrius, incerto indicio, hanc Tullii auctoritatem laudat, verum ridicule ab indoctis amanuensibus distortam: *sic de accusatore lege quinta dicta.*

3) Num ut romanam historiam usque ad sua tempora prosequeretur?

4) Lib. I. 20. 21. 30. 35.

5) Mores et leges fundamenta duo cuiusvis reip. statuit esse Polybius VI. 47. De disciplina et de moribus quarto in libro tractabitur. De legibus vel in quinto actum fuit, vel id caput peculiari operi Tullius reservavit, cuius pars extat in tribus de legibus. Valde tamen suspicor quinto in libro actum fuisse de constitutione conservationeque civitatis (quod facit Plato reip. tertio et quarto) quoniam Tullius multa dixit in quinto de civitatis moderatore, qui Platoni in praedictis libris est φύλαξ, ut et Ciceroni lib. I. 41. *custos*. Sed certe platonici libri copiosissimi de rep. et de legibus satis nos docent, quanta pars tullianorum scriptorum argumenti eiusdem desideretur.

XXXVIIII. Hic Africanus, puto nobis mox de instituendis et conservandis civitatibus aptiorem, Tubero, fore disserundi *a*) locum 1). De optimo autem statu equidem arbitrabar me satis respon‖disse ad id quod quaesierat Laelius. P. 143.
Primum enim numero definieram genera civitatum tria probabilia; perniciosa autem tribus illis totidem contraria; nullumque ex eis unum esse optimum; sed id praestare singulis, quod e tribus primis esset modice temperatum 2). Quod | autem exemplo nostrae civitatis usus sum, non ad definiendum P. 144.
optimum statum valuit, nam id fieri potuit sine exemplo, sed ut a *b*) civitate maxima reabse *c*) cerneretur quale esset id quod ratio oratioque describeret 3). Sin autem sine ullius populi exemplo genus ipsum exquiris optimi status, naturae imagine utendum est nobis 4); quoniam tu hanc imaginem urbis et populi ni*‖*mis circumscriptam esse iudicas* 5). . . . . * Q. XXIII. P. 19.

a) Ita cod. 1. manu; at 2. *disserendi*, — *b*) Praepositio *a* superaddita fuit. — *c*) Recole dicta a nobis de hoc vocabulo lib. I. 2. p. 3. n. c.

1) Confer apud nos libri sexti fragmenta sub initio.

2) Ista omnia in primo libro sunt. Quod sicui haec pagina paulo brevior ceteris esse videtur, is sciat amanuensem verba aliquot oscitanter repetivisse, quod et alibi accidit. Porro mixtum hoc reip. genus admiratur valde in Romanis Aristides orat. in Rom. ed. Steph. p. 121. Sed mire Tacitus annal. IV. 33. huic Ciceronis loco et superiori libri I. c. 43, id est mixto vel temperato reip. generi, contradicit: *cunctas nationes et urbes, populus aut primores aut singuli regunt. Delecta ex his et consociata reip. forma, laudari facilius quam evenire; vel, si evenit, haud diuturna esse potest.* De Taciti sententia non iudico; sed certe mixta reip. forma quieti publicae atque concordiae non semper favet.

3) Sic fere loquitur in prohoemio Livius. Dionysius autem V, 75. pressius adhuc Ciceronis sententiae et verbis adhaeret. Cicero off. II. 21. ait: *neque tantum de nostra, sed de omni rep. disputo.*

4) Hunc locum fortasse legit Io. saresberiensis policr. VI. 21, cuius verba in testimoniis post praefationem laudavi.

5) Incidimus in ingentem lacunam. Sine dubio autem nunc adgreditur Cicero ad commovendum illum de iustitia sermonem, quem Augustinus C. D. II. 21, ait secundo libro coeptum totoque tertio protractum. Quum enim romanae reip. exemplo formam optimam civitatis finxisset Scipio, Tubero tamen praedictam *imaginem urbis et populi nimis circumscriptam esse iudicaret;* ad ius universae naturae, seu generatim societatis humanae, demonstrandum accedit idem Scipio: sicuti superiore libro cap. XXXVI, ut unius dominatum suaderet, naturae universae testimonium invocaverat, quam physici ab una mente regi sentiebant. Est autem praeclara transitio a peculiari Romae iure ad generale naturae, quoniam, ut scribit Gravina, *nihil est aliud ius civile, nisi naturalis ad romanae reip. institutionem relata romanisque moribus et litteris explicata ratio.*

P. 19. XL. . . . (*) *s. quem* iandudum *a*) quaero et ad *b*) quem cupio pervenire. *L.* Prudentem fortasse quaeris *c*)? *s.* Tum ille, istum ipsum. *L.* Est tibi ex eis *d*) ipsis qui adsunt bella *e*) copia, vel ut *f*) a te ipso ordiare 1). Tum Scipio, atque utinam ex omni senatu pro rata parte esset! Set tamen est ille prudens, qui, ut saepe in Africa vidimus, immani et vastae insidens beluae, coercet et regit beluam *g*); quocumque vult
P. 20. levi admonitu non actu inflectit illam feram. *L.* Novi, et tibi cum essem legatus 2) saepe vidi. *s.* Ergo ille indus aut poenus unam coercet beluam et eam docilem et humanis moribus adsuetam 3): at vero ea quae latet in animis hominum quaeque pars animi mens 4) vocatur, non unam aut facilem ad subigendum frenat et domat, si quando id efficit *h*), quod perraro potest. Namque et illa tenenda est ferox* ‖ *et in nobis*

(*) Exin ad usque libri II. finem supersunt in codice paginae tantum sex. Quaeret aliquis quot vel quaterniones vel paginae in his postremis secundi libri lacunis post quaternionem XXIII. amissae sint? Primi quidem libri quaterniones fuerunt XIII, quorum quatuor prohoemium occupavit. Igitur si libro secundo parem molem attribuere licet, is quidem ultra quaternionem XXVI. non processit. Verum idem liber paulo infra potius constitisse videtur; tum quia prohoemio caruit; tum quia tertius liber, qui novum prohoemium prae se fert, in quaternione XXVIII. iam dialogum instaurat. Ergo mihi secundus liber ante dimidium fere quaternionem XXVI. desivisse videtur. Id si vere coniicio, folium quidem pp. 19. 20. 25. 26, erit secundum vel tertium quaternionis XXIV. aut XXV. Folium autem pp. 9. 10. 3. 4, erit item secundum vel tertium quaternionis XXVI. Tum folium pp. 207. 208. 201. 202, erit medium quaternionis XXVII. Denique folium pp. 23. 24. 21. 22. notam habet inscriptam quaternionis XXVIII. Sed haec, ut dixi, coniecturis partim nituntur; neque satis exploratum est quotam omnino partem foliorum aut quaternionum utrique libro attribuere oporteat. Sed certe a quaternione XXIII. ad libri finem sermo fuit de natura quae moderationem iustitiamque suadet et servat, de imperii ac libertatis naturali temperatione, de politici hominis prudentia ac dexteritate, quem quidem a se ipso docendo instituendoque initium facere decet. Exin dicta illa aliquanto latius atque uberius, ut ait Augustinus, de iustitiae necessitate; libroque tum demum imposita coronis fuit.

a) Ita cod. pro *iamdudum*. — *b*) Cod. *at*. — *c*) Ita distinguitur in codice post *quaeris*, puncto scilicet adiecto. — *d*) Nempe *eis* pro *his*. — *e*) Ita cod. 1. manu; at 2. mendose *belli*. — *f*) Num potius legendum *velut?* Dubitabam etiam num in codice esset aliqua metathesis *vel ut* pro *ut vel*. — *g*) Ita in codice repetitur *beluam*, quamquam praecedit *beluae*. — *h*) Ita 2. manu; at 1. *effecit*.

1) Singularis consilii laudem tribuit Scipioni Aemiliano Cicero V. in Verr. X; et praesertim de or. I. 48: *hunc reip. rectorem et consilii publici auctorem esse habendum definirem; praedicaremque ·P· Africanum et ·C· Laelium* etc. Sic etiam Plutarchus in opusculo an seni sit gerenda resp. tom. IX. p. 183. Immo Philus de rep. III. 18. dicit sibi consuli fuisse in consilio hos ipsos, qui nunc loquuntur de rep., homines.

2) Bello tertio punico legatus in exercitu apud Karthaginem Laelius Scipioni fuit. Appian. punic. CXXVI.

3) Sic loquitur de elephanto Cicero ad fam. VII. 1. Elephanti intelligentiam praedicat Cassiodorius var. X. 30; acutissimos sensus Cicero N. D. II. 60.

4) De humana mente prolixiore disseritur initio libri tertii.

tamquam fera, iracundia 1) quae sanguine alitur 2), omni crudelitate sic exsultat, ut vix hominum acerbis us satietur *Nonius voc. exultare.*

), qui habet imperium ac potestatem, late nocet per iram, m fundit, urbes subvertit, populos delet, provincias ad so- n redigit 3). *Lactantius de ira Dei cap. V.*

adfectus vel, ut ita dicam, tres furiae sunt, quae in animis n tantas perturbationes cient, et interdum cogunt ita delin- ut nec famae nec periculi sui respectum habere permittant: e vindictam cupit; avaritia, quae desiderat opes; libido, quae voluptates. His vitiis ante omnia resistendum est, ut virtutes ssint. Hos adfectus stoici amputandos, peripatetici temperandos *Idem epitom. cap. LXI.*

do autem et expetenti et lubidinoso et volutabundo ptatibus. *Nonius voc. volutabundus.*

ı qui moderari nescit cupiditatibus, is sicut equis raptatus in-

perat hoc loco dicere Scipio de turbationibus, quibus mens po- debet invicte imperare. Vide- ı initium fecisse ab iracundia, xisse, ad avaritiam seu cupidi- libidinem, ad anxitudinem etc. i apte moderari nequit, is vi- nquam auriga indoctus e curru t male mulcatur. His ego con- tens locos Nonii quinque e se- ro de rep. ab eo citatos, hac ollocandos esse putavi. Paulo rius mihi persuasi, tot aucto- eucis Tullii paginis a gramma- : depromptas.

Lactantius de op. D. cap. II. sae *sanguine aluntur.* Item 24. Iracundiam, Tullium imi- ribit Lactantius etiam de ira ; item epitom. cap. LXI. De- m Augustinus comm. in psalm. . Iracundiam a politico viro it Cicero off. I. 25, et IV. 22; exemplum Scipionis nostri, imanatum fuisse iracundia ne m credit quum hostem manu meret. Addit et proprium ex- icero, quae fortiter in rep. fe- mquam se iratum fecisse. Sed quam vehementius Cicero ira- cundiam a magistratu removet, quam in illa prolixa ad fratrem Asiae praetorem epistula (I. 1.) quae politici tractatus instar est. Adversus iram copiose dispu- tat etiam Philo allegor. lib. III. ed. Mang. tom. I. p. 112. sqq., praecipue quia pro- prium iratorum sit mentiri.

3) Postulat hic locus, ut lectores admo- neam, tria esse in hac nostra editione frag- mentorum genera operis tulliani de rep. Primum est genus fragmentorum, seu po- tius partium, maiorum quae sunt ex pa- limpsesto vaticano de rep. Secundum ge- nus est fragmentorum, ipsis auctoris ver- bis citatorum v. gr. a Nonio aliisque; vel saltem non praetermisso Ciceronis aucto- ris nomine; vel quae denique ab aliis indi- ciis tulliana omnino esse demonstrantur. Haec duo genera iisdem typorum formis a nobis imprimuntur. Tertium vero est genus fragmentorum, quae coniectura tantummodo, etsi apprime verisimili, praesertim ex Lactantio sumpsimus, vel certe interpolata libereque excerpta vi- dentur; hoc inquam genus paulo mino- ribus formis a nobis, distinguendi causa, exprimitur; veluti non semel Lactantii, nec non Liberii apud Ambrosium frag- mentum, et mox aliorum, puta Augu- stini etc.

domitis, obteritur, laniatur, affligitur. *Liberius papa in oratione apud s. Ambrosium de virginibus lib. III. 2.* 1).

Ut auriga indoctus e curru trahitur, opteritur *a*), eliditur, laniatur. *Nonius voc. elidere* 2).

Concitationes animorum iuncto currui similes sunt, in quo recte moderando summum rectoris officium est, ut viam noverit; quam si tenebit, quamlibet concitate ierit, non offendet: si autem aberraverit, licet placide ac leniter eat; aut per confragrosa vexabitur, aut per praecipitia labetur, aut certe quo non est opus deferetur. *Lactantius institut. VI. 17.* 3).

Quartaque anxitudo 4) prona ad luctum et maerens, semperque ipsa se sollicitans. *Nonius voc. anxitudo.*

Esse autem angores, si miseria afflictas atque *b*) abiectas timiditate et ignavia. *Idem voc. timor.*

XLI. Hercules, qui ob virtutem clarissimus, et quasi Africanus inter deos habetur 5) *etc.* Quid enim tam magnificum (fecit), si leonem aprumque superavit? si aves sagittis deiecit? si regium stabulum egessit? si viraginem vicit, cingulumque detraxit? si equos feroces cum domino interemit? *etc.* Non enim fortior iudicandus est, qui leonem, quam qui violentiam, et in se ipso inclusam feram superat iracundiam: aut qui rapacissimas volucres deiicit, quam qui cupiditates avidissimas coercet: aut qui Amazonem bellatricem, quam qui libidinem vincit pudoris ac famae debellatricem: aut qui fimum de stabulo,

a) Haec est elegens et verissima Laurentii Bindandi foroliviensis in Nonio emendatio, ut adnotavit cl. Oriolius. Eandem excogitavit etiam cl. Heinrichius; quum vulgo scribatur *operitur.* Sic apud interpretem vaticanum ad or. pro Flacco I. 1. mendose *operantur* pro *opterantur.* — *b*) *Atque* habent duae editiones et codd. mss.; at parisiaca ed. *aut.*

1) Heic colloco hoc Liberii PP. apud S. Ambrosium fragmentum, quoniam ex tertii libri fragmentis satis, ut puto apparebit, lectos ab Ambrosio fuisse tullianos de rep. libros.

2) Sic Isocrates ad Demonicum ff. 23. Sic Virgilius G. I. fin. *fertur equis auriga, neque audit currus habenas.*

3) Locum hunc a Lactantio vel sumi vel potius interpolari ex Tullio, docuit me praecedens Nonii auctoritas. Imitatur autem eundem locum Hieronymus advers. Iovin. cap. X. Et epist. 100. n. 16.

4) Lactantius inst. VI. 19: *tres sunt adfectus, qui homines in omnia facinora praecipites agunt, ira, cupiditas, libido. Ira ultionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates.* Quartum adfectum anxitudinem omittit Lactantius; ponit tamen de ira D. cap. XV. Sed et Hieronymus in Iohelem c. I. v. 4. ait: « quatuor esse perturbationes, quibus animarum sanitas subvertatur, omnes philosophorum scholae conclamant. » Sunt autem, ut ait, aegritudo, gaudium, metus, spes.

5) Hactenus certe Ciceronis esse verba ex libris de rep., quis dubitet? nusquam enim nisi in his dici poterat, v. gr. a Laelio, dum Scipioni blandiretur, *Hercules quasi Africanus inter deos.* Igitur sequentia quoque Lactantii ad hunc locum de rep. coniecturaliter traxi.

quam qui vitia de corde suo egerit; quae magis sunt perniciosa, quia domestica et propria mala sunt, quam illa quae et vitari poterant et caveri. Ex quo fit, ut ille solus vir fortis debeat iudicari, qui temperans est et moderatus et iustus. *Lactantius inst. I.* 9.

Est vero, inquit, Africane; nam et Herculi eadem ipsa porta patuit. *Idem inst. I.* 18. 1).

XLII. . . . . dici possit. Tum Laelius, video *a*) iam illum, P. 25.
quem expectabam, virum cui praeficias officio et muneri. Huic scilicet, Africanus *b*), uni paene: nam in hoc fere uno sunt cetera, ut numquam a se ipso instituendo contemplandoque discedat *c*); ut ad imitationem sui vocet alios; ut sese splendore animi 2) et vitae suae sicut speculum praebeat civibus. Ut enim in fidibus 3) aut *d*) | tibiis, atque ut *e*) in cantu ipso P. 26.
ac vocibus, concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem inmutatum *f*) aut discrepantem aures eruditae ferre non possunt; isque concentus ex dissimillimarum vocum moderatione concors tamen efficitur et congruens; sic ex summis et infimis et mediis et *g*) interiectis ordinibus, ut sonis, moderata ratione civitas con‖ 4) sensu dissimillimorum concinit: et quae harmonia a musicis dicitur in cantu, ea est in civitate concordia, artissimum atque optimum in omni re publica vinculum incolumitatis; eaque sine iustitia nullo pacto esse potest.

XLIII. Ac deinde cum aliquanto latius et uberius disseruisset (Scipio) quantum prodesset iustitia civitati, quantumque obesset si afuisset *h*) 5);

a) Cod. *video* bis; sed alterum deinde expunctum. Si retineretur, fieret quaedam emphasis. — *b*) subintellige *inquit*. — *c*) Cod. *discendant*, sine ulla, ut videtur, emendatione. — *d*) August. ac. — *e*) Aug. sine *ut*. — *f*) Cod. *inmutantum*; sed *n* posterior expuncta. Coeperat nimirum scribi *inmutantem*. — *g*) Augustinus sine *et*, etiam in codicibus, quos inspexi, vaticanis. Sed codex de rep. tullianus habet *et*. — *h*) Ita Augustini codex quidam antiquissimus vat.; ast edd. et alii codices *abfuisset*.

1) Confer testimonia operis de rep. post nostram praefationem, ubi Lactantius diserte ait se ex Cicerone verba haec recitare.

2) De animo excolendo scribit copiose Plato quinto legum libro.

3) Hunc locum reapse spectare ad secundi libri finem, praeclare testatur Augustinus C. D. II. 21. his verbis: *cum Scipio in secundi libri fine dixisset, ut in fidibus ac tibiis*, et reliqua prolixiora quam in mutilo codice servantur. Porro Tullii hunc locum aperte imitatur politicus graecus vaticanus in quinti libri fragmentis, coll. vat. T. II. p. 603. Eadem autem fidium similitudine utitur Lactantius de opif. D. cap. XVI.

4) Huc usque codex mutilus cum Augustino consentiens; reliqua prosequitur Augustinus

5) Haec sunt a Platone qui ep. VII. p. 335. sapientissime ita scribit: οὐκ ἄν

suscepit deinde Pilus unus eorum qui disputationi aderant, et poposcit ut haec ipsa quaestio diligentius tractaretur, ac de iustitia plura dicerentur 1) propter illud quod iam vulgo ferebatur, rem publicam geri *a*) sine iniuria non posse.

Claret ergo quoniam et aequitas imperia confirmet, et iniustitia dissolvat. *S. Ambrosius de off. II.* 19. 2).

P. 9. XLIIII. . . . . plenam esse iustitiae. Tum Scipio, adsentior vero; renuntioque vobis nihil esse quod adhuc de re publica dictum putemus 3), aut *b*) quo possimus longius progredi, nisi erit confirmatum non modo falsum illud *c*) esse, sine iniuria non posse 4); set hoc verissimum esse, sine summa iustitia rem publicam geri nullo modo posse *d*). Set, si placet,
P. 10. in hunc diem hactenus. Reliqua, satis enim multa restant, differamus in crastinum. Cum ita placuisset, finis disputandi in eum diem factus est 5).

·M· TULLI CICERONIS
DE RE PUBLICA
LIBER II. EXPLICIT. — INCIPIT LIBER III.

a) Alia Augustini exemplaria heic et inferius habent *regi*; alia *geri*: quam eandem varietatem vidimus in nostro quoque codice de rep. II. 12. Legitur *geri* etiam lib. III. fin. et in eiusdem libri epitome, non tamen sine varietate. — *b*) Augustinus infra in nota scribendo habet *et*. — *c*) *Illud* superadditur in codice; et bene se habet; confirmatur enim ab Augustino, qui tamen scribit *esse illud*. — *d*) Libere Aug. *geri non posse*.

ποτε γένοιτο εὐδαίμων οὔτε πόλις οὔτ' ἀνὴρ οὐδεὶς, ὃς ἂν μὴ μετὰ φρονήσεως ὑπὸ δικαιοσύνῃ διαγάγῃ τὸν βίον: *numquam felix erit seu civitas seuquivis homo, nisi prudenter iusteque vixerit.*

1) Id quoque a Platone est, apud quem Socrates sub primi de rep. libri finem, etsi multa de iustitia dicta fuerant, poscit nihilominus ut ea res accuratius et pro dignitate consideretur, id quod secundo libro fit.

2) Quoniam in superiore fragmento adfirmat Augustinus Scipionem hoc loco paulo latius de utilitate iustitiae disputavisse, idcirco Ambrosii supradicta verba heic ausus sum collocare; quandoquidem ab Ambrosio lectum fuisse Ciceronis de rep. opus iam dixi. Fortasse tamen aliquis malet frustum hoc in oratione Laelii pro iustitia ponere, quae recitabitur inferius lib. III. cap. 11. sqq.

3) Imitatur hunc Tullii locum politicus graecus coll. vat. tom. II. p. 58.

4) Nempe lib. III. 14. 15. dicendum erit, neque Alexandrum neque populum romanum potuisse tam late imperare, nisi victis gentibus iniuriam intulissent.

5) Hanc secundi libri clausulam historice refert Augustinus loco superius citato C. D. II. 21: *hanc proinde quaestionem* (de iustitia) *discutiendam et enodandam esse assensus est Scipio, responditque nihil esse quod adhuc de republica dictum putaret, quo posset longius progredi, nisi esset confirmatum, non modo falsum esse illud, sine iniuria non posse; sed hoc verissimum esse, sine summa iustitia rem publicam geri non posse. Cuius quaestionis explicatio cum in diem consequentem dilata esset etc.*

LIBRI TERTII DE RE PUBLICA

EPITOME

EX AUGUSTINO DE CIVITATE DEI LIB. II. 21.

rtio libro magna conflictatione res acta est. Suscepit Pilus 1) ipse disputationem eorum qui sentirent sine in- a regi non posse rem publicam; purgans se *a*) praecipue, e ipse sentire crederetur 2): egitque *b*) sedulo pro iniu- contra iustitiam, ut hanc esse utilem rei publicae, illam inutilem, veri similibus rationibus et exemplis velut co- ur ostendere 3). Tum Laelius, rogantibus omnibus, iusti- defendere adgressus est 4), adseruitque quantum potuit, tam inimicum quam iniustitiam civitati, nec omnino nisi a iustitia geri aut stare posse rem publicam. Qua quae- quantum satis visum est pertractata, Scipio ad inter- revertitur 5); recolitque suam atque commendat brevem iblicae definitionem *c*) qua dixerat eam esse rem populi: um autem non omnem coetum multitudinis, sed coetum consensu et utilitatis communione sociatum esse deter- . Docet deinde quanta sit in disputando definitionis uti- atque ex illis suis definitionibus colligit, tunc esse rem

se abest a duobus antiquis vat. codd. — *b*) Codex quidam Augustini antiquus vat. ique. — *c*) Cod. unus antiquus *diffinitionem*; alter antiquior 1. manu *def*, 2. *diff*. Ita tidem inferius.

ustaiat hic locus ut scripturae er- is maurina Augustini editione ad- rentem castigemus. Nam contra Petiliani lib. III. 25. sic legitur. *e fecit Pilus et Furius, qui con- illam iniustitiam defenderunt?* que: *si duo vel tria verba ista, et fortasse, usque adeo sunt in- tilia, ut propter illam excita- olim dormientes academici et dis et Pilus et Furius*. Nemo bitabit, quin hi loci corrupti fue- ique ex uno homine facti duo, *et Pilus*, itemque *defenderunt* pro *defendit*. Id autem sine dubio men- dum librariorum fuit; namque alibi Au- gustinus unum hominem esse agnoscit *Furium Pilum*. Et quidem praedicto loco ipse Augustinus memorat exemplar cuiusdam operis mendose scriptum. Ergo Maurini editores emendationem recipere in textum debuissent, quam in notis in- nuunt auctore bono Ludovico Vivesio.

2) Lib. III. cap. V.

3) Cap. VI-XX.

4) Cap. XXI-XXX.

5) Cap. XXXI. usque ad huius libri finem.

publicam, id est rem populi, cum bene ac iuste geritur, sive ab uno rege, sive a paucis optimatibus, sive ab universo populo. Cum vero iniustus est rex, quem tyrannum, more graeco, appellavit 1); aut iniusti optimates 2), quorum consensum dixit esse factionem; aut iniustus ipse populus, cui nomen usitatum non reperit, nisi ut etiam ipsum tyrannum vocaret 3); non iam vitiosam, sicut pridie fuerat disputatum, sed, sicut ratio ex illis definitionibus conexa *a*) docuisset, omnino nullam esse rem publicam: quoniam non esset res populi, cum tyrannus eam factiove *b*) capesseret; nec ipse populus iam populus esset si esset iniustus, quoniam non esset multitudo iuris consensu et utilitatis communione sociata, sicut populus fuerat definitus 4).

a) Ita antiquior cod. *n* pro *nn*; quae est bona scriptura, et aliis exemplis confirmata. Recole similem scripturam p. 129. cum n. *e*. — *b*) Edd. et codd. *factione* mendose.

1) Cap. XXXI. — 2) Cap. XXXII. — 3) Cap. XXXIII. — 4) Cap. XXXVI.

SCHOLION

De mentis humanae descriptione, cuius fragmentum in vaticano de rep. codice superest.

Prohoemium tertio libro fuisse praefixum, dubitari non potest; quum enim hic liber altero die recitetur, oportuit auctorem tantum certe praefari, quanto opus erat ad revocandas in conventum colloquiumque personas dialogi, et ad Fannium ablegandum, qua de re diximus in praefatione. Et quidem cap. III. patet omnino suis ipsum verbis loqui Ciceronem. Iam hoc libro scripturus de iustitia auctor, praeposuit humanae mentis, quae sola iustitiae capax est, descriptionem. Hominis imaginem in libris de rep. fuisse diligenter expressam docet nos Tullius de leg. I. 9; verum id Scipionis ore factum esse tradit ibidem ipse auctor; tum diserte Lactantius de opif. Dei cap. I. totum eum locum quarto in libro de rep. extitisse confirmat. Codicis autem vaticani folium, in quo de mente et eruditione hominis scribitur, quarto in libro collocari non potest, neque in eo personam Scipionis loqui cognoscimus. Sane tertii libri inscriptio nusquam in vaticano codice apparet, nisi pag. 10. coniunctim cum clausula libri secundi; verumtamen praedictum de natura hominis folium quia cohaeret cum ipsa pagina 10, idest cum clausula secundi libri, quartum ad librum pertinere nullo modo potest. Igitur alia fuit illa hominis descriptio quam Tullius ipse et Lactantius memorant.

Ciceronis de hominis natura et eruditione vaticanum fragmentum, aliosque eiusdem similes locos, luculenter exprimit Augustinus libro altero de ordine

I. 35. sqq.; ex quo discimus etiam (nisi mea me opinio fallit) quae huic loco le rep. fortasse desunt; nempe inventiones complures, ceu historiae, dialectices, musicae, poetices, geometriae, astronomiae, et aliarum artium atque scientiarum: quibus peractis, mens seu ratio adeo se erexit humana ut ausa sit immortalem animam comprobare (Aug. ibid. ff. 43.). Tullium Augustinus, vel se psum, imitatur prolixe etiam de C. D. XXII. 24. Eundem Tullium de rep. sine lubio compilat Plinius lib. VII. 1. *non est satis aestimare, natura parens melior homini an tristior noverca fuerit . . hominem nudum et in nuda humo, natali die abiicit ad vagitus statim et ploratum . . uni animantium luctus st datus, uni luxuria . . nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pavor confusior.* Lactantius inst. VI. 10: *Deus enim, qui ceteris animalibus sapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incursu t periculo tutiora generavit: hominem vero nudum fragilemque formavit, ut eum sapientia potius instrueret.* Conferatur idem lib. V. 21. VII. 4. 5. qui rursus Ciceronem expilat; nec non Augustinus C. D. VIII. 15. XII. 23. Idem Lactantius de opif. D. II. *hominem ratione concessa, et virtute sentiendi atque eloquendi data, eorum quae ceteris animantibus attributa sunt, fecit xpertem; statuit nudum et inermem . . . Queruntur hominem nimis imbecillum, fragilem, nudum tamquam ex naufragio in huius vitae miserias proiici et expelli: itaque naturam non matrem esse humani generis, sed novercam, quae hominem sic effuderit, ut inops et infirmus* etc. Sallustius autem istas querelas adversus naturam studiose refutat in iugurthini belli prohoemio: quo in argumento versatur etiam praedictus Lactantii liber. Denique Apuleius de deo Socr. ed. Wech. p. 43. ait: *homines ratione plaudentes, oratione pollentes, immortalibus animis, moribundis membris, levibus et anxiis mentibus, brutis et obnoxiis corporibus.* Iamvero Plinium (nequid de Lactantio et Augustino dicam) politico Ciceronis opere usum fuisse docuimus in testimoniis. Apuleius, qui de rep. opus, nunc deperditum, scripsit, fieri non potest quin alicubi Ciceronis opus politicum imitatus sit. Dicerem peculiari iure etiam Sallustium (qui duas illas epistulas de rep. ordinanda scripsisse creditur) perlegisse fuisse tulliani huius operis, nisi eum Sallustium, qui Ciceroni auctor fuit (ad Q. fr. III. 5.) immutandi rationem operis, alium esse hominem vulgo existimari viderem. Denique tullianum de rep. locum, quem aequales et posteri compilaverunt, nonne ipse auctor a Lucretio derivare videtur lib. V. 223? *tum porro puer ut saevis proiectus ab undis-navita, nudus humi iacet infans, indigus omni-vitali auxilio, cum primum in luminis oras-nixibus ex alvo matris natura profudit.* Immo longinquius fortasse Cicero accersivit imitationem, nempe a Platonis Epinomide et ab eiusdem tertio de legibus.

Ut finem faciam, summa tulliani prohoemii haec fuit: natura hominem nudum formavit et inermem, ut eum potius sapientia muniret ac tegeret (Lact. VII. 4.). Soli homini sapientia data est, et haec sola hominis mutorumque distantia est (Lact. epitom. XXXIV, instut. II. 1, et de ira D. cap. 7. 8. 12.) Ipsa autem ratio, quae in homine perfecta est, sapientia nominatur (Lact. institut. III. 10, et Cic. leg. I. 7.) Porro sapientia est intelligentia vel ad bonum rectumque faciendum, vel abstinentia dictorum factorumque improborum (Lact. V. 17. VII. 4.) Ergo natura (seu potius Deus, ut emendat Lactantius de ira D. cap. 10, et inst. III. 28.) quae hominem ad sapientiam genuit, eadem ad iustitiam procreavit; de qua scilicet iustitia scribitur tertius liber, ad quem praedictus de natura hominis sermo viam munit. Et quoniam de sapientia non per-

functorie sermo fuit in hoc tertii libri prohoemio, valde arbitror eò spectare Lactantium cum epit. XXXI. sqq. philosophorum veterum sapientiam ventilat; eamque, quia vanis et pugnantibus fundamentis niteretur, ait a recentiore academia, quae omnibus bellum indiceret, dissolutam esse atque subversam, tam physicam scilicet sapientiam quam moralem. Revera et apud Lactantium sequitur disputatio de iustitia, et apud Tullium introducitur princeps academiae Carneades iustitiam oppugnaturus. Haec fere et alia quaedam, ut in fragmentis mox videbimus, praefatus Cicero, dialogi personas ad continuandum de rep. et praesertim de iustitia sermonem iterum evocavit.

IMAGO TRACTATUS DE REPUBLICA CHRISTIANA.

In hac vacua pagellae parte lubet obiter explicare consilium quoddam a me olim susceptum, sed deinde intermissum, scribendi dialogum de christiana republica, in sex divisum libros, prout Cicero fecit in civili: quibus ego in libris tullianam quoque materiae distributionem imitari decreveram. Nam I. libro acturus eram de variis religionum generibus, naturali, revelato, vero, falsoque, et de vetere novoque Dei cum hominibus foedere; veluti Cicero diversos exposuit civilis reip. status et conversiones. II. Origines evolvebam, indolem, incrementa, et propagationem reip. christianae, aeque ac Tullius romanae. III. De veritate christianae religionis contra hostes eius, nec non contra haereses, disceptare volebam; ut Cicero iustitiam, ceu totius rei cardinem, contra scepticos philosophos tuitus est. IV. Mores christianae reip. descripturus eram plenissime ac disciplinam; quod itidem in romana fecit Cicero. V. De hierarchia, iure synodico, legibus seu canonibus, tractandum erat; quemadmodum de iure ac magistratibus disseruisse videtur quinto in libro Cicero. VI. De rectorum seu episcoporum officio, et de supremo christianae reip. gubernatore rom. Pontifice, cum eiusdem accurata imagine, dicere volebam; deque regni caelorum clavibus, ac terrenae ecclesiae cum caelesti, ad quam cuncti tendimus, praesenti ac futura communione, sicut etiam Cicero de futuris aeternisque virtutis praemiis, christiana prope mente, peroravit. Dialogi aetatem delegeram Nicolai V. pulcherrimum pontificatum: annum insignem captae a Turcis Constantinopoleos, quae certe res exordio dialogi aptior erat, multoque gravior, quam solis duplicis apud Ciceronis disputatores prodigium. Interlocutores denique destinaveram gravissimos et reip. christianae peritissimos tres eius temporis Cardinales, celebres item Episcopos tres, nec non eruditione praestantes viros totidem. Nam in Ciceronis quoque dialogo personae novem sunt.

.M. TULLII CICERONIS

DE RE PUBLICA.

LIBER TERTIUS.

I. ...... In libro tertio de re publica Tullius hominem dicit non ut a matre, sed ut a noverca natura, editum in vitam corpore nudo fragili et infirmo; animo autem anxio ad molestias, humili ad timores, molli ad labores, prono ad libidines 1): in quo tamen inesset tamquam obrutus quidam divinus ignis ingenii et mentis 2). *Augustinus contra Iulianum pelag. IV. ff.* 60.

Homo cum fragilis imbecillisque nascatur, tamen et a mutis omnibus tutus est; et ea omnia quae firmiora nascuntur, etiamsi vim caeli fortiter patiuntur, ab homine tuta esse non possunt. Ita fit ut plus homini conferat ratio, quam natura mutis; quoniam in illis nec magnitudo virium, neque firmitas corporis efficere potest, quo minus aut opprimantur a nobis, aut nostrae subiecta sint potestati 3) *etc.* Plato

1) Similiter loquitur Cicero tusc. V. 1. Cur autem Deus malis his hominem implicarit, sapienter docet Lactantius inst. VII. 5. Hos hominis adfectus considerat idem Lactantius de ira D. XV.

2) Lactantius de op. D. VIII: *mens et ignis ille divinus.* Item Augustinus C. D. XXII. 24: *Deus animae humanae mentem dedit, ubi ratio et intelligentia in infante sopita est quodam modo, quasi nulla sit, excitanda scilicet atque exserenda aetatis accessu, qua sit scientiae capax atque doctrinae . . . qua capacitate hauriat sapientiam, virtutibusque sit praedita, quibus prudenter fortiter temperanter et iuste adversus errores et cetera ingenerata vitia dimicet.* Pergit ibidem Augustinus sibi copiosissime vindicare, ut credo, hoc Ciceronis prohoemium. Quare quae ab Augustino de doctrinis et artibus repertis etc. dicuntur, ea lacunam utramque, quibus Ciceronis (cap. II.) fragmentum concluditur, occupare ferme videntur; mutatis tamen saepe verbis interpolatisque sententiis.

3) Sic Mamertinus in geneth. Maximiani cap. XIX: *illa quae videtur omnium rerum domina esse sapientia.*

naturae gratias egit, quod homo natus esset *etc. Lactantius de opificio Dei Cap. III.* 1).

P. 3. Desiderantur paginae nec minus quatuor nec plus octo.

II. . . *quadrupedum vi mens seu ratio consuluit hominum debilitati*, et vehiculis tarditati 2): eademque 3) cum accepisset homines inconditis vocibus incohatum *a*) quiddam et confusum sonantis, incidit *b*) has et distinxit in partis, et *c*) ut signa quaedam, sic verba rebus inpressit 4); hominesque antea dissociatos iucundissimo inter se sermonis vinclo *d*) conligavit 5). A simili etiam mente, vocis qui videbantur infiniti

P. 4. soni, paucis notis inventis 6), | sunt omnes signati et expressi,

a) Ita videtur emendatus codex signis appositis 2. manu (vide lib. I. 35.); at 1. manus scripserat *inchoatum*. — *b*) Ita 2. manu; at 1. *incidid*. — *c*) Cod. 1. manu *e*; 2. *ed*. — *d*) Ita cod. 1. manu; at 2. *vinculo*. Varietatem huius vocabuli in nostro codice alias notavimus. Et quidem *vinclum* et antiquior et melior scriptura est. Cornutus autem p. 2286. huius generis syncopas apud ipsum Ciceronem legebat.

Ciceronem imitatur Dio Cassius in Curtii morituri adornanda oratione coll. vat. T. II. p. 533.

1) Lactantius et praecedente, et hoc ipso sui operis capite sine dubio compilat Tullii hoc prohoemium, et quidem servatum illud ab Augustino fragmentum, ut in scholio docui. Quid ni igitur tulliana reliqua compilare credendus est in consequentibus, quae lacunam commode explere videntur? Quatenus tamen id faciat Lactantius primis operis sui quatuor capitibus, id aliorum esto iudicium; mihi interim brevem particulam huc intulisse sat est.

2) Locum sarcit Cicero N. D. II. 60: *efficimus domitu nostro quadrupedum vectiones, quorum celeritas atque vis nobis ipsis adfert vim et celeritatem.*

3) Sapientia, de qua dicit prorsus similia huic loco Cicero leg. I. 7. 8. 9.

4) Loquelam non inventam sed innatam esse hominibus contendit iure optimo Lactantius inst. VI. 10. contra Tullium, et contra Lucretium V. 1027, atque Horatium sat. I. 3. 103. Est autem quaestio haec celeberrima.

5) Lege Diodorum siculum I. 8.

6) Litterarum inventores vulgo creduntur Phoenices; idque libenter, ut puto, sibi persuadent docti neoterici, qui quum demoticum Aegyptiorum alphabetum valde conspirare cum phoenicio videant, Phoenicas Aegyptiis scripturae artem tradidisse dicunt. Sed en Taciti historici locum, ex quo contrariam sententiam eruere licet, annal. XI. 14: *primi per figuras animalium Aegyptii sensus mentis effingebant* (ergo hieroglyphica scriptura antiquior est quam demotica) *et antiquissima monimenta memoriae humanae impressa saxis cernuntur, et LITTERARUM SEMET INVENTORES perhibent: inde Phoenicas, quia mari praepollebant, intulisse Graeciae, gloriamque adeptos, tamquam reppererint quae acceperant.* Videsis etiam Diodorum siculum I. 69. Ceteroquin Hieronymus, ep. CVIII. 14. observat proximas Palaestinae quinque *Aegypti civitates fuisse, quae loquebantur lingua chananitide*. En cur saxum carpentoractense lingua phoenicia scriptum sit, quamquam figurae ritusque ibi expressi aegyptiaci sint; nempe Osiris cum sacrificio, et funere, prout etiam in niloticis papyris sexcenties usque ad nauseam videre est.

et conloquia cum absentibus, et indicia voluntatum *a*) 1), nmumenta rerum praeteritarum tenerentur. Accessit eo ıs, res cum ad vitam necessaria, tum una *b*) inmuta- ; aeterna 2): quae prima inpulit etiam ut suspiceremus um, nec frustra siderum motus intueremur 3), dinu- mibusque noctium ac die||*rum* 4) . . .

Desiderari videntur paginae nec minus octo nec plus decem.

P. 207.

. . . . . quorum animi altius se extulerunt *c*), et ali- ignum dono, ut ante dixi *d*), deorum aut efficere aut are potuerunt *e*). Quare sint nobis isti, qui de ratione i disserunt, magni homines, ut sunt 5); sint eruditi; ritatis et virtutis magistri 6); dummodo sit haec quae- sive a viris in rerum publicarum varietate versatis in- sive etiam in istorum otio ac litteris tractata res, st, minime | quidem contemnenda, ratio civilis et di- P. 208. a populorum; quae perficit in bonis ingeniis, id quod

cod. 2. manu; at 1. *volumtatum*; ut etiam alibi. — *b*) *Una* in codice superadditur. tione hac utitur Lactantius inst. V. 18. et 22. — *d*) Periit id dictum; vel potius a nst. III. 14. servatum est: *ille idem perfectus orator, idem summus philosophus* (Tullius) tiam, *quam alias donum, alias inventum deorum vocat, poëtice figuratam laudat in faciem.* sententia complenda est ex Cic. fin. V. 20? *qui altiore animo sunt, capessunt remp. mperiisque adipiscendis.* An potius ex Ovidio fast. I. 300? *altius humanis exseruisse caput.* inst. III. 10. philosophi aiunt, *eo dirigendam esse mentem, quo vultus erectus est.*

gustinus de ord. II. 35. Tullium *sed audiri absentium verba vant; ergo illa ratio peperit notatis omnibus oris ac lin- is atque discretis.* Addit Au- similiter numerorum inventio- uti prius narrat sermonis ori- rorsus cum Tullii et sententia ne consentiens. Generatim ipse itatur Platonis Timaeum p. 44.

dubito quin Cicero imitetur Epinomidem, praesertim ob , noctium, et dierum comme- m quae sequitur.

ctantius inst. II. 1. 2. universo ditur, et quidem diserte ait: *eos caelum Deus voluit, uti- nostra.* Pergit Lactantius queri tines oculos suos ab alto deii- oque defigunt. Revera sta- subdit, sapientium animos prae vulgo infimo altius se extulisse.

4) Cicero N. D. II. 61: *hominum ratio in caelum usque penetravit: nos astrorum ortus, obitus, cursusque cognovimus: ab hominum genere finitus est dies, mensis* etc. *quae contuens animus accedit ad cognitionem deorum; ex qua oritur pietas, cui coniuncta iustitia est.* Haec fere docent quid hoc codicis loco desideremus, et qua ratione Cicero ad dicendum de iustitia aditum sibi patefecerit.

5) Intelligit philosophos. Sententia huius tulliani loci aperte utitur Lactantius institutionum initio; locutionem ipse Tullius refricat leg. I. 5: *sit ista res magna, sicut est.*

6) Tulliane, et quidem ut puto ex hoc opere Lactantius inst. I. 1: *maiore in gloria philosophi fuerunt; recte enim vivendi doctores sunt existimati.*

quod iam persaepe perfecit, ut incredibilis quaedam et di-
vina virtus exsisteret *a*). Quod si quis ad ea instrumenta animi,
quae natura, quaeque civilibus institutis habuit, adiungen-
dam sibi etiam doctrinam, et uberiorem rerum cognitionem
putavit, ut ii *b*) ipsi, qui in horum librorum disputatione ver-
P. 201. santur, nemo est quin eos ‖ anteferre omnibus debeat. Quid
enim potest esse praeclarius, quam qum *c*) rerum magnarum
tractatio atque usus cum illarum artium studiis et cognitione
coniungitur? Aut quid ·P· Scipione, quid ·C· Laelio, quid
·L· Pilo perfectius cogitari potest 1)? qui ne quid praeter-
mitterent quod ad summam laudem clarorum virorum per-
tineret, ad domesticorum maiorumque morem etiam hanc *d*)
P. 202. a Socrate adventiciam doc|trinam adhibuerunt 2). Quare qui
utrumque voluit et potuit, id est ut qum maiorum institutis
tum doctrina se instrueret, ad laudem hunc omnia consecu-
tum puto. Sin aliter sit utra *e*) via prudentiae deligenda, tamen
etiam sicui videbitur illa in optimis studiis et artibus quieta
vitae ratio beatior, haec civilis laudabilior est certe et inlu-
strior 3): ex qua vita sic summi viri ornantur, ut vel M' *f*)
Curius.

Desiderari videntur pag. sex.

Quem nemo ferro potuit superare nec auro 4); vel ‖ *g*) . . . .

a) Cod. *exsisteteret*. — *b*) Vox *ii* concluditur in cod. puncto utrimque ut separetur a reliquis. — *c*) Ita cod. *qum* et mox *cum*. Custoditur nimirum hoc loco diligenter grammaticorum apud Quintilianum praeceptum inst. I. 7. ut *cum*, *si tempus significaret*, *per q; si comitem*, *per c; si vero causam per q ac duas sequentes uu scriberetur*. Scripturae tamen *qum* diserte contradicit Martianus lib. III. cap. de mutis: *q numquam sine duabus vocalibus ponitur*, *quarum prior erit u*. In superioribus de rep. libris semper scribitur *cum*. Variat ergo scriptura. — *d*) *Hanc* superadditur. — *e*) Num est tmesis pro *alterutra sit?* An simul est metathesis pro *alterutra st?* In codice fit pausa post *sin*. — *f*) Cod. mendose ·*M*· idest *Marcus*, pro *M'* idest *Manius*. — *g*) Sequentibus amissis paginis videtur Cicero persecutus, partim saltem, laudes romanorum bello togaque praestantium.

1) Idem Cicero de or. II. 37: *non tulit ullos haec civitas aut gloria clariores, aut auctoritate graviores, aut humanitate politiores ·P· Africano, ·C· Laelio, ·L· Furio* (Pilo) Similiter de his triumviris loquitur pro Arch. VII, et de invent: I. 3.

2) Consonat sibi Tullius tusc. IV. 3: *sapientiae studium vetus id quidem in nostris, sed tamen ante Laelii aetatem et Scipionis non reperio quos appellare possim nominatim*. Profecto et ipsi Catoni, qui Laelio et Scipione paulo fuit senior, doctrina transmarina atque adventitia defuit. Cic. or. III. 33.

3) Sic idem Cicero off. I. 6. *Virtutis laus omnis in actione consistit*. Tum cap. 7. *Non nobis solis nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat* etc. Sed contra fere ad Att. II. 5. vitae quies laudatur, actio civilis inanis dicitur.

4) Videtur e deperditis Ennii versibus. Sane hunc olim versum legebat Ini-

ecto, inquit Cicero, omnis istorum disputatio, quam-
uberrimos fontes virtutis et scientiae contineat; tamen
cum horum actis perfectisque rebus, vereor ne non
videatur attulisse negotiis hominum utilitatis, quantum
tionem quandam otii *a*). *Lactantius inst. III.* 16. 1).

quam in suprascriptis fiat mentio Curii, et mox sine dubio in lacuna Fabricii atque
, belli epirensis heroum, videbatur huius folii materia valde cohaerere cum illa, quae
n meo volumine, ubi scilicet laudantur viri primo bello punico illustres: bellum enim
secuta est dimicatio cum Karthaginiensibus. Itaque his indiciis commotus dixi p. 1.
ere ut alio loco de ista lacuna loquerer. Illud etiam accedebat nexûs indicium, quod
aepe heroas belli epirensis coniunctim celebrat cum illis punici belli, ut pro Plan-
nec. I. 46, N. D. II. 66, parad. I, de sen. XIII. Sed tamen ne ibi hoc folium colloca-
e in primis deterruit, quod inter mentionem Curii et illam Duelii maius iusto spa-
ederet: quippe illud folium est quaternionis tertii secundum, hoc autem necessario
nii intimum; ex quo consequebatur ut paginis octo abesset a Duelio Curius, quod
robabile est ob aetatis viciniam. Praeterea libri primi folia in superiore margine in-
ibent libri ipsius notam; tertii contra libri folia omnia libri nota carent; hoc autem
ue nota libri destituitur. Adde quod tertius liber videtur ex alio exemplari ab eodem
descriptus; variat enim interdum orthographia ab illa librorum priorum, cuius rei
hoc ipso in folio vidimus, nempe *qum* pro *cum*. Laus quoque illa Scipionis, Laelii
situr rectius in tertii libri prohoemio notis iam dialogi personis, quam in operis exor-
m cognitis. Et quidem hi tres praecipue tertio in libro disputant. Denique hoc folium
de inseri poterat in id quod heic mox sequitur, ita ut esset intimum quaternionis
eminus tamen id facerem, obstabat quod quatuor exiguae, quae fuissent reliquae,
nime sufficere videbantur ei sermoni qui Phili orationem praecedere debebat: nam
m erat prohoemium, et dicendum de secundi diei initio, et Fannius cum probabili
eventu submovendus: tum sermo personarum redintegrandus, tum rogandus Philus ut
tiam dissereret, qui reapse codicis p. 21. eam spartam ornandam suscipit. Haec omnia
uo membranarum spatio concludi vix poterant. Itaque hoc folium praevertendum esse
ut feci. — *a*) In bünemanniana Lactantii editione haec praecipuae proferuntur loci
tates: *ipsorum* pro *istorum; ne tantum* pro *ne non tantum; ne nisi* pro *ne non*; *quan-
tum; otiis* pro *otii*. Item omittuntur voces *utilitatis* et *quandam* in quibusdam exem-
confer etiam Patricii notas ad Tullii Hortensium.

e Claudianus bel. get. 131: *pe-
bricii donis invicta vel armis*.
itudo et abstinentia satis notae
afer saltem Cic. de sen. XIII
so recole apud nos lib. I. 17.
a. locum Salviani ab hac Tullii
non alienum.
lii hunc locum videtur mihi La-
sumpsisse vel abs prohoemio
ri de rep., et quidem ex parte
ante nostrum primum fragmen-
l certe ex prohoemio libri de
L. Coniecturis his utor. I. quod
s recitat hunc locum statim
m prohoemii lib. I. de rep.
erba retuli in notis ad cap. II.
. quod fit manifesta contentio

philosophorum cum viris politicis, ut in praedicto utroque prohoemio. Credo igitur erravisse Patricium, qui verba haec Lactantii coniecturaliter posuit in tulliani Hortensii fragmentis, quum antea incerti operis fuisse fateatur. Ego tamen id frustum sic huic operi politico vindico, ut a nullo tulliani Hortensii fragmentorum sarcinatore accusari repetundarum aliquando velim.

Ex contrario idem Lactantius inst. I. 1. ait: *ut non tam otium sibi, quam negotium quaesisse videantur*. Et sane Lactantius in praedicto operis sui exordio imitatur tullianum primi vel tertii, vel utriusque, de rep. libri prohoemium id quod cuique legenti manifestum fiet.

Idque ipsa natura non invitaret solum, sed etiam cogeret 1). *Nonius voc. invitare.*

A qua isti avocant 2).

P. 23. IIII. . . . . . fuisse sapientiam 3): tamen hoc in ratione utriusque generis interfuit, quod illi verbis et artibus aluerunt naturae principia 4), hi autem institutis et legibus 5). Pluris vero haec tulit una civitas 6), si minus sapientis; quoniam id nomen illi tam restricte tenent 7); at certe summa laude dignos, quoniam sapientium praecepta et inventa coluerunt. Atque etiam (*a*) quod et sunt laudandae civitates et
P. 24. fuerunt *b*)); quo|niam id est in rerum natura longe maximi consilii constituere eam rem publicam, quae possit esse diuturna 8): si singulos numeremus in singulas, quanta iam reperiatur *c*) virorum excellentium multitudo 9)? Quod *d*) si

a) Hanc parenthesim suis signis, raro more mei libri, designandam iudicavi: nisi enim lectores de parenthesi certiores facerem, procul dubio obscurus hic eis locus evaderet. — *b*) Num locus ἑλληνίζει istoc fere modo: καὶ μὴν καὶ ἐπειδὴ νῦν εἰσιν εὐδοκιμοῦσαι πόλεις καὶ πρότερον ἦσαν? Sane Cicero civile opus scribens in mediis Graecorum scriptis versabatur. — *c*) Ita codex; at alib. *rep.* — *d*) *Quod* superadditur.

1) Fragmentum hoc vel ad hanc pertinet vel ad primam operis lacunam, ubi auctor locutus fuerat de laboribus quos reip. causa clari homines pertulerunt usque ad devexam senectutem, quamvis *ipsa natura ad quietem non invitaret solum sed etiam cogeret.*

2) Citat ex Cicerone de rep. Fronto exempl. elocut. voc. *avocat.* Sermo autem est de iis qui sapientes a rep. administranda avocabant. Itaque hoc quoque fragmentum vel ad primam operis lacunam, vel ad praesentem referendum est.

3) Locutus fuerat Cicero in lacuna de illa exquisitiore et abstrusa sapientia, quam philosophi quidam iactabant. En vero ut sibi ipse supplementa dat auctor Laelii ore de am. cap. V: *eam sapientiam interpretantur quam adhuc mortalis nemo est consecutus; nos autem ea quae sunt in usu vitaque communi, non ea quae finguntur aut optantur spectare debemus. Numquam ego dicam ·C· Fabricium, M' Curium* etc. *ad istorum normam fuisse sapientes* etc. Eadem dicit Cicero de off. III. 4, concluditque neminem exquisite sapientem fuisse, nec ipsum Catonem aut Laelium. Conspirat cum Tullio Lactantius inst. III. 14. VI. 6; epit. XXX. XL; de op. D. cap. I.

4) De philosophis artium cultoribus primis videsis medicum Celsum in prohoemio.

5) Contentio est politicorum cum philosophis.

6) Cic. N. D. II. 66: *multos et nostra civitas et Graecia tulit singulares viros* etc. Cicero tusc. IV. 3. ait, *Romanos, Laelio et Scipione adulescentibus, bene vivendi disciplinam vita magis quam litteris esse persecutos.*

7) Hanc paucitatem ridet etiam Lactantius inst. IV. 1. *O miserum calamitosumque saeculum, quo per orbem totum septem soli fuerunt, qui hominum vocabulo cierentur! nemo enim potest iure dici homo, nisi qui sapiens est.*

8) Sic Plato leg. IV. p. 714. legislatorem id omnino spectare iubet, ut reip. opes sint diuturnae.

9) Legesis Augustin. C. D. lib. XVIII.

aut Italiae Latium, aut eiusdem sabinam aut volscam *a*) gentem, si Samnium, si Etruriam, si magnam illam Graeciam conlustrare animo voluerimus *b*); si deinde Assurios, si Persas, si Poenos, si haec 1) ‖ . . Desiderantur pag. duodecim

V. . . quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione revo‖cati 2). Et Pilus; praeclaram vero causam ad me defertis, qum *c*) me improbitatis patrocinium *d*) suscipere voltis 3). Atqui *e*) id tibi, inquit Laelius, verendum st *f*), si ea dixeris quae contra iustitiam dici solent, ne sic etiam sentire videare, qum et ipse sis quasi unicum exemplum antiquae probitatis et fidei 4); neque sit ignota consuetudo tua contrarias in partis disserendi, quod ita facillume verum inveniri putes. Et Pilus, heia vero, inquit, geram | morem vobis, et me oblinam 5) sciens; quod quoniam qui aurum quaerunt P. 21. P. 22.

a) Ita cod. 2. manu; at 1. *bolscam*. — *b*) Cod. *votuerimus*. — *c*) Cod. *quam*. — *d*) Ita cod. melius quam supra lib. II. 14. cum duplici *cc*, quod tamen ibi quoque emendavi. — *e*) Ita 2. manu; at 1. *adqui*. — *f*) Ita cod. facta aphaeresi, tametsi interposita sit *m*. Scilicet etiam in carmine elidi solet *m*, quia in pronunciando supprimebatur.

1) In lacuna enumeraverat Cicero politicorum, praesertim romanorum, copiam; cui codicis defectui medetur quodammodo ipse auctor de or. I. 2. 48, III. 33, praesertim vero N. D. II. 66; quos locos qui leget, magnum huius lacunae solamen inveniet. Est autem haec quoque Platonis imitatio, apud quem reip. II. pag. 366. mos Socratis aliorumque philosophorum fuisse dicitur, ut iustitiae laudationem a priscis heroibus exordiretur.

2) Octo haec verba ex Cicerone de rep. conservavit nobis Seneca in epistola CVIII, ut nos retulimus in testimoniis. Itaque acephalum vat. fragmentum incipiebat a *cati*, cum quo aptissime verissimeque congruere illud Senecae *revocati*, agnovit in sua editione scripsitque vir cl. gallus Victor Clericus, cui nos magnopere plaudimus. Respicit autem his verbis Cicero ad secundi libri sui clausulam, in qua Scipio dixerat, nihil adhuc de rep. dictum videri, neque longius se posse disputando progredi, nisi iustitiae, sine qua resp. non consistit, fundamentum praeiaciatur. Nunc ergo quasi totius tractatus initium, de iustitia sermo instituitur.

3) Invidiam in re simili deprecantur apud Platonem Glauco reip. II. p. 361, et Socrates V. p. 451. Hos autem tum Platonis tum Ciceronis locos diserte nominatimque citat Ambrosius de off. I. 12; qui certe ex Augustino non haurit, quandoquidem ambrosianum opus augustiniano plus viginti annis antiquius est. En autem Ambrosii verba: *laudatur in Platone, quod in politia sua posuit, eum qui contra iustitiam disputandi partes recepisset, postulare veniam dictorum quae non probaret, et veri inveniendi atque examinandae disputationis gratia, illam sibi impositam personam dicere. Quod eo usque Tullius probaverit, ut ipse in libris, quos scripsit de rep., in eam sententiam dicendum putaverit.*

4) Imitatio rursus Platonis est reip. II. p. 368. Philus inter viros bonos apud Cic. de am. VI. Is fidei causa Mancinum dedidit Numantinis.

5) More eorum qui aurum in fluviis quaerunt aut metalla tellure effodiunt.

non putant sibi recusandum, nos qum *a*) iustitiam quaeramus, rem multo omni auro cariorem 1), nullam profecto molestiam fugere debemus. Atque utinam quemadmodum oratione sum usurus aliena, sic mihi ore uti liceret alieno! Nunc ea dicenda sunt ·L· Furio Pilo 2) quae Carneades 3), graecus homo

XqII. *b*) et consuetus quod commodum esset verbis * ‖ *apte comprehendere, qum copiosissime dissereret, tamen nostris hominibus, viris bonis, probare minime potuit. Meminisse enim vos credo, eum qum legatus ab Atheniensibus Romam missus esset, ·P· Cornelio ·M· Marcello coss., audiente Galba et Catone, vobis quoque mecum, Scipio et Laeli, praesentibus, disputare de iustitia* etc. 4) . . .

iderari vi-
r paginae
pr.

a) Cod. 1. manu *quam;* tum deleta *a*. — *b*) Utrum nota Ϛ significet V. an VI, haud modica lis fuit inter antiquarios, quorum recentiores significatum secundum iustissime tuentur. Legesis Fabrettum inscr. p. 540; Maffeium hist. dipl. p. 135; Ritterium ad prol. Gotofr. cod. theod. p. 212. in notis; praesertim vero PP. Maurinos nov. dipl. tom. III. p. 513. sqq. Ego plane recentiori sententiae subscribo, ita ut hic sit quaternio XXVIIII. non XXVII. Vidi enim insigni vetustate codicem quendam vaticanum, litteris maioribus exaratum, ubi in calce manu prisca scribitur *hic liber habet quaterniones* XXXϚ, tum eadem manu additur explicatis litteris *triginta et sex:* eademque prorsus scriptio fit iterum ibidem alia manu antiqua, simul notis illis numeralibus, simul litteris etiam explicatis. Eadem nota significat *sex* constanter in pervetustis codicis theodosiani et S. Augustini vaticanis exemplaribus, itemque in vercellensi legum langobardicarum pervetere item exemplari. Sed enim congerere huius rei exempla demonstrationesque, nihil prope interest, quae in antiquis lapidibus aeque ac scripturis obviae sunt. Est autem id graecum ipsum ἐπίσημον, non gothica illa quinta decima littera, quae hac forma significat *sexaginta*. Ceterum quod ad hanc sententiam firmandam ait Fabrettus repetitque Ritterius, numquam quatuor IIII. subdi post Ϛ, id quidem aliter interdum fit in alio saltem, quem item observavi, vaticano codice haud spernendae vetustatis; mendum id tamen sequioris aevi potius existimem, quam ut ab illa praeclara veraque sententia, quae valde melioribus nititur fundamentis, discedam.

Confer Silium I. 231, Statium silvar. IV. 7. 15; et s. Nicetam aquileiensem a me nuper editum p. 49.

1) a Platone haec fere sunt reip. I. p. 336: εἰ μὲν χρυσίον ἐζητοῦμεν . . δικαιοσύνην δὲ ζητοῦντας, πρᾶγμα πολλῶν χρυσίων τιμιώτερον.

2) Merito se excusat Philus, namque ut ait Victorinus ad rhet. edit. Capper. p. 153. *ne contra consuetudinem audientium loquaris; ut si apud Romanos narres contra iustitiam, et si apud Scythas mores barbaros reprehendas.*

3) Sequentem orationem contra iustitiam totam a Carneade sumpsisse Tullium, ait libere Lactantius inst. V. 17: *adeone iustitiam, o Furi, vel potius o Carneade, cuius est illa omnis oratio* etc. Sed tamen inferius quaedam sunt, quae a Carneade dici non potuerunt. Carneadis mors refertur ab Apollodoro apud Laërtium IV. 65, ad annum quartum olympiadis CLXII, quo fere ipso anno de rep. disputabatur. Eiusdem eloquentiam laudaverant in suis historiis Polybius et Rutilius, teste Gellio VII. 14, quorum historicorum scripta non ignoravit Cicero. Denique Phili copiosam disputationem contra iustitiam legebat Seneca ep. CVIII. [De Carneadis contra iustitiam coram Catone disputatione in senatu videsis Quintil. inst. XII. 1. Mai.]

4) Cic. de or. II. 37. tusc. IV. 3. Idem III. 18. ponit inter eos, qui Carneadem

Neque ego hercle ex mea animi sententia loquar, sed ut Carneadi respondeatis, qui saepe optimas causas ingenii calumnia ludificari solet *a*). *Nonius voc. calumnia b*).

VI. Carneades academicae sectae philosophus, cuius in disserendo quae vis fuerit, quae eloquentia, quod acumen, qui nescit, ipsum *c*) ex praedicatione Ciceronis intelleget 1) aut Lucilii 2), apud quem disserens Neptunus de re difficillima, ostendit non posse id explicari, nec si Carneadem ipsum orcus remittat. Is cum legatus ab Atheniensibus Romam missus esset, disputavit de iustitia copiose, audiente Galba et Catone censorio, maximis tunc oratoribus. Sed idem disputationem suam postridie contraria disputatione subvertit; et iustitiam quam pridie laudaverat sustulit 3); non quidem philosophi gravitate, cuius prudentia *d*) firma, et stabilis debet esse sententia, sed quasi oratorio exercitii genere, in utramque partem disserendi. Quod ille facere solebat, ut alios quidlibet adserentes posset refutare 4). Eam di-

a) Lactantius inst. VII. 7: *academicis ad omnia respondere propositum est, quod est potius calumniari et illudere.* Carneadem insuperabilem in quaestionibus fuisse dicit Laertius IV. 63, et Cic. de or. II. 58. Varietates in Nonii codicibus sunt *Carneadis respondentis* in quatuor; *respondeas* in uno; *calumpnia* in uno. — *b*) Audacter hoc frustum tertio in libro collocavi, quamquam tres, quas inspexi, Nonii editiones id secundo libro dant; e novem autem vaticanis Nonii codicibus quinque idem secundo aeque libro dant; nam quatuor reliqui eo carent. Sed enim grammaticos, praesertim in numeralibus notis, esse corruptissimos et saepe docui, et mox de Nonio iterum ipso, et deinceps de Gellio confirmabo. Certe vix verisimile videtur Carneadis mentionem fieri ante tertium librum. — *c*) Var. lect. *qui nescit, is.* — *d*) Ita pleraque exemplaria; alia tamen habent *prudentiae*; alia vocabulum rectius omittunt.

Romae audiverunt, etiam Crassi socerum Scaevolam, eum scilicet qui his de rep. dialogis interest iam aetate quaestorius (de rep. I. 12.) Ergo annum nunc saltem XXXVI. agebat Scaevola; neque enim ante decennalem aetatem audivisse Carneadem credendus est. Quis tamen Ciceroni credat, Scaevolam qui id aetatis fuerit, illa nobilitate, tantisque opibus, in quaestura adhuc substitisse? Videtur igitur μνημονικὸν Ciceronis ἁμάρτημα; sicut idem de am. XII, facit ·C· Gracchum hoc ipso anno (quo disputatur de rep.) tribunum, qui tamen nonnisi aliquot annis post fuit.

1) Ergo Cicero in praecedente lacuna Carneadis eloquentiam laudaverat, ex sententia ut dixi Polybii et Rutilii, quibus adde Hieronymum prol. in Sophon., et Philostratum vit. sophist. I. 4. Carneadem μεγαλοφωνότατον dicit Laërtius IV. 63, id est *maxima voce praeditum*.

2) Num Lucilii locum sumit Lactantius ex ipso Cicerone de rep.? Confer Plinii verba a me in testimoniis laudata, ubi alius Lucilii locus a Cicerone in hoc opere usurpatur.

3) Locum hunc spectat Hieronymus ep. 50. ff. 2: *Carneadis aliquid referens in utramque partem, hoc est et pro iustitia et contra iustitiam disputare.*

4) De Carneade eiusque dubitandi instituto confer Tullium acad. IV. 45, divin. I. 30, N. D. I. 5, tusc. III. 22; Plin. VII. 30; Senec. de br. vit. cap. XIV; Arnob. II. p. 48; Minuc. cap 13; Euseb. praep. ev. XIV. 8. Hieron. ep. 50. et contra Ruf. II. 10, et comm. in Eccl. cap. X; Sextum emp. contra log. et phys. Ab Augustino, qui academicos refutavit, Carneades primum, Cicero postremum, academiae tertiae caput fuisse dicuntur.

sputationem, qua iustitia evertitur *a*), apud Ciceronem ·L· Furius recordatur: ut defensionem laudationemque eius induceret 1), sine qua putabat regi non posse rem publicam. Carneades autem, ut Aristotelem refelleret ac Platonem, iustitiae patronos, prima illa disputatione collegit ea omnia quae pro iustitia dicebantur; ut posset illa, sicut fecit evertere. *Lactantius inst. V.* 14.

VII. Plurimi quidem philosophorum, sed maxime Plato et Aristoteles, de iustitia multa dixerunt, adserentes et extollentes eam summa laude virtutem, quod suum cuique tribuat, quod aequitatem in omnibus servet, et qum ceterae virtutes quasi tacitae sint, et intus inclusae, solam esse iustitiam, quae nec sibi tantum conciliata sit, nec occulta, sed foras tota promineat, et ad bene faciendum prona sit, ut quamplurimis prosit. Quasi vero in iudicibus solis, atque in potestate aliqua constitutis iustitia esse debeat, et non in omnibus. Atquin *b*) nullus est hominum, ne infirmorum *c*) quidem ac mendicorum, in quem iustitia cadere non possit. Sed quia ignorabant quid esset, unde proflueret, quid operis haberet, summam illam virtutem, id est commune omnium bonum, paucis tribuerunt, eamque nullas utilitates proprias aucupari, sed alienis tantum commodis studere dixerunt. Nec immerito extitit Carneades, homo summo ingenio et acumine, qui refelleret istorum orationem; et iustitiam, quae fundamentum stabile non habebat, everteret; non quia vituperandam esse iustitiam sentiebat, sed ut illos defensores eius ostenderet nihil certi, nihil firmi de iustitia disputare. *Idem epitom. cap. LV.* 2).

Iustitia foras expectat *d*), et proiecta tota est atque eminet *e*). *Nonius voc. proiectum.*

a) Alia exemplaria *subvertitur*. — *b*) Ita *atquin*, ut Horatii codices epist. I. 7. 2. apud cl. Feam; et ita Tertullianus apol. n. 118. Ceterum in codice de rep. scribi solet *adqui*. — *c*) Frustra aliquot critici malunt heic *infimorum*. Nonne enim Lactantius sic loquitur etiam de opif. D. cap. III. *homo inops et infirmus?* De vera igitur lectione *infirmus* pro *infimus*, non muto sententiam. — *d*) Ita tres Nonii editiones, non *spectat*, sed *expectat*. Iamvero ut in meo glossario iam docui, *expecto* recte a veteribus dictum fuit pro *specto*. Sic veteris bibliorum translationis, quae vulgo dicitur itala, fragmenta a me edita Eccli. XXVIII. 20: *qui ad illam expectat* (pro *spectat*), *non habitabit cum requie*. Rursusque ita habetur in Augustini, Arnobii, ac Severiani novis sermonibus a me in Spicilegio rom. editis. Tum et alibi in codicibus eamdem lectionem memini me videre. Quin etiam *expectaculum* pro *spectaculum* habes in praedicto glossario meo, Spicil. rom. T. IX. — *e*) Hic et sequens locus citatur in Nonii editionibus e secundo de rep. Verumtamen ad hunc quod adtinet, nulla est vaticanorum Nonii codicum auctoritas, quia is in omnibus desideratur. Pertinere autem non ad secundum sed ad tertium de rep. librum, constat omnino e suprascripto Lactantii fragmento in quo idem comprehenditur.

1) Nempe ut Carneadi responderetur, uti dicitur in noniano fragmento.

2) Neque Tullium neque opus de rep. appellat Lactantius; sed tamen duo, quos subiungo, ex Nonio loci evidenter me admonuerunt Tullium heic exscribi a Lactantio, et quidem copiosius quam a Nonio, cuius duae auctoritates in Lactantii oratione continentur. Iam ipsum Lactantium non e secundo sed e tertio de rep. haurire quis dubitet, quum mentio fiat operum de iustitia tum Platonis tum etiam Aristotelis, quae scripta mox ipse Cicero cap. VIII. appellat?

s *a*), praeter ceteras, tota se ad alienas por-
b) atque explicat *c*). *Nonius voc. explicare* 1).
. et reperiret et tueretur; alter autem de ipsa P. 205.
or implevit sane grandis libros 2). Nam ab Chry-
agnum nec magnificum desideravi, qui suo quo-
quitur, ut omnia verborum momentis, non re-
us, examinet 3). Illorum fuit heroum 4) eam
quae est una, si modo st, maxime munifica et
quae omnis magis quam sepse *d*) diligit, aliis
quam sibi 6), excitare iacentem *e*), et in illo P. 206.

st duo Nonii codices; alii vero codices habent *virtutis* mendose. — *b*) Con-
ticanis codicibus ordo hic verborum; at in editionibus praeposterus est *uti-*
tatem in codd. variat *utilitates* et *utilitatis;* id frustra fit. Neque enim in
si ea quorum genitivus desinit in *ium*. Recole p. 46. n. d. — *c*) Hic quoque
tionibus citatur e secundo de rep. libro, sed mendose, uti demonstrat,
Lactantius. Codicum Nonii vatiçanorum mira varietas est; namque in uno
, nomen Ciceronis, titulus operis, et libri nota, omittuntur, relicto spatio;
cus absurde libro Virgilii secundo. Denique in nono codice scintilla aliqua
m praecedat locus ex tertio de officiis, noster hic dicitur *ex eodem libro;* tene-
rum, quamquam adhuc fallimur in opere. Atque ex his saltem cognoscimus,
ndi apud Nonium inscriptionem, quae est in editionibus, a nullo vaticano
· *d*) Ita cod. 1. manu; secunda autem *se ipse*, male; tum quia Seneca
se; tum quia si separetur, dicendum esset *se ipsa*, vel *se ipsam*. — *e*) La-
'III: *ira si iacet, excitata est*. Tum inst. III. 14. de ipsa sapientia ait: *Lu-*

Tullii videtur expila-
de off. I. 24. ff. 115:
ique tribuit, utilita-
'ligit, ut communem
liat.
: Platone et de Aristo-
mus e praedictis La-
areaque ex eodem La-
7. Plato quanta scri-
videmus; Aristotelis
itia quatuor noti sunt
aliisque auctoribus.
genium et elocutionem
fin. IV. 3, N. D. III.
I. 1; Hier. in Ruf. I.
ingeniosa sophismata
ic. *Χρύσιππος* Chry-
ικαιοσύνης et *περὶ δι-*
ιτείας ex Laërt. VII.
ḅ. stoic; Sext. emp. III.
th. 192. 193, quo po-
is Fabricius Chrysippi
libros de iustitia adiunctos fuisse libris
eiusdem de rep. existimat. Merito autem
in oratione carneadea mentio Chrysippi
fit: Carneadis enim contra Chrysippum
disputationes notissimae sunt ex Cic.
tusc. IV. 24, Laërt. IV. 62, Val. M.
VIII. 7, August. in Crescon. I. 24. Chry-
sippi autem repugnantias non secus at-
que Carneadis scribit Plutarchus prae-
dictus. Graphicam iustitiae imaginem ip-
sis Chrysippi verbis scribit Gellius XIV.
4, quem locum artifices, qui Themin
pingunt, utiliter legent.

4) Platonis et Aristotelis.

5) Scilicet iustitiam, quam Plato reip.
I. p. 351. sapientiae et virtutis ipsius no-
mine appellat. Lactantius epit. LV. iu-
stitiam a sapientia non distinguit.

6) Hunc locum sibi vindicat S. Am-
brosius de off. I. 28. ff. 136. *magnus*
iustitiae splendor, quae aliis nata po-
tius quam sibi, excelsitatem tenet etc.

divino solio non longe a sapientia conlocare 1). Nec vero illis aut voluntas defuit; quae enim iis scribendi alia causa, aut quod omnino consilium fuit? aut ingenium, quo omnibus praestiterunt. Sed eorum et voluntatem et copiam causa vicit 2). Ius enim de quo quaerimus, civile est aliquod, naturale nullum 3): nam si esset; ut calida et frigida, et amara
P. 17. et dulcia; sic essent iusta et in|iusta eadem omnibus 4).

VIIII. Nunc autem, si quis illo pacuiano *a*) invehens *b*) alitum anguium *c*) curru 5) multas et varias gentis et urbes despicere et oculis conlustrare possit 6); videat primum in illa incorrupta maxume gente Aegyptiorum, quae plurimorum saeculorum et eventorum memoriam litteris continet 7), bovem quendam putari deum, quem Apim Aegyptii *d*) nominent: multaque alia portenta 8) apud eosdem, et cuiusque generis |
P. 18. beluas numero consecratas deorum 9). Deinde Graeciae, sicut

cretius eum laudat qui sapentiam primus invenit; sed hoc ineptum quod ab homine inventam putarit; quasi vero illam alicubi IACENTEM homo ille, quem laudabat, invenerit. Cicero igitur a Lucretio sententiam sumpserat, quam Lactantius refutat. — *a*) Cod. 2. manu *pacuviano*, 1. *paculano*; sane mendose *l* pro *i*; ceterum unam *u* pro *duabus* nummi veteres exhibent, nempe *Paquius* pro *Pacuvius*. — *b*) Ita pro *invectus* scribit indubitate Cicero etiam N. D. I. 28. — *c*) Cod. mendose *angulum*. — *d*) Heic interpungitur in cod.

1) Rursus fit Tullii imitatio ab Ambrosio de off. II. 9. ff. 49.: *est individuum sapientiae atque iustitiae contubernium.*

2) Lactantius inst. V. 17. hunc locum exprimit: *Plato et Aristoteles honesta quidem voluntate iustitiam defendere cupierunt, effecissentque aliquid, si conatus eorum bonos, si eloquentiam, si virtutem animi et ingenii* etc. *Itaque opus illorum inane atque inutile iacuit.*

3) Confer Hieronymum in Iovin. II. 17; immo vero potius Lactantium inst. VI. 9, qui huic iniquae sententiae contradicit, ut cap. XII. scribemus.

4) Eadem est observatio Platonis in Minoë p. 315; nec non Horatii sat. I. 3. 113. Sed verius ab Augustino in ps. IC. 5. dicitur sicut oculus album et nigrum, ita homo aequitatem iniquitatemque discernere.

5) Videtur locus e Pacuvii Medo. Nunc autem haud dubio indicio ad Pacuvium referendus est senarius ille qui ex incerto poëta profertur a Cic. de invent. I. 19: *angues ingentes alites iuncti iugo;* quem versum spectat Philus haec loquens. Fabula Medi est apud Hyginum XXVII, ubi Medea curru iunctis draconibus supervenit.

6) Mores gentium varios, qui heic sequuntur, multo copiosius scribunt Hieronymus in Iovin. II. 7. sqq. et Sextus III. 24, et contra eth. 190. sqq. quos auctores haud paenitendo cum fructu ii legent qui naturali civilique historiae student. Est item insignis locus Herodoti III. 38.

7) Legatur aegyptii Manethonis chronologia apud Eusebium chronicorum libro I. 19.

8) Huc fortasse respicit Hieronymus dicens ep. XL: *placet mihi de niliacis ridere portentis.*

9) Rem apud veteres auctores exple-

nos, delubra magnifica humanis consecrata simulacris, Persae nefaria putaverunt: eamque unam ob causam es *a*) inflammari Atheniensium fana iussisse dicitur, quod , quorum domus esset omnis hic mundus, inclusos pa- ɔus contineri nefas esse duceret 1). Post autem cum Per- t Philippus qui cogitavit, et Alexander qui gessit, hanc ndi causam inferebat quod vellet *b*) Graeciae fana poe- P. 27. *c*): quae ne reficienda quidem Graii putaverunt, ut esset ɜris ante os documentum Persarum sceleris sempiter- 2). Quam multi, ut Tauri in Axino *d*), ut rex Aegypti ris, ut Galli, ut Poeni, homines immolare et pium et diis ortalibus gratissimum esse duxerunt 3)! Vitae vero instituta istant, ut Cretes et Aetoli latrocinari honestum putent 4):

Ita cod. — *b*) Ita 2. manu; at 1. *bellet*. — *c*) Ita cod. Et notemus orthographiam, si- vim τοῦ *poenire* pro *ulcisci*. — *d*) Euxinus ab antiquis dictus fuit *Axenus* (ἄξεινος teste Strabone VII. p. 458, et 460, nec non Ovidio trist. IV. 4. 56. Heic autem scribi- mus. Sic illa civilis sententia apud Aristotelem nicom. IX. 10. μήτε πολύξεινος μήτ' ς· Ἄξεινος, non ἄξενος, scribit Photius ep. XCVI.

nam confirmant magnopere pictae pyri, quas docti peregrinatores in am ex Aegyptiorum sepulchris fa- devehunt. De origine beluini cul- Aegypto Lact. inst. II. 13, Cicer. I. 36. De scriptura Aegyptiorum is figuris expressa loquuntur etiam s et Lucanus et Ammianus Marc. autem est Isocrates in Busiridis yrico dum Aegyptiorum absurdita- cusare conatur.

Rem narrat Cicero etiam leg. II. ntentiam vero copiose versat Ar- s lib. VI; praetereaque Lact. inst. yprianus de idol. van.; Varro et s apud Augustinum C. D. IV. 9. I. 10; Macrob. somn. I. 2. Tacit. r. Germ. IX, et hist. V. 5. Plut. m. VIII. Insulsa ceteroqui Xersis ntentia fuit.

Decretum hoc Graecorum memo- mnaias X. 35, additque illius cau- ndem quam Cicero ἐς τὸν πάντα ἐᾶσθαι χρόνον τοῦ ἔχθους ὑπομ- τα. Lege Diodorum siculum XI. 29. Dianae in Tauride, Busiridis in Aegypto quis nescit aras? De Gallorum Poenorumque humanis sacrificiis Ennius apud Festum voc. *puelli*; Plato in Minoë p. 315; Dionys. I. 38; Strabo IV. p. 303; Diodor. V. 31. 32, et tom. II. p. 582; Clitarch. apud Suid. voc. σαρδώνιος γέλως; Lactant. inst. I. 21; August. C. D. VII. 19; Oros. IV. 6. 21; Servius aen. III. 57. Plin. XXXVI. 5; Euseb. praep. ev. IIII. 16, et tricen. Constant. cap. XIII. Sublatum id scelus apud Poenos a Tiberio ait Tertullianus apolog. cap. VIII. Gallos sua adhuc aetate homines immolare solitos ait Cicero pro Font. cap. X; Germanos Tacitus de mor. G. cap. IX; Anglos idem annal. XIV. 30. Lactantius loc. cit. ait hostiam humanam desivisse apud Cyprios immolari iussu Hadriani caesaris. Auctorum horum a me observatorum agmen claudat Minucius cap. XXX, cum multis auctoribus aliis qui ibidem in notis citantur. Nihil dico de barbaris extra Europam anthropophagis.

4) Aetolorum legem praedandi firmissimam recitat Polybius XVII. 4. IV. 3.

P. 28. Lacaedemonii suos omnes agros esse dictitarint | quos spiculo possent attingere 1). Athenienses iurare etiam publice solebant omnem suam esse terram, quae oleam frugesve *a*) ferret 2). Galli turpe esse ducunt frumentum manu quaerere: itaque armati alienos agros demetunt 3). Nos vero iustissimi homines, qui transalpinas gentis oleam et vitem serere non sinimus, quo pluris sint nostra oliveta nostraeque vineae 4): quod qum
P. 203 faciamus, prudenter facere dicimur, iuste non dici|mur; ut intellegatis discrepare ab aequitate sapientiam 5). Lycurgus autem ille legum optumarum et aequissumi iuris inventor agros locupletium plebi ut servitio colendos dedit 6).

X. Genera vero si velim iuris, iustitutorum, morum consuetudinumque describere 7), non modo in tot gentibus va-

a) Ita cod. 1. manu; at 2. *fruges*. De *L*. pro *R*. diximus lib. I. 5. p. 12. n. c.

XXX. 14. Idem ait VI. 46, apud Cretenses nullum turpe putari lucrum. Idem dicitur in excerptis Diodori vaticanis p. 119. ubi sermo est de cretensi homine Iulio consuli proditionem offerente. Generatim hanc iniquam praedandi sententiam tribuit priscis hominibus scholiastes ambrosianus a me editus ad Hom. odyss. III. 73. XIV. 230.

1) Dicti huius laconici testis Plutarchus apoph. lac. t. VI. p. 819, et quaest. rom. tom. VII. p. 83. Confer Mamertinum paneg. Maximian. cap. VII. Idem prope dictum tribuitur Pittaco a Plut. reip. ger. pr. tom. IX. p. 265, et Lysandro atque Agesilao apoph. lac. et reg. p. 721, 791, 855. Quin et Romulus, ut observat Plutarchus, nullos terminos agro posuit ut Romanis liceret progredi; Numa vero rex iustus agrum limite finivit. Plut. Num. XVI.

2) Pars haec erat iurisiurandi epheborum: *ὅροις χρήσασθαι τῆς Ἀττικῆς, πυροῖς, κριθαῖς, ἀμπέλοις, ἐλαίαις.* Hanc vero particulam sapienter animadvertit Petitus apud Plutarchum Alcib. XV, addiditque reliquae formulae, quae extabat apud Pollucem atque Stobaeum. Rem modo confirmat Cicero.

3) Sic aiunt Diodorus V. 32, et Nicolaus damascenus. Sic fere etiam de Germanis Tacitus de mor. G. cap. XIV.

4) Notanda haec Romanorum severitas, vel potius iniquitas, quae tamen diutius non videtur perseveravisse. Utique multo post Domitianus in provinciis extra Italiam multum vinetorum succidi iussit. Svet. in eo cap. VII; quam legem sustulit Probus. Vopisc. in eo c. XVIII. Vide et Eumenium paneg. Const. cap. VI. Cicero pro Font. cap. V. sic loquitur, ut vinum ex Italia in Galliam asportari solitum ipsius aetate videatur, quod nunc contra fit. Vim legum eiusmodi gentes aliquot novi orbis nuperius passae sunt. Saevitia Romanos Poeni excesserunt, dum omni cultu ac satione Sardiniae interdixerunt, ut ait Aristoteles mir. aud. p. 708.

5) Rem explicat Lactantius inst. V. 14, et epit. LVII. Contradicit Cicero off. II. 3. 9, III. 15; et Socrates apud Xenophont. memor. III. 9. 5. Plato quidem apud Cic. off. I. 19. scientiam a iustitia remotam, calliditatem potius quam sapientiam ait esse appellandam.

6) Helotis scilicet. Qua de re Plut. in Lycurgo, et in apophth. et instit. lac.

7) Sic loquitur S. Basilius orat. in init. proverb. edit. Garner. Tom. II. p. 104.

ria, sed in una urbe, vel in hac ipsa, milliens mutata demonstrem: ut hic iuris noster interpres alia nunc Manilius iura dicat esse de mu|lierum legatis et hereditatibus, alia solitus sit adulescens dicere, nondum voconia lege lata 1): quae quidem ipsa lex utilitatis virorum gratia rogata, in mulieres plena st iniuriae 2). Cur enim pecuniam non habeat mulier? cur virgini vestali sit heres 3), non sit matri suae? Cur autem, si pecuniae modus statuendus fuit feminis, ·P· Crassi filia posset habere, si unica patri esset, aeris milliens *a*), salva lege; mea triciens 4) non posset 5) ‖ . . . . P. 204.

Desiderari videntur p. duae. P. 13.

XI. . . . . *Si naturalis iustitia esset*, *uniformia* sanxisset iura nobis 6); et omnes isdem *b*) et idem non alias aliis ute-

a) Ita cod. Frustra autem Caper p. 2241. praecipit ut sine *n* scribantur *millies*, *centies*, *lx et* — *b*) Cod. *idem*.

1) *Lege* voconia nihil iniquius dici nec cogitari posse putat Augustinus C. D. III 21. Quod autem idem ait ea lege nec *unicam filiam* heredem fieri licuisse, error videtur pro *nisi unicam filiam*: docet enim in hoc opere Tullius a filia unica potuisse hereditatem capi. Augustini tamen codices vaticani, quotquot consului, etiam valde veteres, constanter tuentur editam lectionem *nec*; itemque editiones non recentes solum, verum etiam antiquissimae, scilicet anni MCCCCLXVII. et MCCCCLXX, nec non vetus operis interpres italus.

2) Lata est voconia lex anno urbis DLXXXV, id est quadragesimo ante hunc de rep. dialogum, Manilio tum adulescente.

3) Ipse Numa, ut ait in eius vita cap. X. Plutarchus, vestalibus, vivente etiamnum patre, testamentum condere concessit. Adde Caium inst. I. 145.

4) Hinc cognoscimus Phili modicum patrimonium. Huc aute respexit Apuleius apolog. ed. Delph. p. 437: *non habuit tantam rem familiarem Philus, quantam Laelius; nec Laelius quantam Scipio; nec Scipio quantam Crassus dives.*

5) Ergo filia Crassi, quod unica esset, potuit hereditatem vel maximam adire; contra Phili, qui alios heredes suos haberet, filiae ne multo quidem minorem cernere licuit. Adde Cic. in Verr. I. 41: *P. Asellus cum haberet unicam filiam, neque census esset; quod eum natura hortabatur, lex nulla prohibebat, fecit, ut filiam bonis suis heredem instituerct. Heres erat, filia; faciebant omnia cum pupilla, legis aequitas, voluntas patris, edicta praetorum, consuetudo iuris eius, quod erat tum cum Asellus est mortuus* etc. Operae autem pretium erit cognoscere quae ibidem Asconius de censis dicit, nec non ipse Cicero in eadem oratione c. XLIII, et Dio LVI. 10. Rursus aliam controversiam de filiae hereditate iuxta legem voconiam exponit Cic. fin. II. 17. Voconiam adhuc vocat ad partes Plinius pan. cap. XLII; sed eandem sua iam aetate oblitteratam dicit Gellius XX. 1. Denique Phili adversus hanc legem criminationes vix dubito quin Laelius contraria oratione specialiter dissolverit, partes Catonis tuens, qui olim eam legem voce magna et bonis lateribus suaserat. Cic. de sen. cap. V.

6) Acephala sententia refertur ad praedictos populorum varios mores, mutatasque pro temporibus leges.

rentur. Quaero autem; si iusti hominis et si boni st *a*) viri parere legibus; quibus? an quaecumque erunt *b*) 1)? at nec inconstantiam virtus recipit, nec varietatem natura patitur; legesque poena, non iustitia nostra, comprobantur. Nihil habet igitur naturale ius: ex quo illud efficitur, ne iustos quidem esse natura. An vero in legibus varietatem esse dicunt;
P. 14. natura autem viros bonos eam iustitiam | sequi quae sit, non eam quae putetur 2)? esse enim hoc boni viri et iusti, tribuere id quoique quod sit quoque dignum. Ecquid ergo primum mutis tribuemus beluis *c*)? non enim mediocres viri, sed maxumi et docti, Pythagoras et Empedocles 3), unam omnium animantium condicionem iuris esse denuntiant; clamantque inexpiabilis poenas impendere iis a quibus violatum sit animal. Scelus est igitur nocere bestiae 4); quod scelus qui velit * || . . . .

. XXCIII. supersunt ntum fo- n paginae usque ad n quater- quadra- l.

XII. Homo divini iuris ignarus, gentis suae leges, tamquam verum ius amplectitur, quas non utique iustitia, sed utilitas reperit. Cur enim per omnes populos diversa et varia iura sunt condita, nisi quod unaquaeque gens id sibi sanxit, quod putavit rebus suis utile? Quantum a iustitia recedat utilitas, populus ipse romanus docet, qui per feciales bella indicendo, et legitime iniurias faciendo *d*), semperque

a) Ita cod. 1. manu; at 2. *boni est*. Et quidem supra vidimus *modo st*, et *verendum st*. Ergo praeter *a*, aliae quoque vocales crasim efficiunt. — *b*) Ita videtur cod. 2. manu; at 1. *erant*. — *c*) Ita cod. 2. manu; at 1. *velbis* vitiosa metathesi. Beda aput Putschium p. 2779. iubet ut *belua* per *b* incipiat. Ergone interdum incepit per *v*? — *d*) Var lect. *inferendo*.

1) Imitatur Cicero Platonem reip. I. p. 339: *νόμους τοὺς μὲν ὀρθῶς τιθέασι, τοὺς δέ τινας οὐκ ὀρθῶς· ἃ δ' ἂν θῶνται, ποιητέον τοῖς ἀρχομένοις;*

2) Haec uberius disputat Cicero leg. I. 15. sqq. ubi naturale ius magnopere adserit.

3) Pythagoram copiose declamantem contra caedem esumque animalium facit Ovidius metam. XV. 75. sqq. Adi et Iuvenal. XV. 173; Servium aen. X. 564. Empedoclis eadem de re carmina refert Sextus emp. IX. 129; quia scilicet Empedocles metempsychoseos opinioni adhaerebat, ut ait Proclus a me saepe laudatus.

4) A pythagorica sententia longe abest Cicero leg. I. 8: *perspicuum est pecudes partim esse ad usum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas*. Sane inter veteres controversia haec fuit famigerata. Confer Senecam. ep. CVIII; Plutarch. περὶ σαρκοφ; Porphyr. de esu anim.; Hier. in Iovin. II. 7, ep. CVII. 8, et in supposita monachorum regula cap. XII; Aug. de mor. Manich. II. 28. 36. sqq. et de haeres. XLVI. Quaestionem inter recentiores copiose tractavit Pufendorfius de iur nat. et gent. IV. 3. Solutio vero praecipua est, quod inter homines et bruta nullum ius intercedit, ut insulse observavit Sextus emp. contra phys. IX. 130, frustra admodum reclamante Porphyrio.

aliena cupiendo *a*) atque rapiendo, possessionem sibi totius orbis comparavit. *Lactantius inst. VI.* 9.

Ni fallor enim, omne regnum vel imperium bellis quaeritur et victoriis propagatur. Porro bella et victoriae, captis et eversis plurimum urbibus constant. Id negotium sine deorum iniuria non est: eaedem strages moenium et templorum: pares caedes civium et sacerdotum: nec dissimiles rapinae sacrarum divitiarum et profanarum. Tot igitur sacrilegia Romanorum, quot trophaea; tot de diis, quot de gentibus triumphi, tot manubiae, quot manent adhuc simulacra captivorum deorum *etc. Tertullianus apologet. cap. XXV.* 1).

Carneadis summa disputationis haec fuit b): Iura sibi homines pro utilitate sanxisse 2), scilicet varia pro moribus; et apud eosdem *c*) pro temporibus saepe mutata; ius autem naturale esse nullum. Omnes et homines et alias animantes ad utilitates suas natura ducente ferri *d*); proinde aut nullam esse iustitiam; aut si sit aliqua, summam esse stultitiam, quoniam sibi noceret, alienis commodis consulens. *Lact. inst. V.* 16.

Quae sunt patriae commoda, nisi alterius civitatis aut gentis incommoda? id est fines propagare aliis violenter ereptos *e*), augere imperium, vectigalia facere meliora *etc.* Itaque haec bona quisquis patriae adquisierit, hoc est eversis civitatibus gentibusque deletis aerarium pecunia referserit, agros ceperit, cives suos locupletiores fecerit; hic laudibus fertur in caelum; in hoc putatur summa et perfecta esse virtus: qui error non modo populi et imperitorum, sed etiam philosophorum est, qui praecepta quoque dant ad iniustitiam 3). *Idem Inst. VI.* 6.

XIII. . . . *f*) Sunt enim omnes, qui in populum vitae P. 57.
necisque potestatem habent, tyranni 4); sed se Iovis *g*) op-

a) Var lect *capiendo.* — *b*) Summam hanc magis adhuc breviatam exhibet Lactantius in epitome cap. LVI, non sine varietatibus. — *c*) Al. *apud eos.* — *d*) Epitome *ipsa ducente natura commoda sua defendere.* — *e*) Var. lect. *aliis violenter eiectis.* — *f*) Narrat Moserus, censorem Lipsiensem, post collaudatam libri mei ordinationem, hoc tamen loco indicare, fragmentum paginis 57. 58. constans, praeponendum esse illi quod paginis 47. 48. continetur. Equidem observato codice, nihil ego ferme obstare video; est enim quaternionis incerti folium unicum constans paginis 47. 48. 57. 58; quod olim ego dum ederem, naturalem statum, idest plicaturam superficiei folii retinui. Verum nihil impedit quominus inversa ratione complicemus folium, id quod nihil necessario a me ipso factum esse, iam dixi in praefatione. Quamquam igitur a nullo quod sciam viderimque, operis de rep. editore praedictus ordo novus adscitus fuerit, ego tamen, non sine aliquot aliis varietatibus meis, libenter hunc sequi volo; tum quia probabilis videtur, tum quia coniecturis indulgere, et varietati studere, artis criticae proprium est. — *g*) Ita cod. 2. manu et 1. *Iobis.*

1) Tertulliano eruditissimo homini et scriptori insigni familiare sine dubio fuit Ciceronis opus de rep. Hoc autem loco is mihi visus est expilare disputationem Tullianam de iustitia.

2) Plato reip. I. p. 338: *τίθεται δέ γε τοὺς νόμους ἑκάστη ἡ ἀρχὴ πρὸς τὸ αὑτῇ ξυμφέρον.*

3) Postremis verbis Lactantius Philum, ut apparet, seu Carneadem, quem apud Ciceronem legebat, sugillat.

4) Ita quidam ait apud Platonem reip. II. p. 366: *ὁ πρῶτος εἰς δύναμιν ἐλθών, πρῶτος ἀδικεῖ.* Tum Aristides panath. ed. Steph. pag. 78. *ἅπασα δήπουθεν ἀρχὴ τῶν κρειττόνων ἐστί, καὶ*

timi *a*) nomine malunt reges vocari 1). Qum autem cert pter divitias aut genus aut aliquas *b*) opes rem public neant, est factio; sed vocantur illi optimates. Si ver pulus plurimum potest, omniaque eius arbitrio reguntu citur illa libertas, est vero licentia. Sed qum alius alium t et homo hominem, et ordo ordinem; tum, quia sibi
P. 58. confidit, quasi pactio fit | inter populum et potentis 2 quo existit id quod Scipio laudabat coniunctum civitatis g Etenim iustitiae non natura nec voluntas, sed imbe mater est. Nam qum de tribus unum esset optandum facere iniuriam nec accipere; aut et facere et accipere neutrum: optimum est facere impune si possis *c*) 3); s dum nec facere nec pati; miserrimum digladiari sempe faciendis tum accipiendis iniuriis 4). Ita qui primum adsequi || *nequiverit, in secundo ei consistendum est, videli neque faciat iniuriam neque patiatur* 5). . . . .

Desideratur initus pa- um nume-

XIIII. Nam qum quaereretur ex eo, quo scelere i sus *d*) mare haberet infestum uno myoparone; eodem, i quo tu orbem terrae *e*). *Nonius voc. myoparo et voc. h ex III. de rep.*

a) Ita etiam lib. I. 33. post *optimi* non additur sollemne illud *maximi*. Una scili citur regis beneficentia. Ait autem Cicero N. D. II. 25: *Iupiter ante dicitur optimus, id centissimus, quam maximus; quia maius est certeque gratius prodesse omnibus quam magnas bere*. Sic etiam Plinius paneg. cap. 88. — *b*) Ita codex; nisi forte quis mavult *alias*. cod. 2. manu; at 1. *posses*. — *d*) Patricius semel legebat in Nonio *impulsus*, iterum c Sigonius *compulsus* habet. — *e*) Nonii fragmentum heic collocavi, quia sermo est de A macedone, cuius, si bene codicem lego, meminit in proxime sequentibus Cicero. Iam dictum archipiratae adversus Alexandrum fuisse eiaculatum, percommode nos docet A C. D. IV. 4: *eleganter et veraciter Alexandro illi magno quidam comprehensus pirata respo*

παρ' αὐτὸν τῆς ἰσότητος νόμον. Mox ipse hanc sententiam refutat, atque a sophistica calumnia profectum ait. Nam si ea valeret, inquit, omnes magistratus abrogari immo et deos abiici oporteret.

1) Recole de rep. I. 33.

2) Lactantius epitom. cap. LVIII: *leges sibi homines condiderunt pro utilitate communi, ut se interim tutos ab iniuriis facerent*. Legantur reliqua ab eo Lactantii articulo, quae fortasse tulliana sunt.

3) Contradicit Cicero tusc. V ep. VII. p. 335.

4) Exscribitur prope Plato r p. 358. Sic Epicurus inique a ctantium inst. III. 17: *sapientis facere, si et utile sit et tutum.*

5) Sic supplevi ex Platonis, q pra laudavi, sermone. Conferen tem est Aristides panat. ed. Steph qui postquam belli illati popu mentionem fecit, praeclare c «melius esse si quis necessario iu quam si quis ultro peccaverit.»

. . . . . omnibus *quaeritote a*). « Sapientia iubet augere P. 47.
opes. amplificare *b*) divitias » proferre finis. Unde enim *potuisset c*) [Alexander] summus *ille* imperator, *qui* in *Asia olim* [armis] finis imperii propagavit; nisi aliquid de alieno accessisset; imperare, quam plurimis frui voluptatibus, pollere, regnare, dominari 1)? Iustitia autem praecipit parcere omnibus, consulere generi hominum, suum cuique reddere, sacra, publica, [aliena], non [tangere *d*).] | Quid igitur efficitur? Si P. 48.
sapientiae pareas, divitiae, potestates, opes, honores, imperia *e*), regna, vel privatis vel populis 2). Sed quoniam de re publica loquimur, sunt inlustriora quae publice fiunt: quoniamque eadem est ratio iuris in utroque, de populi sapientia dicendum puto.

XV. Et iam omittam alios. Noster hic populus, quem Africanus hesterno sermone a stirpe repetivit, cuius imperio iam orbis terrae tenetur 3), iustitia an sapientia est e minimo omnium | *maximus factus?* Omnibus populis qui florerent imperio,

cum idem rex hominem interrogasset, quid ei videretur ut mare haberet infestum; ille libera contumacia, quod tibi, inquit, ut orbem terrarum: sed quia ego exiguo navigio facio, latro vocor; quia tu magna classe, imperator. Videtur ergo Augustinus pleniorem nobis exhibere hunc Tullii locum. Eandem prope sententiam recitat Lactantius inst. II. 4. Iam pars quoque prior eius capitis augustiniani incipientis: *remota iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia* etc. utrum e Phili an potius e Laelii oratione sit, universimque utrum tulliana nec ne, merito ambigendum est. Adde et Lactantium de ira D. XVI. ff. 8: *sola regnet audacia; nemo tutus esse possit, nisi qui viribus praevaleat: ita quasi communi latrocinio terra omnis depopulabitur.* Denique idem Lactantius inst. III. 17. archipiratae cuiusquam ad scelera cohortantis refert orationem, quae tamen vix tulliana videtur. — *a*) Est haec pagina omnium lectu difficillima. Supplementa inclinatis litteris scribo; verba autem dubia uncis includo. Ad supplementum *quaeri* quod adtinet. Cic. de am. VII. ait: *ab iis, qui ista disputant, quaeritote.* — *b*) Cod. fortasse *amplificari.* Nonius tamen, qui locum ex III. de rep. citat voc. *proferre,* legebat *amplificare* et *proferre* (pro *augere*). In codice autem verbi quoque *augere* terminatio obscurata est. — *c*) Cod. fortasse habet *esset.* Sane fateor spatium codicis non sufficere vocabulo *potuisset.* Num ergo *posset?* — *d*) Lactantius inst. cap. XX. *alienum non attingere.* — *e*) Locutionem exscribit Lactantius inst. III. 11. ff. 14, et V. 21. ff. 10.

1) Imitatur locum Ambrosius de off. I. 28. ff. 137: *dum augere opes, aggregare pecunias, occupare terras possessionibus cupimus, praestare divitiis; iustitiae formam exuimus.* Graviter vero Hieronymus in Hier. II. 5. 26, et in ps. LXXXIII: *philosophorum sententia est; omnis dives aut iniquus aut heres iniqui.*

2) Nempe *efficiuntur.* Hoc argumento late utitur Plato contra iustitiam reip I. p. 338. sqq. Item Iuvenalis I. 74, XIV. 207. Sic loquitur Isocrates de Atheniensibus in panath. ed. Steph. p. 257.

3) Aetate scilicet Africani Paulo geniti, qui in his dialogis loquitur, victo Perseo, deletis Corintho et Karthagine, Hispania domita, tot aliis provinciis occupatis, ut observat Polybius hist. praef.

et Romanis quoque ipsis qui totius orbis potirentur, si iusti velint esse,
hoc est si aliena restituant *a*), ad casas est redeundum, et in ege-
P. 1. state *b*) ac miseriis iacendum *c*), ‖ praeter Arcadas et Athenien-
sis, qui, credo, timentes hoc interdictum iustitiae ne quando
existeret 1) commenti sunt se de terra, tamquam hos ex arvis
musculos 2), extitisse.

XVI. Ad haec illa dici solent primum ab iis, qui minime
sunt in disserendo mali; qui in hac *d*) causa eo plus aucto-
ritatis habent, quia cum de viro bono quaeritur, quem aper-
tum et simplicem volumus esse 3), « non sunt in disputando *e*)
vafri *f*), non veteratores non malitiosi. » Negant enim, sapien-
P. 2. tem id|circo virum bonum esse quod eum sua sponte ac per
se bonitas et iustitia delectet; sed quod vacua metu, cura,
sollicitudine, vita bonorum virorum sit 4): contra autem in-

a) Epitome *suum cuique restituere, quod vi et armis occupaverunt.* — *b*) Al. *necessitate.* Sed melius *egestate*, ut confirmat epitome. — *c*) Haec Lactantius inst. V. 16. Epitome addit: *qui si fecerint, iustos dicemus quidem, sed tamen stultos iudicare necesse est, qui ut aliis prosint, sibi nocere contendant.* — *d*) Ita cod. 2. manu; at 1. *ea* pro *hac*. — *e*) Cod. *disserendo*. Scripsi tamen *disputando* tum quia paulo ante est *disserendo*; tum multo magis quia Nonius, qui voc. *vafrum* citat hunc locum ex III. de rep., legebat *disputando*. — *f*) Ita cod. 2. manu; at 1. *servi*.

1) Verba interdicti ex Caio IV. 155. cognoscuntur haec: *uti possidetis, quae neque vi, neque clam, neque precario alter ab altero possidetis*. Id autem si publice populis interdiceretur, cedendum esset de possessione omnibus, qui alienam regionem invaserunt. Itaque soli aborigines in possessione manerent. Hinc Arcades et Athenienses semet αὐτοχθόνας appellaverunt, quam scilicet horum populorum praerogativam memorant Ovidius fast. II. 289; Statius theb. IV. 275; Servius G. II. 342; Censorinus cap. IV; Suidas voc. ἀθην. et voc. φιρεκ. ἀθ. Hos inter legere praestat saltem Aristidem in panathen. ed. Steph. p. 89. Confer etiam Pausaniam V. 1. Aliter Livius I. 8: *vetere consilio condentium urbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam e terra sibi prolem ementiebantur*. Hinc illa locutio *terrae filius*. Aliter idem Censorinus de Arcadibus cap. XIX. Confer etiam Lucianum de astrolog. c. XXVI.

2) Disputatur scilicet in prato (lib. I. 12.) ubi musculi conspici poterant; discuti a disputantibus acad. IV. 25. spectatur e litore navis. Heic vero loquitur Cicero ex illorum physicorum sententia, qui musculos terra genitos putabant, e quibus est Sextus emp. I. ff. 42; quo loco Fabricius post τὰ δ' ἐκ γῆς egregie supplet ὡς μῦς, quam coniecturam nunc mire confirmat Cicero. Opinionem reiicit Lactantius inst. II. 8. ff. 37. Homines in omnibus terris et agris tamquam vermiculos aut fungos esse generatos, stulta stoicorum et nominatim Democriti apud Lactantium VII. 4. et 7. sententia est.

3) Ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον, ut loquitur Plato reip. II. p. 361, quicum Cicero consentit etiam in sequentibus. Confer super hac definitione Lactantium inst. VI. 12, Cic. off. III. 13. Epicureos *viros bonos* appellat Cic. leg. I. 7.

4) Confer Cic. leg. I. 14. Sine dubio autem heic Cicero loquitur de epicureis, qui ut ait Servius E. VI. 41. in rebus etiam seriis semper inserebant

probis semper aliqui scrupus in animis haereat, semper iis ante oculos iudicia et supplicia versentur. Nullum autem emolumentum esse, nullum iniustitia partum praemium tantum, semper ut timeas, semper ut adesse, semper ut impendere aliquam poenam putes, damna || . . . Desideratur paginae plus octo minus quam

XVII. Quaero *a*), si duo sint, quorum alter optimus vir, aequissimus, summa iustitia, singulari fide; alter insignis *b*) scelere et audacia; et si in eo sit errore civitas, ut bonum illum virum, sceleratum, facinorosum, nefarium putet; contra autem qui sit improbissimus, existimet *c*) esse summa probitate ac fide; proque hac opinione omnium civium, bonus ille vir vexetur, rapiatur, manus ei denique auferantur *d*), effodiantur oculi, damnetur, vinciatur, uratur, extermi||«netur *e*), egeat, postremo iure etiam optimo omnibus miserrimus esse videatur: contra autem ille improbus laudetur, colatur, ab omnibus diligatur; omnes ad eum honores, omnia imperia, omnes opes, omnes undique *f*) copiae conferantur; vir denique optimus omnium existimatione et dignissimus omni fortuna optima *g*) iudicetur; quis tandem erit tam demens, qui dubitet utrum se esse malit *h*)? » P. 11.

a) Lactantius inst. V. 12: *Est apud Ciceronem non abhorrens a vero locus in ea disputatione, quae habetur a Furio contra iustitiam. Quaero, inquit* etc. Lactantii locus mox incidet in codicem vaticanum, eumque supplebit. Eodem modo Lactantii epitome cap. XXVIIII. supplet Gellium VI. 11; cuius gelliani capitis initium, post Pfaffii principem epitomes editionem, hiare non debent. — *b*) Var. *insigni*. — *c*) Haec verior codicum lectio videtur; sed vulgo legitur *existimetur*. — *d*) An dicendum *afferantur*? — *e*) Apud eundem Lactantium inst. V. 18. idem fragmentum cum hac varietate repetitur: *si* (*ut Furius dicebat*) *rapiatur, vexetur, exterminetur, quin, auferantur ei manus, effodiantur oculi, damnetur, vinciatur, uratur, miseris etiam modis mutetur*. — *f*) Lactantii editiones *denique*, mendose omnino; nam idem mox sequitur *denique*. — *g*) Apud Lact. desideratur *optima*. — *h*) Haec Ciceronis postrema verba Lactantius explicans ait, hac sententia Furium, *malle sapientem malum esse cum bona existimatione, quam bonum cum mala*. Totum hunc locum passim imitatur Augustinus C. D. IV. 3; ipse autem Cicero paene exscribit Platonem reip. II. p. 361: μηδὲν ἀδικῶν, δόξαν ἐχέτω τὴν μεγίστην ἀδικίας κ.τ.λ.

voluptates: quippe isti idcirco virtutem colebant ut vel voluptatem ex ea caperent, vel certe molestiarum causas vitarent. Quare et Cicero fin. II. 21. de iisdem loquens pingit voluptatem in sella, cui praesto essent virtutes, ut ancillulae, dicentes se quidem sic natas esse ut illi servirent, aliud negotii nullum haberent. Lege etiam Augustinum C. D. V. 20, XIX. 1, et serm. CL de verbis act. apost. Argumentum copiose versat Plato leg. II. p. 662. sqq. Apud Victorinum comm. ad II. rhet. ff. 170. et 172. *epicurei dicunt virtutem expeti ipsam propter voluptatem*. Cyrenaici (sati scilicet voluptario Aristippo) conspirabant cum epicureis, teste Lactantio inst. III. 8: *aiunt cyrenaici, virtutem ipsam ex eo esse laudandam, quod sit efficiens voluptatis*.

XVIII. Quod in singulis, id est in populis: nulla e
P. 12. stulta civitas, | quae non iniuste imperare malit quam s
iuste. Nec vero longius abibo. Consul ego quaesivi, qu
vos mihi essetis in consilio, de numantino foedere 1).
ignorabat ·Q· Pompeium fecisse foedus, eadem in caus
Mancinum? Alter vir optimus etiam suasit rogationem
senatus consulto ferente; alter acerrime se defendit 2).
dor quaeritur, si probitas, si fides, Mancinus haec a
si ratio, consilium, prudentia, Pompeius antistat 3). Utr

derantur s pagina- imerus.

XVIIII. *Tum, omissis communibus, ad propria veniebat.*
vir, inquit, si habeat servum fugitivum vel domum insalubrem
stilentem 4), quae vitia solus sciat, et ideo proscribat *b*) ut v
utrum ne profitebitur fugitivum servum vel pestilentem domum
dere, an celabit emptorem? Si profitebitur, bonus quidem, qui
fallet *c*); sed tamen stultus iudicabitur, quia vel parvo vendet,
nino non vendet. Si celaverit, erit quidem sapiens, quia rei consu
sed idem malus, quia fallet. Rursus, si reperiat aliquem qui au
cum se putet vendere, cum sit illud aurum; aut plumbum, c
argentum *e*): tacebit ne, ut id parvo emat, an indicabit, ut m
Stultum plane videtur malle magno *f*). *Unde intellegi volebat,*
qui sit iustus ac bonus, stultum esse; et eum qui sapiens, ma

XX. *Transcendebat ergo ad maiora g), in quibus nemo*
sine periculo vitae iustus esse. Dicebat enim. Nempe iustitia
minem non occidere, alienum prorsus non attingere. Quid ergo
faciet, si forte naufragium fecerit, et aliquis imbecillior viribus
lam ceperit 5)? nonne illum tabula *h*) deturbabit, ut ipse consc

a) Ita cod. 2. manu; at 1. *quom.* — *b*) Al. *praescribat.* — *c*) Al. *fallit.* — *d*) Al. *sulet.* Sed enim ipse Lactantius inst. V. 17. ff. 32. exponit *lucro et commodo suo consulens.* · dit epitome cap. LVI: *atque id emere necessitas cogat.* — *f*) Epit. *si indicabit, iustus utiqu quia non fefellit; sed idem stultus, qui alteri fecerit lucrum, sibi damnum.* — *g*) In epito sitio haec est: *sed facile de damno est. Quid si vita eius in periculum veniet; ut eum aliq cesse sit aut occidere aut mori; quid faciet?* — *h*) Al. *a tabula.*

1) Consul Philus anno urbis DCXVIII, quo Mancinus Numantinis deditus fuit. Consulis consilium memorant Cicero Brut. XXII, et Plutarchus Cat. min. cap. XLVIII. Commode autem curat Cicero ut Philus contra iustitiam disserat; quippe qui paulo ante fuerat auctor violandi foederis numantini, qua re nihil iniustius fieri potuit, Floro in primis teste II. 18.

2) Defendit se Pompeius Romae in iudicium postulatus a Numantini dere, quod ille se fecisse falso s Cic. off. III. 30; Appian. hisp. c. I

3) Cic. fin. II. 17: *non de h sed callide improbo quaeritus lis ·Q· Pompeius in foedere n tino infitiando fuit.*

4) Eodem exemplo utitur Cic III. 13.

5) Idem exemplum usurpat off. III. 23. et Ambrosius off. III. 4

aeque nixus evadat, maxime cum sit nullus medio mari testis? Si sapiens est, faciet; ipsi enim pereundum est, nisi fecerit. Si autem mori maluerit, quam manus inferre alteri, iam vero iustus *a*) ille, sed stultus est, qui vitae suae non parcat, dum parcit *b*) alienae. *Item*. Si acie suorum fusa, hostes insequi coeperint, et iustus ille nactus fuerit aliquem saucium equo insidentem; ei ne parcet, ut ipse occidatur; an deiciet ex equo; ut ipse possit hostem effugere? Quod si fecerit, sapiens, sed idem malus; si non fecerit, iustus, sed idem stultus sit necesse est. *Ita ergo iustitiam cum in duas partis divisisset, alteram civilem esse dicens, alteram naturalem; utramque subvertit; quod illa civilis sapientia sit quidem, sed iustitia non sit; naturalis autem illa, iustitia sit quidem, sed non sit sapientia* 1). *Lactantius Inst. V.* 16.

XXI. . . (*) Non gravarer *c*), Laeli, nisi et hos velle putarem, et ipse cuperem te quoque aliquam partem huius nostri sermonis attingere 2): praesertim quum heri *d*) ipse di-

a) Al. *non iustus*. — *b*) Al. *dum compatitur*. Rursus idem Lactantius inst. V. 17: *stultitia est, inquit Carneades, alienae animae parcere cum pernicie suae.*

(*) Disputatio luculenta Laelii pro iustitia contra accuratam orationem Phili (ut loquitur Cic. de am. VII.) tota desideratur in codice mutilo vaticano, praeter eius clausulam, ut infra patebit. Supersunt tamen insignes, etsi aliquoties interpolatae, reliquiae apud Lactantium, Augustinum, aliosque auctores, quas heic exhibebimus, praeposita particula ex Gellio, in qua Scipio Laelium hortatur ad suscipiendum iustitiae patrocinium.

c) Sic apud Cic. de am. V. loquitur Laelius: *ego vero non gravarer si* etc. — *d*) In Gellii editionibus itemque in codicibus vaticanis citatur totus hic locus e *secundo de rep.* Sed prorsus est mendum et credo equidem pro *tertio*, ut iamdiu dixit Patricius praef. ad fragm. de rep.); quum enim initio fiat sermonis hesterni, necessario hic locus pertinet ad librum quemvis post secundum, in quo primi diei sermo absolvitur. Neque ullus dubito quin Laelius post Phili orationem rogaverit Scipionem, ut iustitiae partes tueretur; Scipio autem recusaverit hisce verbis, idque onus in Laelium ipsum transtulerit, qui pridie in libri secundi calce, ubi primum de iustitia commotus est sermo, dixisse videtur, habere se quae de iustitia, vel cum nimia verbositate, dissereret; ea illa est notio verbi *superfuturum*, ut Gellius docet, itemque Celsus qui in prohoemio ait quibusdam

1) Quae ibidem Lactantius subiungit, lucem nostro operi adferunt, et conveniunt cum illis Platonis reip. II. p. 362; ubi nimirum post Glauconis argumenta contra iustitiam, desperanda dicitur iustitiae defensio, quam tamen Socrates aggreditur. Equidem etiam in nostro opere perorata Phili oratione, puto aliquem ex interloquentibus imitatum esse Platonicam quam dixi desperationem, donec Laelius hortante Scipione, causam iustitiae suscepit. Sic videlicet Lactantius pergit: *argutae haec plane et venenata sunt, et quae M. Tullius non potuerit refellere. Nam quum faciat Laelium Furio respondentem, proque iustitia dicentem; irrefutata haec tamquam foveam praetergressus est: ut videatur idem Laelius non naturalem, quae in crimen stultitiae venerat, sed illam civilem defendisse iustitiam, quam Furius sapientiam quidem esse concesserat, sed iniustam.*

2) Partes dialogorum horum praecipuas Cicero contulit, ut nunc cognoscimus, in Scipionem, Furium Pilum, et Laelium, tres qui per idem tempus, ut ait Porcius (Donat. vit. Terent.) agitabant nobiles.

xeris, te nobis etiam superfuturum. Verum id a) quidem fieri non potest; ne desis, omnes te rogamus 1). *Gellius I.* 22.

Sed iuventuti nostrae minime audiendus: quippe si ita sensit, ut loquitur, est homo impurus; sin aliter, quod malo, oratio est tamen immanis 2). *Nonius voc. immane, et voc. impurus ex III. b) de rep.*

medicis *verba superesse, deesse scientiam.* Fieri tamen potest ut a Laelio id dictum fuerit lib. I. 21. de rep. quo in loco Scipio rogavit Laelium natu maiorem, ut ipse potius de rep. diceret: Laelius autem ibidem fortasse respondit tanta se habere quae de rep. diceret, ut audientibus foret superfuturus; nihilominus paratiorem sibi videri a studiis politicis Scipionem etc. Porro Gellii nullus codex antiquitatem aequiperat palatini palimpsesti XXIV, in quo, praeter alia κειμήλια servantur litteris maioribus fragmenta noctium atticarum ex libris I. II. III. IV, non sine multa varietate lectionum. Sed duo nunc lubet adnotare; primum quod duobus in foliis, quorum nemo adhuc scripturam obratam legerat, occurrunt illa librorum gellianorum summaria, quae utrum habeant aliquam in lingua latina auctoritatem immerito dubitat Forcellinus voc. *simulamentum* (quod ipsum tamen vocabulum occurrit in Alexandri a me edito itinerario ed. rom. cap. XXVII, et quod non minus interest, apud Victorinum adv. Arianos lib. III. 1, ad quem insolitae ceteroquin latinitatis fontem ventitare lexicographi non solent. Nunc autem tantae aetatis gellianus codex tollendae omni dubitationi, confirmandaeque summariorum dignitati peridoneus habendus est. Altera gellianorum fragmentorum commoditas est, quod ibidem extat locus hic Tullii de rep., ita tamen ut praetermittantur particulae aliquot, et quidem tulliani operis titulus et nota libri: quo fit ut si minus rei veritatem doceamur, at certe in vulgato errore non confirmemur. Verba in hiante palatino folio 117. haec sunt . . . *eas dialecticas percalluerat. Id ipsum verbum* (*superesse*, de quo agit Gellius) *Cicero ponit non temere transeundum. Verba ex eo libro haec sunt: non gravarer, Laeli, nisi hos velle putarem te quoque aliquam partem huius nostri sermonis attingere: praesertim cum heri ipse dixerit* (sic) *te nobis etiam superfuturum. Verum id quidem fieri non potest; ne desis, omnes te rogamus.* Cur autem in cod. pal. dicitur *ex eo libro, non e tertio de rep?* Num librarii mendum est? an potius paulo ante apud Gellium in cod. pal. appellatus fuit liber de rep. pro libro de iure civili? Profecto sermo ibi est de Tuberone qui in rep. disputat; testimonium autem de scientia iuris in gente aelia non abhorret a libro primo de rep. cap. XVIII. Denique duo codices vaticani pro *id ipsum* habent *ad ipsum;* mendose, quasi citaretur liber secundus ad Tuberonem. — a) Editiones aliquot *si id.* Sed tamen *si* abest a palatino et a vaticanis codicibus, et etiam a venetis editionibus an. MCCCCLXXII., et XCVI. Male vero praedictae venetae editiones habent *te nobis non etiam;* quae vitiosa lectio sententiam subvertit —) b Recte sic parisiaca Nonii editio; at male plantiniana et gothofr. *ex IV. de rep.*

1) Laelium rogatum esse ab omnibus ut iustitiam defenderet, ait Augustinus in epitome tertii libri. Est autem id quoque a Platone, apud quem reip. II. p. 368. omnes orant Socratem ut pro iustitia dicat. Porro ad Laelium cognomento sapientem apte defertur patrocinium iustitiae, quam Philus stultitiae insimulaverat.

2) Haec esse Laelii verba suspicor exordientis de Carneade loqui, qui causa exercitationis iustitiam oppugnaverat. Et quidem Carneades spurce locutus dicitur a Cic. inferius c. XXVII; a Quintiliano tamen inst. XII. 1. haud iniustus vir fuisse existimatur, licet contra iustitiam peroraverit, quam pridie defenderat. Quod autem ait auctor, minime audiendum iuventuti romanae Carneadem, id exemplo Catonis fit, qui hunc ipsum quamprimum Roma censuit dimittendum. Plin. VII. 30. Sed tamen superius cap. VIII. de Chrysippo quoque sermo fuit, contra quem haud, scio an haec verba dici potuerint. Turpia enim in suis politicis scripsisse Chrysippum ait Sextus emp. III. 205. 246. XI. 193. nec non Plutarchus de stoic.

. (*) Est quidem vera lex 1) recta ratio, naturae con-
diffusa in omnes, constans, sempiterna 2); quae vo-
fficium iubendo, vetando a fraude deterreat; quae
eque probos frustra iubet aut vetat, nec improbos
aut vetando movet. Huic legi nec obrogari *a*) fas est,
erogari ex hac aliquid licet, neque tota abrogari po-
e vero aut per senatum aut per populum solvi hac
sumus: neque est quaerendus explanator aut interpres
s 3): nec erit alia lex Romae, alia Athenis; alia nunc,
hac; sed et omnes gentes et omni tempore una lex
terna et immutabilis continebit; unusque erit com-
uasi magister et imperator omnium Deus; ille legis
ventor, deceptator, lator; cui qui non parebit, ipse
t ac naturam hominis aspernatus *b*), hoc ipso luet
poenas, etiam si cetera supplicia, quae putantur,
. - Etenim *c*) si nemo est, quin emori *d*) malit, quam

reiectam Carneadis, ut videtur, auctoritatem, quonam modo magnificam suam
rationem exorsus sit Laelius, donec ad hanc legis definitionem veniret, vix con-
ure possumus aut ne vix quidem. Re tamen vera Lactantius tertium institutionum
do exorditur, quo Laelium in causam ingredi aequum fuisset. Num ergo Lactantius
a parte pedissequus Tullii fuit? praesertim quia Lactantii aliquot scripta videbantur
p 70. ad Magnum, tullianorum dialogorum epitome. Ipsum vero iustitiae patrocinium
are incipit inst. V. 5, repetita alte velut historia iustitiae, quae offensa vitiis ho-
i in caelum migravisset; qua remota, malorum cohors orbi incubuit. Haec, inquam,
ue illa in epitome cap. LIX, utrum partim laeliana sit, non perinde liquet.
hac vera lectione *obrogari* contra alias falsas, legesis quae disputat Bünemannus.
enstur. — *c*) Quonam ex opere Tullii sequentia verba sumat Lactantius, incertum
tamen ex hoc tertio de rep. sumere, id est ex Laelii sermone, quo fortasse dixe-
circa capitulum XXII. hominem detracta iustitia immanitatem gerere beluae in ho-
ut de off. III 20. Sane utrumque Tullii locum vel sibi vindicat vel imitatur La-
a D. XII; et de op. D. III; Vide et Ambros. off. II. 13. — *d*) Al. *mori*.

m. X. p. 318. Immo Chry-
sima quaedam dogmata re-
i s. Epiphanius expos. fid.
r. I. p. 1090. Quin adeo fieri
ermo de Epicuro sit. Conf.
III. 17. Denique Cicero off. I.
idonium tetra quaedam et
legisse, quae ne patriae qui-
vandae causa videbantur Ci-
piente facienda.
ntius instit. VI. 8. *Dei lex*
cus Tullius in libro de rep.
e divina voce depinxit; cu-
ius ego, ne plura dicerem, verba su-
bieci. Est quidem vera lex etc. Con-
fer eundem Lactantium VI. 24. ff. 29.
cum Tullio leg. I. 6. II. 4.

2) Dicuntur haec contra caput pri-
mum disputationis carneadeae de iuris
inconstantia. Porro iustitiae legem esse
aeternam et universalem, platonica quo-
que sententia est.

3) Refutantur dicta superius cap. X.
Item ex hoc Laelii responso alia, quae
desideramus, furianae orationis capita
cognoscere licet.

converti in aliquam figuram bestiae, quamvis hominis mentem sit habiturus; quanto est miserius in hominis figura animo esse efferato? Mihi quidem tanto videtur, quanto praestabilior est animus corpore 1). *Lactantius inst. V.* 11. *et VI.* 8.

XXIII. Scio in libro Ciceronis tertio, nisi fallor, de re publica, disputari - nullum bellum suscipi a civitate optima, nisi aut pro fide aut pro salute *a*) -. Quid autem dicat pro salute, vel intellegi quam salutem velit, alio loco demonstrans: - Sed his poenis, inquit, quas etiam stultissimi sentiunt, egestate, exsilio, vinculis, verberibus, elabuntur saepe privati, oblata mortis celeritate; civitatibus autem mors ipsa poena est, quae videtur a poena singulos vindicare. Debet enim constituta sic esse civitas, ut aeterna sit. Itaque nullus interitus est rei publicae naturalis, ut hominis; in quo mors non modo necessaria est, verum etiam optanda persaepe. Civitas autem cum tollitur, deletur, exstinguitur: simile est quodam modo, ut magnis parva conferamus, ac si omnis hic mundus intereat et concidat. *Augustinus de civit. D. XXII.* 6.

In re publica dicit Cicero: - Illa iniusta bella sunt, quae sunt sine causa suscepta. Idem Tullius, paucis interiectis, subdidit: - Nullum bellum iustum habetur nisi denunciatum, nisi indictum, nisi de repetitis rebus 2). *Isidorus orig. XVIII.* 1.

Noster autem populus sociis defendendis *b*) terrarum iam omnium potitus est 3). *Non. c. IX. de num. et cas. ex III. de rep.*

a) Nimirum Laelius romanorum bellorum iustitiam nisus erat defendere, ut infra patebit. Ad ius belli quod adtinet, quatuor alii sunt Augustini luculenti loci, quos magnopere suspicor e laeliana Tullii oratione fuisse interpolatos; quamquam eos heic ponere non sum ausus, ne librum meum suspectis adeo copiis onerarem. Sunt autem C. D. IV. 4: *remota iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia* etc. Item XVIII. 2: *societas igitur usquequaque mortalium* etc. Praeterea XIX. 7: *opera data est ut imperiosa civitas* etc. Maxime demum IV. 15: *videant ergo ne forte non pertineat ad viros bonos gaudere de regni latitudine* etc. (Sic fere Lycurgus apud Plut. vit. cap. XXXI) quae esset apta Laelii responsio contra Phili sermonem cap. XII. et XIII. — *b*) Sic Nabuchus Iudith. I. 12. *defendere semet* aiebat, quum potius alios adgrederetur.

1) Petrus blesensis epist. LXXXV. ait: *Cicero et Apuleius et, quod maius est, Augustinus et Hieronymus testantur plus esse animam quam corpus*. Adde et Lactantium inst. III. 9. ff. 16. Floruit saeculo post Christum duodecimo Petrus; qui utrum Ciceronis libros de rep. legerit nec ne, merito ambigendum est. Ad Petri Blesensis locum, quod adtinet, conferatur Cicero fin. V. 21, et off. II. 13.

2) Ex hoc certe additamento cognoscimus Isidorum non ab Augustino, sed ab ipso Tullio, locum haurire.

3) Sententiam hanc latius scribit Cicero off. II. 8.

XXIIII. Disputatur certe acerrime, atque fortissime in eisdem ipsis de re publica libris adversus iniustitiam pro iustitia 1). Et quoniam cum prius ageretur pro iniustitiae partibus contra iustitiam, et diceretur, nisi per iniustitiam rem publicam stare augerique non posse; hoc veluti validissimum positum erat, iniustum esse, ut homines hominibus dominantibus serviant 2); quam tamen iniustitiam nisi sequatur imperiosa civitas, cuius est magna res publica, non eam posse provinciis imperare: responsum est a parte iustitiae, ideo iustum esse, quod talibus hominibus sit utilis servitus, et pro utilitate eorum fieri cum recte fit, id est cum improbis aufertur iniuriarum licentia; et domiti se melius habebunt, quia indomiti deterius se habuerunt 3): subditumque est, ut ista ratio firmaretur, veluti a natura sumtum nobile exemplum, atque dictum est: - Cur igitur Deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini ceterisque vitiosis animi partibus 4)? *Augustinus C. D. XIX.* 21.

XXV. Audi manifestiora quae dicat (Tullius) in libro de re publica tertio, cum ageret de causa imperandi: - An non, inquit, cernimus optimo cuique dominatum ab ipsa natura cum summa utilitate infimorum a) datum 5)? Cur igitur Deus

a) Fortasse scribendum *infirmorum*, de qua lectione dixi p. 150. n. c.

1) Laelius iustitiam protexit iisdem, ut puto, argumentis quibus usus fuerat pro iustitia Carneades in priore illa oratione quam postea ipsemet refutavit.

2) Quaestionem ventilat Aristoteles reip. I. 3. sqq. Periit autem is locus disputationis Phili, praeter illud, ut arbitror, archipiratae dictum cap. XIV, quod Nonius servavit. Num autem ibi inter cetera Philus dixerat verba quae sunt apud Lactantium inst. V. 14? *altera iustitiae pars est aequitas.... Ubi non sunt universi pares, aequitas non est; et excludit inaequalitas ipsa iustitiam, cuius vis omnis in eo est, ut pares faciat eos, qui ad huius vitae conditionem pari sorte venerunt.* Vide de rep. I. 27. p. 47. n. h. et cap. 32. p. 53. n. 5.

3) Sic loquitur Tullius ad Q. fr. I. 1. 11. Sic etiam Agustinus C. D. XIX. 12. copiose demonstrat pacem omnis belli esse optabilem finem, qui locus fortasse ex hoc de rep. libro interpolatus est. Tum Cassiodorius var. I. 20. prope Tullium exscribens: *putari non debet iniuria, populos regere et gubernare Romanos. Nam si bonorum omnium causa pensetur, pro eorum utilitate delecti sunt, qui honores gloriosissimos accipere meruerunt.* Denique Rutilius itin. I. 64, tulliani dicti ut suspicor memor, de Roma gentium victrice ait: *profuit iniustis te dominante capi.*

4) De libertate naturali, et de servitute, et de aequo iure dominandi, legatur Augustinus, qui fortasse Tullium imitatur, C. D. XIX. 15. 16.

5) Sic aiunt Dionysius I. 5, Plato leg. IV. p. 714.

homini, animus imperat corpori 1), ratio libidini iracundiaeque et ceteris vitiosis eiusdem animi partibus? - Adhuc audi; paulo post enim: - Sed et imperandi et serviendi, inquit, sunt dissimilitudines cognoscendae 2). Nam ut animus corpori dicitur imperare, dicitur etiam libidini; sed corpori, ut rex civibus suis, aut parens liberis; libidini autem ut servis dominus, quod eam coercet et frangit: sic regum, sic imperatorum, sic magistratuum, sic patrum, sic populorum imperia civibus sociisque praesunt, ut corporibus animus: domini autem servos ita fatigant, ut optima pars animi, idest sapientia, eiusdem animi vitiosas imbecillasque partes, ut libidines, ut iracundias, ut perturbationes ceteras. *Augustinus contra Iulianum pelag. IV. ff.* 61.

Nonne Cicero in libris de re publica, cum de imperiorum differentia disputaret, et huius rei similitudinem ex natura hominis assumeret, ut filiis dixit imperari corporis membris; vitiosas vero animi partes, ut servos asperiores, imperio coerceri? *Augustinus de civ. D. XIV.* 23.

Est enim genus iniustae servitutis, cum hi sunt alterius, qui sui possunt esse; cum autem hi famulantur a) *qui sibi moderari nequeunt, nulla iniuria est* 3). *Nonius voc. famulantur.*

XXVI. Si scieris, inquit Carneades, aspidem occulte latere uspiam, et velle aliquem imprudentem super eam adsidere, cuius mors tibi emolumentum futura sit; improbe feceris, nisi monueris ne adsideat; sed impune tamen; scisse enim te quis coarguere possit? sed nimis multa. Perspicuum

a) Sententia abrumpitur; quam tamen explere haud fuit difficile. Sed confer locum Aristotelis apud Sigonium ad hoc fragm. Num sic indicabant Europaei, cum silvestres ac barbaros transmarinos subiugarent?

1) Confer Aristotelem reip. I. 5; Dionysium v. 67; Sallustium Cat. I, Iug. I; Lactantium de ira D. X. ff. 43; Hieronymum comm. ad Gal. III. 5. n. 15, et contra Iovin. II. 10. Hinc Tullium Augustinus spectans C. D. XIX. 4. ait. ut animus imperet corpori, proprium esse iustitiae.

2) De his legatur Aristoteles reip. I. 7, VII. 2. 3. Idem III. 6. ait se varios imperandi modos tradidisse in libris exotericis. Confer etiam Platonem leg. III. p. 690.

3) Sic Tacitus annal. XIII. 55. *patienda meliorum imperia*. Tum in Diodori siculi excerptis vaticanis p. 50: δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἢ νικᾷν ἢ εἴκειν τοῖς ὑπερέχουσιν. Sic denique Aristides orat. in Rom. ed. Steph. p. 115: ἄρχειν μὲν οἷς οὐ δύναμις, οὐ σωτήριον· ἄρχεσθαι δ' ὑπὸ τῶν κρειττόνων, ὁ δεύτερός φασι πλοῦς.

est enim, nisi aequitas, fides, iustitia proficiscantur a natura; et si omnia haec ad utilitatem referantur, virum bonum non posse reperiri. Deque his rebus satis multa in nostris de re publica libris sunt dicta a Laelio 1). *Cicero de fin. II.* 18.

Si, ut nos a te admonemur, recte in illis libris diximus, nihil esse bonum, nisi quod honestum; nihil malum, nisi quod turpe sit 2). *Cicero ad Att. X.* 4.

XXVII. Laetor probari tibi φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα; etenim si haec non est, nulla potest homini esse ad hominem naturae adiunctio; qua sublata, vitae societas tollitur. Bene eveniat, inquit Carneades: spurce; sed tamen prudentius quam Lucius noster et Patro: qui cum omnia ad se referant, quicquam alterius causa fieri putent? et cum ea re bonum virum oportere esse dicant, ne malum habeat, non quo id natura rectum sit, non intellegunt se de callido homine loqui, non de bono viro. Sed haec opinor sunt in iis libris, quos tu laudando animos mihi addidisti 3). *Cicero ad Att. VII.* 2.

In quibus assentior, sollicitam et periculosam iustitiam non esse sapientis a). *Priscianus lib. VIII. p.* 801.

XXVIII. *Apud Ciceronem idem ille iustitiae defensor Laelius,* vult, *inquit,* plane virtus honorem; nec est virtutis ulla alia merces; quam tamen illa, inquit, accipit facile, exigit non acerbe. *Et alio loco idem Laelius.* Huic tu viro quas divitias obicies? quae regna? qui ista putat humana, sua bona divina iudicat. Sed si aut ingrati universi, aut invidi multi, aut inimici potentes, suis virtutem praemiis spoliant; nae

a) Haec videntur esse contra caput postremum orationis carneadeae, quod iustitia sit utenti stulta et periculosa. Etsi autem Priscianus citat tantummodo Ciceronem de rep. sine libri nota, tamen quin ad tertium librum haec verba pertineant, nemo dubitabit.

1) Cicero exprimit priore parte thesin ex Carneadis seu Phili oratione, posteriore autem parte curatam a Laelio refutationem. Quare hoc ἀποσπασμάτιον supplementi vicibus heic fungatur, contra orationis carneadeae partes περὶ δικαιοσύνης, nempe a cap. XVIIII. sqq.

2) Hic nimirum epistolae suae verbis Cicero repetit sententiam in hisce libris politicis iampridem a se scriptam.

3) Hac epistolae parte contineri sententias e tertio de rep. decerptas, nemo non videt. Conferatur autem Cicero leg. I. 14. Et quidem apud Lactantium inst. V. 17. in Carneadis refutatione legimus: *non est ille sapiens, ut Carneades videri volebat, sed callidus et astutus* etc.

illa se multis solatiis oblectat, maximeque suo decore se ipsa sustentat. *Lactantius inst. V. 18. et 22. a*).

In tertio de re publica libro Cicero cum Herculem et Romulum ex hominibus deos esse factos adseveraret. - Quorum non corpora, *inquit*, sunt in caelum elata; neque enim natura pateretur, ut id, quod esset e terra, nisi in terra maneret 1). *Augustinus C. D. XXII. 4.*

Numquam viri fortissimi fortitudinis, impigritatis, patientiae *fructu caruerunt b*). *Nonius voc. impigritas.*

Nisi forte stulte c) Pyrrhi ridetur largitas a consule 2); aut Samnitium copiae Curio defuerunt 3). *Nonius voc. largitas.*

Cuius etiam focum Cato ille noster, cum venerat ad se 4) in Sabinos, ut ex ipso audiebamus, visere solebat; apud quem ille sedens Samnitium, quondam hostium, tum iam clientium suorum, dona relegaverat. *Idem voc. apud d*).

P. 249. XXVIIII. .... Asia Ti. Gracchus 5): perseveravit in civibus:

a) Postremo scilicet loco leguntur iterum aliquot verba, sed cum varietate: *illa omnis humana, sua* etc. omisso *putat*. — *b*) Ita complenda videtur sententia. — *c*) Haec verba praemittenda videntur. — *d*) Bis citat hunc locum Nonius sub eadem voce *apud*; primo breviorem ex officiis, et cum aliqua varietate; iterum integriorem e tertio de rep. Ita fit etiam in codicibus Nonii vaticanis. Variant tamen codices *Samnitium* et *Samnitum*, *clientium* et *clientum*; sed prior lectio constantior est et verior, nempe *Samnitium* atque *clientium*.

1) Locum hunc legebat in libris de rep. etiam Lactantius inst. I. 15; eundemque locum prae oculis habuisse videtur Plutarchus in Romul. c. XXVIII, ubi Romuli aliorumque aliquot hominum non corpora, sed animos in caelum ivisse confirmat physicis argumentis. Item Ovidius metam. XIV. 824. de Romuli obitu: *corpus mortale per auras dilapsum tenues*. Legendus est de hac re Cicero tusc. I. 12. IV. 22; de off. III. 5; in Catil. III. 1.

2) Fabricio. Hoc autem et sequente loco laudari videtur magistratuum abstinentia, quam se revera in libris de rep. laudavisse, manifeste declarat Cicero ad Att. VI. 1. 2. 3. Sed enim de parsimonia sermo in quarto fuit.

3) Legendum est in vaticanis Polybii excerptis p. 410. par Philopoemenis exemplum dona recusantis, cum sapiente effato, quo ait, donis inimicos decipiendos, non amicos corrumpen-

4) Curii villam non longe a se ab-
dos.
fuisse ait ipse Cato apud Cic. de sen. XVI, nec non Plutarchus in Cat. cap. II. Locutionem *apud se* usurpat Cicero etiam apud Macrobium sat. II. 12. de Scipione, nostro loquens: *nam cum esset apud se ad Lavernium Scipio*. Item de orat. I. 49.

5) *Iam Gracchus locabat Asiam*, inquit Fronto ad Verum imp. ep. I. ed. rom. Attali quoque pecuniam populo [illegible] dam Gracchus decrevit. Atque [illegible] tasse consilia eius videntur [illegible]. Perseveravit [illegible] ves, dum agrum [illegible] a divitibus possessum plebi [illegible]. Iniquus vero fuit in socios et in [illegible] nos quibus agrum ad dividendum [illegible]

um nominisque latini iura neglexit ac foedera. Quae si tudo ac licentia manare coeperit latius, imperiumque n *a*) ad vim a iure traduxerit, ut qui adhuc voluntate oboediunt *b*), terrore teneantur 1); etsi nobis, qui id aemus, evigilatum fere st; tamen de posteris nostris et immortalitate rei publicae sollicitor *c*): quae poterat rpetua 2) si pa|triis *d*) viveretur institutis et moribus 3). P. 260.

X. Quae cum dixisset Laelius, etsi omnes, qui aderant abant ab eo se esse admodum delectatos 4); tamen ceteros Scipio, quasi quodam gaudio elatus *e*); multas

d. *nostram*, quasi referatur ad vim: mihi vero mendum videbatur. — *b*) Ita cod. ro *obediunt*, quamquam altera *o* videtur deleta. — *c*) Ita Servius aen. II. 322: *civis* ep. *primum sollicitus est*. — *d*) Cod. *patris* crasi solita, ut alibi *alis* pro *aliis* etc. lib. II. 4. eadem vox *patris* correcta in codice fuit *patriis*. — *e*) Ita Svetonius Caes. *quo gaudio elatus*; quam locutionem mutuatum esse a Tullio Svetonium politici huius orem et patronum, (videsis operis testimonia) haud ineptum est suspicari.

aste ab iis possessum, quippe llo acquisitum populus romanaito vectigali iis reddiderat. ius, ut ait Plutarchus in Tib. agrum quem invaserant dibi dividere temptaverat; a quo natu destitit maioris damni meet sapiens ob hanc prudenus fuit. Iniustitiam dividundi nem agri locupletium obiurgat s et evidenter Cicero de off. II. ecus est πολιτικώτατος.
idem civilem huic vitio conribunal Romanis Propertius III. et Rutilius I. 69 sqq.
ne in Caesarum nummis ROMA Contradicunt tamen huic ae- Hieronymus in Ezech. prol. Augustinus serm. CV. 10; Lainst. VII. 14.
napessa et gravis conclusio! quae quoque declarat politici huius ppe ut cives romani *ad molines revocarentur*; (conf. Cic. in fragm. vat. p. 76. 77.) ...illum titulus orationis quam pio in censura recitavit. Gell. V. 20. Consider libri quinti pro- a Augustinus C. D. II. 21. ait: *induxit Cicero hanc de rep. disputationem, quando praesentiebatur ea corruptione etc. iam iamque peritura*. Lege Plinium XXXIII. 11; eundemque Augustinum C. D. I. 30, II. 18. Hoc cecinit vaticinium noster ipse Africanus, ut ait Suidas voc. Σκιπίων et χρησμός. Quin adeo Laelius apud Cic. de am. XII. cum genero utroque loquens ait: *eo loco, Fanni et Scaevola, locati sumus, ut nos longe prospicere oporteat futuros casus reip.: deflexit enim iam aliquantulum de spatio curriculoque consuetudo maiorum*. Velleius II. 1. ait: *potentiae Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriae posterior aperuit*. Plinius VII. 59: *primus omnium radi quotidie instituit Africanus sequens*.

4) Auctoris hic plausus satis commendat splendorem laeliani sermonis de iustitia, quem alibi dilaudat idem Cicero de am. VII. Cur ergo Lactantius inst. V. 17. criminatur Laelium, ceu parum plene Furio responderit? eadem scilicet libertate qua op. D. c. I. acturus de animae corporisque ratione, valde elevat quidquid ea super re non semel Cicero scripsit.

tu quidem, inquit, Laeli, saepe causas ita defendisti, ut ego non modo tecum Servium Galbam collegam nostrum 1), quem tu quoad vixit omnibus anteponebas 2), verum ne atticorum quidem oratorum quemquam aut sua||*vitate aut elegantia comparare soleam* 3).

Desiderantur paginae XII.

Duas sibi res; quominus in vulgus *a*) et in foro diceret, confidentiam et vocem, defuisse *b*). *Nonius voc. confidentia.*

XXXI. De quo Cicero dicit: - inclusorum hominum gemitu mugiebat taurus. *Scholiastes Iuvenalis ad sat. VI.* 486. 4).

P. 251. . . . reportare *c*). Ergo illam rem populi, id est rem publicam, quis diceret tum cum crudelitate unius oppressi essent universi *d*)? neque esset unum vinculum iuris, nec consensus ac societas coetus, quod est populus 5). Atque hoc

a) Al. *vulgo.* — *b*) Iamdiu Sigonius atque Patricius agnoverunt in hac brevi particula de Isocrate loqui Tullium, quoniam apud eundem or. II. 3: *de se Isocrates scribit ipse pudore a dicendo et timiditate refugisse;* quae ipsa verba scribunt graece Dionysius in iudicio de Isocrate cap. I, et Suidas, ne alios appellem. Quod vero eadem particula heic sit collocanda, bona admodum coniectura uti videor, tum quia Ciceronis sermo deflectit ad atticos oratores, tum quia idem auctor or. III. 7. de oratorum generibus agens Laelium ponit haud procul suavi Isocrate, eodemque orationis leni genere floruisse dicit; contrario autem Galbam. — *c*) Videtur Scipio loqui de Phalaridis tyrannide; nam paulo post mentio fiet Agrigenti inter alias urbes tyrannide oppressas. (Recole item de rep. I. 28.) Ad hanc veri simillimam coniecturam adducor praecipue illo verbo REPORTARE in quo cessat lacuna. Narrat enim Diodorus XIII. 90. Phalaridis taurum aeneum, qui se scribente supererat, quem olim Hamilcar Karthaginem transtulerat, Scipioni nostro, qui heic loquitur, post victoriam punicam placuisse Agrigentum REPORTARE. (Ad locutionem quod adtinet, recole p. 89. cum nota f.) Immo rei luculentior testis est Cicero in Verr. IV. 33: *in iis quae sunt reddita Agrigentinis fuit etiam ille nobilis taurus quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur, quo vivos supplicii causa demittere homines et subicere flammam solebat. Quem taurum Scipio cum redderet Agrigentinis, dixisse dicitur: aequum esse illud cogitare, utrum esset Siculis utilius, suisne servire an populo romano obtemperare; cum idem monumentum et domesticae crudelitatis et nostrae mansuetudinis haberent.* Haec verba lacunam fortasse aliquatenus explent; et certe cum laelianae orationis clausula valde conspirant. Taurum illum numquam Agrigenti extitisse, sententia Timaei fuit, quem historicum acerbe refutat Polybius XII. 27, ex eoque Diodorus XIII. 90. Huius item controversiae mentionem aliquam fuisse in lacuna suspicor; praesertim quum mox Timaeus nominatur, et heic loquatur Scipio, cuius gloriae intererat sententiam Polybii sui tueri. Universi vero in lacuna demersi sermonis seriem licet cognoscere ex Augustini summario a verbis *quae quaestione* etc. usque ad *aut iniusti optimates.* — *d*) Cod. *univiersi.*

1) Puta in auguratu.

2) Galbam sibi quoque Laelius anteposuit apud Cic. Brut. XXII. Cessisse Galbae omnes aequales, ipsumque adeo Catonem, ait idem Cicero Brut. XCVII.

3) Confer Cicer. de or. III. 7, Brut. XXI. sqq.

4) Locum hunc pertinere ad tullianum opus de rep., atque hac in sede locandum, recte animadvertisse videtur censor lipsiensis (ut lego apud Moserum); eoque confirmari apprime coniecturam meam dicit, quod in hac lacuna sermo fuerit de Phalaridis tauro.

5) Non sine causa Africanus in politicis rebus Agrigentinorum diutius versatur; quippe Africanus (minor an fortasse potius maior?) horum remp. constituerat

lem Syracusis. Urps *a*) illa praeclara 1), quam ait Timaeus raecarum maxumam, omnium autem esse pulcherrimam *b*), rx visenda, portus usque in sinus oppidis 2) et ad urbis repidines infusi, viae latae, porticus, | templa, muri, ni- P. 252.
hilo magis efficiebant, Dionysio tenente, ut esset illa res publica 3): nihil enim populi, et unius erat populus *c*) ipse. Ergo ubi tyrannus est, ibi non vitiosam, ut heri dicebam 4), sed, ut nunc ratio cogit, dicendum est plane nullam esse rem publicam 5).

XXXII. Praeclare quidem dicis, Laelius *d*); etenim video iam quo pergat oratio. *S.* Vides igitur ne illam quidem quae tota sit in factionis potestate, posse vere dici rem publicam. L. Sic plane iudico. *S.* Et * || rectissime quidem iudicas: quae * Q. XL.
enim fuit tum Atheniensium res, qum post magnum illud P. 109.
Peloponnesiacum bellum triginta viri *e*) illi urbi iniustissime praefuerunt 6)? num aut vetus gloria civitatis, aut species praeclara oppidi, aut theatrum, gymnasia, porticus, aut propylaea nobilia, aut arx *f*), aut admiranda opera Phidiae, aut Piraeus ille magnificus rem publicam efficiebat 7)? Mi-

a) Ita cod. Recole de rep. II. 5. p. 85. n. e. — *b*) Livius XXV. 24. dicit diserte Syracusas [illegible] *omnium pulcherrimam*, Tullium scilicet aut Timaeum respiciens, vel potius Polybium, a [illegible] Tullius quoque Timaei locum mutuatus videtur. — *c*) Cod. *populius*. — *d*) Subintellige [illegible]. — *e*) Ita cod.; quae vox *viri* inserenda videtur etiam lib. I 28, ubi eam codex desiderat. — *f*) Cod. *ara*; sed videbatur omnino scribendum *arx*. Sane forma litterae X. non valde dif[illegible] ab *Δ* in codice vaticano.

1) Certe leges Scipionis de aequitate in cooptando Agrigentinorum senatu pro[illegible] Cicero in Verr. II. 50. Id ipsum [illegible] commemoratum fuisse exi[illegible]. Quin adeo ante politicam Agri[illegible] descriptionem species ipsa urbis [illegible] mox Syracusarum et Athenarum) [illegible] fuit, ut reor, ex Polybio vi[illegible] IX. 27; quum praesertim ipse [illegible] urbem exornavisset. Cic. in Verr. [illegible] 2. IV. 33. Ad Ciceronis definitio[illegible] respicit Victorinus ed. Capperon. [illegible] 106. *Est autem civitas collecta [illegible] multitudo ad iure vivendum.*

[illegible]) Syracusas laudat similiter Cicero in Verr. V. 26. Item de restitutis Sicu[illegible] ornamentis a Scipione post captam Carthaginem Cic. in Verr. II. 34. sqq.

2) Constabant scilicet Syracusae pluribus oppidis, quorum in sinus mare infundebatur.

3) Corruptam Dionysii tyrannide pulchram Syracusarum speciem ait etiam Seneca cons. ad Marc. cap. XVII; de qua urbe lege, si vacat, Tullium in Verr. IV. 52. 53. V. 27; Florum II. 6. Confer etiam Aristotelem reip. V. 3. 4, nec non Plutarchum in Timoleonte.

4) Lege de rep. lib. I. et II.

5) Recole Augustini summarium.

6) Confer Senecam similiter loquentem de tranq. cap. III.

7) De his Athenarum aedificiis Pausanias I. 8. 14. 22; Plutarchus in Pericle; Dio chrys. or. περὶ τυραννίδος; Cicero off. II. 17. De arce Athenarum opus

P. 110. nime vero, Laelius *a*); quoniam quidem populi | res non erat. *S*. Quid qum decem viri Romae sine provocatione fuerunt, tertio illo anno, cum vindicias amisisset ipsa libertas? *L*. Populi nulla res erat; immo vero id populus egit, ut rem suam recuperaret.

XXXIII. *S*. Venio nunc ad tertium genus illud 1) in quo esse videbuntur fortasse angustiae, qum per populum agi dicuntur et esse *b*) in populi potestate omnia *c*); qum de
P. 299. quocumque volt *d*) supplicium sumit multitudo, qum | agunt, rapiunt *e*), tenent, dissipant quae volunt; potesne tum, Laeli, negare rem esse illam publicam qum populi sint omnia, quoniam quidem populi esse rem volumus rem publicam? Tum Laelius, ac nullam quidem citius negaverim *esse f*) rem publicam *quam quae* tota *sit in multitudinis potestate*, *plane ut* nobis non placebat Syracusis fuisse rem publicam neque Agrigenti, neque Athenis, qum essent tyranni; nec hic *g*) qum
P. 300. decemviri: nec *h*) | video qui magis in multitudinis dominatu rei publicae nomen appareat: quia primum mihi populus non est, ut tu optime definisti, Scipio, nisi qui consensu iuris continetur; sed est tam tyrannus iste conventus 2) quam si esset unus *i*); hoc etiam taetrior, quia nihil ista, quae populi speciem et nomen imitatur, immanius belua *k*) st. Nec vero

a) Nempe *inquit*. — *b*) Cod. *ea se*. — *c*) Cod. bis *omnia*. — *d*) Ita cod. — *e*) Expressit Cicero graecam locutionem ἄγειν καὶ φέρειν [Sic Terentius adelph. III. 2. 21. *Ceteros ruerem*, *agerem*, *raperem*. Mr.] — *f*) Pagina admodum oblitterata est; quare aliquot verba suppleo, habita spatiorum ratione. — *g*) Cod. nec *hi* pro *hic*; quia nimirum *c* absorpta est a simili sono sequentis *q*. — *h*) Ambiguum est in codice utrum sit *nec*, an *neque*. — *i*) Nempe *vir unus*. — *k*) Cod. *velbe* vitiosa metathesi, ut supra cap. XI. Obiter moneo, a pseudo-Augustino de gramm. tom. I. append. p. 13. dici Ciceronem usum fuisse etiam vocabulo *belues*. Ibidem rursus mentio est participii *mortuus*, de quo recole lib. II. 18. p. 103.

scripserat Polemo, teste Athenaeo XI. 11. XIII. 6, item Heliodorus periegeta, teste Suida voc. νίκη 'ΑΘ. Immo idem Suidas voc. προπύλαια verba Heliodori refert dicentis, propylaea illa absoluta fuisse quinquennio, impensis in opus talentis bis mille duodecim, portis quinque ad arcem patefactis. Ad sententiam quod adtinet, eam imitatus est Tacitus in Othonis oratione hist. I. 84. *Quid? vos pulcherrimam hanc urbem, domibus et tectis et congestu lapidum stare creditis? Muta ista et inanima intercidere ac reparari promiscua sunt: aeternitas rerum, et pax gentium, et mea cum vestra salus, incolumitate senatus firmatur* etc.

1) Praecedente in lacuna dictum fuit de tyrannide; mox dictum videtur de factione optimatium; nunc denique dicendum superest de effreni potestate populari.

2) Recole Augustini summarium.

convenit *a*) qum furiosorum bona legibus in adgnatorum potestate sint 1), quod eorum iam || . . . Desiderantur paginae octo. *b*)

XXXIII. . . . dici possint, cur illa sit res publica resque populi, quae sunt dicta de regno. Et multo etiam magis, inquit Mummius: nam in regem potius cadit domini similitudo, quod est unus: plures *c*) vero boni in qua re publica rerum potientur, nihil poterit esse illa beatius. Sed tamen vel regnum malo, quam liberum populum; id enim tibi restat genus vitiosissumae rei publicae tertium 2). P. 297.

XXXV. Heic *d*) Scipio, adgnosco, inquit, tuum morem istum, Spuri, aver|sum *e*) a ratione populari: et *f*) quamquam potest id lenius ferri, quam tu soles ferre, tamen adsentior nullum esse de tribus his generibus, quod sit probandum minus. Illud tamen non adsentior tibi *g*), praestare regi optumates: si enim sapientia est, quae gubernet rem publicam, quid tandem interest haec in uno *h*) ne sit an in pluribus *i*)? Sed errore quodam fallimur ita disputando: cum enim optumates *k*) appellantur, nihil potest vi||deri praestabilius. Quid enim optumo melius cogitari potest *l*)? Qum autem regis est facta mentio, occurrit animis rex etiam iniustus: nos autem de iniusto rege nihil loquimur nunc qum de ipsa regali re publica quaerimus. Quare cogitato Romulum aut Pompi- P. 298. P. 115.

a) Cod. *convernit;* sed *r* videtur deleta. — *b*) Scilicet desunt duo folia quaternionis XLI, tertium et intimum. — *c*) Pagina est admodum oblitterata; duo igitur haec vocabula *unus* et *plures* paulo incertiora sunt. — *d*) Cod. videtur habere *huc*. — *e*) Cod. *amaversum;* sed prior *m* videtur deleta. — *f*) Cod. *populi fiet*. — *g*) Cod. *adsentio aut bi*. — *h*) Cod. *haec iuno*. — *i*) Cod. *en in pluribus in*. — *k*) Cod. *optumetis*, quae terminatio primi casus esse nequit. Optimatem autem (ἄριστον) ait dici Aristoteles reip. III. 7. vel quia optimus sit, vel quia optime reip. consulat. — *l*) Similiter ludit Plato in voce κρείττων reip. I. p. 340-341, et leg. I. p. 627.

1) Legem XII. tabularum habemus apud auctorem operis ad Herennium I. 13, et apud Cic. de invent. II. 50: *si furiosus est, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto*. Confer tamen digest. I. 5. 20.

2) Liberius populi dominium, quod graece dicitur ὀχλοκρατία, a veteribus politicis passim improbatur. (Quamquam heic intelligendam potius δημοκρατίαν dicit Lehn.) Instar omnium sit Polybius VI. 7. 57: τῶν μὲν ὀνομάτων τὸ κάλλιστον ἡ πολιτεία μεταλήψεται, τὴν ἐλευθερίαν καὶ δημοκρατίαν· τῶν δὲ πραγμάτων τὸ χείριστον, τὴν ὀχλοκρατίαν. Xenophon quoque in Ath. politia passim abominatur et subsannat popularem potestatem. Isocrates in panathenaica or. ed. Steph. p. 257. ait cunctis antiquis populis ignotum fuisse democratiae, immo etiam oligarchiae, nomen. Heic imitari Cicero videtur, vel exscribere, quae Isocrates disputat p. 259. sqq. de tribus reip. generibus.

lium aut Tullum *a*) regem; fortan *b*) non tam illius publicae paenitebit 1). *M.* Quam *c*) igitur relinquis rei publicae laudem? *S.* Tum ille, quid tibi tandem,
P. 116. Rhodiorum, apud quos nuper fuimus una 2), nulla ne esse res publica? *M.* Mihi vero videtur; et minime vituperanda. *S.* Recte dicis: sed si meministi, omn idem tum de plebe tum senatores, vicissitudinesque h quibus mensibus populari munere fungerentur, quibu torio: utrubique *d*) autem conventicium *e*) accipieban theatro et in curia res capitalis et reliquas omnis iud idem *f*): tantum poterant tantique erat, quanti multitu
* Q. XLI. *g*) *senatus* . . .

a) Cod. *aut ullum*, extrita ob concursum altera *t*. — *b*) Ita cod. perspicue. tem vocabulum omnino tullianum, et in lexica referendum cum *forsitan* et *fortass* — *c*) Ante particulam *quam* relinquitur breve spatium, quia scilicet mutatur person tamen indicium nullum fere est in reliquo codice. — *d*) Cod. *atrubique.* — *e*) Id est i στικὸν, argentum quod in democratiis graecis numerabatur iis qui ad comitia c Prorsus ut nunc in conventibus aliquot academicis nummus quidam persolvitur conveniunt ad coetum vel in eo aliquid recitant. — *f*) *Idem* pro *iidem* ut supra mavis interpunctionem praevertere, et τὸ *idem* ad sequentia referre. — *g*) Ultima h in codice nota quaternionum; reliqua enim folia tantummodo librorum notam im bent. Iamvero hic cognoscere adamussim licet quanta pars hactenus operis de rep codice vaticano desideretur. Quippe quaterniones XLI. ducti in paginas XVI, confici DCLVI; habemus autem hactenus paginas CCXCII; ergo desiderantur paginae CCCLXI ctenus caret codex parte foliorum plus dimidia. Additis tamen fragmentis cognitis et secundi et magnis partibus tertii, tenemus huc usque dimidiam materiae fere

1) Apud Tacitum hist. I; 17. Galba imperator sic adloquitur Pisonem designatum imperatorem: *imperaturus es hominibus* (Romanis) *qui nec totam servitutem pati possunt, nec totam libertatem.*

2) Loquitur Scipio de sua legatione ad inspicienda sociorum regna, in quam ivit anno ante obitum, nempe urbis DCXXIV, de quo tempore lege adnotata a Reiskio ad auctores graecos t. II. p. 477, ex Simsonio scilicet; cui frustra adversatur Schweighaeuserus ad Polyb. tom. V. p. 15. De hac legatione loquitur etiam Diodorus ed. Wess. T. II. p. 629. sqq. Iam Sp. Mummius fuisse Scipioni comes dicitur quoque a Iustino XXXVIII. 8, qui et Metellum adiungit. At Victor cap. LVIII. dat Scipioni comitem Laelium; Plutarchus Panaetium. Eadem discordia auctorum tribuendis Scipioni eo in itin lis: nam Victor dat duos, I et Athenaeus quinque, Valeri 13. septem. Pighius vero Pluta τρίτον (apoph. tom. VI. p. pienter innixus tres fuisse Scipionis existimat: qua in facile est discordiam scripto ciliare. Confer quae scribimu 11. ad somnium.

3) Hanc rhodiacae reip. nem accuratam oppido neque viam, studiosi politici cum tabunt. Ceteroquin insignis apud Sallustium de ord. rep *neque Rhodios neque alias umquam suorum iudiciorum tuit, ubi promiscue dives per, ut cuique sors tulit,*

LIBRI III. DE RE PUBLICA

FRAGMENTA INCERTAE SEDIS APUD VARIOS AUCTORES EXTANTIA.

XXXVI. Est igitur quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exsultat voluptate, vel molestia frangitur. *Nonius voc. exsultare a*).

Sed ut ipsi seu animum periclitantur, seu vident quid se putent esse facturos 1). *Idem voc. periculum et voc. periclitari.*

Phoenices *b*) primi mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum exportaverunt in Graeciam 2). *Idem voc. merx.*

Sardanapallus rex Assyriorum luxuriosus, de quo Tullius in tertio de re publica sic ait: Sardanapallus ille vitiis multo quam nomine ipso deformior 3). *Scholiastes Iuvenalis ad sat. X.* 362.

a) Primum moneo, varietates huius loci in codicibus Nonii vaticanis esse has: *quoddam* pro *quiddam*, *exsultet* pro *exsultat*, et *exultat*. Quamquam melior lectio editionum confirmatur a nonnullis ex his codicibus. Deinde aio, hunc locum in Nonii editionibus plantiniana, parisiaca, et gothofrediana, itemque in codicibus Nonii vaticanis (praeter unum) citari ex incerto libro Tullii de rep. Ego itaque fragmentum hoc collocavissem in libro II. 40, ubi aliud est ex ipso Nonio sub eadem voce *exsultare*, nisi praeclarus codex urbinas-vaticanus CCCVII. p. 75. id fragmentum diserte tertio libro de rep. vindicaret. Et quidem videbitur pertinere ad prohoemium, si respicias Cic. tusc. II. 21: *est in animis omnium fere natura molle quiddam, demissum* etc. *sed praesto est domina omnium et regina ratio, quae* etc. *fit perfecta virtus.* — *b*) Ita edd. Plantin. et gothofr. Male paris. *Poeni*. Cod. vat. *Pione* vel *Perne* corruptissime; unus autem nihil habet ante *primi*.

mis rebus iuxta ac de minimis disceptat. (Sed generatim contra promiscui generis vel sortito lectos magistratus ait Isocrates in or. areop. *οὐκ ἐξ ἁπάντων χρὴ τὰς ἀρχὰς κληροῦν, ἀλλὰ τοὺς βελτίστους καὶ ἱκανωτάτους ἐφ' ἑκάστων τῶν ἔργων προκρίνειν*) Par ferme rhodiacae describitur Seleuciensium respublica a Tacito annal. VI. 42: *trecenti opibus aut sapientia delecti, ut senatus: sua populo vis* etc. Oligarchiam aliis temporibus fuisse Rhodi diximus lib. I. 31. p. 52. n. 1. Sed tamen Dio chrysostomus in rhodiaca oratione adhuc eam urbem ut populari statu utentem adloquitur; nec non Aristides in secunda rhodiaca, praesertim pag. 385. ed. Canteri tom. II. Et ante hunc auctor dialogi de corr. eloq. cap. XL. Quamquam Claudium caesarem eripuisse Rhodiis libertatem ait Dio LX. 24.

1) Fortasse hic locus pertinet ad Laelii sermonem (cap. XXV.) ubi dixit eos iuste servire qui sui iuris esse nequeunt.

2) Hunc Tullii locum imitatur manifeste Ambrosius de off. II. 14: *tyrii negotiatores docent cupidinem lucri.* Item Hieronymus epist. CXXX. 7: *negotiatoribus et avidissimis mortalium Syris.* Hem notabile Ambrosii ac Hieronymi de Syris iudicium!

3) In primis observo, locum hunc Ciceronis lectum fuisse etiam abs Hieronymo prolog. ad lib. II. in Habacuc,

Quid ergo illa sibi vult absurda exceptio, nisi c
nem pro monumento vult funditus efficere 1)? Qui
Athos aut Olympus tantus? *Priscianus lib. VI. p.*

ubi ait: *Sardanapallus insultet turpior vitiis quam nomine.* Immo idem Hieronymus ad Amosum cap. I. v. 1. « Sardanapallus, de quo insignis orator, *turpior*, inquit, *vitiis quam nomine.* » Tum haud scio an locus ponendus sit in Scipionis sermone cap. XXXI, ubi de tyranno sermo fuit. Iam de Sardanapalli indecora etymologia satis loquitur Scaliger ad Eusebii chronicon ed. Amstel. p. 63- 64, citato hoc ipso Ciceronis loco. [Item Baehrius ad Ctesiam p. 424-436. Mr.] Denique Augustinus C. D. II. 20. corruptissimae epicureae reip. formam graphice copioseque describit, cuius picturae colores magnopere suspicor desumptos esse vel e Phili vel e Laelii oratione, id est ex hoc tertio de rep. libro; praesertim quia in sequente capite remp. Tullii memorat auctor. Sic ergo Augustinus. *Nullo modo curant pessimam ac flagitiosissimam non esse rem publicam. Tantum stet, inquiunt, tantum floreat copiis referta, victoriis gloriosa; vel quod est felicius, pace secura sit. Et quid ad nos? immo id ad nos magis pertinet, si divitias quisque semper augeat, quae quotidianis effusionibus suppetant, per quos sibi etiam infirmiores subdat quisque potentior. Obsequantur divitibus pauperes caussa saturitatis, atque ut eorum patrociniis quieta inertia perfruantur: divites pauperibus ad clientelas et ad ministerium sui fastus abutantur. Populi plaudant, non consultoribus utilitatum suarum, sed largitoribus voluptatum. Non iubeantur dura, non prohibeantur impura. Reges non curent quam bonis, sed quam subditis regnent. Provinciae regibus non tamquam rectoribus morum, sed tamquam rerum dominatoribus et deliciarum suarum provisoribus serviant: eosque non sincerit*
sed nequiter ac serviliter t
alienae viti potius, qua
vitae quisque noceat, le
tatur. Nullus ducatur
nisi qui alienae rei, do
vel cuiquam invito fuerit
aut noxius: ceterum de s
suis, vel cum quibusqu
faciat quisque quod lib
publica scorta, vel propte
bus frui placuerit, vel
maxime, qui privata ha
sunt. Exstruantur ampli
ornatissimae domus, op
via frequententur, ubi
rit et potuerit, die no
tur, bibatur, vomatur
Saltationes undique conc
tra inhonestae laetitiae v
omni genere sive crude
turpissimae voluptatis ex
sit publicus inimicus, c
citas displicet: quisquis
vel auferre temptaverit
multitudo avertat ab au
tat a sedibus, auferat a
Quis hanc rem publicam
dicam romano imperio,
Sardanapalli comparaver
dam rex ita fuit volupt
tus, ut in sepulcro suo
rit, ea sola se habere mo
libido eius etiam cum v
riendo consumserat. Que
si haberent sibi in talib
tem, nec in eis cuiquam
tate adversantem, huic ill
Romani veteres Romulo
flaminem consecrarent.

1) Intelligit Stasicratis
saniam, qui Athoni mon
volebat Alexandri magni e
or. II. de fort. Alex.

XXXVII. *a*) Enitar suo loco, ut ostendam secundum definitiones ipsius Ciceronis, quibus quid sit res publica, et quid sit populus, loquente Scipione, breviter posuit; adtestantibus etiam multis, sive ipsius sive eorum quos loqui fecit in eadem disputatione sententiis 1); numquam illam fuisse rem publicam, quia numquam in ea fuit vera iustitia. Secundum probabiliores autem definitiones pro suo more quaedam res publica fuit: et melius ab antiquioribus Romanis quam a posterioribus administrata est. *Augustinus C. D. II.* 21.

Nunc est locus, ut quam potero breviter ac dilucide expediam, quod in secundo huius operis libro me demonstraturum esse promisi, secundum definitiones, quibus apud Ciceronem utitur Scipio in libris de re publica, numquam rem publicam fuisse romanam. - Breviter enim rem publicam definit esse rem populi. Quae definitio si vera est, numquam fuit romana resp., quia numquam fuit res populi, quam definitionem voluit esse reip. Populum esse definivit coetum multitudinis iuris consensu et utilitatis communione sociatum. Quid autem dicat iuris consensum, disputando explicat; per hoc ostendens geri sine iustitia non posse rem publicam. Ubi ergo iustitia vera non est, nec ius potest esse. Quod enim iure fit, profecto iuste fit. Quod autem fit iniuste, nec iure fieri potest. Non enim iura dicenda sunt vel putanda iniqua hominum constituta: cum illud etiam ipsi ius esse dicant, quod de iustitiae fonte manaverit; falsumque esse, quod a quibusdam non recte sentientibus dici solet, id esse ius quod ei qui plus potest utile est 2). Quocirca, ubi non est vera iustitia, iuris consensu sociatus coetus hominum non potest esse; et ideo nec populus iuxta illam Scipionis vel Ciceronis definitionem: et si non populus, nec res populi; sed qualiscumque multitudinis, quae populi nomine digna non est. Ac per hoc, si res publica res populi est, et populus non est qui consensu non sociatus est iuris, non est autem ius ubi nulla iustitia est; procul dubio colligitur, ubi iustitia non est, non esse rem publicam. Iustitia porro ea virtus, est, quae sua cuique distribuit. *Augustinus C. D. XIX.* 21.

a) Sequentes Augustini locos idcirco in serie non posui, quia in his solus loquitur Augustinus. Eosdem tamen huc subtexere placuit, quia habent interstincta Ciceronis de rep. fragmenta, utrumque illius orationis demonstrant, qua Scipio tertium librum conclusit.

1) Puta Laelii et Mummii, ut in praecedentibus videre est.

2) Sic apud Platonem reip. I. p. 338 definitur a quodam iustitia τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον. Ita igitur etiam Cicero ore Phili dixisse videtur.

LIBRI QUARTI

ARGUMENTUM.

Operis de rep. tres libri posteriores maximam partem desiderantur. Quid autem in his disputatum fuerit, coniectura levi, sed fortasse non spernenda, divinare licet e Menedemi sermone apud eundem Tullium de or. I. 19, disserentis de prudentia quae versatur in perspiciendis rationibus constituendarum et regendarum rerum publicarum: nempe de iis quae statuenda essent in rep. circa deos, disciplinam iuventutis, scribendas leges, iustitiam, fidem, patientiam, temperantiam, frangendas cupiditates, conformandos hominum mores, vitae dignitatem, modum rerum omnium, ceteraque sine quibus civitates aut esse aut bene institutae esse non possent. Iam nominatim in quarto libro egit Cicero de reip. moribus; sed huiusce disputationis nec multa nobis nec cohaerentia fragmenta supersunt. Codicis quidem quatuor tantum pagellas habemus; verum in editis paulo copiosiorem materiam. Has, inquam, omnes particulas qui consideret, sentiet Tullium egisse primo ferme de puerorum institutione (ut Plato in tertio suo de rep.), quam Polybius veluti nullis regulis certis apud Romanos constitutam criminatus fuerat. Contra Cicero puerilem Graecorum institutionem graviter obiurgat, inverecundia videlicet et absurdis amoribus inquinatam: romanam autem pudicitiam temperantiamque virilem et femineam dilaudat, et censoriam adversus pravos mores potestatem celebrat. Ceteras quoque virtutes, fidem, domesticam concordiam, parsimoniam, aliasque commendat. Illud etiam e quibusdam indiciis magnopere auguror, vapulavisse scilicet a Cicerone Platonem ob inductam rerum omnium in rep. communionem. Et rei quidem familiaris communionem improbavit Cicero, quia ipse in officiis II. 21. (quod opus partem hanc moralem Tullii amissam reparat) ponit inter causas praecipuas civitatis constituendae *ut sua quisque teneat*. Socratis autem apud Platonem doctrinam de uxoribus, nedum Cicero, sed ut verbis Salviani utar (de gub. VII. 23.) omnes repudiaverunt. Itaque ut omittam Aristotelis reip. II. 2. sqq. criminationem, ipse Plato divinam cecinit palinodiam de leg. VI. p. 772, praesertim vero VIII. p. 841. Neque ipsi Aristoteli Ciceronem pepercisse puto suadenti reip. VII. 16. immanem sententiam de liberis nonnisi perfectis alendis, deque abortibus procurandis natisve exponendis si copiosiore, quam fert patrimonium, numero procreentur. Profecto singillatim vituperat in his reliquiis Cicero morum illas sollemnes corruptelas, theatrum et musicam: quae sine dubio capita a diversis dialogi personis recitata fuerunt. Invehitur autem praecipue in graecorum comicorum libertatem, qui summos viros in theatro saepe traducebant; quae licentia romanis legibus merito vindicabatur. Addit Cicero generalem scenicae artis vituperationem, cuiusmodi homines apud Romanos solebant tribu moveri. Sed nec oratorum vitia qui eloquentia ad decipiendos iudices abuterentur, neque poëtarum corruptelam, dissimulavit: ita tamen ut post accusatam oratoriam artem atque poëticam, patrocinium earundem et praesertim oratoriae suae, quatenus rei veritas honestasque patiebatur, non neglexerit.

ALIAE CONIECTURAE

de quarti libri fragmentis.

Lactantium duplici et vera laude ornat Hieronymus (ep 58. et 70.) quod nempe quasi quidam fluvius eloquentiae tullianae fuerit, et quod dialogorum Ciceronis epitomen fecerit. Dialogorum autem tullianorum nomine libros fere de rep. abs Hieronymo aliisque auctoribus κατ' ἐξοχὴν significari, sapiens Patricii et A. Schotti observatio est; quia scilicet nulla disputatio maiore sit contentione habita aut inter plures. Iam quantum e superioribus de rep. libris Lactantius decerpserit, liber meus late demonstrat; etsi nondum cumulate: puto enim esse alias apud hunc auctorem (nec non apud Augustinum alioeque) civiles Tullii reliquias, quas deinceps, ut auguror, doctorum virorum acumen deteget, et in sedes quamque suas quasi postliminio revocabit. Nunc ego quartum de rep. librum adumbraturus, cuius minimum in vaticano codice fragmentum superest, pauca alia apud quosdam veteres; ad Lactantium denuo respicio: in huius quippe operibus imaginem mihi quandam praedicti libri deprehendere videor.

Mores et disciplinam reip. informavisse hoc libro Tullium, in confesso est: cunctae enim eo spectant reliquiae. Porro Lactantius sive in institutionibus VI. 20-24, sive etiam in epitome cap. 62-63. de moribus ita disserit, ut tulliana fragmenta ad eius orationem facile accommodentur. (Immo etiam Hieronymus adv. Iovin. II. 8. Tullium expilare videtur.) Scribit enim Lactantius contra quinque sensuum voluptates. Et in voluptate quidem oculorum spectacula vituperat circi et scenae: in aurium voluptate musicam, nec non carminum ac suavioris orationis illecebras: in voluptatibus saporis et odoris satis habet dicere, turpe esse sapienti ac bono, si ventri et gulae serviat, si unguentis oblitus ac floribus coronatus incedat: in tactus voluptate libidinem gravi et multa oratione castigat. Generatim vero parsimoniam, continentiam, simplicitatemque vitae commendat. Quibus peroratis, ait cap. 24: *haec est illa lex Dei, ut a Cicerone dictum est, praeclara et divina, semper quae recta et honesta iubet . . . cuius legis pauca equidem capita posui* etc. Illam quoque imitationem esse constat, quod tam in Tullio quam apud Lactantium disputationem de iustitia sequitur haec doctrina de moribus. Sed enim ordinem tulliani libri utrum Lactantius in tanta, qua utitur, libertate servaverit, incertum est: immo ab eo saepe desertum arbitror. Quamobrem ego has reliquias etsi quaedam in capita conglobavi, sedem tamen earum primitivam et veram divinare non queo. Nam et prisci fragmentorum de rep. sarcinatores, Sigonius atque Patricius, quantopere a vera serie, nulla ipsorum fraude, abberraverint, nunc demum editione mea patefactum est.

Iam quod Lactantius de opif. D. cap. 1. ait, Tullium temptavisse in quarto de rep. libro rationem animi et corporis explicare; id quidem ad libri initium pertinere videtur: nam qui de moribus dicturus erat, recte admodum isto pacto praefatus foret: atque ita Cicero ingreditur in moralem legum tractatum, praeposita (leg. I. 7. et 8.) corporis terrestri, animi vero divina, origine. Morum quippe solus capax homo est: facta autem humani corporis et animi descriptione, sequitur ea conclusio, ut potior hominis pars esse animus dicatur, in quo reapse sunt mores: quare et homo definitur *animans moralis*. Atque haec est doctrina Varronis apud Augustinum C. D. XIX. 3; immo potius Antiochi, qui

teste eodem Augustino, magister Varronis et Ciceronis fuit. Valde igitur suspicor Tullium hoc loco et praeceptoris Antiochi et Varronis amici doctissimi orationem usurpavisse. Summum bonum in philosophia Varro quaerit *non pecudis sed hominis*. Cicero item, ut mox videbimus, *idem esse non putabat arietis et ·P· Africani bonum:* quae videntur verba interloquentis cuiuspiam, Laelii fortasse, qui librum quartum exorsus sit. Varro sentit *in hominis natura duo esse quaedam, corpus et animam; et horum quidem duorum melius esse animam longeque praestabilius, non dubitat*. Cicero quoque, Lactantio et Petro blesensi testibus, *pluris esse animam praestabilioremque corpore adfirmavit*. Porro haec omnia quam recte ad disputationem de moribus ducant, nemo non videt. Lactantius rursum inst. III. 8. tulliane loqui videtur: namque hominis bonum statuit esse diversum a ceterorum animantium bono: exin Tullii sententiam memorat, qui virtutem summum hominis bonum putavit. Et Lactantius quidem iure decernit hominem colendi Dei gratia esse natum; addit tamen, servire Deo, nihil aliud esse, quam bonis operibus tueri et conservare iustitiam, de qua scilicet virtute in praecedente civili Tullii libro sermo fuit. Denique sententiam, quam alibi tullianam dicit, heic quoque inculcat Lactantius, *pluris* videlicet, *esse animam quam corpus*. Atque his indiciis haud satis scio, utrum illam de corpore et animo non longam disputationem, quam in Ciceronis quarto de rep. Lactantius legebat, partim saltem cognoscere liceat.

Denique inter eos qui Ciceronis de rep. opus legerunt, vix dubito quin martyr Cyprianus numerandus sit: rhetor quippe fuit gloriosissimus, eiusque eloquentiam eximiis meritisque laudibus a Lactantio inst. V. 1, atque abs Hieronymo de vir. ill. et ep. 58. et 70. elatam videmus. Is autem in aureo ad Donatum opusculo sic circi, scenae, privatarum domuum, et deinde fori flagitia describit, ut cum fragmentis quarti de rep. libri non rebus solum, verum etiam quadam sermonis serie valde congruere videatur. Rursus quae ibidem Cyprianus graphice addit de ambitionis et de luxus ac superbae potentiae malis, ea pariter et cum is fragmentis non pugnant, et cum Scipionis verbis consonant, quae is in primo de rep. libro cap. XVII. dicit de rerum humanarum despicientia. Denique ad quartum librum de rep. videtur fortasse respicere etiam Augustinus in epist. CXXXXIII. ad Marcellinum.

.M. TULLII CICERONIS

DE RE PUBLICA.

LIBER QUARTUS.

. ... Temptabo quoniam corporis et animi facta men-
st, utriusque rationem, quantum pusillitas intellegen-
meae pervidet, explicare. Quod officium hac de causa
me suscipiendum puto, quod ·M· Tullius vir ingenii sin-
is, in quarto *a*) de re publica libro, cum id facere tem-
st, *b*) materiam late patentem angustis finibus terminavit,
r summa quaeque decerpens. Ac ne ulla esset excusatio,
am locum non fuerit exsecutus, ipse testatus est, nec
tatem sibi defuisse nec curam *c*). In libro enim de le-
primo, cum hoc idem summatim stringeret, sic ait:

Recolenda sunt quae de hominis descriptione tulliana diximus in scholio ante tertium
Certe lectio Lactantii *quarto* (non *tertio*) sana esse videtur; sic enim habet editio prin-
bacensis anni MCCCCLXV; sic item romana in aedibus Petri de Maximis anni MCCCCLXX,
octo decimi quinti saeculi, quas in manibus habeo, Lactantii editiones. Habet *quarto*
idex vetustissimus bononiensis, et tres taurinenses, uti me certiorem fecerunt per litte-
illustres Philippus Schiassius et Amedeus Peyronus. — *b*) Hoc loco post *temptasset* vulgo
itur particula parum Ciceroni honorifica *nihil prorsus effecit; nam* ètc. Sed tamen hac
merito carent editio sublacensis; editio praedicta romana, nec non veneta anni MCCCCXC,
lque codices. In codice autem bononiensi ea particula scribitur in inferiore paginae mar-
manu posteriore, etsi antiqua, uti me monuit cl. Schiassius. At enim spuriam esse parti-
atis arguit ipse Lactantius, qui inst. II. 10. tullianam illam hominis descriptionem adhuc
ns, ait Ciceronem eam esse exsequutum *pluribus quidem locis, sed tamen materiam tam co-*
et uberem strictim contigisse. Non ergo ait nihil prorsus Tullium effecisse. Quid quod reapse
N. D. II. 53. sqq. non strictim sed copiose eam materiam scribit? Utrum vero divus Am-
hexaem. VI. 7-9. in illa luculenta hominis descriptione libros Ciceronis de rep., tertium
vel quartum, imitetur, nescio equidem: sed argumentum certe persimile est; antiquitas
et eruditio Ambrosii facit ne temere suspicari videar. Utique Ambrosium Ciceronis de rep.
libros, evidenter alibi demonstravi. — *c*) Haec verba *nec voluntatem sibi defuisse nec cu-*
qui in fragmenta de rep. consarcinaverunt, scribere solent separatim tamquam puta tul-
quod contra omnino est: Lactantii quippe sunt, dicentis fidem fecisse, Tullium nec vo-
n consequendae rei sibi defuisse nec curam, quia nimirum ipse declarat in legibus I. 9.
ibi Scipionem satis eum locum expressisse in libris de rep. Immo illis verbis *nec volun-*
ti defuisse nec etc. imitatur Lactantius Tullium de rep. III. 8.

Hunc locum satis, ut mihi videtur, in iis libris quos legistis *a*), expressit Scipio. *Lactantius de opificio divino b*) *cap. I.*

Atque ipsa mens quae futura videt, praeterita meminit. *Nonius de num. et cas.*.

Ait quodam loco Tullius, se non putare idem esse arietis et ·P· Africani bonum. *Augustinus contra Iulian. IV.* 60. 1).

Eademque obiectu suo umbram noctemque efficiat, cum ad numerum dierum aptam tum ad laborum quietem *c*). *Nonius voc. aptam.*

Cumque autumno terras ad concipiendas fruges patefecerit; hieme ad conficiendas relaxarit, aestiva maturitate alia mitigaverit, alia torruerit *d*) 2). *Nonius voc. mitis.*

Cum adhibent in pecuda pastores. *Nonius voc. pecuda.*

Cicero in quarto de re publica - Armentum et ab eo armentarius *e*). *Priscianus super XII. vers. Virg. p.* 1220.

P. 111 II. . . . . * gratiam. Quam commode ordines descripti,

a) Var. lect. *quos de rep. legistis*, quod glossema videtur. — *b*) Ita cod. bonon. *pro de opificio Dei*, ut vulgo in editionibus legitur. — *c*) Variant mendosique sunt de more codices Neapol atque editiones. — *d*) In olim edita de rep. fragmenta obrepserunt, ut alibi, supplementa emendationesque Patricii, quibus necessario fides detrahenda est, ut iubet ipse Patricius in secundis curis. In codicibus quoque vaticanis est ille error *a fistula*, pro *aestiva* ut correxit Patricius. Item in iisdem codd. bis est *concipiendas;* ego vero secundo loco recipio emendationem *conficiendas*, exclusis tamen Patricii additamentis. — *e*) Verba *et ab eo armentarius* videntur ipsius Prisciani. Utrum autem hic et praecedens locus huc pertineant, et de famulatu mutorum erga homines loquantur (ut Cic. in loco simili leg. I. 8.) valde incertum est.

(*) Folium unicum in vaticano codice superest cum inscripto titulo quarti libri. Etsi autem hae quatuor pagellae valde exiguam particulam habent, nihilominus id confirmant, quod alia fragmenta innuebant, nempe quarto libro actum fuisse de disciplina reip. deque moribus instituendis; quod ut fieret, postulavit a Scipione Tubero lib. II. 38. Rursus ex hac particula constat, quanta severitate Cicero diffluentes civium mores castigandos atque intra pudoris septa coërcendos putaverit: cuius perfectae doctrinae laude nemo prope ex antiquis philosophis par

1) Hunc locum magnopere existimo e libris de rep. fuisse petitum, tum propter Africani mentionem, tum quia ibidem Augustinus non semel expilat politicum Ciceronis opus. Conferendus est idem Augustinus in ps. XCIX. 5; praesertimque Lactantius inst. III. 8; et epitom. XXXIII.

2) Haec pertinent ad illam hominis descriptionem, cuius causa mundum esse factum ait cum stoicis Lactantius de ira D. XIII: *sol irrequietis cursibus et spatiis inaequalibus orbes annuos conficit; et aut oriens diem promit ad laborem, aut occidens noctem superducit ad requiem; et tum abscessu longius ad meridiem, tum accessu propius ad septentrionem, hiemis et aestatis vicissitudines facit: ut et hibernis humoribus ac pruinis in ubertatem terra pinguescat; et aestivis caloribus vel herbidae fruges maturitate durentur, vel quae aliis in humidis, incocta et fervefacta mitescant. Luna* etc. Confer eundem Lactantium inst. II. 11; Ambros. off. I. 14; Cic. leg. I. 8, ac praesertim de sen. XV.

aetates, classes, equitatus *a*) in quo suffragia sunt etiam senatus: nimis multis *b*) iam stulte hanc utilitatem tolli cupientibus, qui novam largitionem quaerunt aliquo plebiscito reddendorum equorum 1).

III. Considerate nunc cetera quam sint provisa sapienter ad illam civium beate et honeste vivendi societatem: ea est enim | prima causa coeundi 2), et id hominibus effici ex re P. 112. publica debet, partim institutis, alia legibus. Principio disciplinam puerilem ingenuis; de qua Graeci multum frustra laborarunt *c*), et in qua una Polybius noster hospes nostrorum institutorum neglegentiam accusat 3); nullam certam aut de-

Ciceroni est. Lege praesertim de senectute, et tusc. IV. Porro hanc partem politicorum librorum de educatione et de disciplina eo magis periisse dolendum est, quod eadem de re dissertatio, quam Cicero in legibus III. 13. (quod opus posterius aetate est) exornaturum se promittit, nulla est in superstite illius operis parte, latetque adhuc in amissis legum post tertium libris.

a) Hunc locum suum imitatur ipse auctor tusc. IV. 1; subdit autem se de moribus institutisque maiorum et disciplina ac temperatione civitatis accurate locutum esse maxime in sex libris de rep. — *b*) Cod. *multi.* — *c*) Graecorum disciplinam puerilem mox reprehendet Cicero. Illi tamen graeci philosophi magnam eius rei curam prae se tulerunt. Legesis Isocratem ad Demonicum, et praesertim or. areop.; Xenoph. Cyrop.; Platonem leg. I. p. 643. II. 664. VII. [illegible] et reip. lib. IV; tum Aristotelem reip. V. 9, qui praeterea de institutione puerili totum [illegible] librum octavum; denique Plutarchum περὶ παίδων ἀγωγῆς, quem ceteroqui libellum graviter accusat νοθείας Wyttenbachius tom. I. opusc. p. 463. sqq. Equidem haud dubito quin Cicero latinos quoque auctores, quos inter aequalem suum Varronem, expilaverit, cuius [illegible] *Cato*, vel *de liberis educandis*, citatur a Nonio, et secundum emendatas lectiones a Gellio IV. 9, atque a Macrobio sat. III. 6. Catonis quoque extiterunt praecepta ad filium de moribus. Ego [illegible] magnopere hortor adulescentes ut illa etiam inspiciant nobilissima praecepta vivendi, quae [illegible] aetati tradit Augustinus de ord. II. ff. 25; inter quae illud est, alibi a me iam memoratum, ut *remp. nolint administrare nisi perfecti.* Iam illo se loco Augustinus non auctorem sed [illegible] (Tullii ne an alius?) ipse fatetur ff. 28: *haec praecepta vivendi, quamvis hic meis verbis pro tempore expressa sunt, non tamen a me inventa. His enim magnorum hominum et paene divinorum libri plenissimi sunt.* Porro Augustinum praedicto in opere valde imitari Ciceronem de rep. demonstravi superius p. 138, et p. 143. n. 1. Idem Augustinus contra acad. III. ff. 35. ait adulescentium vitae educandae atque instituendae omnes litteras Ciceronis vigilavisse.

1) Quamquam Gracchi legibus suis patrimonium publicum dispensarent, et aerarium exhaurirent (off. II. 21.), nihilominus patronos se aerarii in orationibus ostentabant (Cic. tusc. III. 20) Itaque et hanc technam cum fautoribus suis excogitavisse videntur, iubendi scilicet equites reddere equum, qui publica impensa duorum millium assium ex ordinatione Servii Tullii alebatur. [illegible] plebisciti speciosa causa fortasse erat, quod multo plures, ut fit, equum impetravissent, quam qui stipendia mererent.

2) Ex Aristotele reip. III. 9: τέλος μὲν οὖν πόλεως τὸ εὖ ζῆν . . . τοῦτο δ' ἔστιν τὸ ζῆν εὐδαιμόνως καὶ καλῶς. Recole dicta a Tullio lib. I. 25.

3) Fortasse libro historiarum sexto in quo Romanorum politiam accurate Polybius scripserat. Et quidem Polybius I. 64. promttit accurate descripturum se Romanorum politiam, quod utrum peculiari opere fecerit, an sexto historiarum li-

Desiderantur aginae neque lus octo neque iinus quatuor.

stinatam legibus, aut publice expositam, aut unam omnium esse voluerunt. 1). Nam ‖ . . . . .

Secundum Tullium qui dicit, ad militiam euntibus dari solitos esse custodes a quibus primo anno regantur. *Servius ad aen. V.* 546. *a*).

Non modo ut Spartae, rapere ubi pueri et clepere discunt 2). *Nonius voc. clepere.*

IIII. Adeo ut Cicero dicat in libris *b*) de re publica opprobrio fuisse adulescentibus si amatores non haberent 3). *Servius ad aen. X.* 325.

P. 113. . . . . ri nudari *c*) puberem. Ita sunt alte repetita quasi

a) Quamquam Servius ex incerto Tullii opere locum laudat, nihilominus haud vana coniectura est, eum ad hanc sedem pertinere. — *b*) Lambinus in notis ad prohoemium Nepotis tribuit hunc locum quarto de rep., coniectura ne an aliqua fretus auctoritate? Malo equidem ad Lambini, quam ad Schotti sententiam accedere qui nod. Cic. III. 5. locum e quinto de rep. citat. — *c*) Vocabulum *nudari* superadditur in codice inter *ri* et *puberem*. Id nisi vocabulum fuisset superadditum, haud erat absurdum hiatus finem ita fere sarcire: *more romano cum patre filium non solere lavari puberem;* quam rem testantur Cic. off. I. 35, de or. II. 55; Plut. in Cat. cens. XX, et quaest. R. T. VII. p. 109; Ambros. off. I. 18; Valer. M. II. 1. 7; quem postremum libro, lis criticorum est. Sed certe Cicero polybiano illo scripto in primis usus est, ore Scipionis discipuli recitans praeceptoris Polybii opus.

1) Omni tamen aevo videntur convenisse Romae in ludum litterarium pueri et puellae, ut Virginiae exemplum demonstrat. Controversiam ventilat Quintilianus inst. I. 2, utrum nempe utilius domi an in scholarum frequentia erudiantur pueri. Sed enim de institutione tantum litteraria ibi sermo est; Cicero autem universam disciplinam puerilem attingit, prorsusque videtur commendavisse morem romanum, ut pueri pro parentum arbitrio instituerentur. Quare et vix dubito, quin idem hoc libro locutus fuerit de patria quoque potestate, quam summam apud Romanos, minimam apud Graecos, fuisse observat Dionysius II. 26. Item Varro libro *de liberis educandis* hanc quaestionem haud praeteriit, quod satis indicat locus eius egregius apud Nonium voc. *reiculas* his verbis: *et ut in grege opilio oves minus idoneas removere solet, quas reiculas appellat; saepe enim unus puer petulans atque impurus inquinat gregem puerorum.*

2) Hunc pessimum Lacedaemoniorum morem magnopere castigat Isocrates in panath. ed. Steph. p. 277; cuius sententias vix dubito quin in hoc Ciceronis loco, si integer esset, haberemus.

3) Nempe de Cretensibus Spartanisque sermo est. Strabo X. p. 740, et Servius citato loco. Pergebat, autem, ut arbitror, Scipionis invectio adversus Graecorum παιδεραστίαν; dissimulans tamen, honoris causa, quae Plato ipse flagitiose de puerorum amoribus in convivio scripsit atque in Phaedro; quibus ceteroqui medicinam fecit idem leg. I. pag. 363. Exin notavisse videtur Scipio quae circa puerorum iuvenumque institutionem in rep. viro romano senioribus adsueto partim flagitiosa partim absurda videri debebant. Sane ipse Cicero tusc. IV. 34, licet Platonis reverentissimus, fatetur nihilominus hunc non iniuria fuisse accusatum qui amori auctoritatem tribuerit.

fundamenta quaedam verecundiae *a*). Iuventutis vero exercitatio quam absurda in gymnasiis 1)! quam levis epheborum illa militia 2)! quam contrectationes *b*) et amores soluti et liberi! Mitto aput Eleos et Thebanos, aput quos in amore ingenuorum libido etiam permissam habet et solutam licentiam 3). Lacaedemonii ipsi cum | omnia concedunt in amore iuvenum, praeter stuprum 4), tenui sane muro dissaepiunt id quod excipiunt 5); conplexus enim concubitusque permittunt, palliis interiectis *c*). P. 114.

V. Hic Laelius, praeclare intellego, Scipio 6), te in his *d*)

[illegible] auctorem ex hoc quarto de rep. multa in suum primum secundumque librum derivavisse, merito existimat censor lipsiensis apud Moserum. Ad locutionem *nudari puberem* num illud quoque referendum est, quod egressi pueritia primo anno iubebantur *brachium toga cohibere?* scilicet ne reiecta toga corpus iuvenile nudaretur, quum prisco more toga sine tunica uterentur, campestri [illegible] ducti. Pronum autem mihi creditu est hac fere lacuna laudavisse Tullium Ennii illum versum, in tusc. IV. 33: *flagitii principium est nudare inter civis corpora.* De pudicitia Romanorum lege Dionysium halic. VII. 72. Citatur a Servio aen. IV. 45. Varronis de pudicitia liber, quem Cicero [illegible] credendus est. — *a*) Ita cod. 2. manu; at 1. *verecundae.* — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *contrectationis.* — *c*) Pagina haec codicis lectu omnium difficillima est, ut in scholiis olim adfirmavi. Sed ecce paulo post primam huius operis editionem, suppeditavit mihi certissimam Tullii lectionem Iannarius Nepotianus, Valerii ·M· breviator, a me editus (Script. vet. T. III.), qui cap. IV. non unum expilat quarti huius tulliani libri locum. Ait ergo XV. 20: *Lacedaemonii osculorum licentiam dedere et concubitus, verum PALLIIS INTERIECTIS.* Statim ergo agnovi, me in [illegible] Tullii membrana sic legere debere, ad quam mox oculos referens, nihil reapse obstare [illegible] quominus ita legerem; immo eius fugientes apices cum Nepotiani verbis conspirare [illegible] animadvertebam. Porro quod apud Valerium non sint haec verba, nil mirum ast; ait quippe in praefatione Nepotianus a se Valerium aliquando fuisse auctum; id quod revera ab eo non [illegible] praestitum, in loco demonstravi. Immo Nepotianus in eodem capitulo expilat manifeste [illegible] libri huius tulliani sententias. Ait enim ff. 17: *Spartani docebant etiam filios furari.* Tum [illegible] 18: *Elei Thebanique permisere passim, ut ingenui pueri amarentur; nec inhonestum putavere eosdem corrumpi.* Denique ff. 20: *apud Romanos triennio puberes inducebantur in castra ante militiam.* — *d*) Cod. *is.*

1) Intelligit γυμνοπαιδείαν, quam [illegible] apud Graecos quidem priscam fuisse, [illegible] Dionysius VII. 72; et cum primum instituta est, vituperatam tradit Plato [illegible] V. p. 452. Immensum esset hac de re congerere flagitia Graecorum, quae [illegible] multa scribunt Athenaeus lib. XII. et XIII; Plutarchus in Lyc., et apoph. lac.; Xenoph. de rep. lac.; Propert. III. 14; [illegible] passim. Confer etiam Lactant. inst. I. 20.

2) Scilicet dum essent περίπολοι; [illegible] Corsinius fast. att. [illegible] XI. 5. Conferendus praeterea Plato leg. VII. p. 796. Nota est Thebanorum amantium legio. Plut. in Pelop. XVIII, et Athen. XIII. 2.

3) Xenoph. de rep. lac. II. 13; Plut. amat. T. IX. p. 51.

4) Xenoph. de rep. lac. II. 14; 15; Plut. inst. lac. initio.

5) Id discrimen, ut nugatorium, merito irridet Cicero tusc. IV. 33.

6) Ergo hactenus locutus erat Scipio. Bene autem habet quod Scipio de moribus disciplinaque disputat: fuit enim anno urbis DCXII. censor, et quidem valde severus, ut declarant eius notae censoriae, quas Pighius collegit in annalibus. Eiusdem oratio, quam in cen-

Graeciae disciplinis, quas reprendis *a*), cum populis no
simis malle quam cum tuo Platone *b*) luctari, quem ne
gis quidem. Praesertim cum || Plato in multis ita lapsu
ut nemo deterius erraverit, in primis quod in libris civ
omnia omnibus voluit esse communia. De patrimoniis t
bile est, licet sit iniustum: nec enim aut obesse cuiqua
bet, si sua industria plus habet; aut prodesse, si sua
minus. Sed ut dixi, potest aliquo modo ferri. Etiamne
iuges, etiamne liberi communes erunt? Non erit sanguini
distinctio, nec genus certum, nec familiae, nec cognati
nec adfinitates: sed sicut in gregibus pecudum confusa
discreta omnia, nulla erit in viris continentia, nulla i
minis pudicitia? Quis esse in utrisque amor coniugalis p
in quibus non est certus aut proprius adfectus? Quis e
patrem pius, ignorans unde sit natus? Quis filium di
quem putabit alienum? Quin etiam feminis curiam re
vit *c*), militiam et magistratus et imperia permisit. Quant
infelicitas urbis illius, in qua virorum officia mulieres
pabunt? 1) *Lactantius epitom. cap. XXXVIII.*

Et noster Plato magis etiam quam Lycurgus, omni
prorsus iubet esse communia *d*), ne quis civis propria
suam rem ullam queat dicere *e*). *Nonius voc. proprium.*

a) Ita cod. prisca orthographia, sicuti in palimpsestis ambrosianis et in palatino. Q
Ciceronem sic diserte legisse videtur Cornutus p. 2286. — *b*) Locus hic, immo pagina
gerrime legitur: confido tamen me recte omnino legisse. — *c*) Bünem. mallet. *reservavit*. ·
curgus rei tantummodo familiaris communionem Spartae esse voluit; Plato etiam
reip. V; ob quod flagitium tanta infamia laborat. Verba Platonis seu Socratis, latine ext
Salvianum de G. D. VII. 23, quae utrum habeant tullianam elegantiam, in medio
— *e*) Lectionem optimam *queat dicere* exhibet nobis parisiaca Nonii editio, confirmat
clarus codex urbinas: pro qua lectione in aliis editionibus lego *ullam addiceret*; in
autem occurrit corruptio *ullaque aducere*, vel alia eiusmodi menda, quae plurima totum
tum inquinant. Illud est insigne mendum unius codicis *et nunc populo* pro *et noster Pla*

sura habuit, diserte *de moribus ad populum*, seu *quum ad maiorum mores populum hortaretur*, laudatur a Gellio IV. 20, V. 19. Quin eiusmodi fere videntur fuisse etiam aliae eius orationes a Gellio item laudate II. 20. VII. 11. 12; nec non ab Isidoro orig. II. 21. Ergo Cicero ex his Africani scriptis nonnulla certe hausisse videtur, quae belle ab ipso auctore in politicis his sermonibus recitanda curavit. Item Catonis

et Laelii eadem de re oratio
pilavit hoc libro Tullius, ute
illorum coloribus sed tamen
suo, ut loquitur ad Q. fr. II.

1) Addit Lactantius: *sed ha*
latius. Reapse eandem Platonis
tionem latius ipse ornat inst.
sqq. Utrum autem breviatam a
latiorem Lactantius orationem
lio sibi vindicaverit, haud facile
verim.

) eodem quo ille Homerum redimitum coronis et
nguentis emittit ex ea urbe quam sibi ipse fingit 1).
fingere.

soris iudicium nihil fere *a*) damnato nisi ruborem
ue ut omnis ea iudicatio versatur tantummodo in
imadversio illa ignominia dicta *b*) est 2). *Nonius*
ia.

enim *c*) severitatem dicitur inhorruisse primum
Vonius voc. horrendum et horridum.

) mulieribus praefectus praeponatur, qui apud Grae-
solet 4); sed sit censor qui viros doceat moderari
5). *Nonius de num. et cas.*

nam habet vim disciplina verecundiae: carent te-
, mulieres 6). *Idem voce temulenta.*

unt cum editionibus codices Nonii omnes vaticani. In plantiniano meo exem-
nendat *fere*, et deinde *affert*: quae iure emendatio fieri videtur, praesertim
ditione, quam in gothofr. additur corruptum vocabulum *offerrent* vel *offerent*,
adfert. Sed, ut dixi, codices habent *ferre*, sine ullo additamento. — *b*) Codi-
unt *dicta*. — *c*) Edd. habent *in* pro *enim*. — *d*) Si respicias ad Gellium X. 23,
: continuandus Catonis verbis: *viri autem, mulieribus iudices pro censore sint:*
detur, habeant; si quid perverse taetreque factum est a mulieribus, multentur; si
:.

ut suspicor, dicit videri
ob praedictam doctrinae
ivitate eiciendum, atque
(reip. III. p. 398.) in ea-
atitur. Ceterum pro Ho-
Platonem libros quatuor,
stant, scripsit, teste Sui-
acerrimus alioquin Ho-
r. Tulit vero aetatem lu-
defensio Proclo auctore.
alex. librum scripserat,
m Plato a rep. merito
id. Denique idem Suidas
Telephi grammatici περὶ
ὶ Πλάτωνος συμφωνίας.
[illegible] locum imitatus est
[illegible] oratt. platonn. ed.
[illegible] observante Creuzero.]
[illegible]
[illegible] sermo esse
[illegible] propria est
IV. 20; Val. M. II. 9

4) Praefecti mulieribus (γυναικονόμου) inter Graecos mentio est apud Aristot. reip. IV. 15.

5) Sic Dionysius II. 24. 25. commemorato illo graeco, qui muliebri pudicitiae praeerat, magistratu, ait melius consuluisse nuptiis Romanos, qui uxorem in potestate mariti esse voluissent. Sic apud Dionem LIV. 16. Augustus maritos iubet uxori quemque suae moderari vitiisque eius obviam ire. Sed tamen Tertullianus de pudic. initio suadet, ut censura aliqua pudicitiae mulierum consulatur.

6) De famigerata romanarum mulierum abstinentia a vino, iam inde a Romuli aetate, conferre iuvabit Plinium XIV. 13; Valerium M. II. 1. 5, VI. 3. 9; Servium aen. I. 737; Plutarchum comp. Lyc. cum Numa; Dionysium II. 25; Polybium lib. VI. apud Athenaeum X. 11; Tertullianum apol. cap. VI;

Atque etiam si qua erat famosa, ei cognati osculı ferebant 1). *Nonius voc. fama.*

Itaque a petendo petulantia; a procando, id est poı procacitas nominata est *a*). *Nonius voc. petulantia.*

VII. Nolo enim eumdem populum imperatorem e torem esse terrarum 2). Optimum autem et in privatis et in re publica vectigal duco esse parsimoniam 3). *voc. portitores, et Io. saresberiensis policrat. III.* 12.

a) De feminarum luxu Propertius III. 13. 13: *nulla est poscendi, nulla est revere* Arnobium I. p. 20; Lactantium inst. I. 22; Augustinum confess. IX. ff. 18, et append. T. III. part. I. p. 121. G. Omni prope vini usu interdicitur universim apud Plat. leg. II. fin. Lege etiam Eusebium praep. ev. XII. 25. De mulierum veterum victu et moribus sermo fuit in quadam oratione Catonis apud suprascriptum Gellium X. 23. Ego igitur magnopere arbitror Tullium quae hoc libro dixit de mulierum moribus hausisse praesertim e Catone, nec non e sexto Polybii libro qui fuit de disciplina Romanorum. Namque horum duumvirum verbis mire decuit uti Scipionem. Sed festivum est quod narrat Hieronymus (si lectio sana est) contra Iovin. I. 48, Catoni scilicet censorio fuisse uxorem vinolentam. Adversus luxum muliebrem, sive pro lege oppia, extat Catonis oratio apud Livium XXXIV. 2. sqq. De pudicitia muliebri adfatim Hieronymus in praedicto opere.

1) Legesis Catonem apud Plinium XIV. 13; Plut. Q. R. T. VII. p. 75.; Virgilii interpr. veron. ad ecl. VIII. 29; Arnob. II. p. 91.

2) Eadem sententia est Tullii in frag. orat. de rege alex. III. 1. Quamquam heic fortasse agitur de locatione censoria terrarum. Namque, ut ait Symmachus ep. I. 12, *censorum notio fuit spectare opera quae locassent.*

3) Sic diserte ait Maecenas in politica oratione ad Augustum apud Dionem LII. 35. Parsimoniam in rege quoque Deiotaro laudat Cicero orat. pro eo. Laudes autem eiusdem parsimo hoc loco scripsit late Cicero, scriptis derivavisse credendus Catonis adversus luxum not nitus. Laelii declamatio in lu stat e lucilianis versibus apuc II. 8. De luxu, utrum esse dus Romae nec ne, legenda no insignis Tiberii imp. epis Tacitum annal. III. 53. sqq. dem cap. 55. invenies notata cur nostra aetate post publica dium parsimoniae apud pecu severet. Leges Romanorum su recensentur a Macrobio sat. II. naeus autem VI. 21. memora qui legem fanniam sumptua diose observaverunt Scaevola ronem, et Rutilium, huius d sonas. (Quare haud scio an Ci vel plures ex his fecerit ho de parsimonia disputare.) Ibi naeus Romanorum parsimoni Posidonii verbis. Apud Pluta san. tuend. T. VI. p. 478. s non minimam causam esse I miosque sumptus docet Crates. queritur leges sumptuarias Te apol. cap. VI: *quonam illae l runt sumptum et ambitiones mentes? quae centum aera plius in caenam subscribi i nec amplius quam unam in linam et eam non saginatam* git expostulare Tertullianus eti glectis maiorum circa femina tis, Tullium nostrum fortasse

Fides enim nomen ipsum mihi videtur habere, cum fit [uod dicitur *a*). *Idem voc. fidei.*

In cive excelso atque homine nobili blanditiam, ostentaionem, ambitionem notam *b*) esse levitatis. *Idem voc. blandientum.*

Intuere paululum ipsos de re publica libros, quod nullus it patriae consulendi modus aut finis bonis *c*). Cerne quantis bi laudibus frugalitas et continentia *d*) praedicetur, et erga oniugale vinculum fides, castique honesti ac probi mores. *lugustinus epist. XCI.* 3.

VIII. Admiror, nec rerum solum, sed verborum etiam legantiam. Si iurgant, inquit 1). Benivolorum concertatio, ion lis inimicorum, iurgium dicitur *e*). *Et in sequenti:* iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. *Nonius oc. iurgium.*

Eosdem terminos hominum curae atque vitae, sic *f*) ponificio iure sanctitudo sepulturae *g*). *Nonius voc. sanctitudo.*

Quod insepultos reliquissent eos, quos e mari propter vim empestatis excipere non potuissent, innocentes necaverint 2). *'dem voc. excipere.*

a) Repetit hanc sententiam Cic. off. I. 7. et ad Tyron. ep. X. — *b*) Tres Nonii editiones, uas vidi, itemque codex unus vaticanus (nam in ceteris nihil inveniebam) habent *meam* pro *otam*. Sigonius scribebat *nimiam*. Sed tamen in margine plantinianae editiones haec typis cuditur oniectura: *notam* (pro *meam*) *lego, nisi mavis scribi, meram esse levitatem.* — *c*) Ita legebat Cicerone etiam Nectarius ad Aug. ep. XC. — *d*) Generatim Augustinus nos docet laudes frugalitatis et continentiae, quae in politicis libris recitatae fuerunt. Sed enim quid specialiter ditum fuerit, vix dubito quin tradat Cicero off. II. 22, ubi dilaudat Africani, patrisque Pauli, bstinentiam in tot tantisque victoriis; itemque Mummii achaici fratris eius qui in his dialogis nterest. — *e*) Hinc Seneca in fragmento palatino: *familiare iurgium non iudicem sed arbitrum uaerit.* — *f*) Censor lips. mallet *significat* pro *sic.* — *g*) Hanc et sequentem particulam de sepultura seu de iure manium heic colloco, quoniam Dionysius halic. in vaticanis excerptis p. 523. ocet nos, hanc etiam curam fuisse romani censoris, ne quis inferiarum traditas a maioribus aerimonias desereret. Quaenam autem huius mutili loci sententia est? Utique Cicero tusc. I. 12. xcessu vitae non deleri hominem, ex pontificio iure et caerimoniis sepulchrorum intelligi ait. ane is Tulliolae suae miris modis parentavit. Funebrem autem laudationem quandam ab iis raeteriri miror qui Ciceronis scripta enumerant, de qua ipse auctor ad Q. fr. III. 8: *Serrani omestici filii funus perluctuosum fuit a. d. XII. kal. decemb. Laudavit pater scripto meo.* Quam quidem laudationem hoc ipso anno, quo scribebat de rep. Tullius, habitam cognosces, si epistuarum chronologiam apud Wielandum aut Schützium consulueris.

1) Lex XII. tabularum. [Imitatur Ciceronem Valerius M. II. 1. 6. Item cap. V. et VI. 1. ubi de frugalitate etc. imitatur superiora. C. lips.]

2) Dicit athenienses duces crudeliter necatos propterea quod post proelium ad Arginusas non excepissent naufragorum cadavera. Xenoph. hist. I. Inferiarum autem politici prope omnes prae se curam tulerunt. Numae legum de fu-

Nec in hac dissensione suscepi populi causam sed bonorum. *Idem de doct. indag.* a).

Non enim facile valenti populo resistitur, si aut nihil impertias iuris, aut parum b). *Priscianus lib. XV. p.* 1014.

Cui quidem c) utinam vere fideliter abunde ante d) auguraverim e)! *Nonius voc. auguro.*

VIIII. *Frustra hoc exclamante Cicerone, qui cum de poetis ageret:* Ad quos cum accessit f), *inquit,* clamor et adprobatio populi quasi magni cuiusdam et sapientis magistri, quas illi obducunt tenebras? quos invehunt metus g)? quas inflammant cupiditates h)? *Augustinus C. D. II.* 14, *et Io. saresberiensis policr. VII.* 9.

a) De gracchanis seditionibus sermonem fieri iudicat censor lips. — b) Locus hic tertio in libro satis apte concluderetur, nisi eum Priscianus diserte e quarto libro laudaret tam in editionibus, quam in vetere, quem inspexi, codice vaticano. — c) Ita paris. editio; at plantiniana et gothof *quidam*. — d) Ita fit coniectura in margine plantinianae; namque editiones aliae habent *abundante*, aliae *abundiente*. In codicibus, quantum vidi, desideratur hic Ciceronis locus. — e) Num est illa nota Scipionis adversus Caium Gracchum imprecatio post Tiberii necem? C. lips. — f) Vocabulum *accessit* deest vulgo in edd. tusculanarum III. 2; sed adest in praestantissimo codice vaticano στιχηρῶς scripto fol. 43. recto col. 1. Immo iam arbitror Augustinum non ad Cic. de rep. heic spectare sed ad tuscul. Quare hoc fragmentum fortasse eiiciendum est. — g) Apud Saresberiensem pro *metus* est in margine varia lectio *motus*, quae mihi videtur optima. — h) Hactenus Augustinus. Iam etsi invectio in poëtas est apud Ciceronem N. D. I. 16. III. 31. tusc. II. 11. IV. 32; et quidem III. 2. partim similis huic loco; nihilominus videntur mihi Sigonius in Vivesius iure hanc particulam posuisse in fragmentis librorum de rep. tum propter verborum discrepantiam, tum propter incrementa sententiarum. Imitatur autem hanc reprehensionem poëtarum Lactantius inst. I. 15. Ea scilicet platonica est, ut observat etiam Augustinus C. D. VIII. 13. Legesis ipsum Platonem reip. III. p. 391; leg. IV. p. 719; reip. X; nisi quod p. 607. excipit hymnos in deos, laudationesque poëticas illustrium virorum. Heic autem oboritur haud absurda quaestio utrum Ioh. Saresberiensis, qui policr. VII. 9. locum hunc continuat, Ciceronis opus de rep. viderit, an potius usque huc quidem Augustinum interpolaverit, reliqua autem de suo addiderit? Sic igitur Saresberiensis: *Cicero cum de poëtis ageret, ut diligentius audiatur, exclamat: clamor et adprobatio populi, quasi magni cuiusdam et sapientis magistri, et qui ad commendationem sufficiat plausu suo, quos vult facit authenticos. At illi, qui tantis laudibus efferuntur, quantas obducunt tenebras! quos invehunt metus! quas inflammant cupiditates! Hi stupra adulteriaque consiliantur*

neribus mentio apud Liv. I. 20. Tabulam decimam habuisse iura sepulturae, e fragmentis cognoscimus. Polybius VI. 6. ff. 53. sqq. inter bona reip. rom. instituta ponit funerum pompam et mortuorum laudationes: quae scilicet laudationes utrum a Publicola inceperint, dubitat Dionysius V. 17. Eiusmodi pietatem vulgo poëtae suadent. Solonis iura funebria sunt apud Plut. in Sol. XXI; Lycurgi, apud eundem Plut. in Lyc. XXVII. Apud Laërtium III. 48 Plato tria genera iustitiae statuit, erga deos homines, et manes. Legesis eundem Platonem reip. II. p. 366, leg. I. p. 631. IV. p. 717. XII. p. 947. 958. sqq. Xenoph. mem. Soc. II. 2. Inter christianos lege Lactantium inst. VI. 12, et Augustinum de cura ger. pro mortuis. Porro quod adtinet ad inferiarum utilitatem Plato in primo praedictorum locorum (reip. II. p. 366.) prorsus conspirat. cum divina auctoritate libri II. 12. 46. Machabaeorum.

Negat Cicero si duplicetur sibi aetas, habiturum se tempus quo legat lyricos. *Seneca ep. XLIX. a*).

X. *Sicut apud Ciceronem Scipio loquitur b*): Cum artem lu-

prosequiturque alia eiusmodi. Tum e Terentio (Eunuch. III. 2.) *qui*, ut ait, *prae ceteris placet*, exemplum illud profert adulescentis, qui in tabula spectans Iovem lascivientem, malo exemplo abutitur. Atqui ut ego credam Terentii sermonem super illa Iovis pictura reapse in quarto de rep. extitisse, illo maxime indicio utor, quod Augustinus C. D. II. 12, postquam repetit locum illum Ciceronis, quem cap. X. p. 195. n. b. posui, Scipionem mox adloquens ait; *et dignum fuit ut Terentius vester flagitio Iovis optimi maximi adulescentium nequitiam concitaret?* Idem Augustinus C. D. II. 7. ait: *quanto satius erat ad erudiendum iustitiam iuventutem, publice recitari leges deorum quam laudari inaniter leges atque instituta maiorum!* Quis haud videt intelligi ab Augustino Tullium, qui ob erudiendam iuventutem toto quarto libro laudavit leges atque instituta maiorum? Atqui Augustinus ibi statim subdit historiam terentiani iuvenis: *hinc apud Terentium flagitiosus adulescens spectat tabulam quandam pictam* etc. Et quidem Augustinus passim eo secundo de C. D. libro remp. Ciceronis expilat. (Legesis etiam confess. I. 16.) Iam quantum Terentius Scipionum, Laeliorum, immo et Furiorum domibus iucundus fuerit ac familiaris, docet duplex Terentii vita, altera quae Donati creditur, altera item vetus et perbrevis a me olim edita Mediolani. Praeter quam quod ipse Laelius apud Cic. de am. XXIV. dicit Terentium familiarem suum. Quod vero ait Saresberiensis: *comicus qui prae ceteris placet*; id commode a Scipione aeque ac Laelio dictum fuerit, quia scilicet Terentii fabulae ab utroque praedictorum putabantur scribi. Cic. ad Att. VII. 3; Quintil. inst. X. 1; Donat. vit. Ter. Quin adeo ipse Terentius valde nobis auctor est, ut illa verba *comicus qui prae ceteris placet* a Scipione aut a Laelio apud Tullium dicta credamus. Sic enim prolog. Adelph. *Nam quod isti dicunt malivoli, homines nobiles - eum adiutare, adsidueque una scribere: - quod illi maledictum vehemens esse existimant, - eam laudem hic ducit maximam, quum ILLIS PLACET, - qui vobis universis et populo placent* etc. Sane *homines illi nobiles* Scipio et Laelius et Furius sunt, teste Donato in commentario ad prologum, quibus se placere gaudet comicus: (namque in Donato pro *Furium Pium* scribere debemus *Furium Pilum*) apud Saresberiensem autem ipsi illi fortasse nobiles comicum sibi placere aiunt. Denique auget suspicionem meam, quod illa mentio terentiani iuvenis, a Saresberiensi citata, in quarto de rep. extiterit, locus alius Augustini ep. XCI. 4: *illi doctissimi viri, qui remp. civitatemque terrenam, qualis eis esse debere videbatur, magis domesticis disputationibus requirebant, vel etiam describebant, quam publicis actionibus instituebant atque formabant, egregios atque laudabiles quos putabant homines, potius quam deos suos imitandos proponebant erudiendae indoli iuventutis. Et revera terentianus ille adulescens, qui spectans tabulam pictam* etc. Et statim post: *lege vel recole in eisdem libris* (de rep. ut nominatim appellantur priore epistulae parte) *quam prudenter disseratur, nullo modo potuisse scriptiones et actiones recipi comoediarum, nisi mores recipientium consonaret. Ita clarissimorum virorum in rep. excellentium et de rep. disputantium auctoritate firmatur* etc. Fieri tamen potest ut Saresberiensis ex hac ipsa Augustini epistula occasionem ceperit connectendi terentianum iuvenem cum his quae apud eum praecedunt. Denique quae mox sequitur in eodem Saresberiensi commendatio poëtarum, quaeque dicitur e Cicerone derivari, ea quidem apte in quarto de rep. libro ab aliquo poëtarum defensore recitata fuisset; sed enim haud scio an pronius creditu sit, eam temere tribui Ciceroni a Saresberiensi. Certe ego totum tractum angli auctoris, qui post augustinianam auctoritatem porrigitur, a meo libro exsulare malui, quam committere ut duodecimi saeculi sordes cum auro tulliano miscere viderer. Quod si forte quaedam interpolatio est, quis vera a spuriis satis tuto separet? Nonne enim eruditi adhuc laborant in excernendis tullianorum de gloria librorum reliquiis, siquae sunt apud Alcyonium? — *a*) Libros nominatim de rep. non citat Seneca; commode tamen hoc fragmentum pertinere existimatur ad poëtarum reprehensionem, quam Cicero in quarto de rep. exsecutus est. Habet ceteroqui id fragmentum hanc gravem dubitationem, quod Ciceroni loquenti, praeter prohoemia, in his libris nullus erat locus. Nisi forte Seneca ea quae Cicero alieno ore dici finxit, nominatim auctori tribuit. Exemplum invectionis sumpsit Cicero a Platone qui Homerum e rep. expulit et generatim poëticen vituperavit. Quare haud scio an superius fragmentum, ubi mentio Platonis et Homeri est, huc fere sit trahendum. — *b*) Post poëtarum corruptelam pono scenam; sic enim facit ipse Cicero leg. I. 17: *sensus nostros non parens*,

dicram scaenamque totam probro *a*) ducerent, genus id hominum non modo honore civium reliquorum carere *b*), sed etiam tribu moveri notatione censoria voluerunt 1). *Augustinus C. D. II* 13. *c*).

Quid autem hinc senserint Romani veteres, Cicero testatur in libris, quos de re publica scripsit, ubi Scipio disputans ait: Numquam comoediae, nisi consuetudo vitae pateretur, probare sua theatris flagitia potuissent *d*). Et Graeci quidem antiquiores 2) vitiosae suae opinionis quandam convenientiam servaverunt, apud quos fuit etiam lege concessum, ut quod vellet comoe-

non nutrix, non magister, non poeta, non scena depravat, non multitudinis consensus abducit a vero: animis omnes tenduntur insidiae vel ab iis quos modo enumeravi, qui teneros et rudes inficiunt et flectunt, ut volunt. — *a*) Varia lectio *in probro.* — *b*) Puta faciendorum stipendiorum, ut ait Livius VII. 2. — *c*) Confer etiam C. D. II. 27. 29. — *d*) Locum hunc rursus memorat Augustinus ep. XCI. 4. ad Nectarium: *lege vel recole in eisdem* (de rep.) *libris* etc. ut scripsimus p. 192. in nota. Quartum de rep. librum fortasse respicit etiam Tertullianus de spect. XVIII: *saeculari litteratura lusoriam vel agonisticam scenam dispungunt; quod sint tragoediae et et comoediae scelerum et libidinum auctrices, cruentae et lascivae, impiae et prodigae* etc. Consonat autem sibi Cicero tusc. IV. 32: *de comoedia loquor, quae, si haec flagitia non probaremus, nulla esset omnino.* Universim vero Cicero, summus philosophus et politicus egregius, romanos ludos, licet magnificos, pedibus trahit ac stomachatur ad Marium scribens (ad fam. VII. 1.) Crasso et Pompeio coss., nempe aliquanto ante quam hanc in politicis libris vituperationem theatri recitandam curaret. Praeterea ad Att. XVI. 2. de ludis loquens ait: *mihi stomacho et molestiae est, populum rom. manus suas non in defendenda rep. sed in plaudendo consumere.* Confer etiam Frontonem ad Verum ep. I. edit. rom.

1) De artis scenicae initiis apud Romanos insignis copiosusque est Livii locus VII. 2, ubi recte distinguit histriones ab actoribus atellanarum; hosque postremos negat tribu moveri solitos: ex quo consequitur, ut tribu moverentur histriones, quod heic ait Cicero. De scenicis originibus librum Varronis memorant Servius G. I. 19. (et Censorinus cap. XVII.) eoque dum opus politicum componeret fortasse usus est Cicero, ut colligo ex ep. ad Att. IV. 14. Frustra autem negat Macrobius sat. II. 10, histrionem Romae turpem fuisse. Idem nihilominus contra saltandi meditationem nobilibus quibusdam familiarem profert Scipionis nostri lautam particulam orationis, itemque breviorem Catonis: quas orationes sine dubio expilavit Cicero in hac invectione scribenda, praesertim quum eam recitet Scipio Catonis discipulus. Sane recens erat Nasicae Scipionis exemplum, qui lapideum theatrum fieri vetuerat. Confer Liv. epit. XLVIII; Vellei. I. 15; Appian. B. C. I. 28; Valer. M. II. 4. 2; Augustin. C. D. I. 31; Oros. IV. 21. Traianus certe abolevit pantomimos. Plin. pan. cap. XLVI. Profecto decuit Tullium in politico opere verba de theatro facere, quod tantopere Romani adpetebant, ut tot ubique theatrorum reliquiae demonstrant; et cuius semper plurimam curam principes rerump. gesserunt. Conf. cod. theod. XV. 7. de scenicis; Cassiod. var. I. 20. III. 51. IV. 51. V. 42. VI. 4. VII. 10; Symm. ep. X. 4. 26. 28. etc. Bene vero est quod Cicero theatri insaniam vituperat, quam christianae quoque ecclesiae Patres tantis clamoribus ac veluti effusis totius ingenii fontibus deplorant, quos inter Augustinus in libris de C. D., Tertullianus de spectaculis, Arnobius IV. et VII, Salvianus de G. D. VI. 2. 3. 11. seqq.

2) Recte dicit antiquiores; nam postea comoedorum licentia cohibita est.

dia, de quo vellet, nominatim diceret 1) *a*). *Itaque sicut in eisdem libris loquitur Africanus:* quem illa non adtigit? vel potius quem non vexavit? cui pepercit? Esto, populares homines improbos in re publica, seditiosos, Cleonem, Cleophontem, Hyperbolum laesit 2). Patiamur, *inquit;* etsi eiusmodi cives a censore melius est quam a poeta notari: sed Periclem, cum iam suae civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset, violari versibus et eos agi in scena, non plus decuit, quam si Plautus, *inquit*, noster voluisset, aut Naevius Publio et Cnaeo Scipioni 3), aut Caecilius Marco Catoni maledicere. *Deinde paulo post:* nostrae, *inquit*, contra duodecim tabulae cum perpaucas res capite sanxissent, in his hanc quoque sanciendam putaverunt si quis occentavisset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri 4). Praeclare; iudiciis enim magistratuum, ac disceptationibus legitimis propositam vitam, non poetarum ingeniis, habere debemus; nec probrum audire, nisi ea lege ut respondere liceat, et iudicio defendere. *Haec ex Ciceronis quarto de re publica libro ad verbum excerpenda arbitratus sum, nonnullis propter faciliorem intellectum vel praetermissis vel paululum commutatis. Dicit deinde alia, et sic concludit hunc locum, ut ostendat:* veteribus displicuisse Romanis vel laudari quemquam in scena vivum hominem vel vituperari. *Augustinus C. D. II.* 9. *b*).

XI. Comoediam esse Cicero ait imitationem vitae, specu-

a) Tractus a verbis *et Graeci* huc usque, utrum sit tullianus an potius augustinianus, ambigo. — *b*) Locum hunc ipsum exhibet breviatum idem Augustinus C. D. II. 12: *Romani, sicut in illa de re publica disputatione Scipio gloriatur, probris et iniuriis poetarum subiectam vitam famamque habere noluerunt, capite etiam plectendum sancientes, tale carmen condere si quis auderet.*

1) Huius concessionis meminit Xenoph. resp. ath. cap. II. 18, ita tamen ut ne quis actor populo generatim malediceret. Maledicos illos poëtas nominat Hor. sat. II. 1. Sed Plato sapientior theatrales libellos magistratuum censurae ante subiici iubet (leg. VII. p. 817., quam publice edantur; quae sana prudensque consuetudo nostrorum temporum est. Tum leg. XI. p. 935. vetat, addita poena, ne quis poëta vel musicus nomini cuiusvis civis detrahat.

2) Hi videlicet homines exagitantur in Aristophanis comoediis.

3) Illis qui in Hispania perierunt.

4) Carmina famosa decemviralibus scitis fuisse vindicata, itemque adversus petulantiora convicia, de atrocibus formulas constitutas iniuriis ait Arnobius IV. pag. 151; itemque Cassiodorius var. I. 31, sane prudentius et aequius quam I. 27, ubi theatris paulo liberiorem conviciandi licentiam concedit.

lum consuetudinis, imaginem veritatis. *Donatus de trag. et comoed. a*).

Siquidem, quod in eo quoque de re publica libro commemoratur, et Aeschines atheniensis vir eloquentissimus, cum adulescens tragoedias actitavisset 1) rem publicam capessivit; et Aristodemum, tragicum item actorem, maximis de rebus pacis et belli legatum ad Philippum Athenienses saepe miserunt 2). *Augustinus C. D. II. 11. b*).

XII. Οὔτε γὰρ ἅπασα τέρψις μεμπτὸν, οὔτε τῆς μουσικῆς αὕτη τέλος· ἀλλ' ἡ μὲν ψυχαγωγία κατὰ τὸ συμβεβηκός· σκοπὸς δὲ ὁ προκείμενος ἡ πρὸς ἀρετὴν ὠφέλεια· ὅπερ πολλούς τε ἄλλους ἔλαθε, καὶ τὸν ἐν Τοῖς Κικέρωνος τοῦ ῥωμαίου πολιτικοῖς τὰ κατὰ μουσικῆς ῥηθέντα *c*). οὐ γὰρ ἔγωγ' ἂν φαίην ἐκείνῳ τὰ τοιαῦτα εἰρῆσθαι· πῶς γὰρ ἄν τις αὐτὸν ἰσχυρίσαιτο μουσικὴν λοιδορεῖν τε καὶ ὡς φαύλην εὐθύνειν τέχνην, ἁρμονιῶν τε καὶ ῥυθμῶν ἀρετάς τε καὶ κακίας *d*) διοριζουσαν, ἄνδρα ὅς γε *e*) τηνικαῦτα ῥυθμοῖς μόνοις καὶ τούτοις ἀγενέσι καὶ φαύλοις ἐπιδεικνύμενον Ῥώσκιον τὸν ὀρχηστὴν, οὕτω *f*) σφόδρα ἐξεπλήττετο, ὥστε φάσκειν αὐτὸν προνοίᾳ θεῶν ἐς ἀνθρώπους παρελθεῖν 3). Καὶ γὰρ εἴτις αὐτὸν φάσκοι, τὰ μὲν ἣ συγγέγραφε πο-

a) Silet Donatus, quonam in opere haec Tullius dixerit: quae tamen dici ab aliquo videtur qui poëtas in quarto de rep. libro defenderit; et quidem fortasse a Laelio qui praecipuus auctor fabularum terentianarum vulgo creditus est, et paterna suaque amicitia Terentio iunctus fuit. Cic. ad Att. VII. 3, de am. XXIV. Iam quod ait Plutarchus an sen. ger. resp., et reip. ger. praecept. tom. IX. p. 183, et 214. dictum fuisse Σκιπίωνα ὑποκριτὴν τῶν πράξεων, ποιητὴν δὲ Λαίλιον τὸν ἑταῖρον, id quidem ad Laelii consilia quibus Scipio morem gerebat, refertur; verumtamen ex eadem fama Laelii poëtantis manat. — *b*) Meibomius in notis ad Aristid. Quintil. tribuit Ciceroni de rep. etiam initium huius augustiniani capitis: *Graeci scenicos actores fabularum non parvo civitatis honore dignos existimarunt. Siquidem quod in eo quoque de rep. libro commemoratur* etc. — *c*) Meibomius immutare nititur ῥηθέντα; sed enim duo quoque Aristidis vaticani codices ita habent. Cl. Niebuhrius addebat heic recte διαλεγόμενον. — *d*) Cod. ἀρεταῖς τε καὶ κακίαις. — *e*) Ita Meibomius γε; sed uterque codex vat. τὸ, ut cod. oxon. — *f*) Ita Meib.; sed uterque codex vat. οὕτως.

1) De Aeschine et de sequente Aristodemo lege Plutarchum vit. X. rhet. c. VI.

2) Haec dici videntur in dialogo a persona defendente artem scenicam adversus Scipionem. Quod si hunc locum ipse Scipio recitat, vituperari ab eo Graecos puto qui scenicae arti honorem tribuerint.

3) Non extat hic locus in mutila Tullii pro Roscio comoedo oratione. Sed audiamus Macrobium sat. II. 10: *histriones non inter turpes habitos Cicero testimonio est, quem nullus ignorat Roscio et Aesopo histrionibus tam familiariter usum* etc. *Nam illam orationem quis est qui non legerit, in qua populum romanum obiurgat, quod Roscio gestum agente tumultuaverit?* etc. *quae res ad hanc artis suae fiduciam Roscium abstraxit, ut librum conscriberet, quo eloquentiam cum histrionia compararet.*

ιᾳ λέγειν ἑκουσίως, τὰ δὲ περὶ Ῥώσκιον προκειμένης *a*) ἕνεκεν ὑπο-
ως, ἀντιστρέφειν μὲν καὶ ἡμᾶς οὐδὲν κωλύσει τὸν αὐτὸν λόγον. ὅμως καὶ οὕτω *b*) λάθοι τὶς ἂν ἀποδοκιμάζων μᾶλλον, ὅσον *c*) τὴν παροῦσαν σκέψιν, ἢ *d*) συνιστὰς τὸν ῥήτορα· ἀναξιόπιστος γὰρ ἀληθείας εὕρεσιν ἢ δικαίαν *e*) κρίσιν, ὁ ταῖς κατ' αὐλὴν, ἢ κατὰ αὐτοῦ *f*) προαίρεσιν, ἀλλὰ μὴ ταῖς κατ' οὐσίαν δουλεύων ὑποθέ-
ι. Οἶμαι δὲ ὡς οὐδ' ἂν αὐτὴν ἔψεγε ῥητορικὴν διὰ τοὺς δικαζο-
ις *g*) τῶν ῥητόρων. Οὕτω δὴ καὶ εἴ τινες τῶν τεχνιτῶν διὰ τὸ πολλοῖς ἀρέσκειν τὰ ἀγεννῆ μελῳδοῦσιν, οὐ τῆς τέχνης τὸ αἰτίαμα. ι καὶ ἡ πατρὶς αὐτῶν τοὺς μὲν ἐπὶ Νομᾶ καὶ τοὺς ὀλίγῳ μετ' ι, ἔτι τυγχάνοντας ἀγριωτέρους, μουσικῇ παιδευομένους εἶχε, καθὰ αὐτός φησιν, ἰδίᾳ τε ἐν εὐωχίαις, κοινῇ τε ἐν ἁπάσαις τελεταῖς συνοργιαζούσῃ *h*) *Aristides Quintilianus de musica lib. II. Meibom. p.* 69-71 *i*).

Meib. ἢ προκειμένης. Censet autem in notis omittendum ἤ. Codex antiquior vat. ἡ ποκειμένη; recentior εἰ (tum superadditum ἤ) προκειμένης. — *b*) Codd. vat. οὕτως. — *c*) Codd. vat. ἴσον; oxon. ἴσον. — *d*) Ita Meib. et codex antiquior vat. ntior omittit ἤ, et interpungit post ἴσον. — *e*) Codex recentior vat. δικαίους, nempe καίου. — *f*) Ita codd. vat. Male autem Meibomius αὐτῶν. — *g*) Ed. δικαζομένους; m δὲ pro δι iustissima coniectura est ill. Niebuhrii. — *h*) Ita Meib. et codex antiquior u; at recentior συνοργιάζουσιν. — *i*) Ex Aristidis Quintiliani, quem adscripsimus, nstat quandam e personis librorum Tullii de rep. (et quidem huius quarti libri, in quo de t de moribus) reprehendisse musicam, quae animos delectatione corrumperet. Hanc crimi- Aristides musicae defensor ita refellit, ut dicat eam fieri quidem ab homine apud Tullium sed tamen eandem ab auctoris ipsius mente alienam esse. Probat autem non esse propriam tentiam, quia ipse orator miris musicam laudibus in Roscio extulerit, idemque eam vel unae aetate sacris atque conviviis adhibitam memoraverit. Quod si quis, inquit Aristi- at, a Tullio musicam in Roscio oratorie et pro causidici officio, non ex animi sententia videri; retorquendum sibi argumentum ait, ut nempe in libris de rep non ex animi sui ullius, sed pro loquente persona et dialogorum ritu, musicae maledixerit. Neque enim historicam propter venales tabulas vituperavisset. - Iam Aristidis hic locus quum mihi um clarior videatur, nescio quas tamen viro doctissimo offudit tenebras Marco Meibo- Aristid. (adstipulante perperam Fabricio bibl. lat. in Cic. de rep.) qui aliter intelle- verba; neque ab eo reprehensam dialogi personam, vel auctoris inconstantiam, ag- le loqui Aristidem dixit, quia is interpolatum Ciceronem aliena manu, intrusam- ntentiam existimaverit. Scilicet ad verba οὐ γὰρ ἔγωγ' ἂν φαίην ἐκείνῳ εἰ- mmentatur seu potius hallucinatur Meibomius sic: *locus revera notabilis, quod iam de optimorum auctorum scripta a sciolis et improbis hominibus interpolari consuevi- ut absurdum fuit Tullium in politico opere verba facere de musica*, cuius tantam tulit in politicis scriptis Plato, ut, notante Cicerone leg. III. 14, illius placitum us *cantibus mutatis, mutari civitatum status*. Et quidem de incredibili studio musicae gnis Athenaeum lib. XIV, et de laudibus musicae tota est Theodorici regis epi- var. II. 40. Quod vero musicam Cicero vituperandam curaverit, id primo fieri refellendi Platonem, cui coeptum est contradici superius cap. V; deinde quod dicatur publicos mores corrumpere; quare et Ephorus apud Polybium V. 20. m et cuiusdam fascinationis introductam esse inter homines musicam; quam

Maiores natu in conviviis ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant, quo ad ea imitanda iuventutem alacriorem redderent. *Valerius Maximus II.* 1. 10. 1..

tamen defendit Polybius, sed ita ut a se protegi dicat non quamlibet, sed τὴν γε ἀληθῶς μουσικήν. Musicae vituperatio est apud Sextum emp. lib. VI. qui pag. 363. diserte eam dicit noxiam reip. Item Diodorus I. 81. dicit ab Aegyptiis repudiatam ut noxiam. Severe Lactantius inst. VI. 21, atque haud scio an verbis tullianis: *aurium voluptas ex vocum et cantuum suavitate percipitur, quae scilicet tam vitiosa est, quam oblectatio illa, de qua diximus, oculorum. Quis enim non luxuriosum ac nequam putet eum, qui scenicas artes domi habeat? Atqui nihil refert, utrumne luxuriam solus domi, an cum populo exerceas in theatro.* Pergit deinde Lactantius post sonos reprehendere carmen orationemque suavem; quae omnia ad imitationem Tullii conscribi videntur. Lactantium, vel Tullium, imitatur manifeste etiam Hieronymus epist. XXI. 13.

1) Hanc sententiam fuisse in libris Ciceronis de rep., testantur nobis extrema Aristidis verba. Porro Valerium hausisse vel ipsa verba vel certe sententiam ex Cicerone, recte arbitratur censor lipsiensis apud Moserum. Recitatur autem sententia a musicae defensore.

LIBRI QUINTI

ARGUMENTUM.

Laudatis in quarto libro Romanorum veterum moribus, deploravit deinde Cicero (teste Augustino C. D. II. 21.), suo sermone ipse loquens, in quinti libri prohoemio recentiorum Romanorum suique temporis corruptos mores, quorum causa iam resp. in summum discrimen ac prope exitium devenerat. Porro ex maioribus fragmentis tribus, primo vaticano sex pagellarum, altero ex epist. ad Atticum VIII. 11, tertio ex Augustino C. D. V. 13, prorsus apparet, Ciceronem hoc libro egisse de reip. supremo gubernatore 1), quam rem minutiora quoque fragmenta confirmant. Est autem sane dolendum, quod tantam talemque operis partem amiserimus, in qua dotes Cicero excellentis rectoris exposuerat: idque ego ad imitationem Cyri xenophontei ab eo factum fuisse reor; tum quia fratri praetori in politica epistula 2) idem Cyropaediae exemplum Cicero obiicit, tum praesertim quia in hoc de rep. opere loquitur Scipio lectioni illi xenophonteae prae ceteris deditus: *Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii; quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat: nullum est enim praetermissum in iis officium diligentis et moderati imperii.* Nunc certe veluti per transennam divinandoque cognoscimus, dixisse hoc libro Tullium de origine

1) Ciceronis ad Att. VII. 3. lectionem ubi dicit *sexto* libro informatum a se fuisse reip. gubernatorem, emendandam fortasse *quinto*, iam dixi in veterum testimoniis, quae operi praeposui.

2) Ad Q. F. lib. I. 1. 8.

et de scientia iuris civilis legumque ferendarum, de fortitudine ac magnitudine animi, de prudentia, de honore qui principi tribuendus est: quae omnia conveniunt egregio gubernatori; quem ita vult doctrinae studiis deditum, ut simul in negotiis publicis constanter versetur; tantumque iubet doctrina se imbuere, quantum reip. conducit, non privatae et otiosae oblectationi. Cuiusmodi porro gubernatorem reip. hoc libro finxerit Cicero, licet coniectare ex eius quodam dicto de or. I. 48. *Si quaereremus, inquit, quis esset is qui ad remp. moderandam usum et scientiam et studium contulisset, definirem hoc modo: qui quibus rebus utilitas reip. pararetur augeretur que, teneret, iisque uteretur, hunc reip. rectorem et consilii publici auctorem esse habendum: praedicaremque P. Lentulum principem illum, et Tib. Gracchum patrem, et ·Q· Metellum, et ·P· Africanum, et ·C· Laelium, et innumerabiles alios, cum ex nostra civitate, tum ex ceteris.* Praeterea vix dubito quin hoc quinto libro de minoribus quoque magistratibus verba Cicero fecerit, quam politiae partem graeci auctores permulti exornaverunt, neque neglexere latini 1). Immo diserte Cicero (de leg. III. 5.) adfirmat se in libris de rep. disputationem accuratam scripsisse de magistratibus, quae ego verba iam in hoc volumine p. 120. in adn. recitavi. In quinto item vel sexto libro disputatum a Cicerone arbitror de cognatis politicae scientiae doctrinis, peritia nimirum imperatoria, scientia iudiciaria, et suasoria vi, quod facit Plato in politico p. 303. sqq., prolixeque docet mirabili illa texturae imagine. Profecto doctrinam rei militaris in his posterioribus libris non tradere Cicero haud potuit, id quod pedissequum eius politicum graecum vaticanum factitavisse in opere suo comperimus, Script. vet. T. II. Neque tantus imperator Scipio, et de Polybii gremio profectus qui libro VI. historiae tam accurate de militia egit, silere de militari arte in his dialogis potuit. Et quidem spurium Ciceronis de re militari fragmentum circumferri iamdiu videmus, quod ad veri alicuius imitationem effictum suspicor, e libris de rep. avulsi: sicuti fragmentum illud de memoria, quod in Ciceronis codicibus passim occurrit, ex rhetoricis ad Herennium detractum est.

1) Adi sis in coll. vat. T. II. p. 584. sqq. meum politicorum auctorum catalogum; in quo praeterea inter antiquos scribi possunt. 1. Anonymus (fortasse Audoënus) oratio paraenetica politica ad Chlodoveum II. a me edita. 2. Sedulius Scotus de rectoribus christianis a me item editus. 3. Ionas aurelianensis—de institutione regia. 4. Hincmarus rhemensis — novi regis institutio ad rectam reip. administrationem, itemque alia politica scripta. 5. Hugo floriacensis—de regia potestate. 6. S. Petri Damiani opusculum 57. de officio principis. 7. et 8. Thomas aquinas, et Aegidius rom. - de regimine principum. 9. Bellarminus - de officio principis. Mitto recentiores rei politicae scriptores, qui innumeri sunt. De romani quoque pontificatus principatusque regimine multos ego vidi in vaticanis codicibus bonos prudentiaque plenos tractatus, luce partim non indignos.

.M. TULLII CICERONIS

DE RE PUBLICA.

LIBER QUINTUS.

I. ...... Quando res publica romana non iam pessima ac flagitiosissima sed omnino nulla erat, secundum istam rationem quam disputatio de re publica inter magnos eius tum principes habita patefecit. Sicut etiam ipse Tullius non Scipionis nec cuiusquam alterius, sed suo sermone loquens in principio quinti libri demonstravit *a*), commemorato prius Ennii poëtae versu quo dixerat.

Moribus antiquis res stat romana virisque 1):

quem quidem ille versum, inquit, vel brevitate vel veritate tamquam ex oraculo mihi quodam esse effatus videtur. Nam neque viri, nisi ita morata civitas fuisset, neque mores nisi hi viri praefuissent, aut fundare aut tamdiu tenere potuissent tantam et tam iuste lateque imperantem rem publicam. Itaque ante nostram memoriam et mos ipse patrius praestantes viros adhibebat, et veterem morem ac maiorum instituta retinebant excellentes viri. Nostra vero aetas cum rem publicam sicut picturam accepisset egregiam, sed iam evanescentem vetustate 2) non modo eam coloribus iisdem quibus fuerat, renovare neglexit, sed ne id quidem curavit, ut formam saltem eius et extrema

a) Sic habet *demonstravit* editio Augustini lovaniensis; at aliae tres *testatur*. In mss. nihil est, quia subintelligitur verbum *patefecit*, ut observant Maurini.

1) Idem hic versus extat in epistula ·M· Aurelii imp apud Vulcatium in Cassii vita cap. V.

2) Locum, a verbis *nostra vero aetas* usque huc, citat e quinto de rep. etiam Nonius voc. *vanum*; sed mendose *ut nostra*: nam *ut* particulam recte praetermittit Augustinus. Additur tamen *iam*, ante *evanescentem* apud Nonium, quae particula in Augustino desideratur.

tamquam liniamenta servaret *a*). Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit rem stare romanam? quos ita oblivione obsoletos videmus, ut non modo non colantur sed etiam ignorentur. Nam de viris quid dicam? Mores enim ipsi interierunt virorum penuria: cuius tanti mali non modo reddenda ratio nobis, sed etiam tamquam reis capitis quodammodo dicenda causa est. Nostris enim vitiis, non casu aliquo, rem publicam verbo retinemus, re ipsa vero iam pridem amisimus *b*). Haec Cicero fatebatur longe quidem post mortem Africani, quem in suis libris fecit de re publica disputare. *Augustinus C. D. II.* 21. *Conf. et II.* 25. 2.

II. Vetustissimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eoque sine poena aut coercitionibus agebant, neque praemiis opus erat, cum honesta suopte ingenio paterentur; et ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At postquam exui aequalitas, et pro modestia ac pudore, ambitio et vis incedebat; provenere dominationes: multosque apud populos aeternum mansere. Quidam statim, aut postquam regum pertaesum, leges maluerunt. Hae primo rudibus hominum animis simplices erant: maximeque fama celebravit Cretensium, quas Minos; Spartanorum, quas Lycurgus; ac mox Atheniensibus quaesitiores iam et plures Solon perscripsit. Nobis Romulus ut libitum imperitaverat: dein Numa religionibus et divino iure populum devinxit; repertaque quaedam a Tullo et Anco: sed praecipuus Servius Tullius sanctor legum fuit, quîs etiam reges obtemperarent. Pulso Tarquinio, adversum patrum factiones multa populus paravit tuendae libertatis, et firmandae concordiae: creatique decemviri, et accitis quae usquam egregia, compositae duodecim tabulae, finis aequi iuris. Nam secutae leges, etsi aliquando in maleficos ex delicto, saepius tamen dissensione ordinum, et apiscendi inlicitos honores, aut

a) Cicero hoc anno, quo de rep. opus componebat, ad Atticum IV. 16. scribens, qua in epistula de politicis ipsis libris loquitur, ait: *amisimus, mi Pomponi, non omnem modo sucum ac sanguinem, sed etiam colorem ac speciem pristinam civitatis: nulla est resp. quae delectet, in qua acquiescam.* Quae verba tam similia huic prohoemio quinti libri sunt, ut ab illo post iis forte diebus scribebatur, in epistulam; aut contra ex epistula in prohoemium translata videantur. Mores Romanorum perditos, qui ansam civilibus bellis dederunt, poëtica facundia narrat Lucanus I. 158. sqq. — *b*) Augustinus C. D. II. 16: *mala morum ita magna sunt, ut his doctissimi Romanorum viri, etiam stantibus urbibus, resp. perire confirment.* Quis non sentit, ab Augustino spectari Ciceronis hunc locum? Frustra igitur Maurini editores, dum ad Coquaeum Vivesiumque Augustini interpretes respiciunt, in margine citant locum quendam Plautinae Persae (IV. 4. 6. sqq.), quasi Augustinus de Plauto cogitaverit. Rerumpublicarum fortunam a morum inclinationibus pendere docet etiam Plato VIII. pag. 544. Sane et Karthaginis, quo tempore a barbaris eversa fuit, mores horribiles et prope beluinos ardentibus eloquentiae suae coloribus deformat Salvianus G. D. VII. 16. sqq.; tum romani imperii corruptelas enumerat; atque exitium in fine libri ominatus, *soli nos*, ait, *morum nostrorum vitia vicerunt.*

pellendi claros viros, aliaque ob prava, per vim latae sunt. Hinc Gracchi *etc. Tacitus annal. III.* 26. 1).

P. 247. III. *Nihil esse tam* regale quam explanationem aequitatis 2): in qua iuris erat interpretatio *a*): quod ius privati petere solebant a regibus: ob easque *b*) causas agri, arvi et arbusti et pascui, lati atque uberes definiebantur, qui essent regi 3) quique colerentur *c*) sine regum opera et labore, ut eos nulla privati negotii cura a populorum rebus abduceret. Nec vero quisquam privatus erat disceptator, aut arbiter litis; sed om-
P. 248. nia conficiebantur iudiciis regiis. Et mihi quidem videtur Numa noster maxime tenuisse hunc morem veterem *d*) Graeciae regum. Nam ceteri, etsi hoc quoque munere fungebantur, magnam tamen partem bella gesserunt, et eorum iura coluerunt. Illa autem *e*) diuturna pax Numae mater huic urbi iuris et religionis fuit: qui legum etiam scriptor fuisset, quas scitis extare 4): quod quidem huius civis proprium, de quo agimus ‖ . . . .

Ius civile per multa saecula inter sacra caerimoniasque deorum immortalium abditum, solisque pontificibus notum, Cn. Flavius libertino patre genitus et scriba, cum ingenti nobilitatis indignatione factus aedilis curulis, vulgavit; ac fastos paene toto foro exposuit. *Valerius Maximus II.* 5. 2. 5).

a) Cod. *interpraetatio*, cuiusmodi menda, ex male intellectis tabellionum notis orta sunt: nam p̄ tam *prae* significat quam *pre*. Confer de rep. I. 1. p. 2. n. e. — *b*) Cod. *qui* — *c*) Cod. *qui colerenturque*. — *d*) Ita cod., non *veterum*, ut mallet Creuzerus. — *e*) Cod. *aut*.

1) Ciceronem in his politicis libris (et quidem in quinto) egisse etiam de iuris romani originibus, cum alia indicia suadent, tum certe locus ille de Cn. Flavio, quem in proximo scholio laudaturus sum. Amisso autem praeclaro Ciceronis tractu, occurrebat mihi hic insignis Taciti de eodem argumento locus. Dicet aliquis; num idcirco Tacitus Ciceronem expilat?—Verba, inquam, sine dubio Taciti sunt; sententia tamen fortasse tulliana; vel certe digna quae vice eius fungatur.

2) Verba facit auctor de priscis regibus, qui iudicia per se ipsi exercebant. Loquitur autem, ut credo, Manilius; cuius si ullae fuerunt partes, qua de re dubitari nequit, eas fuisse defendendi laudandique iuris necesse est; idque se facturum Manilius ipse innuit de rep. I. 13.

3) Reddituum nimirum gratia; namque, ut observat Plinius XVIII. 3, apud Romanos diu hoc solum vectigal fuit. Utitur autem hoc loco Cicero formulis atque appellationibus, ut puto, censoriis. Sane de his agri nominibus conferre licet Varronem LL. IV. 4, et Isidorum orig. XV. 13. [Heic autem regi positum est pro regii, solita in hoc codice crasi. Heinr.]

4) Recole de rep. II. 14. p. 97. n. b.

5) Locum hunc notavit censor lipsiensis; neque tamen iudicavit (quod mihi secus videtur) pertinere ad quintum de rep.; quamquam reapse Cicero Cn. Flavii fastos vulgantis meminerat in his politicis libris; teste ipsomet Cicerone ad

III. Sed tamen ut bono patrifamilias colendi, aedificandi,
cinandi quidam usus opus est 1). *Nonius de num. et cas.*
. . . *S. radicum* seminumque cognoscere, num te offen- P. 253.
2)? *M*: Nihil, si modo opus extabit. *S*. Num id studium
s esse vilici 3)? *M*. Minime; quippe cum agri cultura sae-
ne opera deficiat *S*. Ergo ut vilicus naturam agri novit,
nsator litteras scit 4), uterque autem se a scientiae de-
tione ad efficiendi utilitatem refert *a*); sic noster hic re-
studuerit sane iuri *b*) et legibus cognoscendis; fontis qui-
earum utique perspexerit; sed se responsitando *c*) et le- P. 254.
ndo et scriptitando ne impediat, ut quasi dispensare rem

Cod. *refertur*; quod si retines, dele antea *se*. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *iure*. — *c*) Vo-
i proprium respondentium de iure.

I. 2; quem ego locum scripsi olim testimonia in principe editione; autem heic in scholio libentius Sic ergo Cicero: *irascatur qui patiar; τὸ γάρ εὖ μετ' ἐμοῦ: rtim cum sex libris, tamquam ibus, me ipsum obstrinxerim, tibi non valde probari gaudeo. bus unum ἱστορικὸν requiris de Flavio .Cn. filio. Ille vero ante ros non fuit; quippe qui aedilis is fuerit, qui magistratus mul- nis post ·X· viros institutus est. ergo profecit, quod protulit fa- Occultatam putant quodam tem- istam tabulam, ut dies agendi utur a paucis. Nec vero pauci auctores .Cn. Flavium scribam protulisse, actionesque compo- ig ne me hoc vel potius Africa- to enim loquitur, commentum*

.

Fragmentum hoc a Nonio ex quinto p. citatum, vel heic adamussim andum est, vel certe inter quar- quintumque libri caput.

Videtur plena sententia fuisse: *si n vilicus naturas radicum semi- que cognoscere, num te offendet?* Verba illa non in noniano praece- fragmento, loquitur, ut censeo, o cum Manilio; quorum postremus

quum rectorem reip. iuberet prudentissimum iuris fieri, in eoque plurimam operam ponere; respondet Scipio, id eatenus esse faciendum, quatenus vir politicus a procuranda rep. non impediatur. Quod confirmat vilici et dispensatoris exemplo; quorum ipse neutrum impedit, quominus muneris sui fines paulo liberius egrediatur, ita tamen ut eos a quotidiana interim vilicandi et dispensandi opera cessare vetet.

3) Aptis utitur auctor similitudinibus. Nam et pro Plancio XXV: *populus romanus deligit magistratus quasi reip. vilicos*. Cetera ibidem cum hoc politico loco satis consentiunt. Quin adeo *vilicus* est urbis praefectus apud Iuven. sat. IIII. 77. Tum imperator ipse dicitur *vilicus populi* a Lampridio in Alex. Sev. c. XV. (conf. emend.) Nonnullis praeterea scientia oeconomica, id est dispensatoris, videtur congruere cum politica, qua super re disputat Philodemus in opere de vitiis ac virtutibus col. 7-8, citato Theophrasti oeconomico, quod opus hactenus Aristoteli inscribebamus. Platoni quoque politic. p. 259. paterfamilias videtur similis politico homini aut regnanti.

4) Idcirco Celso apud Columellam I. 8. vilicus illitteratus placet, et qui saepius nummos domino quam librum adfert.

publicam et in ea quodam modo vilicare possit: summi iuris 1) peritissimus, sine quo iustus esse nemo potest; civilis non imperitus *a*): sed ita ut astrorum gubernator, physicorum medicus; uterque enim illis ad artem suam utitur, sed se a suo munere non impedit 2). Illut autem videbit hic vir ‖ . . . .

P. 199. V. *civi*tatibus, in quibus expetunt laudem optumi et decus, ignominiam fugiunt ac dedecus. Nec vero tam metu poenaque terrentur, quae est constituta legibus, quam verecundia, quam natura homini dedit quasi quendam vituperationis non iniustae timorem. Hanc ille rector rerum publicarum auxit opinionibus perfecitque institutis et disciplinis, ut pudor civis non

P. 200. minus a delictis *b*) arceret quam metus. Atque haec | quidem ad laudem pertinent, quae dici latius uberiusque potuerunt 3).

VI. Ad vitam autem usumque vivendi ea descripta ratio st iustis nuptiis, legitimis liberis, sanctis Penatium deorum Larumque familiarum *c*) sedibus, ut omnes et communibus commodis et suis uterentur 4): nec bene vivi sine bona re publica posset: nec esse *d*) quicquam civitate bene constituta beatius. Quocirca permirum mihi videri solet, quae sit tanta doc‖ . . .

VII. Consumo igitur omne tempus considerans quanta vis sit illius viri, quem nostris libris satis diligenter, ut tibi quidem videmur, expressimus. Tenes ne igitur moderatorem illum rei publicae, quo referre velimus omnia? Nam sic quinto,

a) Cod. *imperditus*. — *b*) Cod. *adflictis* pro *a delictis*. — *c*) Ita cod. nisi malis *familiarium*. — *d*) Cod. 1. manu *ecce*, 2. *esse*; sed fortasse dicendum *esset*.

1) Quonam pacto summum ius heic a civili distinguatur, quaerent docti leguleii. Summo quidem iure agimus cum litem e legum formula, non ex arbitri aequitate definiri postulamus. Heic tamen ius naturale intelligendum videtur.

2) Ita se gessisse Africanum nostrum diximus de rep I. 18. p. 34. in adn. Sic autem iubet Polybius in praeceptis artis imperatoriae IX. 20, nec non Strabo I. p. 24. Apte vero ad hunc Tullii locum Celsus in prohoemio ait. *nec agricolam nec gubernatorem disputatione, sed usu, fieri*.

3) Hinc vides auctorem varias scripsisse politicae scientiae technas quibus rector reip. uti debet.

4) Id nimirum sapienter contra Platonem, qui commoda omnia fecerat communia, urget Aristoteles reip. II. 4, prudenter ostendens ea partim debere esse communia, partim privata; neque illam propemodum esse civitatem; sicut nullus concentus erit, siquis symphoniam eo redigat, ut sit unius vocis sonus; aut sermonem numerosum, ut sit pes unus.

ut opinor, in libro loquitur Scipio. Ut enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria 1); sic huic moderatori rei publicae beata civium vita proposita est; ut opibus *a*) firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit: huius enim operis maximi inter homines atque optimi illum esse perfectorem volo 2). *Cicero ad Att. VIII.* 11.

Et ubi est, quod et vestrae litterae illum laudant patriae rectorem, qui populi utilitati magis consulat quam voluntati? *Augustinus ep. CIV.* 7. 3).

VIII. Tullius dissimulare non potuit in eisdem libris quos de re publica scripsit, ubi loquitur de instituendo principe civitatis, quem dicit alendum esse gloria; et consequenter commemorat maiores suos multa mira atque praeclara gloriae cupiditate fecisse. *Augustinus C. D. V.* 13; *Io. Saresberiensis policr. VIII.* 5.

Tullius in libris de re publica scripsit: scilicet principem civitatis gloria esse alendum; et tamdiu stare rem publicam, quamdiu ab omnibus honor principi exhiberetur 4). *Petrus pictaviensis epist. ad calumn. Bibl. PP. lugd. tom. XXII. p.* 824.

Tum virtute, labore, industria quaereretur summi viri in-

a) Scilicet *potestate seu dominatione*. Haec enim haud raro notio est vocabuli *opes*, ut dixi ad Euseb. chron. proboem. lib. I. p. 3. n. 5. edit. Mediol.

1) Sic Diotogenes pythagoricus in libro de regno, cuius amplum fragmentum est apud Stobaeum lib. XLVI. pag. 328: κυβερνάτα μὲν γὰρ ἔργον ἐντὶ τὰν ναῦν σώζειν· ἀνιόχω δὲ τὸ ἅρμα· ἰατρῶ δὲ τὼς νοσέοντας· βασιλέως δὲ καὶ τῶ στραταγῶ τὼς ἐν πολέμῳ κινδυνεύοντας. Tanta autem similitudo est reliquidus fragmenti cum hoc tulliano, ut lectum arbitrer a Cicerone Diotogenem. Lactantius quoque inst. VII. 3. imitatur de more Tullium: *tamquam dominus domum, navim gubernator, auriga currum regit*. Utiliter legeris quae de gubernatore ait Socrates apud Xenoph. memor. III. 6. Magis tamen crediderim a Tullio rectorem suum exactum fuisse ad eam formam quam Plato in suo politico exhibet, quem virum ipse φύλακα [illegible] appellat. Confer etiam quae de magistratu dicit libro legum sexto.

2) Sic loquitur Cicero etiam in illa ad Q. fr. politica epistula. Tum idem ad Lentulum anno hoc ipso scribens (ad fam. I. 9.) ait: *omnibus nobis in administranda rep. propositum esse debet, id quod a me saepissime dictum est, cum dignitate otium.*

3) Non est dubitandum quin hoc loco Augustinus intelligat tulliani quinti libri virum politicum. Respondet enim illa epistula Nectario ethnico, cuius litterae ad Augustinum mentionem habent manifestam operis de rep.

4) Locum hunc etsi partim in Augustino legere Petrus potuit, tamen propter additamenta, legisse potius in ipso Cicerone videtur. Nisi forte in iis, quae adduntur, Augustini quaedam interpolatio atque explicatio fit.

doles *a*); nisi nimis animose ferox natura illum nescio
Nonius voc. anima.

Quae virtus fortitudo vocatur, in qua est magnitud
mortis dolorisque magna contemptio. *Idem voc. conten*

VIIII. Marcellus ut acer et pugnax; Maximus ut
ratus et lentus. *Idem voc. lentum.*

Qui comperit eius vim et ecfrenatum illam feroc
Idem voc. ferocia.

Quod non modo singulis hominibus sed potentissi
pulis saepe contingit *c*). *Idem voc. contingere.*

Orbi *d*) terrarum comprehensos. *Charisius lib. I. p*

Quod molestias *e*) senectutis suae vestris familiis in
posset. *Nonius voc. impertire.*

X. Cicero in libris de re publica. Ut Menelao lacon
dam fuit suaviloquens iucunditas. Et alio loco. Brevi
tiam in dicendo colat 1). *Seneca apud Gellium XII.* 2

Quarum artium scaevitate, ut Tullius adseverat, n
religionem decipi iudicantis. Ait enim: - Cumque nihil
corruptum esse debeat in re publica quam suffragium
sententia; non intellego cur quia ea pecunia corruperit
dignus sit; qui eloquentia, laudem etiam ferat 2). M
dem hoc plus mali facere videtur qui oratione, qu
pretio iudicem corrumpit: quod pecunia corrumper
dentem nemo potest, dicendo potest 3). *Ammianus*
linus XXX. 4 f).

a) Ita corr. cl. Leopardus. At edd. *indolem*. — *b*) Edd. plantin. et gothofr. tribun
mentum libro *quinto*; at ed. paris *sexto*, mendose ut puto. — *c*) Edd. plantin. et gotho
incerti operis Tullii libro V; paris. ex tuscul. V. — *d*) *Orbi* in sexto casu pro *orbe*
tilius apud Charisium ibidem. Num ergo apud Ciceronem quoque loquitur heic Ru
idcirco sermonem belle imitatur auctor? — *e*) Edd. paris. et gothofr. *molestis*; ed. p
lestiis, tum in margine ms. *molestias*. — *f*) Etsi Ammianus ex incerto Tullii opere
profert, Patricius tamen eum in quarto fragmentorum de rep. libro collocavit, an

1) Hi loci a Seneca laudati collocantur in quinto libro propter illud fragmentum quod Nonius citat ex quinto, quodque a nobis postremum ponitur, in quo fragmento sermo esse videtur de rhetoribus. De Menelai eloquentia Homerus iliad. γ. 213; Gellius VII. 14; Cicero Brut. XIII. Eloquentia principibus praesertim ornamento est (Cicero fin. IV. 22.) quare princeps eâ
strui.

2) Par fere sententia Demo
in clausula orationis contra L

3) Contra rabulas qui ca
quentia iudicibus illudunt,
iniquas tuentur, graves poen
Plato in fine libri legum undeci
aemulari hoc loco Tullius vi

Quae cum Scipio dixisset, admodum probans Mummius; erat enim nimis odio quodam rhetorum imbutus *a*). *Nonius voc. imbuere.*

dam ductus: quum enim eo libro reprehendantur poëtae, haud absurdum videtur improbos quoque causidicos ibidem fuisse vituperatos. Certe et Macrobii locus a me sub Aristidis textu graeco laudatus, et ipsius Aristidis verba quaedam, hanc opinionem quodammodo suadent. Sed tamen ego hoc, quod debemus Ammiano, frustum in quintum librum transtuli, propter fragmentum quinti libri a Nonio servatum, ubi rhetorum mentio est secundum certe codicum nonnullorum editionumque lectionem. Alio quoque indicio utor, ut in quinto libro collocem; quia scilicet superius cap. III. docuit Cicero nihil esse tam regale dignumque principe civitatis, quam iudicia exercere iusque dicere: porro Ammianus ut in causidicos invehatur hanc ansam arripit, quod pessimi aulici Valentem Caesarem ab audiendis litibus studioque iudicandi averterant, adserentes infra imperiale culmen causarum esse minutias privatarum: amoto igitur a tribunalibus principe, advocatorum forensium pravitas rapinis ilico malisque fraudibus habenas laxavit. Itaque et Cicero fortasse cavens ne princeps civitatis iudicia omitteret, eundemque simul admonefaciens ut a rhetorum technis caveret, sic de abusu eloquentiae locutus est. Sed tamen haec omnia satis incerta esse fateor, et me undique pungi dubitationibus. Immo si respicias ad Hieronymi epistulam LII. 8, non temere suspicaberis Ammianum ex oratione potius, quam e politico scripto Tullii id fragmentum hausisse. Sic enim Hieronymus: *nihil tam facile quam vilem plebeculam et indoctam concionem linguae volubilitate decipere; quae quidquid non intelligit, plus miratur. ·M· Tullius in oratione pro ·Q· Gallio quid de favore vulgi et de imperitis concionatoribus loquatur adtende, ne his fraudibus ludaris.* — *a*) Ita totum hunc locum se correxisse vetusti exemplaris adminiculo ait Pighius ad an. urbis DCXI; qui tamen pro *probans* scribit *probat*. Iam mihi de hoc fragmento tria observanda sunt. 1. Citatur id e quinto de rep. a Nonio in editionibus, et in cunctis codicibus vaticanis. 2. Nomen *Mummius* neque in codicibus vaticanis legitur, neque in editionibus, quas vidi, excepta plantiniana, cuius in margine legitur *Mummius*. 3. Vocabulum *rhetorum* legitur in edd. parisiaca, in gothofrediana, et in plantiniana; sed idem in codicibus variat. Nam tres codices vaticani habent *Numius erat enim odio quorum reorum imbutus*. Alius codex vat. habet ut supra, sed *nimium* pro *Numius*. Alius cod. *Numius erat enim odio quodam et eorum imbutus*. Alii duo *Nummius, erat enim odio quorum rhetorum imbutus*. Alius *quae cum satis dixisset, admodum probatis . . . erat odio quarum rerum imbutus*. Quis hunc aethiopem lavet? Sane nomen *Mummius* mire variat etiam apud Val. M. IX. 7. 3; et Aur. Vict. cap. LVIII; invasit autem alienam sedem apud Cic. pro Sextio XI. XXXI, ubi legendum est *Ninnius*, pro quo exemplaria habent *Mummius, Mumius, Mimius, Numius*. Ceterum *Numius* legitur in base quadam musei capitolini. De *Numinio* pro *Nummio* videsis cl. Feam fragm. consular. p. XLIII. 16. Sane quod Mummius noster, homo a popularibus partibus, apud quas regnat eloquentia, valde abhorrens (de rep. III. 35.) eloquentiae vituperationem suffragio suo comprobaverit, non est mirandum. Accedit quod Mummiorum familia parum elegans ingenium habuit, si certe coniectura de Corinthi eversore facienda est, cuius novimus stoliditatem. Praeterea Spurius noster hic Mummius in disciplina stoicorum fuit (Cic. Brut. XXV.) quae haeresis, ut captiosa damnosaque eloquentia legatur Plato in Gorgia, cum Cic. de or. II. 7, et de invent I. 1; Symmachus epist. lib. I. 43; Sext. emp. contra rhet. seu lib. II. Dio lib. LII. 15; Pollux IV. 4. 2. Denique Quintilianus declam. CCLXVIII. Tullii politicam invectionem contra eloquentiam imitari videtur aut exscribere: *civitatum status scimus ab oratoribus esse conversos: sive illam Atheniensium civitatem quondam late principem intueri placeat, accisas eius vires animadvertemus vitio concionantium: sive populi romani statum excutere voluerimus, nonne gravissimas seditiones, nonne turbidissimas conciones eloquentissimus quisque habuit? Nonne illi Gracchi ad evertendam remp. his veluti armis succincti accesserunt?* etc.

Fanni, causa difficilis laudare puerum: non enim res laudanda sed spes est. *Servius ad aen. VI.* 877. *e Ciceronis dialogo a*).

ait Cic. parad. prohoem., nullum sequebatur florem orationis. Ceterum et Rutilius oratoriam artem, praesertim illam fucatam et callidam aspernabatur: quin et in suo capitali iudicio noluit a summis oratoribus Crasso et Antonio defendi, sed dixit ipse ieiune et stoice pro se, ita ut innocens damnatus sit. Cic. de or. I. 53. 54, et Brut. XXX; Val. M. VI. 4. 4. Nihilominus Rutilii adulescentis partes aliquas in disserendo coram gravissimis senibus fuisse, aegre mihi persuaserim. Quominus igitur rhetoricae reprehensionem a quinto in quartum librum submoveam, Nonii me auctoritas uncis unguibus retinet: quamquam, quod toties in hoc opere vidimus, ista auctoritas non admodum firma est, propter eius grammatici innumeras corruptiones: quam si propterea auctoritatem spernere licet, hi loci commode equidem ad quartum librum retrahentur, in quo institutâ Graecorum Romanorumque comparatione, illorum levitas prae istorum gravitate et constantia contemnitur. Rhetores, quos Mummius oderat, illa aetate graeci erant omnes: celebantur in Graeciae oppidis; romanae iuventuti placere incipiebant; a severis hominibus repudiabantur, quos inter a Catone apud Plut. vit. XXIII, qui Carneadem ipsum ob eloquentiae lenocinia Roma ociter dimittendum censuerat. Quin adeo non multis ante hunc de rep. dialogum annis, nempe urbis anno DXCIII, consulari auctoritate pulsi fuerant Roma rhetores ac philosophi, cuius rei luculentum testimonium est apud Gell. XV. 11, Liv. XLVI. 40, alioque auctores. (Confer v. gr. Athenaeum XIII. 9; Sextum empiricum pag. 292. 294; auctorem de corr. eloq. cap. XXXIIII, qui ait cum Tullio: *rhetores ·M· Crasso et Domitio censoribus cludere ludum impudentiae iussi sunt.*) Praedictum decretum postea instauratum fuit. Gell. ibid. Denique auctor operis Cicero in quarto rectius quam in quinto caput hoc collocavisse videtur. Simplex enim bonoque scriptore dignum est, ea omnia, quae unius generis sunt, eodem libro absolvere; multo minus in eum cadere, ut relicta disputationis parte, ad illam postero die absolvendam, aliis interpositis, redeat. Vituperatis igitur theatro, musica ac poëtis, sponte fluit ut forensis quoque eloquentiae abusus coargueretur. Ita certe fit apud Cyprianum a me supra citatum p. 82; multoque evidentius apud Lactantium, quod item paulo ante docui p. 198. Errorem denique coarguere licet Rufini rhetoris, qui ed. Putsch. p. 2721. ait: *Cicero in dialogis de rep. multa dicit referens asiaticos oratores ditrochaeo clausulas terminare.* Atqui dicendum est *Cicero in oratore cap.* LXIII. LXIX; quamquam id opus caret dialogo. — *a*) Hunc locum citant, praeter Servium, etiam Hieronymus epp. CXXVIII. CXXX, et Quintilianus inst. IX. 3. ff. 319: sed ille quidem libere, hic autem perverse et brevius, *non enim tam spes laudanda quam res est.* Locum vero pertinere ad libros de rep. qui κατ' ἐξοχὴν *dialogi* dicuntur, probabiliter demonstrat Schottus nod. Cic. III. 5; consentiuntque Vallarsius ad Hieronymum, et Burmannus ad Quintilianum. Quod autem Schottus verba haec pertinuisse putat ad eam operis partem in qua de educatione actum fuit, id mihi secus videtur, praesertim quia diei secundi dialogo Fannius non interfuit. Schotto autem fraudi fuit Hieronymus qui in ep. CXXVIII. de puerorum educatione disserit. Meam igitur mihi liceat coniecturam exponere. Videntur mihi verba haec Scaevolae colloquentis cum Fannio laudantisque indolem Crassi, qui fuit ipsius Scaevolae gener (Cic. de or. I. 7.) quique tantus orator evasit. Id autem fieri non potuit nisi fere in quinto libro, tertio die, cum artis oratoriae mentio fuit. Iam si recta coniectura est, imitatio Platonis fit, qui quasi in extrema pagina Phaedri laudandum a Socrate adulescentem Isocratem curat, cuius rei ipse Cicero meminit or. cap. XIII, et de opt. gen. or. VI. Quin adeo idem Cicero in fine dialogorum de oratore dat operam, ut Hortensii indoles, tum adhuc adulescentis et spe magis quam re oratoris, laudetur a Catulo eiusdem socero, nec non a Crasso oratore.

LIBRI SEXTI

ARGUMENTUM.

Quas res sexto libro complexus Cicero fuerat, plerasque ignoramus; etenim in palimpsesto quidem vaticano nulla huius libri pars superfuit; minutiora autem et dissoluta ex variis auctoribus collecta a nobis fragmenta parum oppido nos erudiunt: quamquam, si ea emendate a grammaticis citantur, constat in sexto etiam libro continuatum fuisse de reip. rectore sermonem; item dictum de seditionibus, rerumque publicarum conversionibus, atque earum causis, v. gr. luxu, ambitione, libidine, depravatis moribus. Sed tamen de religione certe in hac postrema operis parte disputatum fuisse non dubito; nam et Laelii de religione oratio commemoratur, et ad illam somnii admirabilem clausulam nonnisi hac via pervenire auctor potuit. Actum praeterea fuit de virtutis praemiis, et de immortalitate animorum, cuius utriusque rei testem habemus Macrobium in somnii nobilissimi et ampli commentatione; eaque Platonis imitatio fuit, qui magnam postremi de rep. libri partem in eo argumento consumpsit. Igitur enumeratis quae inter homines habentur virtutis praemiis, quum ea sufficere haud viderentur, immo nulla aliquando essent, eò Ciceronis sermo propemodum christianus paulatim delapsus est, ut in dialogo confirmaret, bonis viris et bene de rep. meritis post obitum aeterna praemia et caelestia esse rependenda. Quod quum ita sit, immortales esse animos necesse est; de quo dogmate etiam alibi praeclare (praesertim in dialogo de senectute) disseruit Cicero, et in hoc libro non perfunctoria oratione disputavisse credendus est. Tum quia Plato in suae politiae fine virum quemdam ad vitam revocatum confinxit, eumque praemia bonorum malorumque supplicia, quae viderat, narrantem introduxit; noster quoque Cicero, defensa prius contra nescio quos derisores platonica narratione, aliam paris artificii historiam concinnat hominis haud quidem reviviscentis, sed somnium narrantis, quò demonstraret spatiosiora virtutem manere praemia, quam humanae vitae gyrus esse solet. Atque ita hic praestantissimus de rep. tractatus conclusus fuit. Gratiae sint igitur Macrobio quinti saeculi homini, qui editis in Scipionis somnium duobus commentariorum libris, extremam hanc pulcherrimam tulliani operis partem nobis conservavit. Sic etiam deperditarum aliquot eiusdem Tullii orationum reliquias non nisi apud scholiastas legimus conservatas, vel apud Asconium scilicet, vel apud alium aeque egregium ac veterem, quem nos ipsi ex palimpsestis iamdudum eruimus priscum interpretem.

.M. TULLII CICERONIS

DE RE PUBLICA.

LIBER SEXTUS.

I. ...... Totam igitur expectas prudentiam huius r ris 1) quae ipsum nomen hoc nacta est ex providendo *nius voc. prudentia.*

Quam ob rem se comparet hic civis ita necesse est, contra haec quae statum civitatis permovent *a*), sempe matus 2). *Idem voc. comparare.*

Eaque dissensio *b*) civium, quod seorsum eunt alii ad seditio dicitur 3). *Idem voc. seditio, et Servius ad aen. I*

Et vero in dissensione civili, cum boni plus quam valent, expendendos civis *c*) non numerandos puto. *Id doct. indag.*

Graves enim dominae cogitationum libidines *d*) infinita dam cogunt atque imperant : quae quia nec expleri, n

a) Nonii editiones nonnullae habent *pervertunt*. Mr. — *b*) Sic bene Servius; at I tiones *dissensione*. — *c*) *Cives* emendavit Cuiacius obs. XI. 9, quum vulgo scriberetu unde ego malui facere archaismum *civis*. — *d*) Ed. paris. *lubidines*.

1) Cicero ad Att. VII. 3. ait se virum politicum in sexto informavisse : quae tamen lectio *sexto* utrum emendata sit, subdubito; quoniam in quinto etiam libro de rectore reip. dictum fuit. Ad prudentiam heic commemoratam quod attinet, Victorinus prohoem. ad Cic. rhet. ait: *virtus in rhetoricis a Cicerone dicitur quae sapientia, in libris vero de rep. illa virtus dicitur quae prudentia.* Respicit igitur Victorinus vel hunc locum vel lib. II. 40. Augustinus autem C. D. XIX. 4. 4. hunc ipsum locum tacite spectans, scribit *quae prudentia dicitur*.

2) De commutationibus reru cturum se Cicero promisit I. 40; de conservandis civitatibus II. 1 Cicero fin. V. 4. ait Aristotelem phrastum docuisse qualem in r cipem esse conveniret; hoc ampli phrastum quae essent in rep. in nes rerum etc. En quibus exem ipse Cicero usus est.

3) Augustinus Tullium forte ctans, de ord. II. 48: *populus vitas est, cui est periculosa d Quid est autem dissentire,* i *unum sentire?*

tiari ullo modo possunt, ad omne facinus impellunt eos, quos illecebris suis incenderunt *a*). *Idem voc. expleri.*

II. Quod quidem eo fuit maius, quia quum causa pari collegae essent, non modo invidia pari non erant, sed etiam Claudii invidiam Gracchi caritas deprecabatur 1). *Nonius voc. deprecor, et Gellius VI.* 16.

Qui numeros *b*) optimatum et principum obtulit his vocibus; et gravitatis suae liquit illum tristem et plenum dignitatis sonum 2). *Nonius voc. triste.*

Ut, quemadmodum scribit ille, cotidiano *c*) in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent. *Idem de num. et cas.*

In his, ut meministis, concursu levissimae multitudinis et aere congesto funus de subito esset ornatum. 3) *Id. voc. de subito.*

Firmiter enim maiores nostri stabilita matrimonia esse voluerunt 4). *Idem voc. firmiter, et Priscianus lib. XV. p.* 1010. 5).

Oratio extat Laeli, quam omnes habemus in manibus, quam simpuvia pontificum diis immortalibus grata sint samiaeque, ut ibi scribit, capedines *d*). *Nonius voc. samium.* 6).

a) Ita ed. paris. At plantin. et gothofr. *qui illecebris suis incenduntur.* — *b*) Ita habent *numeros* editiones nonnullae fragm. Cic. At aliae et Nonius *numero*. Mr. — *c*) *Cotidiano* vel *cottidiano* adverbium etiam apud Frontonem in fragmentis miscellis. — *d*) Vexatus in codd. Nonii locus. Verba *quam extat*, vel *est*, absunt a vaticanis codd. itemque a plantin. editione. Vox *Laelii* item corrupta est, *Ladi*, et *Leni*: tres tamen codices habent *Laeli*, nullus *Laelii*. Cuncti codd. pro *simpuvia* habent *si imperia*: item pro *is scribit*, habent *ibi scribit*, quod retineo. Unus corrupte *ibit*; alter

1) Agitur de severis censoribus Claudio et Graccho (patre turbulentorum Gracchorum) quorum prior post magistratum quum a centuriis damnaretur, alter professus est se in exilium cum illo iturum; qua caritate poenam collegae a populo deprecatus est.

2) Num sermo est de fistula Gracchi tutoria? quam festivam narrationem habemus apud Cic. de or. III. 60. sqq. Certe in hoc sexto libro Gracchorum seditiones commemoravisse Tullium constat. Vide infra cap. VIII.

3) Putarem verba fieri de funere Tib. Gracchi, nisi Plutarchus in eius vita diceret proiectum fuisse cadaver in Tiberim. Agitur tamen de recenti re, prout demonstrant verba, *ut meministis*.

4) Augustinus de bono coniugii c. VII. *non licet more romano nec superducere, ut amplius habeat quam unam vivam.*

5) Nonius aeque ac Priscianus citant ex VI. de rep. Quare non sum ausus transferre hoc fragmentum ad quartum librum cap. VII. post Augustini locum, ut censor lipsiensis mallet. Et quidem Augustinus ibi loquens, non unum, sed plures de rep. libros spectare videtur.

6) Hoc item fragmentum mallet censor lipsiensis translatum ad lib. IV. 8. post aliud item ex Nonio voc. *excipere;* sed tamen quia hoc, quod est in manibus, citatur a Nonio ex *sexto* libro, illud autem ex *quarto*, nihil temere immutandum putavi.

III. Imitatione Platonis Cicero de re publica scriben
cum etiam de Eris *a*) pamphyli reditu in vitam, qui,
rogo impositus revixisset, multaque de inferis secreta I
set, non fabulosa, ut ille, assimilatione commentus es
sollertis somnii rationabili quadam imaginatione comp
videlicet scite significans, haec quae de animae immor
dicerentur caeloque, somniantium philosophorum *non*
commenta, nec fabulas incredibiles, quas epicurei der
sed prudentium coniecturas. Insinuat, Scipionem illun
Karthagine subiugata cognomen familiae peperit Afric
huic Scipioni Pauli filio *c*) futuras a propinquis insidias
talis metae denuntiare curriculum, quod necessitate nu
rum in vitae perfectae tempora coartetur; ponitque illum
suae quinquagesimo ac sexto anno, duobus in se coeu
numeris, absolutam caelo animam, unde acceperat, re
rum etc. *Favonius Eulogius* 1) *comm. ad somn. Scip.*

IIII. Nonnulli nostri 2), propter quoddam praeclaris
loquendi genus, et propter nonnulla quae veraciter s
amantes Platonem, dicunt eum aliquid simile nobis eti
mortuorum resurrectione sensisse 3). Quod quidem sic

pro *lib. VI.* habet *lib. III.* Unus denique praetermittit totum exemplum. Quaestio a
ditorum est, num heic *Laeli* sit secundus casus an quintus. Sane secundus casus ita sc
antiquis codd.; heic autem sermonem fieri de Laelii oratione satis arguitur ex Cic. N.
et 17, quibus in locis appellatur de religione nobilis et aureola Laelii oratiuncula, in
tio erat capeduncularum Numae. Licet autem arbitrari, Ciceronem in hoc loco politic
esse copiose et pro dignitate de religione, sine qua resp. perseverare non potest. Cic. I
leg. I. ff. 21. — *a*) Editio Eulogii habet *regis;* sed mendum certum pro *Eris*. — *b*)
ab editione quae utor Graevii, quae tamen particula necessario ad auctoris mentem scril
— *c*) Imitatur Eulogius locutionem libri I. 9. de rep.

1) Eulogius aequalis fuit familiarisque divi Augustini, qui sic de illo loquitur in opere de cura ger. pro mortuis cap. XI. *Nobis apud Mediolanum constitutis, Karthaginis rhetor Eulogius, qui meus in eadem arte discipulus fuit, sicut mihi ipse, postea quam in Africam remeavimus, retulit, cum rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionem, quam postridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obscurum: quo non intellecto, vix potuit dor-*
mire sollicitus: qua nocte so
ego illi quod non intelligebat e
immo non ego, sed imago s
sciente me etc. En igitur Eulog
pionis somnium explicantem,
quoque per somnium tulliana
aliquando intellexerat.

2) Hos inter Eusebius est pr
XI. 33.

3) Hinc, ut narrat divus August
XXXI. 8, quidam eo vesaniae ev
ut de Platonis libris ipsum D
profecisse contenderint; quos I

in libris de re publica Tullius, ut eum lusisse potius, quam id quod verum esset, adfirmet dicere voluisse. Inducit enim hominem revixisse 1), et narrasse quaedam quae platonicis disputationibus congruebant. *Augustinus C. D. XXII.*

V. In hoc vel maxime operis similitudinem servavit imitatio, quod cum Plato in voluminis (*de rep.*) conclusione a quodam vitae reddito, quam reliquisse videbatur, indicari faciat qui sit exutarum corporibus status animarum, adiecta quadam sphaerarum vel siderum non otiosa descriptione; rerum facies non dissimilia significans a tulliano Scipione per quietem sibi ingesta narratur 2). *Macrobius in somn. Scip. I.* 1.

VI. Hunc ordinem Tullius non minore iudicio reservans quam ingenio repertus est. Postquam in omni reip. otio ac negotio palmam iustitiae disputando dedit, sacras immortalium animarum sedes, et caelestium arcana regionum in ipso consummati operis fastigio locavit 3); indicans quo his perveniendum vel potius revertendum sit, qui rem publicam cum prudentia, iustitia, fortitudine ac moderatione tractaverint. Sed ille platonicus secretorum relator Er quidam nomine fuit, natione pamphylus 4), miles officio, qui quum vulneri-

mos refutavit sanctus Ambrosius libris aliquot, qui iam heu non extant. Ceterum ipse Chrysippus apud Lactantium inst. VII. 23. haud incredibilem esse putat reditum hominum in vitam.

1) Prodigia huiusmodi hominum ad vitam ex inferis revocatorum congerunt Plinius VII. 52; Labeo apud Aug. C. D. XXII. 28; Suidas voc. Αἴσωπος. Adde Ovidium metam. XV, cum Hieronymo in Is. VIII. 26. 14. Sed omnium copiosissime Proclus ineditus ad X. reip. Plat. studiis Democriti, Clearchi, Naumachii, Hieronis, Hipparchi, et Arridaei hac de re scriptis. Procli particulas recitat Morus ad evang. Ioh. XI. 39. e codice florentino nobilium Salviatorum iam tum male, ut ait, conservato, lacunoso et [illegible]. Quin adeo Heraclides apud eundem Proclum narrat, quendam vivum [illegible] regna inferna vidisse.

2) Scipionem somno indulgentem, id que ei vitium unicum a Romanis obiectum, tradit Plutarchus reip. ger. pr. tom. IX. p. 194. En unde ingeniosissimus Cicero ansam probabilem arripuit huius somnii confingendi. Scipio quoque maior dicitur a Polybio X. 2 sqq. somniis et divinationibus deditus. Scriptores de somniis memorat Servius aen. VI. 284. 894; Clearchi libros de somno Proclus.

3) Hinc Proclus merito observat, fabulam Eris esse imaginem ac veluti epitomen socraticae politiae. Idem dicere licet de somnio Scipionis.

4) Proclus τὸ γένος πάμφυλος. Quammobrem nolui cum aliis emendare, vel potius corrumpere, *pamphylius*. De Eris nomine ac genere, quem quidam Zoroastren putaverunt, multa ac praeclara disputat Proclus, cuius nos magnam partem luce donavimus. Citat autem in ea disputatione Proclus et sui ipsius et Zoroastris de natura libros: item auctores Croniums

bus in proelio acceptis vitam effudisse visus, duodecimo die 1 demum inter ceteros una peremptos ultimo esset honorandu igne, subito seu recepta anima 2) seu retenta, quidqui emensis inter utramque vitam diebus egerat videratve, tam quam publicum professus iudicium, humano generi enuntia vit. Hanc fabulam Cicero licet ab indoctis, quasi ipse ver conscius, doleat irrisam 3), exemplum tamen stolidae reprehensionis vitans, excitari narraturum, quam reviviscere maluit. *Idem Macrobius voc. cit.*

VII. Ac prius quam somnii verba consulamus, enodandum nobis est, a quo genere hominum Tullius memoret vel irrisam Platonis fabulam, vel ne sibi idem eveniat non vereri. Nec enim his verbis vult imperitum vulgus intellegi, sed genus hominum veri ignarum, sub peritiae ostentatione philosophum: quippe quos et legisse talia, et ad reprehendendum animatos constaret 4). Dicemus igitur et quos in tantum philosophum referat quandam censurae exercuisse levitatem, quisve eorum etiam scriptam reliquerit accusationem etc. Epicureorum tota factio aequo semper errore a vero devia, et illa existimans ridenda quae nesciat, sacrum volumen et an-

et Theodorum asinaenm. Arnobius lib. I. ed. plantin. p. 31. inter magos post Zoroastrem numerat Armenium Zostriani nepotem, et Pamphylum familiarem Cyri. Vides autem quam haec quadrent ad illam controversiam quam Proclus partim adhuc ineditus versat.

1) Cur duodecimo potissimum die? Interpretum varias subtilitates circa hanc δωδεκάδα reiicit Proclus cum Porphyrio, quem citat. Alii scilicet cum numerum retulerunt ad zodiacum, alii ad menses, alii ad duodecim deos.

2) Animae a corpore recessum ad tempus (quam nos extasim diceremus) admittunt apud Proclum libri sacerdotales, itemque Augustinus de civ. D. XIV. 24. Pueri exemplum, cuius anima virga ψυχουλκῷ educebatur corpore scribit imperfectum propter codicis vitiati lacunam Morus ad act. XX. 10. Lege similia de Hermotimo apud Plinium hist. VII. cap. 52, et apud Origenem contra Celsum III. 32.

3) Hinc vides, Ciceronem hoc libro de fabula platonica paulisper disseruisse, eamque ab irrisoribus defendisse. Certe omnium gravissima est invectio Dionysii halic. II. 68. contra atheae, ut ipsemet loquitur, philosophiae adseclas, qui prodigia omnia Numinisque in rebus humanis interventum ludibrio habent.

4) Fabulam tuetur contra Colotem Proclus, simulque docet quot ei loco illustrando docti platonici curas impenderint, nempe Numenius, Albinus, Gaius, Maximus nicaenus, Harpocration, Euclides, et denique Porphyrius prae omnibus, qui Proclo videtur abditorum in fabula sensuum praecipuus interpres. Eum hanc mediocrem Procli tractatum habes impressum apud nos AA. Class. T. I. post praefationem. Legesis etiam Origenem contra Celsum II. 16.

irrisit naturae seria. Colotes vero inter Epicuri au-
mosior et loquacitate notabilior 1), etiam in librum
ae de hoc amarius reprehendit. Sed cetera, quae
tavit 2), siquidem ad somnium, de quo hic pro-
no, non attinent, hoc loco nobis omittenda sunt:
mniam persequemur, quae nisi supplodatur, mane-
ni cum Platone communis. Ait a philosopho fabu-
oportuisse confingi: quoniam nullum figmenti genus
essoribus conveniret. Cur enim, inquit, si rerum
notionem, si habitum nos animarum docere volui-
simplici et absoluta hoc insinuatione curatum est,
ita persona casusque excogitata novitas, et composita
cena figmenti, ipsam quaerendi veri ianuam mendacio
t? Haec quoniam, cum de platonico Ere iactantur,
tem Africani nostri somniantis incusant etc. *Id. cap. II.*
Scipionem haec occasio ad narrandum somnium pro-
quod longo tempore se testatus est silentio condi-

Colotem est invectio Plu-
impietas coarguitur epicu-
animas perire cum corpori-
Colotem Cicero quoque re-
loco politico, ubi loqueba-
ortalitate animorum. Apud
XC. XCI. CIII. CIIII. satis
orari locos plures e Cicero-
tremo autem loco sermo fit
itate animorum partim tul-
verbis: *mortem malorum*
s finem, habent quidem
nicae) litterae, sed nec
epicureorum est quippe
s, et siqui alii mortalem
tant. At illi, quos Tullius
res philosophos appellat,
magni pendat auctorita-
cum extremum diem
non extingui animam sed
t, et ut merita quoque
seu bona seu mala, vel
vel ad miseriam
hos philosophos
in egregio scripto
immortalitate opusc. t. II.
p. 647. sqq. usque ad Senecam; addendus-
que est Tacitus vit. Agric. cap. 46. (Con-
tra idem Tullius de sen. cap. XXIII. ap-
pellat *minutos philosophos*, qui morte
animum extingui censebant.) Colotis
quidem ad Platonis Lysidem, commen-
tarius, itemque alius liber sine titulo, in-
venti sunt Neapoli in papyris herculanen-
sibus nuperius evolutis, uti me monebat
v. cl. Angelus Scbottus bibliothecae re-
giae neap. olim praeses. De immortali-
tate animorum legatur etiam S. Athana-
sius orat. contra gentes cap. 32. sqq.

2) Veluti de poenis apud inferos, de
Eris corpore post tot dies incolumi, de
incredibilitate, ut aiebant epicurei, re-
viviscendi, deque aliis; quae omnia ob-
iecta Proclus copiose dissolvit. Et qui-
dem etiam Chrysippus apud Lactantium
instit. VII. 23. possibilem ait genera-
lem corporum resurrectionem. Idem Pro-
clus, cum Macrobio, aptissimam ait esse
hanc fabulam ad demonstranda futurae
vitae seu praemia seu poenas; id quod
divinae providentiae prorsus esse con-
sentaneum, diserte confirmat.

disse. Cum enim Laelius quereretur nullas Nasicae statuas in publico in interfecti tyranni remunerationem locatas 1); respondit Scipio post alia in haec verba: - Sed quamquam sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est praemium 2); tamen illa divina virtus non statuas plumbo inhaerentes 3), nec triumphos arescentibus laureis, sed stabiliora quaedam et viridiora praemiorum genera desiderat 4). Quae tandem *a*) ista sunt, inquit Laelius 5)? Tum Scipio, patimini me, inquit, quoniam tertium diem iam feriati sumus 6), et cetera, quibus ad narrationem somnii venit, docens illa esse stabiliora et viridiora praemiorum genera, quae ipse vidisset in caelo bonis rerum publicarum servata rectoribus. *Idem Macrobius cap. IV.*

SOMNIUM

VIIII. Cum in Africam venissem M' Manilio *b*) consuli ad quartam legionem tribunus, ut scitis, militum; nihil mihi

a) Macrob. *tamen*. — *b*) De hoc praenomine et nomine recole dicta a nobis lib. I. 12.

1) Hinc Cicero ad Att. VI. 1. reprehendit errorem Metelli, qui statuam Africani putaverat esse Nasicae, quorum utriusque cognomen fuit Scipio. Cur autem in hoc de rep. libro sermo fuit de Nasica? Sine dubio quia fuit Ti. Gracchi interfector; Gracchi autem necati mentionem hoc in opere fuisse, testis est Augustinus C. D. II. 21. Lege eundem Augustinum C. D. I. 30, ubi is scribit de Nasica, ad hunc fortasse Ciceronis locum respiciens.

2) Conf. Platonem reip. X. p. 608; Servium aen. I. 604.

3) Catoniana sententia haec est. Noluit enim Cato sibi statuam poni: quod diceret, malle se iam quaeri cur non, quam cur sibi statua esset posita; Plut. reip. ger. pr. tom. IX. p. 263. et apoph. tom. VI. p. 750. Vel sententia petitur ex Ennio, qui de maiore Scipione sic loquitur apud Trebellium in Claudio cap. VII. In eandem fere sententiam loquitur etiam Maecenas ad Augustum apud Dionem LII. 35; et magnifice, ut cetera, Tacitus vit. Agric. fin. Confer Catonis dictum apud Frontonem de fer. als. II. Cur statuae poni debeant bene meritis de rep. viris, docet Symmachus ep. X. 32.

4) Intelligit immortalem bonorum vitam. Iam ad hanc perpetuam, quam ipse hoc in libro tuitus erat bonorum vitam respicit Cicero ad Att. X. 8. cum ait: *tempus est nos de illa perpetua iam, non de hac exigua, vita cogitare*. Praeterea quod Lactantius dicit inst. III. 12. de immortalitate, nempe ipsam solam, summum esse bonum, id fortasse ex hoc sexto libro sumitur.

5) Platonica admiratio sive interrogatio, quae fit reip. X. pag. 608. a Glaucone ante quam Socrates disputationem ingrediatur de immortalitate animorum.

6) Feriis nimirum latinis; itaque proprie loquitur.

potius fuit quam ut Masinissam convenirem, regem familiae nostrae iustis de causis amicissimum 1). Ad quem ut veni, conplexus me senex conlacrimavit, aliquantoque post suspexit in caelum: et grates, inquit, tibi ago, summe sol, vobisque reliqui caelites, quod ante quam ex hac vita migro, conspicio in meo regno et his tectis ·P· Cornelium Scipionem, cuius ego nomine ipso recreor: ita numquam ex animo meo discedit *a*) illius optimi atque invictissimi viri memoria. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostra re publica percontatus est: multisque verbis ultro citroque habitis, ille nobis consumptus est dies.

X. Post autem regio apparatu accepti « sermonem in multam noctem produximus 2) » cum senex nihil nisi de Africano loqueretur, omniaque eius non facta solum, sed etiam dicta meminisset. Deinde, ut cubitum discessimus, me et fessum *b*) de via, et qui ad multam noctem vigilassem, artior quam solebat somnus conplexus est. Hic mihi (credo equidem ex hoc quod eramus locuti: fit enim fere ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius 3), de quo videlicet saepissime vigilans solebat cogitare et loqui), Africanus se ostendit illa forma, quae mihi ex imagine eius, quam ex ipso erat notior 4): quem ut agnovi, equidem cohorrui 5): sed ille,

a) Graev. *descendit*, quod non retineo; nam et codices plurimi habent *discedit*. Ceterum editio graeviana habet quodammodo patrocinium virgilianum *quam nostro illius labatur pectore vultus*. *b*) *Fessum* deest perperam in ed. graeviana.

1) Quia scilicet Masinissa ab Africano superiore in regnum fuerat restitutus, adiecta partim ditione Syphacis, App. pun. XXXII. Ter autem ad Masinissam ivisse Scipio videtur; primum missus a Lucullo, cuius erat in Celtiberia legatus, ad petendos elephantos et auxilia, App. pun. LXXI, et Val. M. V. 2. ext. 4. Iterum ut heic in somnio dicitur. Tertio, moriente iam Masinissa, ad eius regnum inter filios dividendum; quamquam fata Masinissae videntur Scipionis adventum praeoccupavisse, Val. M. loco praedicto. Malim tamen credere unum esse secundum tertiumque adventum; Ciceronis autem Valeriique narrationes paululum variare.

2) Locum citat Fronto exemp. eloc. voc. *in noctem*.

3) Annal. fragm. lib. I.

4) Africanus minor natus creditur eodem anno quo superior mortuus est. De anno illo loquitur Cato coram Scipione minore apud Tullium de sen. VI; controversiam autem versat Pighius ad an. urbis DLXVIII. (varron. IX.) Sane minor Africanus natus erat ipso anno varr. DLXIX, siquidem is mortuus est anno DCXXV, anno aetatis suae LVI.

5) Africanum commoveri solitum ima-

ades, inquit 1), animo et omitte timorem, Scipio, et quae dicam, trade memoriae.

XI. Videsne illam urbem, quae parere populo romano coacta per me, renovat pristina bella, nec potest quiescere 2)? (ostendebat autem Karthaginem de excelso, et pleno stellarum, inlustri, et claro quodam loco) ad quam tu oppugnandam nunc venis paene miles? hanc hoc biennio consul evertes, eritque cognomen id tibi per te partum quod habes adhuc a nobis hereditarium. Cum autem Karthaginem deleveris, triumphum egeris, censorque fueris, et obieris legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Graeciam 3), deligere iterum cos. absens, bellumque maximum conficies, Numantiam exscindes. Sed cum eris curru Capitolium invectus, offendes rem publicam perturbatam consiliis nepotis mei.

XII. Hic tu, Africane, ostendas oportebit patriae lumen

ginibus conspectis maiorum ait Sallustius Iug. cap. IV. Ceterum hic agitur de viso.

1) Quonam pacto animae corporibus exutae loquantur, curiose edisserit Proclus, cuius disputationem partim nos edidimus AA. Class. T. I. p. 366. seqq, quae neque ingrata fortasse neque inutilis erit scholasticis theologis, caelestem conversationem ac veluti colloquium animarum explicare laborantibus. Ad colloquium spirituum quod adtinet, sic Didymus de Sp. s. ff. 34. *Non secundum consuetudinem nostram, qua ad nos invicem sermocinamur et loquimur, sed iuxta formam incorporalium naturarum, et maxime Trinitatis, quae voluntatem suam inserit in corde credentium.*

2) Hoc loco recitare mihi placet fragmentum quoddam ex interprete cruquiano ad Horatium od. IV. 8. 17. p. 232. b. En verba: *Cicero in dialogis nominavit foedifragos Afros*. Iamvero dialogorum tullianorum nomine libros fere de rep. intelligi, saepe a me dictum est. Et quidem Horatius atque eius interpres ibi loquuntur, ut heic Cicero, de Karthaginis eversore Scipione. Etsi autem idem Cicero off. I. 12. dicit *Poenos foedifragos*; opus quidem de officiis caret dialogo; tum varietas est *Poenos* pro *Afros*. Quare vel locus alius videtur; vel certe, quod valde suspicor, pro *in dialogis*, interpres Horatii dicere debuit *in officiis*. Nonne enim super nos ad lib. V. 10. in scholio p. 206, parem coarguimus Rufini rhetoris errorem, citantis *dialogos de rep.*, pro libro qui inscribitur *orator*.

3) Atqui Cicero acad. IV. 2. Scipionem obivisse nobilem illam legationem ante censuram scribit; quod eius *μνημονικὸν ἁμάρτημα* iamdiu coarguisse sibi videbatur A. Bendinellius ad Africani vitam controv. XIIII, quia ceteri historici eundem temporum sequuntur ordinem quem nunc Cicero in somnio. Sed en rursus alia erroris refutatio, quod nempe Scipio in hoc opere lib. III. 35. super (ergo post censuram) se fuisse Rhodi cum Mummio dicit; quod dictum mire congruit cum Simsonii sententia, qui Scipionis legationem in annum DCXXIIII. coniicit. Recurrit ergo Pighii opinio, quam supra III. 35. laudavimus, de triplici Scipionis legatione.

nimi, ingenii, consiliique tui. Sed eius temporis ancipitem ideo quasi fatorum viam. Nam cum aetas tua septenos octiens olis anfractus reditusque converterit, duoque hi numeri, quorum uterque plenus, alter altera de causa, habetur 1), circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint; in te unum tque in tuum nomen se tota convertet civitas: te senatus, te mnes boni, te socii, te Latini intuebuntur: tu eris unus, in uo nitatur civitatis salus; ac ne multa, dictator rem publiam constituas oportet 2), si impias propinquorum manus efugeris. Hic cum exclamasset Laelius, ingemuissentque ceteri ehementius; leniter arridens Scipio, quaeso, inquit, ne me somno excitetis, et pax sit rebus *a*), audite cetera.

XIII. Sed quo sis, Africane, alacrior ad tutandum rem ublicam, sic habeto: omnibus, qui patriam conservarint, diuverint, auxerint, certum esse in caelo definitum locum, bi beati aevo sempiterno fruantur: nihil est enim illi principi eo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris at, acceptius, quam concilia coetusque hominum iure soiati, quae civitates appellantur 3): harum rectores et conrvatores hinc profecti, huc revertuntur 4).

XIIII. Hic ego, etsi eram perterritus non tam metu mortis

a) Textus graevianus *et parum rebus*, quam lectionem excludit auctoritas permultorum cocum apud Lagomarsininum. Sane et Planudes interpretatur ἀλλ' εἰρήνη ἔστω τοῖς πράγμασιν, ὡς ἀκοῦσαι καὶ τὰ λοιπά. Aliorum criticorum coniectura est *et parumper*. Quod tem heic scribit Heinrichius *et rumpatis risum*, mihi id prorsus non probatur, nec tullianum detur.

1) Septenarius dicitur plenus ob eius nestantiam apud veteres celebratam; nonarius item, quia par.

2) Scipionis ambitionem notat Cicero R. I. 30, ut iam dixi ad lib. I. 17. p. 33. not. 4. Speravisse autem dictaturam idetur ex hoc somnii loco Scipio. Quod item reip. salus in rectoris saepe virte nitatur, praeclare adfirmat cum Plaone Proclus. Νῦν ὁ Πλάτων περὶ τῆς πρώτης διδάσκων πολιτείας, μιμεῖται τὸν ὅλον δημιουργόν· ὡς οὖν δι' ἐκεῖνον ἄλυτον εἶπεν εἶναι τὸν κόσμον, καὶ τὴν αὐτοῦ βούλησιν μέγιστον οὖσαν δεσμόν, οὕτω ταύτην τὴν πολιτείαν οὐκ ἄλυτον μέν, ἀνθρωπίνην οὖσαν, δύσλυτον δὲ εἶναι φησὶν, διὰ τὴν τῶν ἀρχόντων ἀρετήν.

3) Recole lib. 1. 7.

4) Hunc locum legebat Nectarius, uti constat ex eius epistula inter augustinianas CIII, qua in epistula non semel Ciceronem de rep. exprimit. Sic igitur Nectarius: *de patria bene meritis viris doctissimi homines ferunt, post obitum corporis, in caelo domicilium praeparari, ut promotio quaedam ad supernam patriam praestetur his hominibus, qui bene de genitalibus urbibus meruerunt: et hi magis cum Deo habitent, qui salutem dedisse aut consiliis aut operibus patriae doceantur.*

quam insidiarum a meis, quaesivi tamen, viveretne ipse et Paulus pater et alii, quos nos extinctos arbitraremur? Immo vero, inquit, ii vivunt, qui ex corporum vinculis, tamquam e carcere evolaverunt 1): vestra vero quae dicitur vita, mors est 2): quin tu aspicias ad te venientem 3) Paulum patrem. Quem ubi vidi, equidem vim lacrymarum profudi: ille autem me conplexus atque osculans flere prohibebat.

XV. Atque ego ut primum, fletu represso, loqui posse coepi, quaeso, inquam, pater sanctissime atque optume, quoniam haec est vita, ut Africanum audio dicere, quid moror in terris 4)? quin hinc *a*) ad vos venire propero 5)? Non est ita, inquit ille: nisi enim *b*) Deus is, cuius hoc templum est omne quod conspicis 6), istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium *c*) vides, quae terra dicitur: hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis: quae globosae et rotundae, divinis animatae mentibus, circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec iniussu eius, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum adsignatum a Deo defugisse *d*) videamini 7). Sed sic, Scipio, ut avus hic

a) Var. lect. apud Lagomarsinium *hinc*, vel *huc*. — *b*) Habent *enim* plurimi libri apud Lag. — *c*) Var. Lag. *medio*. — *d*) Cic. de rep. II. 19. *defugit patriam*.

1) Consentit cum de sen. c. XXI. sqq.

2) His verbis libere utitur Augustinus C. D. XII. 20, XIII. 10. Rem, iuxta erroneam quorumdam sententiam, explicat Macrobius ad somn. I. 10. Conferatur Cicero apud Augustinum lib. V. ff. 78. contra Iul. pelag. Item de sen. XXI. Tum Plutarchus consol. ad Ap. tom. VI. p. 437. sqq; denique Lactant. inst. III. 18.

3) Quo pacto venientem? Proclus cum Porphyrio eleganter poëticeque ait lucem esse vehiculum animarum.

4) Mirus Ciceronis veluti christianismus! (Confer etiam de sen. sub finem.) Ecce enim et Monica divi Augustini mater post illud suavissimum cum filio colloquium de regno caelorum, exclamavit: *Fili, quantum ad me attinet, nulla iam re delector in hac vita. Quid hic faciam adhuc, et cur hic sim nescio.* Confess. lib. IX. 10.

5) Quamlibet animam flagrare cupiditate conscendendi ad illa superiora, ait apud Proclum oraculi cuiusdam auctoritas: — *πάσαις μὲν γὰρ ἔχει γλυκερὸς πόθος, ὥσκεν ὄλυμπον — ἀθανάτοισι θεοῖς συνέμπορον αἰὲν ἔχωσιν. — οὐ πάσαις δὲ θέμις ἐπιβήμεναι τῶνδε μελάθρων. κ. τ. λ.*

6) Confer de rep. lib. I. 13. III. 9. Lege etiam Macrobium ad somn. I. 14.

7) Contra eos qui scelesto mortem

tuus, ut ego, qui te genui, iustitiam cole et pietatem: quae cum sit magna in parentibus et propinquis, tum in patria maxima est: ea vita via est in caelum, et in hunc coetum 1) eorum, qui iam vixerunt *a*), et corpore relaxati *b*) illum incolunt locum, quem vides.

XVI. Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos, ut a Graiis accepistis, orbem lacteum nuncupatis 2): ex quo omnia mihi contemplanti praeclara cetera et mirabilia videbantur. Erant autem eae stellae, quas numquam ex hoc loco vidimus: et eae magnitudines omnium, quas esse numquam suspicati sumus: ex quibus erat illa minima, quae ultima *c*) caelo, citima terris, luce lucebat aliena. Stellarum autem globi terrae magnitudinem facile vincebant. Iam ipsa terra ita mihi parva visa est, ut me imperii nostri, quo quasi punctum eius attingimus, paeniteret.

XVII. Quam cum magis intuerer, quaeso, inquit Africanus, quousque humi defixa tua mens erit? nonne adspicis, quae in templa veneris? novem tibi orbibus vel potius globis conexa sunt omnia: quorum unus est caelestis, extimus, qui reliquos omnis conplectitur, summus ipse Deus, arcens et continens ceteros: in quo infixi sunt illi, qui volvuntur, stellarum cursus sempiterni: cui subiecti sunt septem, qui versantur

a) Formula romana de iis qui extincti sunt. Lege Plutarchum in Cicerone cap. XXII. — *b*) Ita multi libri apud Lag. pro *laxati*. — *c*) *Ultima a* mavult Heinrichius. sed omittunt *a* libri quattuordecim apud Lagomarsinium.

ibi consciscunt invehitur Servius aen. XII. 603. cum Virgilio, pontificalibus libris, Cassio Hemina, et Varrone: Macrobius item ad somn. I. 13. cum Platone atque Plotino. Lege etiam ·M· Aurelium de vita sua III. 5, et Lactantium inst. III. 18. [Adde Cic. de sen. XX, et Tusc. I. 30. Mr.]

1) De animarum coetu seu panegyri Proclus: *τίς οὖν πανήγυρις ἐν ταύταις; ἡ πανήγυρις τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αὐτῶν συνιούσων εἰς τὴν κοινὴν χώραν τὴν ἑστίαν τῆς γενέσεως παρίστησιν.* Tum multis interiectis disputat de mutua animarum agnitione et visu.

2) *Sciendum est* (inquit Macrobius ad somn. I. 4.) *quod locus in quo sibi esse videtur Scipio per quietem, lacteus circulus est, qui galaxias vocatur*. Quid ita? quia scilicet veteres putabant somnia habitare in galaxia. Praeclaram de hac re doctrinam tradit Proclus: *δῆμον δὲ ὀνείρων, ὥς φησιν ἐκεῖνος* (Homerus) *τὸν γαλαξίαν· καὶ γὰρ τὸν Πυθαγόραν δι' ἀποῤῥήτων ᾄδην τὸν γαλαξίαν καὶ τόπον ψυχῶν ἀποκαλεῖν, ὡς ἐκεῖ συνωθουμένων· διὸ παρά τισιν ἔθνεσιν γάλα σπένδεσθαι τοῖς θεοῖς τοῖς τῶν ψυχῶν καθάρταις· καὶ τῶν πεσουσῶν εἰς γένεσιν εἶναι γάλα τὴν πρώτην τροφήν*. Cum Proclo conspirat partim Macrob. ad somn. I. 12.

retro contrario motu atque caelum; ex quibus unum possidet illa, quam in terris Saturniam nominant. « D hominum generi prosperus et salutaris 1) » ille fulg dicitur Iovis: tum rutilus horribilisque terris, quem dicitis: deinde subter mediam fere regionem sol obt dux et princeps et moderator luminum reliquorum, men et temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce i et conpleat. Hunc comites consequuntur, alter Ven alter Mercurii cursus: in infimoque orbe luna 4), rad accensa, convertitur. Infra autem iam nihil est, nisi et caducum, praeter animos generi hominum munere datos: supra lunam sunt aeterna omnia: nam ea quae es et nona tellus, neque movetur, et infima est, et in eam tur omnia nutu suo pondera.

XVIII. Quae cum intuerer stupens, ut me recep hic, inquam, quis est qui conplet auris meas tantus dulcis sonus 5)? Hic est, inquit ille, qui intervallis con inparibus, sed tamen pro rata parte, ratione *a*) distinc pulsu et motu ipsorum orbium conficitur *b*): qui acu

a) Sic Heinrich. cum var. libr. — *b*) Plurimi libri apud Log. *efficitur*.

1) Locum e sexto de rep. citat Priscianus lib VI. p. 693. Cur autem salutaris Iupiter in ethnicorum theologia? quia lucis videlicet auctor, unde ei nomen Diespiter. Lege Macrobium sat. I. 15, et ad somn. I. 19.

2) Proclus: *καί τοι γε οἶδα καὶ αὐτὸς ὅτι καὶ τοῖς μέσον τῶν ἑπτὰ τὸν ἥλιον εἴπουσιν ἀστρονόμοις, οὐ πάνυ δι' ἀναγκαίων τοῦτο δέδεικται λημμάτων· ὅπως δὲ ὅλως ἐπεχείρησαν, εἴπομεν ἐν τοῖς ἐς Τίμαιον ἱκανῶς.* (Dissentit quippe Cicero a Platone in stellarum ordine, uti loquitur Macrobius ad somn. I. 19.) Pergit Proclus dicere, priori sententiae favere Chaldaeos librosque theurgicos et divina oracula; cum Platone autem consentire Aristotelem et Calippum astronomum.

3) De Veneris magnitudine errorem memorat Proclus cum historico Carpo: *τόνγε τῆς Ἀφροδίτης τινὲς μείζονα φασὶν εἶναι τῆς γῆς, ὡς ἱστόρησεν* (

4) Lunam fontem naturae o Proclus: *εἰ δὲ καὶ προσεχῶ σεληνιακὴν ἀνήρτηται σφαῖρ τῆς γενέσεως αἰτίαι πάσης.*

5) Haec sunt a Platone reip. qui in sphaeris Sirenas colloc tes, itemque Parcas illarum respondentes. Proclus toto ca canentes exhibet: *μουσῶν δὲ οὐρανὸν συνεχουσῶν, συμφων τῶν ἐναντίων κινήσεως, καὶ τῇ ἑτέρᾳ τὴν ἑτέραν.* Hinc Ap sol, medio caelo situs, merit tes appellatus est. Significat au harmonia concordiam politica et Proclus innuit, et noster C II. 42. eodem exemplo utitur. rum musica ratione Pythago Plinium II. 22, apud Censori XIII, et denique apud Cassiod art. liberal. cap. V.

gravibus, temperans, varios aequabiliter concentus efficit: nec enim silentio tanti motus incitari possunt: « et natura fert ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent. Quam ob causam summus ille caeli stellifer *a*) cursus, cuius conversio est concitatior, acuto et excitato movetur sono; gravissimo autem hic lunaris atque infimus: nam terra nona inmobilis manens, ima sede semper haeret, conplexa medium mundi locum 1). » Illi autem octo cursus, in quibus eadem vis est duorum *b*), septem efficiunt distinctos intervallis sonos: qui numerus rerum omnium fere nodus *c*) est 2): quod docti homines nervis imitati atque cantibus, aperuere sibi reditum in hunc locum 3): sicut alii qui praestantibus ingeniis in vita humana divina studia coluerunt. Hoc sonitu oppletae aures hominum obsurduerunt: nec est ullus hebetior sensus in vobis: sicut ubi Nilus ad illa, quae catadupa nominantur, praecipitat ex altissimis montibus, ea gens, quae illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus, sensu audiendi caret. Hic vero tantus est totius mundi incitatissima conversione sonitus, ut eum aures hominum capere non possint: sicut intueri solem adversum nequitis, eiusque radiis acies vestra sensusque vincitur. Haec ego admirans, referebam tamen oculos ad terram identidem.

XVIIII. Tum Africanus, sentio, inquit, te sedem etiam nunc hominum ac domum contemplari: quae si tibi parva, ut est, ita videtur, haec caelestia semper spectato: illa humana contemnito. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quam expetendam gloriam consequi potes? Vides habitari in terra raris et angustis in locis 4); et in ipsis quasi macu-

a) Var. Lag. *stelliferi*. — *b*) Var. Lag. *modorum*. — *c*) Var. lag. *modus*.

1) Verba haec e sexto de rep. citat Boëthius de musica I. 27.

2) Hunc fere locum se legisse demonstrat Hieronymus ep. XLVIII. 19. ubi ait: *an forsitan Pythagoram et Archytam tarentinum, et Publium Scipionem in sexto de rep. de impari numero proferam disputantes?*

3) Virgilius igitur in beatorum sedibus collocavit apprime Orpheum lyra canentem Aen. VI. 645: *nec non threicius longa cum veste sacerdos—obloquitur numeris septem discrimina vocum*. Et mox in eisdem sedibus post poëtas collocat *inventas aut qui vitam excoluere per artes*; ita ut Tullii hunc locum imitari videatur. Revera Virgilium quandoque ad politicum hoc opus respexisse, alibi in scholiis adnotavimus.

4) Conf. Senec. quaest. nat. praef.

lis, ubi habitatur, vastas solitudines interiectas: hosque *a*) qui incolunt terram, non modo interruptos ita esse, ut nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare *b*) possit, sed partim obliquos, partim aversos, partim etiam adversos stare vobis: a quibus expectare gloriam certe nullam potestis.

XX. Cernis autem eandem terram quasi quibusdam redimitam et circumdatam cingulis *c*); e quibus duos maxime inter se diversos, et caeli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos, obriguisse pruina vides; medium autem illum et maximum, solis ardore torreri: duo sunt habitabiles, quorum australis ille in quo qui insistunt, adversa vobis urgent vestigia, nihil ad vestrum genus: hic autem alter subiectus aquiloni, quem incolitis, cerne quam tenui vos parte contingat 1): omnis enim terra quae colitur a vobis, angusta verticibus, lateribus latior, parva quaedam insula est, circumfusa illo mari, quod atlanticum, quod magnum, quem *d*) oceanum appellatis in terris: qui tamen tanto nomine quam sit parvus, vides. Ex his ipsis cultis notisque terris, num aut tuum aut cuiusquam vestrum *e*) nomen vel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem transnatare 2)? Quis in reliquis orientis aut obeuntis solis ultimis aut aquilonis austrive partibus tuum nomen audiet? quibus amputatis, cernis profecto, quantis in angustiis vestra se gloria dilatari velit. Ipsi autem, qui de vobis *f*) loquuntur, quamdiu loquentur?

XXI. Quin etiam si cupiat proles illa futurorum hominum

a) Var. Lag. *hos quoque*, vel *eosque*. — *b*) Var. Lag. *meare*. — *c*) Var. Lag. *circulis*. — *d*) Var. Lag. *quod*. — *e*) Var. Lag. *nostrum*. — *f*) Multi libri apud Lag. *nobis*.

1) Sic etiam Proclus. Ἡ μὲν πεμπὰς ἔν τε τῇ ἀπλανεῖ τοὺς πέντε κύκλους διεστήσατο, τὸν ἀρκτικὸν, καὶ ἀνταρκτικὸν, τὸν χειμερινὸν τροπικὸν, καὶ θερινὸν, τὸν μέσον τούτων ἰσημερινόν· καὶ ἐν τοῖς πλανωμένοις τοὺς πέντε διεῖλεν ἀπὸ δύο φωστήρων, ἐξαιρέτους ἔχοντας τὰς προσθαφαιρέσεις· καὶ ἐν τοῖς σχηματισμοῖς αὐτῶν, τὸ ἄριστον ἔλαχε τῶν σχημάτων ἀφορίζειν τὸ τρίγωνον· τὸν δὲ ὅλον κόσμον ἐν πέντε τοῖς στοιχειώδεσι σχήμασι καὶ πέντε κέντροις συνεκλήρωσεν· ἡ δὲ τετρὰς, σχῆμα μὲν τῶν κινουμένων ἀπεργάζεται, τὸ τετράγωνον· τὸν δὲ ζωδιακὸν κύκλον ἀπέφηνεν τετραμερῆ· τῶν δὲ πλανητῶν ἑκάστῳ τὰς κινήσεις ὥρισεν· εἰσὶ γὰρ τέτταρες, ἡ περὶ τὸ οἰκεῖον κέντρον, ἡ κατὰ μῆκος, ἡ κατὰ πλάτος, ἡ κατὰ βάθος κ. τ. λ.

2) Hunc fere locum a Boëthio intellectum fuisse perperam de aetate ipsius Ciceronis, observat Franciscus Petrarcha ep. senil. XVI. 2.

deinceps laudes uniuscuiusque nostrum a patribus acceptas posteris prodere, tamen propter eluviones exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est 1), non modo *a*) aeternam, sed ne diuturnam quidem gloriam adsequi possumus. Quid autem interest, ab iis, qui postea nascentur, sermonem fore de te, cum ab iis nullus fuerit, qui ante nati sint 2)? qui nec pauciores, et certe meliores fuerunt viri.

XXII. Cum praesertim apud eos ipsos, a quibus audiri nomen vestrum *b*) potest, nemo unius anni memoriam consequi possit: homines enim populariter annum tantummodo solis, id est unius astri, reditu *c*) metiuntur: reapse *d*) autem cum ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius caeli *e*) descriptionem longis intervallis retulerint, tum ille vere vertens annus appellari potest: in quo vix dicere audeo, quam multa saecula hominum teneantur. Namque ut olim deficere sol hominibus extinguique visus est, cum Romuli animus haec ipsa in templa penetravit; ita quandoque eadem parte sol eodemque tempore iterum defecerit, tum signis omnibus ad idem principium stellisque revocatis, expletum annum habeto: huius quidem anni nondum vigesimam partem scito esse conversam 3).

XXIII. Quocirca si reditum in hunc locum desperaveris, in quo omnia sunt magnis et praestantibus viris; quanti tandem est ista hominum gloria, quae pertinere vix ad unius anni partem exiguam potest? Igitur alte spectare 4) si voles, atque hanc sedem et aeternam domum contueri; neque te sermonibus vulgi dederis, nec in praemiis humanis spem posueris rerum tuarum: suis te oportet inlecebris ipsa virtus trahat ad verum decus: quid de te alii loquantur, ipsi videant; sed loquentur, tamen. Sermo autem omnis ille et angustiis cingitur iis regionum, quas

a) Multi item libri apud Lag. *non modo non*. — *b*) Sic var. apud Lag. pro *nostrum*. — *c*) Var. Lag. multorum librorum *reditum*. — *d*) Sic var. Lag. — *e*) Unus liber apud Lag. *anni*.

1) Haec item sunt a Platone. Confer Euseb. praefat. ad lib. I. chron.

2) Ex Lucretio lib. III. 985.

3) Annus mundanus complectitur popularium annorum quindecim millia, ut physici aiunt apud Macrobium ad somn. II. 11. Is nunc incipere fingitur a Romuli obitu, a quo ad somnium Scipionis sunt anni quingenti et septuaginta tres, quae nondum est pars vigesima praedicti anni mundani.

4) An *expectare?* Lib. III. 7. cum adn.

vides; nec umquam de ullo perennis fuit; et obruitur hominum interitu; et oblivione posteritatis extinguitur.

XXIIII. Quae cum dixisset, ego vero, inquam, Africane *a*), siquidem bene meritis de patria quasi limes *b*) ad caeli aditum patet, quamquam a pueritia vestigiis ingressus patriis et tuis, decori vestro non defui; nunc tamen, tanto praemio proposito, enitar multo vigilantius. Et ille, tu vero enitere, et sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc: « nec enim tu es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque 1); » non ea figura, quae digito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse 2): siquidem Deus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui providet, qui tam regit et moderatur et movet id corpus, cui praepositus est, quam hunc mundum ille princeps Deus 3): et ut mundum ex quadam parte mortalem ipse Deus aeternus 4), sic fragile corpus animus sempiternus movet 5).

XXV. Nam quod semper movetur, aeternum est 6): quod autem motum adfert alicui, quodque ipsum agitatur aliunde,

a) Ita plurimi libri apud Lag.; non autem *o Africane*. — *b*) Unus liber apud Lag. *lim-*

1) Io. Saresberiensis metalogic. III. 7. ex Macrobio, ut arbitror, sic: *Cicero in libro de republicaait:-tu non is es quem exterior figura designat, sed mens cuiusque is est quisque*. Ciceronem imitatur etiam Lactantius de op. D. cap. XIX.

2) Confer Ciceronem tusc. I. 23-25. Dio Cassius in vaticanis excerptis p. 533. videtur item ad Ciceronis verba respicere dum ait in Curtii concione: εἰ γὰρ δεῖ δή τι θρασυνόμενον εἰπεῖν, οὔτ᾽ ἄνθρωπος οὐδὲν ἄλλό ἐστιν ἢ θεός σῶμα θνητὸν ἔχων· οὔτε θεός ἀλλό τι ἢ ἄνθρωπος ἀσώματος· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀθάνατος. Immo vero Moyses nos docet αὐθεντικῶς creatum esse hominem ad imaginem similitudinemque Dei. Sunt autem ea, quae sequuntur de animi immortalitate e Platonis Phaedro, ut dicit ipse Cicero tusc. I. 22, quem locum ego posui in testimoniis. Porro vel ad hunc locum vel potius ad lib. II. 10, ubi de Romuli apotheosi, respicere videtur Lactantius cum inst. I. 15. ait Ciceronem in libris de rep. dixisse, deos qui colerentur, homines fuisse. Certe praedicto in loco p. 93. v. 3. scribi a nobis poterant in scholiis verba Tertulliani dicentis de Caesaribus apol. cap. X. *Hodie iam politi homines, quos ante paucos dies luctu publico mortuos sunt confessi, in deos consecrant*. Sicuti libro eodem cap. 18. p. 103. n. 3. addi poterant animadversio haec. « Tacitus annal. IV. 65. ait Aventinum, secundum opinionem quorumdam, adiunctum fuisse urbi a Tarquinio Prisco, qui Etruscos ibi collocavit. »

3) Praeclare Cicero agnoscit vim mundani motus a Deo profectam esse originaliter; contra philosophos illos qui mundum animal esse aiebant.

4) Hoc adversus pantheistas, qui nostrae quoque aetati molesti sunt.

5) Hoc contra eos qui nihil praeter materiam existere putant.

6) Exprimit hunc locum Lactantius inst. VII. 8, et de op. D. XVII. Tum Proclus ait: τὸ ἀεικίνητον, θεῖον.

quando finem habet motus, vivendi finem habeat necesse est. Solum igitur quod se se movet, quia numquam deseritur a se, numquam ne moveri quidem desinit 1). Quin etiam ceteris quae moventur, hic fons, hoc principium est movendi. Principio autem nulla est origo: nam ex principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re: nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde: quod si numquam oritur, ne occidit quidem umquam. Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit: siquidem necesse est a principio oriri omnia. Ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum a se movetur. Id autem nec nasci potest nec mori: vel concidat omne caelum, omnisque natura consistat necesse est, nec vim ullam nanciscatur, quae a primo inpulsu moveatur 2).

XXVI. Cum pateat igitur aeternum id esse, quod a se ipso moveatur, quis est qui hanc naturam animis esse tributam neget? Inanimum est enim omne, quod pulsu agitatur externo: quod autem animal est, id motu cietur interiore et suo: nam haec est natura propria animi atque vis. Quae si est una ex omnibus, quae sese moveat, neque nata est certe et aeterna est. Hanc tu exerce in optimis rebus: sunt autem optimae curae de salute patriae: quibus agitatus et exercitatus animus, velocius in hanc sedem et domum suam pervolabit. Idque

1) Proclus: νοῦ γὰρ εἰκὼν ἡ περιφορά, καθάπερ ὁ ἀθηναῖος Ξένος ἐδίδαξεν. Item alibi Proclus circuli generationem ait esse animi imaginem. Ὁ μὲν οὖν κύκλος εἰκών ἐστι νοῦ· μένει γάρ, κατὰ τὸ ἐντὸς αὐτοῦ· καὶ πρόεισιν, κατὰ τὰς γονίμους αὐτοῦ δυνάμεις· καὶ ἐπιστρέφει πρὸς ἑαυτόν, κατὰ τὴν πανταχόθεν αὐτὸν περιλαμβάνουσαν ὁμοίως φύσιν· καὶ τὸ μὲν κέντρον, εἰκὼν τοῦ ἐν αὐτῷ νοητοῦ καὶ ἀμεροῦς καὶ ἀφινοῦ· αἱ δὲ ἐκ τοῦ κέντρου γραμμαί, ἐοίκασιν ταῖς ἀπείροις αὐτοῦ δυνάμεσιν, δι' ὧν παράγει πᾶν τὸ ἑαυτῷ πλῆθος τῶν νοητῶν· ἡ δὲ περιφέρεια δι' ἧς συνελίσσεται πάλιν εἰς τὸ κέντρον, καὶ περιστρέφεται πανταχόθεν αὐτό, ταῖς νοήσεσιν ταῖς εἰς τὸ ἓν καὶ τὸ νοητὸν ἐπιστραμμέναις.

2) Adhuc Proclus. Δερκυλλίδης τὴν τοῦ θείου σώματος περίοδον, τὸ αὐτὸ τέλος ποιουμένην καὶ ἀρχήν, τοῦ μηδέποτε συμπεσεῖσθαι τὸ πᾶν αἰτιᾶται· καὶ γὰρ τὴν ῥάβδον τὴν περὶ τῷ δακτύλῳ κινουμένην μὴ πίπτειν ἕως ἂν περιδινῆται· καὶ τὸν ἐπὶ τῆς γῆς κυλιούμενον τροχόν· στάντα δὲ ταῦτα, πίπτειν εὐθύς· εἰ οὖν συναποκαταστάντες εἰς ἓν σημεῖον ἔστησαν οἱ ἀστέρες, ταὐτὸν ἀνέπαθον· νῦν δὲ τὸ πέρας αὐτῶν, ἀρχὴ ἄλλης γίνεται περιόδου· καὶ ἡ συναποκατάστασις οὐκ οὖσα στάσις ἀλλ' ἐφετηρία τῆς ἑξῆς περιόδου, τηρεῖ τὴν κοσμικὴν τάξιν.

ocius faciet, si iam tum, cum erit inclusus in corpore, nebit foras, et ea, quae extra erunt contemplans, quai xime se a corpore abstrahet. Nam eorum animi, qui se poris voluptatibus dediderunt, earumque se quasi mii praebuerunt, inpulsuque libidinum voluptatibus obaudien deorum et hominum iura violaverunt; corporibus elaps cum terram ipsam volutantur; nec hunc in locum, nisi exagitati saeculis, revertuntur 1). Ille discessit; ego solutus sum 2).

1) Locum hunc respicit, seu potius emendat, Lactantius inst. VII. 10, et 20. Verumtamen II. 17. malos spiritus (daemonas) ait condemnatos a Deo perque tellurem abiectos. Proclus item, seu Plato, animas bonorum in caelis vagari facit, malorum autem in terris vel sub terris. Sic autem Proclus: *αὐται οὖν πολλὰ πορευθεῖσαι, ταυτὸν ἔπασχον· πολλὰ δὲ ἐπορευθησαν, αἱ μὲν κατ' οὐρανὸν συμπεριπολοῦσαι τοῖς οὐρανίοις θεοῖς· αἱ δὲ ἐν τοῖς ὑπὸ γῆς τόποις ποικίλας ἔχουσαι μεταβάσεις, ἀπ' ἀλλήλων εἰς ἀλλήλους, ὡς ἑκάστην ἦγεν ὁ τῆς τίσεως νόμος.* Et alibi idem Proclus: *τὰς μὲν οὖν ἐκ τῆς γῆς ἀνιούσας, κόνεως πεπληρῶσθαι καὶ αὐχμοῦ· τὰς δὲ ἐξ οὐρανοῦ κατιούσας, εἶναι καθαρὰς τούτων.—ὧν οὖν καὶ τὰ ὀχήματα ἦν ἔνυλα καὶ σκοτεινὰ, καὶ ἔτι τῆς παχυτέρας οὐσίας ἀναπεπλησμένα, ταύτας αὐχμοῦ καὶ κόνεως εἶναι μεστάς· ὧν δὲ κουφότερα τὰ περιβλήματα, καὶ φωτεινότερα διὰ τὴν ἐν οὐρανῷ διατριβὴν, ταύτας καθαρωτέρας κ. τ. λ.* Tum demum animae post mille annos, iterum (qui est sollemnis error *παλιγγενεσίας*) ad nativitatis *λειμῶνα* venire dicuntur, de quo Empedocles apud eundem Proclum *ἔνθα κότος τε φόνος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα κηρων·—ἄτης ἐν λειμῶνι κατὰ σκό σκονται.* De millenario denique ris spatio sic Proclus: *ἔοικεν ἡ χρόνος εἶναί τις περιοδικὸς ἀι σεως ἐπὶ γένεσιν ἄγων τὰς ψυ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸ τῆς τελείας ταστάσεως κ. τ. λ.*

2) Post somnium narratum fere dialogum absolutum fuisse paucis verbis adiectis. Sic enim post Eris fabulam confestim o cludit.

Ad explendam vero fragment ceronis de rep. collectionem, qua huc adamussim verba mihi reliq 1. Diomedes grammaticus edit p. 330. sic ait. *Tullius in dialog publica* NITITO, (activ. mod. imp *nitor sit positio verbi*. 2. Id medes pag. 372. *Cicero de re* EXCELLUNT. 3. Fronto in exempli tionum apud me edit. rom. p. *cero de domo et rep.* VICEM (Ceteroqui non incommode cl. volebat heic emendare: *Cicero d et reip. vicem lugeo.*) Et quiden citat hoc exemplum sub voc. *d cem tuam*. Videntur ergo Cicero fuisse *vicem doleo*, quae respe occurrit in Verr. I. 44: *nos si vicem pro nostra iniuria dole*

FINIS.

AD CICERONIS

RELIQUIAS LIBRORUM DE RE PUBLICA

INDEX RERUM.

Accensi II. 22.
Adventus, pro invasione exercitus hostilis. (Conf. fragm. pro Fonteio.) Adventus hostium II. 3. adventus gallicus II. 6.
Aegyptiorum gens maxime incorrupta; plurimorum saeculorum et eventorum memoriam litteris continet; beluas numero deorum adorat III. 9.
Q. Aelius Tubero, filius sororis P. Africani I. 9; L. Pauli nepos I. 19. litterarum studiosissimus I. 9.
Sex. Aelius C. Galli studia reprehendebat, non tamen omnino philosophiam repudiabat I. 18.
P. Aemilii in instituendis liberis diligentia I. 22.
Aenianes (in cod. Enianes) II. 4.
Aequorum gens magna et ferox, et rebus romanis imminens, a L. Tarquinio Prisco subacta II. 20.
Aes alienum secessionis causa fuit II. 34.
Aeschines adulescens tragoedias actitavit IV. 11.
Aetoli latrocinari honestum putabant III. 9.
Agere, *rapere*, III. 33.
Agger fossaque inter Esquilinum et Quirinalem montes II. 6.
Agri, quos Romulus ceperat, a Numa viritim divisi II. 14. Ancus quos agros ceperat divisit II. 18.
Agrigentum III. 33.
Ahala I. 3.
Alexander III. 9.
Ambiri, idest *rogari* a candidatis I. 31.
Amoenitas, de litore, II. 4.
Anacoluthia modorum: *si quando regi iusto vim populus attulerit, regnove eum spoliavit, aut etiam, id quod evenit saepius, optimatium sanguinem gustavit, ac totam rem publicam substravit libidini suae* I. 42.
Anastrophe: *ante paulo* pro *paulo ante* II. 4. cum tmesi coniuncta: *sin aliter sit utra via deligenda* III. 8. (pro *sin sit alterutra via deligenda.*)
Anaxagoras Periclis magister I. 16.
Animarum immortalitas VI. 14. 15. 23. 24. 26. (error tamen, quod natae seu creatae non sint ibid.)
Animarum piarum futura praemia in caelo VI. 13. 15. 23. 24. 26: impiarum supplicia in locis inferioribus VI. 26.
Annales Graecorum II. 10.
Annales maximi I. 16.
Annales publici II. 15.
Anni computati a primis consulibus II. 32. 33. 35.
Antistare. Pompeius antistat III. 18.
Anni regii Romae CCXL. paulo cum interregnis amplius II. 30.
Annus magnus VI. 22.
Apollodori atheniensis chronica (intelliguntur, neque tamen nominatim indicantur) II. 10.
Aquilius cons. I. 9.
Aratus poëta I. 14. 36.
Arbustus adiect. *agri arvi et arbusti et pascui, lati atque uberes* V. 2.
Arcades se aborigines esse commenti sunt III. 15.
Archimedis sphaerae duae I. 14. ingenium incredibile ibid.
Archytas tarentinus I. 10. 38.
Areopagus I. 27.
Aristidis Quintiliani locus ex rep. Ci-

ceronis recte intelligendus, contra Meibomium IV. 12. in adn.
Aris'odemus IV. 11.
Aristotelis de iustitia libri quatuor III. (vide adn.)
Arvus adiect. de agro qui aratur. Vide *arbustus*. V. 2. (Agri arvi et arbusti in adsignationibus indicabantur verbis, *qua falx et arator ierit.*)
Arx romana circumiectu arduo et quasi circumciso saxo nisa II. 6.
Assiduus. Cum locupletes assiduos appellasset ab aere dando II. 22.
Asyndeton : *Archytas iracundiam seditionem animi movere ducebat; eam consilio sedari volebat* I. 38.
Assyrii III. 4.
A. Aternius II. 35. (v. adn.)
Athenae I. 31. Athenarum pulcherrima species III. 32.
Athenienses, sublato areopago, quodam tempore, omnia per populum agebant I. 27. Solebant iurare omnem suam esse terram, quae oleam frugesve ferret III. 9. Se aborigines commenti sunt III. 15. Atheniensium levitas et crudelitas. I. 3. Fana a Xerxe inflammata III. 9. Resp. sub XXX. viris nulla III. 32. Quinam Atheniensium remp. constituerint a Theseo usque ad Demetrium phalereum II. 1. Bellum inter Athenienses et Lacedaemonios I. 16.
Athos mons. III. 36.
A Atilius I. 1.
Augures tres ex singulis singuli tribubus a Romulo constituti II. 9; duo a Numa additi II. 14.
Auguria II. 9.
Auspicia maiora a Numa inventa II. 14.
Aventinus ab Anco rege urbi adiunctus II. 18.
Aventinus a plebe occupatus II. 33.
Axinus (Euxinus Pontus) III. 9.
Bellum iustum quod sit III. 23.
De beluarum occisione quaestio III. 11.
Bona furiosorum in adgnatorum potestate III. 33.
Breviloquentiam colat princeps reip. V. 10.
Busiris rex Aegypti III. 9.
Cadere. Nimia libertas cadit i*tutem* I. 44.
L. Caecilius Metellus I. 1.
Q. Caecilius Metellus Macedoni ctor cum P. Mucio eorum q natu a P. Africano dissidebant
Q. Caecilii Metelli (Numidici) f
Caelius mons ab Anco rege urt ctus II. 18.
Canuleium plebiscitum II. 37.
Carneades de iustitia III. 5. et i
Carthago mercandi et navigand agrorum et armorum cultum II. 4. Annis XXXVIIII. ante olympiadem condita II. 23. Ann Romà antiquior ibid.
Carthaginiensium res p. commu romana generis II. 23.
Sp. Cassius II. 27. a quaestore tus, et morte multatus II. 35.
Catadupa VI. 18.
Cato I. 1. Eiusdem liber origin Eiusdem de constitutione ro sententia ibid. et 21. Eiusdem laudes I. 1. et II. 1.
Causae capitales ad comitia ce antiquitus deletae II. 36.
Celebritatis apud homines vani 19. sqq.
Censoria nota quae fuerit IV. 6.
Centuriarum descriptio Ser. Tulli De iis quaestio in adn.
* *Conventicium, τὸ ἐκκλησια* argentum quod in democratiis iis numerabatur, qui ad comi venerant III. 35. (vocabulum graphis non negligendum.)
* *Curiatim* consulere populum Haec vox *curiatim* antea in tum A. Gellii loco inveniebatur iam nemo sollicitabit.)
Chrysippus de iustitia III. 8.
Chrysippus omnia verborum mo non rerum ponderibus examin que ab eo nihil magnum ac cum desideratur III. 8.
Cicero consulatum suum non sine sed sine fine laudat I. 4. In vari tate studiorum a pueritia vixit i

us pro *circuitus*, pr. m. I. 29.
adius obtrectator P. Africani, rtuus anno 625. I. 19.
us Marcellus (quinquies con-. Avus sphaeras ab Archimede alteram plenam in aede Virtuit, alteram cavam domi suae, olam praedam ex captis Syrabi retinuit I. 14.
ius Marcellus nepos, C. Galli ulatu collega I. 14.
10.
. IV. 10.
II. 9. urbium I. 27.
Graecorum, praeter Magnemnes maritimae II. 4
ninius, Sp. Cassius coss. II. 33.
curiatis creati reges romani; amen de suo imperio curiatam ulerunt: Numa II. 13. Tul. Ho-L. 17. Anc. Marcius II. 18. L. nius Priscus II. 20. Ser. Tul-21.
a et curia de manubiis facta et Tullio rege II. 17.
um inter patres et plebem sulege X. virali II. 37.
ius raptae Sabinae II. 7.
equis publicis adsignabant oret viduarum tributa II. 20.
s mercandi et navigandi studio n et armorum cultum neglexit
Scipiones duo (P. et Cn.) I. 1.
ius Scipio Africanus maior I. 1.
ietum I. 17.
Africanus, Pauli filius, obiit tempore anni, paucis diebus rias latinas I. 12. (ibiq. not.); licentiae non favebat I. 35. Quoe senatu II. 40. Eius legationes Dictator futurus VI. 12.
[illegible] Nasicae invidia I. 3.
[illegible] II. 32.
[illegible] animi carcer. VI. 14.
[illegible] II. 22.
[illegible] Creta II. 33. (cosmos, non [illegible] apud Mehum I. 2. legimus [illegible]).
Cretes latrocinari honestum putabant III. 9.
Curiae a sabinis mulieribus nuncupatae II. 8.
M' Curius III. 3.
Cypselus II. 19.
Cyrus rex iustissimus sapientissimusque I. 27; tolerabilis rex, aut etiam amabilis I. 28.
Dantis poëtae error de C. Cassii adipe emendatur II. 25. in adn.
Decemviri legibus scribendis creati X. tabulas conscribunt summa aequitate. In annum posterum alios X. viros subrogant II. 36. Tertius annus X. viralis. Duae tabulae iniquarum legum additae. Commutatio reip. ex decemvirorum iniustitia consecuta II. 37. Sub iis Romae res p. nulla erat III. 32.
Dei summi demonstratio VI. 24. 25. Eius gubernatio VI. 13.
Demaratus corinthius II. 19.
Demetrius phalereus vir doctus, rem p. Atheniensium iacentem et exsanguem sustentavit II. 1.
* *Demutatio* II. 4. a pr. m. (v. adn.)
Describere, delineare: *sphaera astris descripta* I. 14.
Dictator in libris auguralibus magister populi dicebatur I. 40. Ab eo appellatur, quia *dicitur* ibid.
Dictatura instituta X. annis post primos consules II. 32.
Digni nulla re bona I. 5.
* *Disparare. Cives ita disparavit* II. 22.
Dissaepire. Tenui muro dissaepiunt IV. 4.
Dionysius tyrannus I. 17. III. 31.
Disciplinae et artes in urbem Romam influxerunt cum Tarquinio Prisco II. 19.
Discrimen typorum ab editore adhibitorum pro diversitate fragmentorum Ciceronis de rep. II. 40. in adn.
Divitior, oris I. 17. 32.
Dominus populi, quem Graeci tyrannum dicunt II. 26.
Dolopes II. 4.
Doris II. 4.
G. Duelius I. 1. (De nominis huius scri-

ptione accurate et fuse disputavit Garatonius ad Cic. pro Planc. p. 262-265.)
Duo acc. cas. I. 10. 13. II. 19.
Eleorum foeda in amore ingenuorum licentia IV. 4.
Empedocles III. 11.
Ennius (in annalibus) I. 16. 18. 41. III. 3. VI. 10.
(Iphigenia) I. 18.
(Neoptolemo) I. 18.
incerto opere I. 2. 32.
Ephori II. 33.
Epicureorum sententia de iustitiae origine III. 16.
Equitatus a Tarquinio Prisco in eum morem constitutus, qui adhuc Scipionis aetate durabat II. 20. Is rex secundas equitum centurias addidit, numerumque postea duplicavit, subacta Aequorum gente ibid.
Equos publicos reddendos plebiscito iubere cogitabant seditiosi IV. 2.
Er pamphylus VI. 3.
Etruria III. 4.
Etrusci et Poeni soli ex barbaris maritimi II. 4.
Etruscis et Carthaginiensibus Romani erant iniquiores II. 4.
Eudoxus cnidius, Platonis discipulus I. 14.
Expecto ponitur pro *specto* III. 7. Vide ibi adn.
Q. Fabius Maximus cunctator I. 1.
Facetiae Ciceronis I. 13.
Factio, oligarchia I. 34. 44. 45. III. 14.
C. Fannius, quaestorius, Laelii gener I. 12.
Fasces demissi populo II. 51.
Feriae latinae I. 9.
Fetialis religio a Tullo invecta II. 17.
Flamines a Numa instituti II. 14.
Foedera cum sociis et nomine latino violata a Ti. Graccho III. 29, et deinde a III. viris agr. div. I. 19.
Formianum Laelii I. 39.
* *Fortan* III. 35. (si sincerum est; nam scribendum potius videtur *fortean*, ut *fortassean*.)
M. Furii Camilli exilium I. 3.
L. Furius Philus I. 11. Consul de numantino foedere quaesivit, quum illi essent in consilio Scipio et Laelius, fortasse etiam Manilius: ac deinde rogationem de dedendo Mancino ex senatus consulto tulit III. 18.
Futurum exactum pro imperativo, *studuerit*, *perspexerit* V. 3.
Galli homines immolabant III. 9. turpe esse ducebant frumentum manu quaerere, itaque armati agros alienos demetebant ibid.
Genitivus sing. *i* pro *is* v. gr. *Archimedi* I. 14. *plebi* I. 40.
Genitivus plur. in *ium*; *civitatium*, *optimatium*, *locupletium*, *penatium* (ubicunque haec vocabula occurrunt; nisi semel *civitatum* scribitur.)
Geometricae formae, vestigia hominum I. 17.
Graeciae artes et disciplinae per Tarquinium Priscum regem in urbem influxerunt II. 19.
Graeca declinatio *Xenocraten* I. 2. *Philoleo* (a *Philoleos*, pro *Philolaus*) I 10.
Graeci omnes maritimi, praeter Phliasios, Dolopes, Doridem, et Magnesiam in Asia II. 4. Cur fana e Persis inflammata non refecerint III. 9. Graecorum disciplina puerilis, partim absurda, partim vituperanda IV. 4.
Graeciae delubra humanis consecrata simulacris, III. 9. Reges veteres suos dicebant, quod privati ab iis petere solebant, sine disceptatoribus privatis: iisque agri lati attributi erant, qui colerentur sine eorum opera et labore V. 2.
Graecia magna III. 4.
Graii II. 4.
Homerus I. 36.
Homerus, secundum eos qui minimum dicunt, XXX. annos ante Lycurgum fuit II. 10.
M. Horatius Barbatus II. 31.
C. Hostilius Mancinus, vir optimus, rogationem de se dedendo suasit III. 18.
Tulli Hostilii regis res pace belloque

17. Insignibus regiis nisi
ili uti non est ausus ibid.
IV. 10.
homines mos apud quasdam
9.
urbs I. 2. (ab Ennio sum-

bilis II. 33.
;) aut Poenus, rector ele-
a II. 40.
, intemperantia, libido:
nius ex X. viris intempe-
7.
, iubere. *Te familiae valde*
s, ut dicto audiens esset

num tempus I. 16.
atio nova et inaudita cete-
is II. 12.
urru, neutrali sensu III. 9.
ini aedes vota a L. Tarqui-
II. 20. Id votum filius per-
24. Iupiter rex per antono-
ictus III. 13.
isque animi sui perturbatio-
at rector prudens reip. II. 40.
ecemvir II. 36.
P. Papirius coss. eorumque
timatione pecudum in multa

dius II. 10.
22.
on lis, dicitur benivolorum
o IV. 8.
m I. 17.
a opponitur civili; ut vide-
iure gentium V. 3.
iti suos omnes agros esse di-
quos spiculo possent attin-
i; in amore iuvenum omnia
at praeter stuprum IV. 4.
iorum resp. communis cum
mortis II. 23. Apud senatum
maiorum XXVIII. virorum
nsilii erat, apud regem sum-
i II. 28.
Scipionis legatus in Africa II.
m orator III. 30. Eius oratio
ae VI. 2. Laelium domi in

parentis loco observabat Scipio I. 12.
T. Larcius II. 32.
Lares familiares V. 5.
Latini ab Anco devicti et in civitatem adsciti II. 18.
Latium III. 4. Latium omne a L. Tarquinio Superbo devictum II. 24.
Legis naturalis definitio III. 22. Eius inventor Deus ibid.
Lex iulia papiria de multae aestimatione II. 35.
Lex tarpeia aternia de multae sacramento, centuriata II. 35.
Lex valeria Publicolae de provocatione prima centuriatis comitiis lata II. 31.
Lex valeria horatia consularis de provocatione II. 31.
Lege voconia mutata fuerunt iura de mulierum legatis et hereditatibus III. 10. Ea salva, filia, si unica esset patri, vel amplissimam hereditatem capere poterat ibid.
Leges XII. tabularum complures de provocatione II. 31.
Leges Numae, quae Ciceronis aevo extabant. II. 14. V. 3.
Leges porciae de provocatione tres trium Porciorum II. 31.
Libertatis meracae mala I. 43.
Libri augurales I. 40. II. 14. 31.
Libri pontificii II. 31.
P. Licinius Crassus, obtrectator P. Africani, iam mortuus a. 625. I. 19. ditissimus qui aeris millies relinquere posset III. 10.
Lictores consulibus alternis mensibus praeibant II. 31.
Liticines II. 22.
Luceres II. 20.
Lucretia, Tricipitini filia, Collatini uxor II. 25.
Sp. Lucretius Publicolae collega II. 31.
Lucumo Romuli socius II. 8.
Ludos romanos primus fecit L. Tarquinius Priscus II. 20.
Lycurgus II. 23. CVIII. annis ante primam olympiadem leges scripsit II. 10.
Lyrici Graecorum infiniti IV. 9.
Sp. Maelius II. 27.

M Manilius I. 12. iuris interpres III. 10.
M. Manlius II. 27.
Manubiae, quid? II. 17.
M. Marcellus I. 1.
Ancus Marcius rex regnavit annos XXIII. II. 18. Eius pater ignoratur ibid. Ad ostium Tiberis urbem condidit II. 18.
C. Marii clades, idest principum sub eo caedes, I. 3.
Maritimarum urbium incommoda II. 3. 4. Earum vitia causae erant malorum commutationumque Graeciae II. 4.
Masinissa Scipionum familiae amicissimus VI. 9.
Massilienses, Scipionum clientes I. 27; per principes cives regebantur ibid.
Matrimonia firmiter stabilita esse voluerunt Romani VI. 2.
Maximus Q. I. 1.
Maximi annales I. 16.
In Medium coniecit Laelium honoris causa inambulans in porticu Scipio I. 12.
Mens cuiusque, is est quisque VI. 24.
Metellus I. 1. 3. 19. De Metelli macedonici cum Africano simultate videsis Cic. pro Scauro cap. XIV.
Miltiadis calamitas I. 3.
Minos rem p. Cretum constituit II. 1.
Mortem sibi consciscere, scelus VI. 15.
Mortus pro *mortuus* II. 18, deque eo verba Augustini nec non editoris in adn.
P. Mucius (vid. Q. Metellus) I. 19. *Molior*, *de aliqua re*. *Sp. Cassium molientem de regno occupando* II. 35. Q. Mucius Scaevola, quaestorius, Laelii gener II. 12. Sic apud Tacitum annal XIV. 41. *iuvenis quaestorius*.
Mulieres omnes romanae carebant temeto IV. 6.
Mulierum praefecti apud Graecos IV. 6.
Multae dictio ovium et boum II. 9. 35.
Multi. *Omnes multos appellare placet* I. 36. Legesis adn.
Sp. Mummius I. 12. aversus a ratione populari III. 35; nimis odio rhetorum imbutus V. 10.
Musica caelestis VI. 18.
Attus Navius augur II. 20.
Nectere, corpus civis, sive suum, sive eius qui in potestate est, per aes et libram creditori tradere II. 34.
Nexum, pro nexus: *nec civili nexo* I. 17. *omnia nexa civium liberata sunt* II. 34.
Nominativus, in *o* nominis graeci in on, *Solo* II. 1. In *es* servatus: *Cyrus ille perses* I. 27.
Numae leges (quas in monumentis habemus, sc. in libris auguralibus) II. 14. V. 2, itidemque ut videtur 4. 5. Eiusdem religiosa instituta II. 14.
Numantia I. 11.
Numero deorum consecratus (*sine in*) III. 9. famulorum numero educatus II. 21.
Nundinarum auctor Romulus II. 14.
Obtinere, retinere: *quod erat ad obtinendam potestatem nobilium vel maximum* II. 32.
L. Opimii damnatio I. 3.
Orare, legatione fungi: *matronis ipsis orantibus* II. 7.
Ostia colonia deducta ab Anco II. 18.
Pacuvius (Antiopa) I. 18. (Medo) III. 9.
Panaetius I. 21. etiam caelestia studiosissime quaerebat I. 10. vivebat adhuc quo anno P. Scipio mortuus est ibid.
L. Papirius (iterum), P. Pinarius (coss. a. 321.) ius multae dicendae nimis dure exercuerunt II. 31. (v. adn.)
Parelion I. 10.
Parsimonia optimunı vectigal IV. 7.
Pascuus ager, v. *arbustus*.
Patres maiorum et minorum gentium, quorum illos priores sententiam rogabat L. Tarquinius II. 20. Patrum numerus a Tarquinio Prisco duplicatus ibid. Auctoritas ad comitia populi II. 32.
Patria antiquior parens, quam qui creavit I. 48.
Patricii appellati a Romulo senatorum liberi II. 12.
Peloponnesus II. 4.
Penates V. 6.
Pericles I. 16.

us Socratis sermo II. 29. (in-
bulandum habitus.)
. 4. 9.
28. III. 31. adn.
pera admiranda III. 32.
vituperatio III. 27.
(Amyntae f.) III. 9.
pythagoreus I. 10.
graeci, praeter Platonem,
ibus et de rationibus civita-
eruerunt sine ullo certo exem-
11.
I. 4. De hoc vocabulo vide
bilia quae dicuntur in adn.
luxus et avaritiae magistri

liberos ac propinquos lauda-
27. VI. 15.
urius mendose distinguuntur
ibus S. Augustini III. Vide adn.

I. 32.
I. 44. II. 1. 11. 29. 30. IV. 4.
Aegyptum, post in Italiam et
contendit I. 10. Platonis di-
eu quis dixit alius I. 17. Pla-
no in scribendo praestantior
Platonis vituperatio IV. 5.
imitatur Cicero I. 9. interpre-
13.
4. homines immolabant III. 9.
punire) ulcisci: *quod vellet
fana poenire* III. 9; (et de
01.)
, scenae, et artis oratoriae vi-
hbenduntur IV. 9-12.
iptores graeci nobilissimi I. 24.
I. 21. In una disciplina pue-
tutorum romanorum negligen-
cusabat IV. 3. Polybio nemo
exquirendis temporibus dili-
II. 14. (Intelligitur de anno
tali II. 10.)
ius de numantino foedere se
III. 18.
pilius XXXIX. annos regna-
ndum opinionem Polybii II.
ligionibus perdiscenda obser-
multa constituit, sed sine
impensa ibid. Eius res gestae et lau-
des II. 13. 14. Eum regem, patribus
auctoribus, populus sibi adscivit II. 13.
Numam Pythagorae discipulum fuisse,
falsum esse, licet hoc Scipionis ae-
tate vulgo credebatur, atque a ma-
ioribus natu tradebatur II. 15.
Pontifices quinque a Numa iustituti II. 14.
P. Popilii Laenatis expulsio I. 3.
Populi definitio I. 25.
Potentatus II. 8. pr. m.
Praecipitare pro *se praecipitare* VI. 18.
Confer I. 45.
Procli excerpta inedita in adn. pp. 13.
57. 219. et seqq.
Proditum memoria est II. 31. (nisi
potius scribendum *proditum memo-
riae st.*)
Proletarii II. 22.
Propylaea III. 32.
*Proterritus. Themistoclem patria pul-
sum atque proterritum.* I. 3. (Plau-
tinum vocabulum Ciceroni vindicatur.)
Provocatio ad populum iam a regibus
fuit. Lex Valerii Publicolae de pro-
vocatione. Ab omni iudicio poenaque
provocare licere, XII. tabulae complu-
ribus legibus sanxerunt. Lex valeria
horatia et tres porciae, trium Porcio-
rum, de provocatione II. 31.
Puerum laudare difficile V. 10.
Pythagoras I. 10. III. 11. In magnam
Graeciam venit olymp. LXII, anno
quarto L. Tarquinii Superbi II. 15.
Quaestura iuvenili aetate adibatur I. 12.
Quirini delubrum in colle Quirinali II. 10.
Quod pro *quid: si nomen, quod sit,
conveniat—nisi, quod sit, fuerit in-
tellectum* I. 24. *Velim scire quod opti-
mum iudices* I. 30. *Recte quaeris
quod maxime* I. 35. p. m. Ita et I.
2. p. m.
Ramnenses II. 20.
Regia civitas (βασιλεία) II. 29.
Res publica an sapienti sit gerenda? I. 5.
Res publica res populi I. 25. Reip.
status triplex I. 26, quartus I. 29.
De rep. christiana delineatur tractatus
pag. 146.

Remus II. 2.
Rhodus, libera civitas, generis popularis I. 31., vel optimatibus minime vituperanda III. 35; qua ratione ordinata ibid.
Roma condita olympiade VII. 2, idque Graecorum investigatur annalibus II. 10; salubri loco in agro pestilenti posita II. 6; fontibus abundans ibid. Urbis Romae commoda II. 5. 6; murorum ductus II. 6.
Romana res publica, Catone iudice, propterea ceteris praestabat quod multorum hominum ingenio, aliquot saeculis constituta esset II. 1. Nulla sub X. viris III. 32. Reip. romanae status post exactos reges II. 32
Romani populi fuit aliquod ius etiam sub regibus II. 23.
Romani, Scipionis aut Ciceronis aevo, transalpinas gentes oleam et vitem serere non sinebant. III. 9. Romanorum imperium in socios a iure ad vim traductum iri, et propterea de reip. immortalitate actum fore, vaticinatur Laelius III. 29. Ingenuorum disciplina puerilis quam sapienter provisa IV. 3. Reges, quamquam omnes iuris dicendi munere fungerentur, solus tamen Numa, veteribus Graeciae institutis, ei totus vacavit V. 2.
Romanorum ars scenica IV. 10.
Romanorum reges plerique invicem cognatione attingentes II. 17. in adn.
Romulus regnavit annos XXXVII. II. 10. Virtute in caelum sublatus dicitur I. 16. Num barbarorum rex fuit? I. 37. Romulus et Lycurgus populo aliquid libertatis impertiverunt II. 28.
Romuli regnum et obitus II. 7—10; origo et res gestae II. 2. seqq; desiderium apud cives, ex Ennio I. 41. Eius aetate Graecia iam plena erat poëtarum et musicorum II. 10.
P. Rutilius Rufus, Smyrnae exul I. 8. Scipionis comes in bello numantino I. 11. Lautus sermonis de rep. auctor ibid. (Sic Proclus ined. de Ere pamphylo ὁ τοῦδε λόγου πατὴρ. Et sic Graeci rhetoras vel litterato[…] λόγων πατέρας.)
Rutulorum Aboriginumque ag[…] positus II. 3.
Sabina gens III. 4.
Sabinae virgines raptae nov[…] et subagresti Romuli com[…] Eaedem oratrices de pace[…]
Sapientis illi (septem) paene o[…] gesserunt I. 7.
Sacerdotum collegia a Num[…] II. 14.
Sacramentum, lex de mu[…] mento II. 35. (Ita dici vid[…] eodem modo, quo sacramen[…] aerario cedebat. Nam qu[…] sustinebit, licuisse, sacr[…] terposito, de multa adve[…] stratus certare?)
Salii a Numa instituti. II. 14
Samnium III. 4.
Sardanapallus III. 36.
Scrupus. Quod improbis s[…] qui scrupus in animis III. 16.
Secessio plebis XVI. anno po[…] ctos, in montem sacrum[…] num II. 33.
Secessio militum ex Algido[…] bidinem Ap. Claudii II. 3[…]
Secessiones plebis tres I. 40.
Secures de fascibus demtae[…] II. 31.
Seditio gracchana post morte[…] chi I. 19.
Ti. Sempronius Gracchus in c[…] Asia iustissimus, in civil[…] ravit, sociorum ac nomini[…] ac foedera neglexit III. 29.
Tauri in Axino III. 9.
C. Sempronius Tuditanus c[…]
Senatus nomen interpretatu[…] II. 28. auctoritas imminut[…] tionem tribb. pl. II. 34. [...] equitum centuriis erant IV[…] pop. q. romani dissidia ob[…] Tib. Gracchi I. 19.
Senatus origo II, 9. 226.
Sepse, se ipsam: omnes […]

e sanctitudo IV. 8.
mp. II. 3.
ii Ahalae offensio I. 3.
s II. 36.
agia II. 22.
nt. Ex lege XII. tabb. IV. 8.
aritimae, quas Ancus ceperat, publicatae II. 18
lo. *Mansisset eadem volun-* *regum similitudo perman-* I. 41. *Genus proximum si-* *lini regiae* II. 32. (forma, spe-

s natus olymp. LVI. II. 10.
s alius, prioris ex filia nepos

z VI. 2.
disputationem de caelestibus re- 10. apud Platonem II. 1.
it anno fere 350. post U. C. No- iis I. 16. Defecerat nonis quin-, cum Romulus a terra subla- t ibid. Defectiones solis cum nnium tum in annalibus ma- eputatae fuerunt ibid Duo so- i, superstitibus C. Gallo et rcello I. 14. Item Tuditano et coss. I. 10: sqq.
εισάχθεια I. 34.
m causa. VI. 10.
reges hereditarii I. 33.
rchimedis quae motus siderum at I. 14. Thaletis et Eudoxi bid.
metia capta II. 24.
ius Gallus, rerum caelestium I. 14. seqq. Legatus L. Pauli, acedonico, milites docet qua luna deficiat I. 15.
icius Galba, augur, orator exi- quem Laelius omnibus antepo- II. 20.
. *Si quando regi iusto vim po- stulerit—ac totam remp. sub-* *libidini suae. Cave putes au-* *are ullum aut flamam esse* *etc. Tunc fit illud etc.* I.

e, Timaeo iudice, graecarum ur- bium maxima, omnium autem pulcherrima III. 31.
Sp. Tarpeius et A. Aternius coss. LIV. anno post primos consules legem de multae sacramento tulerunt II. 35.
L. Tarquinius collatinus expulsus II. 31.
L. Tarquinius Priscus regnavit annos XXXVIII. II. 20. Eius res gestae ibid. Eius liberi admodum erant parvi quo tempore Ser. Tullius famulorum numero erat II. 21. *Prisci* cognomen a posteris ei impositum II. 20. in adn.
L. Tarquinius Superbus, L. Prisci filius, seu potius nepos, II. 24. Eius res gestae et exilium II. 24. 25. Graecorum institutis, dona magnifica de praeda Delphos misit. II. 24.
Sex. Tarquinius filius maior Superbi II. 25.
Tabulae XII. lib. II. 31.
Tarquinio exacto, quae Romae gesta fuerunt vituperat Cicero I. 40.
Tarquiniorum gens exulare iussa simul cum rege II. 25. Offensione nominis expulsa II. 31.
Tarquinii urbs Etruriae florentissima II. 19.
Tauri populi III. 9.
Thales milesius I. 14.
Thebanorum foeda in amore ingenuorum licentia IV. 4.
Themistoclis calamitas I. 3.
Theopompus rex Spartae II. 33.
Thracam non *Thraciam* legebat apud Cic. Servius II. 4. adn.
Timaeus locrus I. 10.
Titienses, Ramnenses (scilicet Ramnes) et Luceres II. 20.
Tractatus muri (ductus) II. 6. (Quivis hoc loco *tractus* expectaret: quaerendum tamen potius quam immutandum esse censeo.)
Tribuni pl. constituti II. 33. Duo II. 34.
Tribus tres a Romulo, Tatio, et Lucumone dictae II. 8.
Triginta viri Athenis III. 32.
Timaeus (tauromenitanus) III. 31.
Tubero I. 9.
Turpido I. 2.

Ser. Tullius (in cod. *Ser. Sulpicius,* de qua lectione disputatur in adn.) ex serva tarquiniensi natus, conceptus ex cliente regio II. 21; graecis artibus eruditus ibid.; obaeratos pecunia sua liberavit ibid., rex iustissimus I. 37; eius origo et res gestae II. 21. 22.
M. Tullii Ciceronis calamitas I. 3. 4.
Tusculum, locus saluber et propinquus I. 1.
Tutor et procurator rei publicae II. 29.
Tyranni descriptio I. 44. II. 26.
Ut de tempore: *minus quadringentorum, annorum esse hanc urbem, ut sine regibus sit.* I. 37. Ita alibi Cicero: *annus est, ut repulsam tulit.* Ut quasi *prout. Ut urbis et civitatis* I. 37. *Ut* pro *quamvis. Equidem ut verum esset-tamen* etc. I. 6. *Utor* cum acc. *non novam potestatem nactus, sed, quam habebat, usus iniuste* II. 29.
Vades aliquem poscere II. 36.
L. Valerius Potitus II. 31.
P. Valerius Publicola, quae populari ratione fecerit II. 31.
Velati II. 22.
In summa Velia Tullus rex habita[...] rat, ibidemque P. Valerius aedific[...] coeperat II. 31.
Verecundia est timor vituperationis [...] iniustae V. 4.
Vereor ne, sequente indicativo: *ver[...] ne barbarorum rex fuit* I. 37.
Vestales a Numa institutae II. 14.
Vilicare, vilicum agere V. 4. v. ad[...]
Virgula. Cuiusque et boni et mali c[...] *sam tamquam virgula attinger[...]* 30. 298.
D. Virginius, Virginiae pater II. 37.
Virgini vestali heres esse poterat [...] III. 10.
Virtutis usus maximus, civitatis gu[...] natio I. 2.
Voluptatum vituperatio II. 25. 40. III. VI. 26; poena post obitum ibid.
Volsca gens III. 4.
Xenocrates I. 2. 9. sq.
Xerxes cur Atheniensium fana inf[...] mari iusserit III. 9.
Zmyrna I. 8.

CONSPECTUS ORTHOGRAPHICUS

ODICIS CICERONIS DE RE PUBLICA.

d litteram ante *f*, *g*, *p*. *r*, ı, *adficere*, *adgnatus*, *ad*-*dpetentia*, *adprobare*, *ad*-*rogantia*, *adsciscere*, *ad*-*lsequi*, *adsiduus*, *adsistere* *adsumere*. Verumtamen *llare* saepius in lib. I. Quin *llare* semel a pr. m. et *at*-*attulit* pro *adtulit*.

fere retinet *n* ante *l*, *m*, *p*: *onligere*, *conlocare*, *con*-*onlustrare*, *conmutare*, , *conpensatio*, *conperisse*, , *Conlatinus*. Sed contra *a*, *commutare*, *commuta*-*ittere*, *complecti*, *complu*-*onere*.

biicit *s*, *diiunctus*.

eflorescere, *ecfossum*, *ec*-ed tamen alibi *effrenati*,

m *s* litteram expellit: *exi*-*steret*, *extiterit*, *extitisse*, *t*, *exilium*, *exulare*. Sed *istat* I. 45. II. 28; *exsiste*-ı.

nte *b*, *l*, *m*, *p*, *r*, *inbecillis*, *s*, *inlecebrae*, *inliberaliter*, *inlustris*, *inmanis*, *inma*-*mensus*, *inmortalis*, *inmu*-*nmutatus*, *inpedio*, *inpe*-ı, *inpellere*, *inpendere*, *in*-*npensa*, *inperium*, *inpero*, *inpetus*, *inplorare*, *inpo*-*rtare*, *inportunitas*, *inpri*-*robus*, *inproviso*, *inpulit*, *inpurus*, *inritare*. Est ta-oc quoque magna librarii ia, non vero scribentis: *im*-, *immanis* (saepius quam , *immolare*, *immortales*, , *imperii*, *improbi*.

inatur consona: *reccidisset* *pperiatur*, *reppulisset*, *ret*-*tulit*. Verum in tertio libro scribitur *reperiatur*.

Sub servat *b* ante *p*: *subpeditare*. Sic *b* pro *p* in *reabse*.

Trans abiicit litteras *ns*: *tramittere*.

Genitivus casus sing. num. nominum propriorum in *ius* per *i* simplex scribitur: *Enni*, *Horati*, *Iuli*, *Laeli*, *Mari*, *Opimi*, *Pacuvi*, *Pompili*, *Tati*, *Tulli*, *Valeri*. Scribitur tamen etiam *Tatii*, *Tiberii*, *Papirii*, *Capitolii*. In ceteris reperi *oti* et *imperi*. In nominativis pluralibus legitur *ali*, *di* (semel *dii*) *idem* (semel *iidem*) *pontifici*, *regi* (V. 2.) In tertio libro aliquando diversa ratio obtinere videtur. Dativi plurales leguntur *alis*, *dis*, *grais*, *is*, *isdem*, *socis*. Fem. gen. *is*, *isdem*, *iunis*, *manubis*, *pecunis propris*. Neutr. gen. *comitis*, *indicis*, *is*, *isdem matrimoniis*, *patris*, *praesidis*, *regis*.

Pro *his* (masc. gen.) legitur semel *hiis*. Sed II. 40. *eis*. Id enim superest de antiquissima scriptura *ei* pro *i* longo. Sic *plebeiscitum* semel, sed semel etiam *plebiscitum* (IV. 2.)

O pro *u* raro in hoc codice legitur. Septies tamen notavi: *avolsum* I. 1, *volneribus* I. 3, *volgi* I. 6, *volgus* I. 14, *volt* III. 33, *voltis* I. 28. III. 5. Eadem vocabula alias ubivis vulgari modo perscribuntur. Contra *u* pro *o* *adulescens* (constanter in mss. antiq.) Sed tamen *adolesco*. Pro *quu* in prioribus libris plerumque *cu* scribitur, scilicet *cum*, non *quum* aut *quom* aut *qum*. Item *aecum*, *aecus*, *secuntur*. Semel *relicuus*. Verum in tertio libro scribitur constanter *qum*; semel tantum *cum*.

Quoi pro *cui* III. 11. Item I. 12. adn.

E pro *i*, *Verginius*. *Af*. pro *aff*, *afluentia*. *F* pro *ph*, *filosofari*, *sfaera*. *N* pro *nn*, *conubia*.

*H*omittitur *in erus*. (Sic apud Frontonem *erilis*.)

U pro *i*: *deterrumum* II. 26, *gerundis* II. 24, *conveniundi* II. 14, *disserundi* II. 39. *optuma* II. 10. *maritumi* II. 4, *aestumatio* II. 35. At multo frequentius in libro III. *aequissumum*, *facillume*, *vitiosissuma*, *maxume*, *maxumi*, *optumae*, *optumum* (etiam *optumi* V. 5.) *optumates*. In eodem tamen libro III. *optimus*, *optimatis*, *dignissimus*, *acerrime*, *faciendum*, *accipiendum*

Solo pro *Solon*. II. 1.

Accusativus plur. *es* nominum, quorum genitivus per *ium* finitur sexies fere legitur, *cives* I. 27, *testes* I. 37, *partes* I. 38, *omnes* II. 14. III. 9. Alibi rectius per *is* scribitur.

Aphaeresis, *posita st*, *condita st*, *nata st*, *ita st*, *plena st*, *verendum st*. Hae quoque notabiles bonaeque scripturae, *aliqui* pro *aliquis*, *belua*, *caelum*, *Caelius* (mons), *condicio*, *contio*, *Duelius*, *fetialis*, *intellegere*, *litus*, *maerens*, *magno opere*, *milliens*, *neglegere*, *oboedire*, *paene*, *paenitere*, *quattuor*, *querella*, *quicquam*, *quinctilis*, *saepire*, *sollers*, *taeter*, *tanto opere*, *triciens*, *vilicus*. *ei* graecum per *i* recte scriptum fuerat I. 10. *pythagorii*. Id postea emendator *currupit*.

Vinclum, prisce, ter (I. 3. 28. pr. m. III. 2. Alibi *vinculum*, ut *saeculum* pro genuino *saeclum*.

Reprendere, antique, in IV. libri fragm. scribitur; in II. libro *reprehendere*.

Assurios, *pacuianus*, *poenire*, in tertio libro vetustatem conservant. Similiter *Zmyrna* I. 8, sed depravatum fuit a sec. m.

Optinere, *suptilitas*, *urps*, genuina esse videntur: ic de *sescentis*, *sescentesim* dum est.

Sumtus frequentius quam *temtare*, non *templare*. aut *incohatum*, bis occu *inchoatum*. Eadem inco circa *scriblis*, *scribserin* *psissent*—*diligere* et *del* *ctus* et *nanctus*—*flama* *inflammari* (in III. 9.) et *Karthago*—*Philus* et

Set longe frequentius scril *sed*; verumtamen hoc q raro: admodum raro *ap* *illud*; quum fere ubique *illut*, *istut*. Etenim circa ras longe maxima est in quarum scilicet alterutrai sensu aurium scribentis pe ctata verba excipientis: qui festa admisit menda, *adq* (raro *atqui*), aliquando *at* pro *ad*, *aut* pro *h* trariaque ratione *aliquo* *quot*, *ed*, *essed*, *inquid* *quot*.

Neque minus mendose librai *interpraetari*, *quaeratur* *saedes*, *saenatus*, *Laci* *Grecia*, *iandudum*, *tan* pro *vis*, *Tuuero* pro *Tu* *ses*.

In tomo IX. Spicilegii ror p. 87-88. lautum scripsi ar numerum, vel etiam corru priscis codicibus obviarum ctores monui quibus in l editis iidem archaismi cogn Quamobrem nihil fere ia quod praesenti loco addam

P. 165. v. 13. corr. *disceptator* pro mendoso *deceptator*, nisi iam f datum.

Specimen Palimpsesti bobiensis—vaticani.



Specimen Palimpsesti palatini—vaticani



·M· CORNELII FRONTONIS

ET

·M· AURELII IMPERATORIS

EPISTULAE ET ALIA SCRIPTA.

·L· VERI ET ANTONINI PII ATQUE APPIANI

EPISTULARUM RELIQUIAE

EX CODICIBUS ROMANO ET MEDIOLANENSI

EDENTE

A. M.

ROMAE

TYPIS S. CONSILII PROP. FIDEI.

.M.DCCC.XLVI.

Fronto romanae eloquentiae non secundum sed alterum decus.

***Eumenius paneg. Const. cap.* 14.**

EDITORIS PRAEFATIO

AD FRONTONEM
ET ·M· AURELIUM IMP.

Codicis frontoniani partes duae.

FRONTONIS ET ·M· AURELII scripta incognita partim ex mem- olim mediolanensibus edidi, partim postea ex romanis: quae reliquiae ad unius operis palimpsestum, qui in oppidi Bobii .titit monasterio, cunctae pertinent. Scilicet editione mea me- nsi patefactum fuit, servari in ambrosiana bibliotheca lati- dicem pervetustum atque peramplum concilii chalcedonensis, olia pleraque omnia rescripta sunt. Iam in eo palimpsesto cum erum auctorum fragmenta inerant, de quibus alibi verba feci, rs foliorum multo maior epistulas Frontonis triumque Caesa- deletitiis membranis habuit; ita tamen, ut invenusto more estorum complures foliorum fasciculi periisse viderentur. In item vaticano pars non mediocris eiusdem concilii est, quam ianus codex desiderat: tum in iisdem membranis latebant Frontonis et ·M· Aurelii praeclara et magna incrementa, quae ediolanensibus editis coalescunt. Porro his codicibus inter se er conlatis, meridiana luce clarius fit, concilium illud in duo volumina propter amplitudinem fuisse tributum: quumque bo- monachi rogatu aliquot principum bibliothecam distraherent, uidem volumen Romam et ad vaticanos codices accessisse, ı Mediolani in ambrosianis pluteis fuisse conlocatum 1). Tunc ria ratione contigit, ut Fronto quoque in diversa distractus quem romana demum editione reconciliare licuit.

Frontonis vita.

Sed ipsius Frontonis notitiam ante omnia tradere necesse est. dice bobiensi passim dicitur ·M· Fronto, itemque in palatino; M· Aurelio 2) ·M· Cornelius appellatur. Et quidem Cornelii confirmatur Frontoni ab inscriptione pisaurensi 3), a Gellio, a a Capitolino, a Servio 4), et ab opusculorum grammaticorum 5) ionibus. Patria Fontonis Cirta fuit 6), numidarum regum olim armis potens et litterarum quoque ornamentis diu florens: nam

1) Confer, quae nos scripsimus ad Ciceronem de rep. praef. cap. VIII. — 2) ·M· Caes. II. 5. III. 17. — 3) In adnot. ad epist. II. de nep. amisso — 4) Videsis testimonia de Frontone, nec non p. 240. — 5) Extant haec nostris editionibus; nunc tamen brevitatis gratia omisimus. — 6) Ad 10, et Minucius Felix cap. VIIII.

praeter multos eruditos numidas, quos peculiari commentari suit ·A· Turrianus S. I., ipsos eius reges graecis litteris et sciplinarum genere semet imbuisse tradunt Livius 1) ac Diod In his Iubam II. regem plurimis scriptis et doctrina innume ruisse scimus. Hac in urbe natus Fronto (origine tamen ita eius nomen Cornelius suadet, et quidem genitus fortasse nucerini colonis, qui Cirtam sub Iulio Caesare insederunt 3); inquam, natus Fronto latinis impensius studiis quam graecis ditus fuit. Magistros suos memorat (qui nomine certe grae Dionysium Tenuiorem et Athenodotum 5), quem postremum quoque appellatione, honoris causa, ut opinor, indigitat. qui non admodum puer Fronto videtur dedisse operam litteris doquidem ipse ait, se circa aetatis annum XXII. vix quicq terum lectionum attigisse 6). Quonam anno Fronto ex Africa migraverit, nondum constat: sed is certe Hadriano impera mae principatum eloquentiae tenebat, teste Dione 7): ipse a Hadriani laudes a se in senatu saepenumero fuisse recitatas quam personam sub Traiano Plinius, eandem sub Hadriano gessit. Rursus quo anno ad ·M· Aurelii institutionem accesse adhuc nescimus, vix tamen dubito quin munus id exceperit I iussu, qui Marcum ei tenera aetate tradiderit: ait enim F prima sibi studiorum Marci incunabula fuisse cognita; quem riis exercitationibus instrueret, repente eum eloquentiae studi vale dixisse, atque ad philosophiam devertisse. Porro narr tolinus 10) Marcum anno aetatis XII. habitum philosophi adsun et quidem anno aetatis XVIII, qui fuit Hadriani extremus, in Pii adoptionem transisse novimus. Mansit ceteroqui in F disciplina Marcus tota paene magistri vita: quamquam r exercitiis non tantum otii subpeditavit, quantum Frontoni erat. Lucii quoque Veri puerilibus annis erudiendis Fronto p sed tamen huius epistulae, quotquot hactenus habemus, a iam Augustum scriptae sunt. Praeter regios adolescentes, al que discipulos ad eloquentiam Fronto instituit, et eius epist amicos declarant: atque in foro et apud principes pro clien familiaribus ac pro negotiis provinciarum saepissime dixit. Qua

1) Epitom. lib. L. — 2) Excerpt. de virt. et vit. lib. XXXIIII. p. 607. — 3) Confer Livii supplementa lib. CXIII. 13. 64. — 4) Ad ·M· Caes. — 5) Ad ·M· Caes. I. 12. IIII. 12; ad Ver. p. 125; de eloq. p. 171. — 6 Caes. II. 1. — 7) Lib. LXVIIII. 18. — 8) Ad ·M· Caes. II. 4. — 9) De elo — 10) In Marco cap. II.

plenus officii multos mortales habuit implicatos consuetudine et benivolentia. Quod egregiam operam Fronto summumque amorem regiis praesertim alumnis exhibere videretur, relata est gratia pietati eius, ita ut honores in re p. maximos obtinuerit. Anno enim Marci XXII (Christi CXLIII.) a Pio, qui iam quartum annum imperabat, consul bimestris suffectus fuit in quarto nundino, iulio scilicet et augusto mensibus: quo anno consul ordinarius fuit Herodes atticus Marci in graeca eloquentia magister. Iam ab honore consulatus senatoria dignitas non erat seiuncta, quam reapse Fronto haud semel commemorat. Exin (nempe quinquennio post consulatum, ex vetere .S C. et lege Octaviani aug. 1)) proconsularibus fascibus donatus est: provinciam autem splendidissimam asiaticam ei obvenisse cum ipse in epistula VIII. ad Pium innuit, tum Marcus in romani codicis epistulis 2) diserte confirmat: sed quamvis idem Marcus Frontoni proconsuli commendat hominem, qui eum in provincia aditurus erat, tamen vix aut ne vix quidem se itineri commisit Fronto ob adversam valetudinem, ac demum muneris excusationem a Pio impetravit. Sane nec inscriptio pisaurensis proconsulem Frontonem dicit. Statuam tamen Marcus Frontoni petiit in senatu 3): quin adeo honores sibi quotidianos a Marco augusto tributos Fronto memorat apud Charisium 4). Non caruit igitur gloriae insignibus Fronto, etsi non fuit pragmaticus homo, neque politicae vitae genus aptum fuisse videtur eius moribus: quare et publicorum negotiorum satis infrequens in his scriptis mentio fit 5).

Frontonis res domesticae.

III. Ad domesticam Frontonis vitam quod adtinet, uxor ei Gratia fuit, quam sibi morte ereptam senex deflet 6). Filia superstes unica, nomine item Gratia 7), quinque aliis liberis in infantia demortuis 8). Gener Aufidius Victorinus umber, discipulus eiusdem, singulari facundia et praeclaris moribus praeditus, Marcoque Caesari in primis dilectus 9). Nepotes ex filia pietate eximia Fronto complexus est, ita ut unum ex his trimulum in germanico patris exercitu

1) Dio XL. 56. LIIII. 14. Atque hinc annum cognoscimus quo illae Marci epistulae ad Frontonem proconsulem scribuntur. — 2) Ad ·M· Caes. V. 36. — 3) Capitol. in ·M· cap. II. — 4) Videsis Frontonis fragmenta miscella p. 240. — 5) Apte de Caesareis suisque temporibus Symmachus ep. lib. II. 35: *olim parentes etiam patriae negotia, quae nunc angusta vel nulla sunt, in familiares paginas conferebant: id quia versis ad otium rebus omisimus, captanda sunt nobis plerumque intentata scribendi semina, quae fastidium tergeant generalium litterarum.* — 6) Ad Ver. imp. ep. VIIII, de nep. ep. II. fin. — 7) Ad ·M· Caes. II. 16. IIII. 6. — 8) De nep. am. II. — 9) Fronto saepe, Dio LXXII. 11, Capitolinus in ·M· cap. III. Marci imp. rescriptum ad Auf. Victorinum extat dig. IV. 4. 12.

extinctum longa epistula luxerit. Fratrem habuit unanimem, quei
item Pius imperator ad summos honores provexit 1). Claudii Fro
tonis asiarchae et pontificis nummos duos cum Pii Marcique typ
in commentario editionis mediolanensis olim protuli: quominus t
men is fuerit oratoris nostri frater, obstat, ut tum dixi, Claudi
nomen: nisi forte adoptione aliqua contigit ut frater oratoris in alia
gentem transierit; ceu paulo ante Quintiliani oratoris filius in ad
ptionem consularem pervenerat 2). Sed ecce Claudii Frontonis inscri
ptio insignis recitatur apud Pyrrhum Ligorium ms., quam quum i
editione priore romana exhibuerim, nunc item repetendam non iudico
Ait quippe Capitolinus 3) multos sub Marco nobiles bello germanic
sive marcomannico, immo plurimarum gentium, interiisse, quibu
omnibus statuas in foro ulpio Marcus conlocavit. In his Claudiu
Fronto fuit ·Q· Surae filius, cuius signi basim epigraphe illa lucule
exornavit, quam inventam in orientali fori latere testatur Ligorius.
Frontonem hunc, qui bello parthico claruit, fortasse intelligit Lucia-
nus 4), dum ait, nomen eius a quodam illius belli graeco scriptor
fuisse perversum, qui videlicet Φρόντιν pro Φρόντωνα scripserat. Episte-
lae, quas habemus Frontonis, pleraeque saltem, senili aetate conscri-
ptae fuerunt; in iisque hominem arthriticum, quod iam Artemidorus
Gelliusque dixerant, saepe agnoscimus. Fuit alioqui Fronto noster le-
pido ingenio, ut multa eius argute dicta demonstrant; theatralium spe-
ctaculorum, conviviorum et perdicum studiosus 5); tenui vel liquida
voce praeditus 6); simplici animo, et qui nihil suarum rerum clam ce-
teris esse vellet 7). Virtutes suas ipse Fronto praedicat in epistula de
nepote amisso, cui quominus fidem arrogemus, nihil vetat: quum prae-
sertim divinae providentiae futuraeque vitae praemiis satis se confidere
dicat ibi Fronto. Pleniorem vitae actae praedicationem in oratione
bithyna fecerat 8). Certe is amicitiae iura sanctissime coluisse vide-
tur 9). Lauta denique re familiari Frontonem arbitror usum, quippe
qui mecenatianos hortos possederit 10), et munifica tantorum prin-
cipum benivolentia semper munitus fuerit. Villam certe suburbanam
atque hortos suos extra Romam ipse memorat 11); tum etiam in Cam-
pania atque in Aurelia rusticatus est et vindemias egit 12). Praeterea
in Africa se rem familiarem habuisse manifesto docet 13). Fronto-

1) De nep. am. II. — 2) Quintil. inst. prohoem. lib. VI. — 3) In ·M· cap. XXII.
— 4) Quomodo scrib. hist. cap. XXI. — 5) Ad ·M· Caes. IIII. 12. V. 37; ad am. I. 15.
II. 3; Dio LXVIIII. 18. — 6) Ad ·M· Caes. IIII. 2. — 7) Ad am. I. 15. — 8) Ad
am. I. 17. — 9) Ad Pium ep. III, et VII; ad am. I. 22. — 10) Ad ·M· Caes. II. 1.
— 11) Ad am. I. 9, ad Ver. imp. XIII. — 12) Ad ·M· Caes. IIII. 4. Confer ibi ad-
notationem 3. — 13) Ad ·M· Caes. V. 34.

nianum recensetur in notitia imperii, a fundi domino denominatum, ut putat Morcellius Afr. T. I. p. 161. 162. Fuit et episcopus Frontonianiensis dioecesis. Aedificium quoddam Alexandriae dicebatur Frontonis apostasis, id est horreum, teste S. Sophronio de SS. Cyro et Iohanne mirac. XLVI. apud nos Spicil. rom. T. III. p. 492. Sane Fronto noster familiares sibi homines habuisse Alexandriae dicit in ep. octava libri ad Pium. Ceteroqui ipse Fronto prae innumera romanorum procerum pecunia fortunas suas, tot cupidorum more mortalium, verbis extenuat, neque sibi tribuit domesticorum commodorum summas facultates 1). Quid quod quincuncem hereditatis viri consularis Nigri Censorii Fronto adiit 2)? Quamquam noster patronus, legem cinciam fortasse reveritus, ne gravius quoddam donum ab Appiano cogeretur accipere, sophisticam oravit excusationem 3). Vitam ad extremam usque senectutem sustentavit, cum tot licet membrorum omnium doloribus conflictaret. Videtur tamen marcomannicum ante bellum diem supremum obiisse, vel certe ante quam Verus Augustus apoplexi extingueretur: nam sive eius belli sive Veri obitus nulla in scriptis Frontonis, quae quidem nos invenimus, mentio fit.

IV. De frontoniano elocutionis genere iudicium a me interponi vix opus est: quippe quum eius reliquiae tam copiosae in lucem prolatae sint, ipse per se lector et arbitratu suo rem, quae iam publici iuris est, aestimabit. Neque vero veterum laudibus, quae permultae Frontonem ornant, uti fere licet ad iudicanda scripta editionis meae: ego enim Frontonem epistulographum edo, illae de oratore prope omnes loquuntur: quae tamen si iustae rataeque sunt, et si illius orationes fautorum laudibus responderunt, Frontonem usquequaque commendatum habemus: nam quominus eius epistulae laudem verissimam mereantur, nemo credo tam insulsus iniquusve erit, qui id non ultro concedat. Sed interim, donec aliquid oratorium Frontonis emergat, illud subobscurum explicatu est, cur Macrobius frontonianum genus dicat siccum, Mamertus autem pompaticum, quae pugnantia iudicia videntur. Et siccum quidem dicendi genus, Cicerone auctore 4), intelligere licet sincerum illud, sanum, solidum, et modico ornatu contentum, quod proprium Atticorum fuit, quodque ipse sibi Fronto semel vindicat 5): idque adeo spectare videntur etiam Hieronymus et Sidonius, qui Frontonem a gravitate laudant. Pompaticum vero genus intelligo imaginibus variis pictum, quod in Frontonis laudativis, ut puto, praesertim ad imperatores orationibus dominabatur. Equi- Genus eloquentiae frontonianae.

1) Ad Ver. imp. VII; de nep. am. II. — 2) Ad Pium III. IIII. — 3) Ad am. I. 2. — 4) Brut. LV. LXXXII. LXXXIIII. — 5) Ad .M. Caes. II. 1.

dem imagines mirifice Frontoni placuerunt, ut cognoscimus ex eius epistulis: magisterio videlicet Athenodoti praeceptoris 1), immo fortasse Platonis exemplo antiquiore, quem non profunctorie iis uti videmus. Frontonem panegyricos suos imaginibus exornavisse, ostendebat Eumenii testimonium 2); nunc autem Fronto Marcum ipsum Aurelium docet ponere imagines in oratione panegyrica, quarum etiam τέχνην se diserte traditurum ei promittit 3): immo et pompaticas nominatim atque ornatas orationes legere ei suadet pedetemptimque imitari 4). Imaginum usum et veternosum simul elocutionis genus placuisse sectae Frontonianorum, docet etiam Sidonius. Postquam enim dixit, Titianum frustra conatum fuisse Tullii stilum epistularem exprimere in iis litteris, quas sub imaginibus scripsit inlustrium feminarum, addit Sidonius, ceteros quosque Frontonianorum Titianum, utpote consectaneum, fuisse aemulatos, quem etiam quia veternosum dicendi genus imitabatur, oratorum simiam nuncupaverunt. Ergo Titianus imaginibus nec non prisca dicendi ratione gaudens, in eadem secta erat ac Frontoniani. Iam vero hoc ipsum figuratum et panegyricum apud Frontonem dicendi genus a Mamerto opinor pompaticum appellari; siccum vero a Macrobio genus alterum Frontonis eiusdem causidicale, severum, priscum, adstrictum, ac prope durum, quod neque deliciis diffluit, neque odoribus, ut ita dicam, fragrat: quamquam ne in causidicali quidem ab imaginibus temperavit Fronto 5). Nihilominus ipse ait se in orationibus iudiciariis sedulo curare solitum, ut pleraeque sententiae durius interdum et incautius finirentur 6). Contra in ornatis orationibus numerum tullianae conclusionis studiose imitabatur, ut ex eius item testimonio cognoscimus 7). Numerosae autem oratoris Frontonis conclusiones tres in eius epistulis referuntur. Prima haec, cui magnis clamoribus succlamatum fuit 8): *omnibus tunc imago patriciis pingebatur insignis.* Altera 9): *ut non ocius aut vehementius terra urbem illam, quam animos audientium tua oratio moverit.* Tertia 10): *ut quisque amore quempiam deperit, eius etiam nevolos saviatur.* Nisi forte haec ultima ex ipso Tullio describitur. Quin etiam stili interdum novitati, etsi invitus et parcissime, indulsisse Fronto videtur in orationis structura ob mulcendos vulgi animos 11): cui postea necessitati multo

1) Ad ·M· Caes. IIII. 12. — 2) Confer etiam ad ·M· Caes. II. 1. — 3) Ad ·M· Caesar. III. 8; de eloq. p. 167. — 4) ·M· Caes. III. 16. — 5) Ad ·M· Caes. I. 8; ad Ant. imp. II. 12; ad am. II. 6. — 6) Laud. fumi et pulv. — 7) Ad ·M· Caes. II. 4. — 8) Ad ·M· Caes. II. 1. — 9) Ad Ant. imp. I. 2. — 10) Ibid. — 11) Ad ·M· Caesar. II. 1.

saepius Symmachus, quamvis et ipse invitus, obtemperavit 1). Quid plura? Interim dum Frontonis orationes desideramus, facultatem tamen eius oratoriam cognoscere aliquantum licet ex hoc volumine, in quo, praeter fragmentum tenuissimum palatinum, aliae quaedam partes sunt oratorio potius quam epistulari stilo conditae. Prima est de testamento transmarino seu re quadam hereditaria (p. 12-14.), quam quidem esse partem alicuius orationis, dubitare vix licet. Altera est de hereditate Matidiae (p. 121-122.) epistulari quidem forma sed tamen oratorio spiritu utens. Tertia est epistularis causidicatio pro Volumnio cive concordiensi. (p. 216-220). Sed iam dicere desinam de Frontonis oratorio stilo, in quo certe tullianae facundiae divitias et vim non habuit, sed tamen familiam duxit: nam frontonianam sectam non Sidonius solum et Macrobius, sed ipse quoque Fronto suam agnoscit ad Anton. imp. I. 2. p. 105. Fronto quidem in epistulis, quibus iam abundamus, non imaginum solum, sed, quod magis interest, purissimi sermonis sectator adsiduus atque acerrimus vindex cognoscitur. Placet enim ei ut in latino sermone antiquitatis religio apprime servetur: ac nedum recentes, Senecam puta vel iuniorem Plinium, quorum is fortasse vel fucum vel novitatem aversabatur, neminem Fronto aemulari videtur (etsi Ciceronis scripta omnia studiosissime lectitaverat 2) praeterquam qui ante Ciceronem et Caesarem, Sallustio excepto, antiquitatis et ipso studioso, inclaruissent. Quare hoc ipso nomine, ut opinor, Fronto peculiari antiquariorum seu grammaticorum studio dignus est; eorum scilicet qui seniorum voluntates semper sequuntur, et quidquid carioso aliquo exemplo fit, id non solum iure fieri sed de nota meliore putant. Quare et lexicis locupletandis, grammaticorumque regulis ampliandis Fronto in primis idoneus est; magis fortasse quam nova scripta ipsius Ciceronis, quem a quaerendis scrupulosius verbis procul afuisse, nos Fronto certiores facit 3). Dicerem denique nos habere iustum quoque scriptoris historici specimen, nisi eius rei fragmenta nimis essent abrupta, et nisi Fronto in historiae principiis panegyricum potius ·L· Veri, quam historiam veridicam, moliretur.

V. Sed quia praeter Frontonem, Marci quoque Aurelii permultas epistulas feliciter simul inventas edidimus, de his item dici aliquid a nobis aequum est. Harum quidem stilum cum in ipsarum contextu abunde cernimus, tum Fronto non solum saepe testimonio suo comprobat, sed propriae sectae in Marci elocutione vestigia animadvertit 4). ·M· Aurelius epist item impp L. Veri.

1) Symmach. ep. III. 11. — 2) Ad ·M· Caes. IIII. 3. — 3) Ad ·M· Caes. loc. cit. — 4) Ad ·M· Caes. p. 71.

Enimvero pure et saepe plautinis vocabulis loquitur Marcus, humanitatis sparsus sale, cum insignibus amoris notis. Immo ipse ait 1) epistulas se scribere ἀφιλῶς, quam ceteroqui virtutem non Frontoni sed Rustico acceptam refert. Verum, omissis sive oris proprii sive magistri suspectis laudibus, grave est testimonium Philostrati 2), qui formam epistularem post veteres optime omnium Caesarum romanorum perspexisse ait divum Marcum, cuius in epistulis, praeter verborum delectum, morum gravitas impressa sit: τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα τοῦ λόγου, μετὰ τοὺς παλαιούς, ἄριστά μοι διεσκέφθαι δοκοῦσι κ. τ. λ. βασιλέων δὲ ὁ θεσπέσιος Μάρκος, ἐν οἷς αὐτὸς ἐπέστελλε· πρὸς γὰρ τῷ κεκριμένῳ τοῦ λόγου καὶ τὸ ἑδραῖον τοῦ ἤθους ἐντετύπωται τοῖς γράμμασι. Ceterum sine dubio Philostratus de graecis Marci epistolis loquitur; namque etiam Photius epist. CVII. inter praestantes graecarum epistolarum auctores ponit ·M· Aurelium τὸν ἐν βασιλεῦσι φιλόσοφον· Generatim vero Herodianus 3) Marcum in antiqua litteratura tantum profecisse ait, ut nemini Graecorum aut Romanorum secundus sit: id quod eius vel dictis, vel scriptis quae aetatem tulissent, confirmari ait. Sed, quod rei caput est, in his Marcus redivivis epistulis speciem animi sui pulcherrimam pinxit, et dignam oppido quam principes aeque ac privati perstudiose imitentur. Atque utinam panegyricos etiam nancisci liceret, quos in Marcum scripsit, teste Suida Nicostratus orator! Porro circa Pii Verique litteraturam iam extabant iudicia Capitolini in eorum vitis; nunc autem de utriusque, et de Veri praesertim, humanissima elocutione iudicare lectori per se licet. Sed enim hunc mihi fructum mutuae Frontonis et Antoninorum epistulae vel praecipuum habere videntur, exemplum scilicet mirae philostorgiae seu mutuae dilectionis, qua multi mortales nimis carent, quaeque una virtus divini etiam Praeceptoris supremo oraculo felicitatem hominum parit et alit. At contra permulti propter suos animos malivolentia suffusos, id faciunt quod politicus Cicero miserrimum esse ait, nempe digladiantur semper tum faciendis tum accipiendis iniuriis. Quem non moveat tantorum principum, qui orbi universo praeerant, eximius amor tot epistulis benignitate redundantibus, tot omnis generis officiis erga suum magistrum expromptus? Ex hac scilicet domestica caritate Marcus initia exemplumque cepit ad universum hominum genus publicis officiis in imperio demerendum: quam ob rem optimus principum romanorum evasit; ita ut eum non sua solum aetas unice dilexerit; sed cuncta deinceps tempora desideraverint.

1) De rebus suis I. 7. — 2) Epist. I. — 3) Hist. I. 2.

VI. Reliquum est ut cetera Frontonis scripta (praeter haec a nobis inventa) adhuc latentia recenseantur, quorum aliquam certe notitiam nancisci licuit. Scripta Frontonis adhuc perdita.

Orationes panegyricae complures ad Hadrianum imp. *Ad Marc. Caes. II.* 4.

Orationes item complures panegyricae ad Pium. (*Ad Pium ep. II.*) In his ea fuit, qua victoriam britannicam gratulatus est Fronto, teste Eumenio, tertio, ut videtur, Pii imperantis anno; tum illa quam dixit post initum consulatum, sexto Pii anno, de qua oratione multus sermo est in secundo ad ·M· Caesarem libro. Nimirum in ea oratione non solum Pii, sed etiam ·M· Aurelii, et Calvillae quoque forsse, laudes prosecutus fuerat; Plinii, ut credere par est, exemplo qui totam Traiani familiam panegyrico suo laudavit. *Ad .M. Caesar. II.* 2, *ad Ant. imp. II.* 2.

Gratiarum actio in senatu pro Carthaginiensibus, cuius fragmentum dedimus ex codice palatino p. 238-239.

Oratio de hereditate Matidiae. *Ad Ant. imp. II.* 13.

Oratio pro Bithynis. (*Ad am. I.* 17. 18.) De caede mandata sermo hi fuerat: tum, pluribus annis interiectis, multa eidem orationi Fronto addiderat, locum in primis de acta vita.

Oratio pro Nucerinis. (*Fulgentius voc. iustitium.*) Scilicet ille Sitius qui romanam coloniam Cirtae firmavit, eiusque urbis principatum tenuit, nucerinus erat 1). Quam ob rem merito Fronto pro metropoli Nuceria causam oravit.

Oratio pro Ptolemaeensibus. *Charisius.*

Oratio in Christianos. *Minucius Felix.*

Oratio in Herodem atticum. *Ad .M. Caes. III.* 2. *sqq.*

Oratio in Pelopem, quam frontonianarum optimam existimabat Sidonius.

Oratio pro Demonstrato Petiliano. (*Ad Ant. imp. II.* 8, *ad Ver. imp. VIIII.*) Suspicor hunc Demonstratum fuisse Frontonis civem, quia certe ille iunior, contra quem scripsit sanctus Augustinus, praesul cirtensis erat. Hac oratione se Herodem laesisse narrat ipse Fronto. Sed enim Demonstrati quoque attici orationes aliquot contra Herodem, quas Theodotus sophista scripserat, commemorat Philostratus in Herode cap. VIII. XI. XIII, et in Theodoto.

Orationes pro Senio Pompeiano. Namque hunc in plurimis causis a se fuisse defensum ait Fronto *ad .M. Caes.* V. 34.

1) Confer Livii supplementa CXIIII. 13.

Sunt et ἀνεπίγραφοι. Frontonis orationes: veluti causae Cilicum apud Pium defensae (*ad P. ep. VIII.*) Item duae causae amicorum non minimi laboris apud eundem peroratae (*ibid*). Incertum aeque est cuinam patrocinatus Fronto sit, cum noctu causam dixit coram Hadriano, ut narrat Dio. Orationum aliquot a Frontone habitarum memoria est *ad .M. Caes. I.* 5. 6. *II.* 1. 2. *V.* 7. 27; *ad Ant. imp. II.* 2. 7. 8; *ad Ver. imp. VIIII*; *ad am. I.* 20.

Epistulae Frontonis multae interciderunt, uti demonstrant indices in palimpsestis nostris superstites: et praeterea ipse Fronto interdum meminit aliarum quae nusquam apparent. Ceterum ait Fronto raro se scripsisse ad amicos aut rescripsisse 1).

Liber quintus ad Antoninum (nempe ad Marcum Augustum) citatur a Charisio. Ergo praeter duos, quorum reliquias reperimus, videntur alii saltem tres extitisse libri epistularum ad ·M· Antoninum Augustum. Nisi forte in his connumerandi sunt libri de feriis alsiensibus, de nepote amisso, et de bello parthico, qui ad eundem Augustum scribuntur.

Frontonis edictum ludis circensibus in suo consulatu propositum, quo gratias Pio Augusto agebat. *Ad ·M· Caes.* II. 4. Eius edicti initium extat *ibid.*

Fabula Polemonis, quam a se facete in primis compositam ait Fronto (*ad ·M· Caes.* II. 1.) pars fortasse alicuius orationis fuit.

Sommi laudes videntur in quadam Frontonis epistula (praeter tertiam alsiensem) extitisse. *Ad ·M· Caes.* I. 3.

Ciceroniani libri adnotati a se, quos in vulgus exire nolebat, memorantur a Frontone *ad am.* II. 2.

Graeca carmina. (*Ad ·M· Caes.* I. 3.) In graeca quidem anthologia (Lips. MDCCCXIIII.) XII. 174. 233 Frontonis occurrunt epigrammata duo, quicumque demum is Fronto est.

Artem imaginum scribendarum traditurum se diligenter et subtiliter promittit Fronto *ad ·M· Caes.* III. 8.

Themata scholastica Frontonis cognoscuntur ex epistulis, v. gr. *ad ·M· Caes.* V. 22. 23. 26. 27. 28. 59.

Excerpta, *ad ·M· Caes.* III. 18. Ex Sallustio, *ad Ant. imp.* II. 1. *sqq.* Horum partes nobis occurrerunt. Ex Ciceronis epistulis quibus inesset aliqua de eloquentia, vel philosophia, vel de re p. disputatio, vel aliquid eleganti aut verbo notabili dictum, *ad Ant. imp.* II. 5. Ex Lucretio atque Ennio, ut credere par est, *ad Ant. imp.* II. 1.

Monita ad parandam historiae scribendae facultatem se Marco

1) Ad Am. I. 20.

e ait Fronto *ad ·M· Caes.* IIII. 3. *fin.* Eopert inent sallustiana ı, si forte illa ad Marcum adhuc Caesarem missa fuerunt.

ıriam belli parthici a ·L· Vero confecti promittit quidem *rrincip. hist. p.* 223; utrum tamen fidem liberaverit, ver dubito.

elesmata Frontonis citat Firmicus. An vero Cirtensem nontelligat, nescio equidem: quamquam superstitionibus indulıtrum, saltem quod spectat ad morborum remedia, satis dertemidorus.

ıonica Frontonis vocantur ad partes in Porphyrogeniti eclogis. ıen nisi temere de Cirtensi nostro potius, quam de alio quovis ɜ cogitet? Alii certe Frontones sunt qui appellantur in hip-

ıstiones convivales, seu de scommatibus in convivio dicenIpsisse Frontonem, videtur adfirmavisse Macrobius. Ait enim . VII. 3: *quod genus veteres ita ludicrum non putarunt, ristoteles de ipsis aliqua conscripserit, et Plutarchus et veıleius* (*cum Frontone*). Verba tamen *cum Frontone* a Ma:xtu nunc absunt; sed habet ea idem textus abs Iohanne saısi policr. VIII. 10. olim exscriptus. Quaerendum tamen rurırest, quisnam Fronto intelligatur: quamquam eiusmodi scrilepido Frontonis nostri ingenio minime abhorret.

que Fronto ille, qui apud Aelianum de instr. copiis cap. I. ıcripsisse de acie homerica, sine dubio error est pro *Fron*icet id mendum passim codices retineant. Atque ita *Fron*pro *Frontinus* de strateg. legitur apud Petrum blesensem VIIII; rursusque *Fronto* de aquae ductibus pro *Frontinus* mbrosium camaldulensem ep. lib. VIII. 42. et 43.

Nunc operae pretium est testimonia veterum de Frontone

·M· Aurelius de rebus suis I. 11. ed. Gatakeri.

Testimonia terum de Frtone.

Φρόντωνος, τὸ ἐπιστῆσαι, οἷα ἡ τυραννικὴ βασκανία καὶ ὑπόκρισις ς ἐπίπαν οἱ καλούμενοι οὗτοι παῤ ἡμῖν εὐπατρίδαι, ἀστοργότεροί πως *Frontone didici, quae invidentia et simulatio tyrannidem con*·; *quodque ut plurimum qui patricii a nobis nuncupantur, a ectu alieni sunt* 1).

ıer Frontonem ad ·L· Ver. imp. ep. VII, ad am. I. 6, cuius verba intelliı tantummodo de aulicis simulationibus et invidentia, docet heic ·M· Aurequi ibi Fronto insignem calumniam Romanis imposuisset, quorum urbs omni genere, nedum multis φιλοστοργίας exemplis, semper excelluit, ut innuficine testantur.

Dio Cassius LXVIIII. 18.

Κορνήλιος Φρόντων, ὁ τὰ πρῶτα τῶν τότε Ῥωμαίων ἐν δίκαις φερόμενος, ἑσπέρας ποτὲ βαθείας ἀπὸ δείπνου οἴκαδε ἐπανιών, καὶ μαθὼν παρά τινος, ᾧ συνηγορήσειν ὑπέσχετο, δικάζειν αὐτόν, ἔν τε τῇ στολῇ τῇ δειπνίτιδι, ὥσπερ εἶχεν, ἐς τὸ δικαστήριον αὐτοῦ εἰσῆλθε, καὶ ἠσπάσατο, οὔτι γε τῷ ἑωθινῷ προσρήματι, τῷ χαῖρε, ἀλλὰ τῷ ἑσπερινῷ, τῷ ὑγίαινε, χρησάμενος: *Cornelius Fronto, qui causis agendis inter eius aetatis Romanos primas ferebat; quum aliquando vespere profundo a caena domum rediret, ac intellexisset a quodam, cui patrocinium promiserat, illum* (Hadrianum imp.) *ius dicere; habitu caenatorio, quo tunc utebatur, ad tribunal eius accessit, eumque salutavit, non matutina voce* salve, *sed vespertina* vale, *usus.*

Idem LXXI. 35.

Πάμπολλα ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη, ἔν τε τοῖς ῥητορικοῖς, ἔν τε τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις ἀσκηθείς· τῶν μὲν γὰρ τόν τε Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον καὶ τὸν Ἡρώδην τὸν Κλαύδιον διδασκάλους εἶχε· τῶν δὲ κ. τ. λ. *magnum adiumentum Marco attulit doctrina: nam rhetoricis et philosophicis praeceptis exercitus fuit, habuitque illorum Cornelium Frontonem et Claudium Herodem magistros; horum autem* etc.

Artemidorus de somniis IIII. 24.

Ὡς καὶ Φρόντων ὁ ἀρθριτικὸς θεραπείαν αἰτήσας, ἔδοξεν ἐν τοῖς προαστείοις περιπατεῖν, καὶ πυρπολήσει χρησάμενος, παρηγορήθη ἱκανῶς· ὡς ἴσον εἶναι τὸ χρῆμα θεραπείᾳ: *quemadmodum Fronto arthriticus curatione a diis petita, visus est sibi in suburbiis deambulare, et ignis admotione usus, multum recreatus est; tamquam compar res esset medicamento et curationi.*

Capitolinus in Marco cap. II.

Oratoribus usus est (Marcus) graecis Annio Marco, Caninio Celere, et Herode attico; latino Frontone Cornelio. Sed multum ex his Frontoni detulit, cui et statuam in senatu petiit.

Idem in Vero cap. II.

Audivit (Verus) rhetores graecos Apollonium, Celerem Caninium, Herodem atticum, latinum Cornelium Frontonem. Hos omnes amavit unice, atque ab his invicem dilectus est.

Minucius Felix cap. VIIII.

Et de convivio notum est, passim omnes loquuntur. Id etiam Cirtensis nostri testatur oratio 1).

1) Minucius gente afer et Frontoni prope coaetaneus in huius oratoriis scriptis satis videtur fuisse versatus. Nam cap. VII. de Romanorum cladibus explicat Fron-

Idem cap. XXXI.

Sic de isto (convivio) et tuus Fronto non ut affirmator testimonium ecit, sed convicium ut orator aspersit.

Eumenius in panegyrico Constantii cap. XIIII.

Fronto romanae eloquentiae non secundum sed alterum decus, cum elli in Britannia confecti laudem Antonino principi daret, quamvis e in ipso urbis Palatio residens gerendi eius mandasset auspicium, luti longae navis gubernaculis praesidentem totius velificationis et cur-s gloriam meruisse testatus est.

Ausonius in gratiarum actione circa medium.

Unica mihi amplectenda est Frontonis imitatio: quem tamen Augu-i magistrum sic consulatus ornavit, ut praefectura non cingeret. Sed nsulatus ille cuiusmodi? ordinario suffectus, bimestri spatio interpo-us, in sexta anni parte consumptus: quaerendum ut reliquerit tan-s orator, quibus consulibus gesserit consulatum. Ecce aliud quod ali-iis opponat. In tanti te ergo oratoris fastigium gloriosus attollis? cui lia requirenti respondebo breviter: non ego me contendo Frontoni, d Antonino praefero Gratianum.

Macrobius saturnal. V. 1.

Quatuor sunt genera dicendi: copiosum, in quo Cicero dominatur: reve, in quo Sallustius regnat: siccum, quod Frontoni adscribitur: ingue et floridum, in quo Plinius Secundus quondam, et nunc nullo eterum minor noster Symmachus luxuriatur.

Claudianus Mamertus epist. ad Sepaudum rhetorem
Baluz. miscell. ed. Paris. T. VI. *p.* 535.

Naevius et Plautus tibi ad elegantiam, Cato ad gravitatem, Varro d peritiam, Gracchus ad acrimoniam, Chrysippus ad disciplinam, 'ronto ad pompam, Cicero ad eloquentiam capessendam usui sint.

Sidonius epist. lib. I. 1.

De ·M· Tullio silere me in stilo epistulari melius puto; quem nec lius Titianus totum sub nominibus illustrium feminarum digna si-

is locum de bell. parth. p. 144. Tum cap. IIII. de non ambitiosa amicitia belle mouet Frontoni ad am. I. 6. p. 201. Praeterea cap. XI. de cadaverum sepulturis et lo, imitatur Frontonem ad ·M· Caes. I. 8. p. 14, et de nep. am. p. 157. Denique p. XVIII. de regnorum auspiciis respicit Frontonem ad Ver. imp. epist. I. p. 133. Alia que sunt apud Minucium, quorum similia reperiet lector apud Frontonem; v. gr. *ludicris*, *in seriis*; *fabula* i. e. *sermo*; *in praesentiarum*; *integrum inlibatum*; men *scrupulosum*; *impiatum*; *fata a fando*; *vicimus*, cum emphasi. Tum ipsa thographia interdum congruit, ut *audaciter*, *promisce*, *hisdem*.

militudine expressit. Propter quod illum ceteri quique Frontonianorum, utpote consectaneum aemulati, cur veternosum dicendi genus imitaretur, oratorum simiam nuncupaverunt.

Idem IIII. 3.

Nec frontonianae gravitatis aut ponderis apuleiani flumen aequiparem.

Idem VIII. 10.

·M· Fronto cum reliquis orationibus emineret, in Pelopem se sibi praetulit.

Eutropius VIII. 6.

Latinas Marcum litteras Fronto orator nobilissimus docuit.

Martianus Capella lib. V. *edit. Grotii p.* 138.

Post hos in diversis agminibus oratores emeriti, ac prae se ferentes insignium culmen meritaque linguarum, Aeschinem, Isocratem, Lysiamque conspiceres: tum in togatis agminibus Sosantios, Gracchos, Regulum, Plinium, Frontonemque.

S. Hieronymus epist. XII.

Ad mentem edomandam, cuidam fratri, qui ex Hebraeis crediderat, me in disciplinam dedi, ut post Quintiliani acumina, Ciceronis fluvios, gravitatemque Frontonis, et lenitatem Plinii, alphabetum discerem et stridentia anhelantiaque verba meditarer.

Idem libro de viris illustribus in Melitone.

Melito Asianus, sardiensis episcopus, librum imperatori ·M· Antonino Vero, qui Frontonis oratoris discipulus fuit, pro christiano dogmate dedit.

Idem in chronico ad annum Chr. CLXV.

Fronto orator insignis habetur, qui ·M· Antoninum Verum latinis litteris erudivit 1).

Iulius Firmicus mathes. lib. II. *praef.*

Fronto noster, Hipparchi secutus antiscia, ita apotelesmatum sententias protulit, tamquam cum perfectis iam et peritis loqueretur, nihil de institutione, nihil de magisterio praescribens.—Antiscia Hipparchi secutus est Fronto, quae nullam vim habent nullamque substantiam: et sunt quidem in Frontone pronunciationis atque apotelesmatum verae sententiae, antisciorum vero inefficax studium: quod qui-

1) Consonant Cassiodorius, Syncellus, et Anastasius bibliothecarius. Quod autem ab Eusebii puro chronico is locus abest, nil mirum est, quia res romanas plerumque Hieronymus attexuit. Quare et Syncellus aliunde hanc hausit notitiam.

ı secutus est, quia rationem veram non fuerat adsecutus. — Apote-nata et Fronto verissime scripsit, quae Graecorum libris ac monu-ıtis abundantissime continentur.

Io. Saresberiensis policr. VIII. 13.

Tantus utique (Seneca), ut eum Fronto, secundum quosdam nepos tarchi, cuius meminit in primo Iuvenalis sic:

Frontonis platani convulsaque marmora clamant;

ıper eum, sic asserat universos exterminare errores, ut aurea videa-saecula reformare, et deos ab humano genere exulantes, eius opera ıcatos, hominibus contracta societate miscere.

Idem cap. XVIIII.

Latinas litteras Marcum Fronto nobilissimus orator docuit, et pro ɔrumdam opinione Plutarchi nepos 1).

DE FRONTONIS ET ·M· AURELII PALIMPSESTO.

VIII. Postquam diu de Frontone eiusque, nec non ·M· Aurelii, scri-ı locutus sum, superest ut chalcedonensis concilii codicem palim-stum, tum mediolanensem tum romanum, unde ego Frontonis et · Aurelii aliorumque principum scripta feliciter sumpsi, lectorum ut oculis fideliter subiiciam. Et quoniam priores concilii partes co-ι vaticanus continet, ab hoc explicando exordiar. Codex est mem-neus, ampli moduli, scripturae eam formam habens, quae mihi ulo ante saeculum decimum usitata videtur: nota vero in pluteis tinguitur ·VMDCCL·, adeoque septem tantum spatiolis a bobiensi eronis de re p. distat, qui est ·VMDCCLVII· Quin adeo codex oque tertius bobiensis ibi proximus est, nempe ·VMDCCLXVI·, in us rescriptis foliis, sub ascetico Iul. Cassiani opere, fragmenta ine-a reperi iuridici cuiusdam corporis ante Theodosium scripti, quae idem tempus Romae evulgavi. Prima in pagina concilii chal-lonensis manu vetere scribitur: *liber s. Columbani de Bobio*. Sta-ı vero incipit sancti Caelestini papae ad Nestorium epistula. Pa-a 12. illae incipiunt tot aliae epistulae, quae synodo chalc. viam niunt: donec p. 79, est adlocutio synodi ad principem: tum p. 94. Codex concil chalc. in duo v lumina distrib tus.

1) Fallitur Saresberiensis quod adtinet ad Frontonis cognationem nam Iuvenalis antiquiore Frontone loquitur. Reliqua autem quo pacto dicere potuerit Saresbe-nsis, nisi Frontonem de Seneca scribentem legerit, eruditi dispicient. Denique ius de comp. et metris orat. ed Capperon. p. 352. haec recitat e Charisio. cchiacum metrum *tale est: bacchare laetare praesente Frontone*. Locum n desiderari in editis Charisii exemplaribus, iam monuit Capperonerius. Vi-nt ergo, siqui integriore Charisii codice utuntur, numquid de bacchici huius fere et de Frontone dispicere liceat.

edictum explicit principis synodum confirmantis. Pagina demum 95. exorditur prima synodi actio, cuius amplus tractatus totum deinceps codicem occupat usque ad p. 286, quae voluminis extrema est. Sunt autem verba libri ultima: *preces quae a viro religioso Eutyche praesbytero invictissimis principibus porrectae sunt;* quae verba videmus in parisiaca conciliorum editione Labbei priore T. IIII. laterc. 248. 1) v. 6. Transeo nunc ad codicem ambrosianum (E. 147. part. sup.) quem Mediolani ante migrationem romanam diu manu tractavi. Ab hoc scilicet codice omnis illa concilii pars abest, quam codex romanus habet: incipit autem acephalus 2) mediolanensis sic: *frui iustum est. Theodorus episcopus Damascenae* etc. quae verba sunt in labbeana editione laterc. 260. Ergo inter romanum ac mediolanensem codicem hiatus interiacet laterculorum sex (totidem enim graeci textus latercula subtrahenda sunt, quae latinus codex habere non potest). Et ambrosiani quidem codicis initium, quoniam perfecta sententia caret, satis demonstrat folia aliquot ab eo excidisse: sed enim et vaticanus partem eius interiectae materiae amisisse videtur: ac valde arbitror voluminum bobiensium divisionem ad id loci fuisse, ubi in edd. laterc. 250. recitari incipiunt acta Ephesi sub Dioscoro. Habet codex mediolanensis paginas 452, iisque continentur concilii actiones a prima acephala usque ad XIIII. non expletam. Explicit autem codex: *Pompeianus episcopus Emessae dixit, « his quae regulariter ecclesiasticae definita » 3) sunt a sanctissimis et Deo 4) amantissimis a metro* . . . quae sunt in labbeana editione act. XIIII. laterc. 744. Atque adeo exploratum est, mediolanensem codicem amisisse in calce folia complura: neque enim volumen in medio vocabulo desinere potuit. Igitur inde revulsam puto actionis XIIII. partem reliquam, cuius finis est in labbeana editione lat. 754. Iam duae postremae concilii actiones XV, et XVI. cum aliquot perergis, quae in plerisque codicibus subtexi solent synodo, tantum fere corpus efficiunt ut ex eo tertium quoddam, etsi brevius, volumen confici

1) Sic corrigo pro 256. — 2) Hinc Olgiatus, qui primus nascenti Ambrosianae praefuit, quique et bobiensium et aliorum codicum scsipsit titulos, adnotavit in codice, *nonnulla initio et in calce desiderari*. Item is, qui vaticanae bibliothecae olim syllabos scripsit, in codice hoc bobiensi partem tantummodo concilii chalc. contineri nos monuit. — 3) Quae verba uncis clausi ea lector aere [illegible] reperiet in calce Symmachi a me Mediolani primum editi. Quippe illi extremae inversae paginae codicis subest pars laudum priorum in Valentinianum [illegible]. — 4) Ita *Deo* (non *Dei*, ut in edd.) codex hic habet aliique constanter codices veteres huius synodi. Est autem, ut puto, *amantissimis* pro [illegible] φιλτάτοις, ut saepe in priscis scripturis *desiderantissimus* pro *desideratissimus*.

essit: idque sane volumen extitisse olim in bibliotheca bobiensi mihi cile persuadeo, et nunc fortasse alicubi latitat: quod utinam scrutor aliquis detegat! vel Taurini videlicet, vel Neapoli, vel in aliis aliae oppidis, vel etiam Vindobonae, vel denique Guelpherbyti, quis in urbibus partem aliquantam codicum bobiensium superesse scio. erare enim valde licet sub eo quoque tertio volumine, seu reliquis ncilii membranis, latere Frontonem, latere Symmachum, latere ceronis interpretem, atque alia veterum scripta lucis adhuc delerantia. Sed hoc domina rerum providentia Dei gubernabit.

IX. Ergo undique mihi subpeditat quo plane demonstrem, memanas istas seu romanas seu mediolanenses uno olim in corpore haesisse. 1. Uterque concilii codex teste epigraphe bobiensis est. Uterque eiusdem latitudinis atque altitudinis. 3. Utriusque codicis ginae eandem versiculorum rationem retinent. 4. Uterque eadem ripturae specie, iisdem etiam rubricis, atque eadem manu confeus est 1). 5. Uterque in deletitiis membranis habet eosdem auctores, 'ontonem, Symmachum, Ciceronis interpretem, moesogothicae linae reliquias, et latini sermonis fragmenta Arianorum. 6. Uterque alque sine altero imperfectus est; coniunctus autem, ad integritam accedit. Sed ut in subscripto Frontone consistam; 1. tum vatinae paginae tum ambrosianae binis aeque laterculis constant, quom singula versus habent XXIIII. 2. In membranis mediolanensibus m scriptura auctoris quam scholiorum et lemmatum ne latum quim unguem a romani codicis forma recedit. 3. Amborum codicum dem sive orthographia sive palaeographia est. 4. Uterque codex eodem grammatico emendatus fuit, qui varias quoque codicum ctiones nonnumquam adscripsit. 5. In utroque codice scriptor syn- frontonianis membranis prope perpetuo inversis usus est. 6. Aliuties demum ubi desinit pagina mediolanensis, romana sequitur, selumi orationis filo: vicissimque romana desinente, pergit medlanensis 2). Quod vero tum in codice mediolanensi, ut olim do- 3), tum in romana 4), paucae quaedam epistulae repetuntur,

Frontonis reliquiae mediolanenses et romanae ex uno corpore avulsae fuerunt.

1) Utriusque palimpsesti duplicem scripturam duabus in tabulis iam inde a are editione rom. dedi; similem prorsus, ut aequi iudices existimabunt. Sed tan cogitandum est, archetypas quidem codicum scripturas ab eodem librario pe exaratas; specimina vero mea a diversis delineantibus ac caelatoribus, Meani videlicet et Romae, expressa fuisse. Quare si qua forte, quod vix credo, rentia in speciminibus parebit, ea non codicibus sed artificibus tribuenda erit. 2) Ad 'M' Caes. II. 2. p. 29. n. 3; p. 32. n. 2; ad Ver. imp. ep. I. p. 132. n. 1; 188. n. 4. — 3) Fronto ed. mediol. T. I. p. 1. n. 1. — 4) Ad 'M' Caes. I. 9. 12. 2. pp. 14. 28. 29. in adn.

et quidem eiusdem librarii manu; id videlicet accidit, quia bobiensis codex e diversis Frontonis collectionibus exscriptus fuit, quarum interdum varietates in marginibus extant. Utique ad ·M· Caesarem lib. IV. 9. epistula est in ordine, quae praetermittitur in indice. Ergo nisi mendum librarii indiculum conficientis fuit, index quidem ille ad aliam collectionem pertinebat, id quod evidentius demonstratur ex indicibus ad Pium, et ex lib. II. ad amicos. Profecto et Tullii codex nobilis florentinus saeculi ferme decimi repetitas, ut audio, epistulas interdum exhibet: idque ego aliquoties in vaticanis quoque Tullii codicibus observare me memini. In codice ottob. vat. 1463. p. 15. et 58. repetitur oratio quaedam Ciceronis eadem manu. Quid quod ipse Cicero prohemium quoddam suum incaute repetiit? quae lepida narratio extat ad Att. XVI. 6. Photius quod argumentum tractaverat cod. 185, repetit obliviosus cod. 211. In codice palatino 1576. saec. XI. epistulae aliquot Symmachi repetuntur eadem manu p. 31. b. sqq. et 59. b. sqq. Item in codice Chrysostomi apud Harlesium B. G. T. VIII. p. 544. repetebatur epistula ad Galbionem. In codice gr. vaticano 1923, amphilochianae aliquot Photii quaestiones repetuntur eadem manu. Id ipsum factum in neapolitano amphilochiorum, ait cl. A. Scottus p. 45. Denique in quodam vetustissimo vat. non rescripto codice ·MCCCXXII· concilii chalc. adlocutio Marciani augusti ter scribitur; bis quidem eadem manu p. 3. b. et p. 16. a. (non sine levibus varietatibus, ut in Frontonis repetitis epistulis), tertio p. 150. b. manu diversa. Porro quod supra dixi: concilium chalcedonense propter magnitudinem in plures tomos fuisse digestum, id de Frontonis quoque palimpsesto existimandum videtur. Quum enim in codice, licet imperfecto, quaternionum prope quadraginta notas repererim, fieri vix potuit, ut tomus unicus tantum membranarum volumen amplecteretur. Tum ex. gr. in prisco Tullii interprete, quem ego ex ambrosianis membranis edidi, notam animadverti quaternionis ·LXVIIII· Unde aperte cognoscimus plures fuisse scholiastae eius tomos; quamquam series quaternionum continua in iis fiebat. Hinc videmus in synodis acta interdum aut testimonia non ex tomis recitari sed ex quaternionibus.

Frontonis reliquiae romanae.

X. Quandoquidem codex synodicus vaticanus, ad foliorum copiam quod adtinet, ambrosiano minor est, sequitur ut frontoniana quoque materia Mediolani copiosior deprehensa fuerit. Quia tamen romanae paginae perbelle legentibus patent, ambrosianae vero fortuna paulo minus sospite usae sunt; romanas quidem reliquias prope continuas in librum transfero, e contrario mediolanenses crebris admodum et spatiosis lacunis intercipere necesse est. Codicis romani

ulae ineditae plus centum sunt, et quidem pleraeque integrae e inlibatae. Pars paulo maior ·M· Aurelium auctorem habet, relipars Frontonem. Primo autem sunt ad ·M· Caesarem libri secundi, a Mediolani edidi, additamenta in codicis paginis octo: deinde tertius in paginis viginti sex; liber quartus in paginis viginti uor; quintus in paginis viginti et una. Exin liber primus ad eun-Marcum iam Augustum, et Antonini nomine utentem, in pa-i tredecim. Tum alterius libri ad eundem Marcum (Augustum n potius Caesarem?) supplementa in paginis quatuor. Exin fragtum quoddam ad Verum (nempe ad Marcum qui adhuc appeltur Verus) in paginis quatuor, quurum duae posteriores connetur cum folio supplementorum ad ·L· Verum imp.; quae quidem lementa paginas occupant codicis sex cum gravioribus lacunis. ir paginas romani codicis, quae Frontonem cum ·M· Aurelio nt, sex omnino supra centum inveni (nam reliquus palimpsestus um auctorum operibus impeditur.) En autem ut romanorum fom ordo, palimpsestorum ritu olim conturbatus, a me nuper resti-i est. Punctis quidem foliorum defectum indico; recta linea foliocohaerentium paria; linea duplici suspensa significo transitum (uti membranis pro quaternionum natura) ad alium epistularum li-i. Addo quarternionum notas, prout in codice repertae sunt. Quaterdecimo, quia foliis extimis amissis nota deest, adpingo asteriscum.

IIII.	166. 165—168. 167.	Ad ·M· Caes. lib. II·
	. . . .	
	. . . .	
	160. 159—174. 173.‖	
VII.	126. 125—112. 111.	Ad ·M· Caes. lib. III.
	124. 123—114. 113.	
	118. 117—120. 119.	
	116. 115—122. 121.	
VIII.	242. 241—228. 227.	Ad ·M· Caes. lib. III-IIII.
	. . . .	
	186. 185—180. 179.‖	
	148. 147—154. 153.	
*IIII.	182. 181—184. 183.	Ad ·M· Caes. lib. IIII.
	176. 175—190. 189.	
	146. 145—156. 155.	
	152. 151—150. 149.	

Q.*	X.	. . . . 142. 141—128. 127. 132. 131—138. 137.‖	Ad ·M· Caes. lib. IIII-V.
Q.	XI.	106. 105—100. 99. 88. 87— 86. 85. 102. 101—104. 103. 80. 79— 94. 93.	Ad ·M· Caes. lib. V.
Q.	XII.	110. 109— 96. 95.‖ 84.‖ 83— 90. 89. 98. 97—108. 107. 92. 91— 82. 81.	Ad ·M· Caes lib. V. et ad Antoninum imp. lib. I.
Pag.		. . . . 144. 143—158. 157.‖	Ad Ant. imp. (vel ad ·M· Caes.) fragmenta libri II, seu potius incerti.
Pag.		2. 1. . . . . 4. 3‖— 14. 13. 29. 30— 15. 16.	Ad Verum (nempe ad Marcum dum adhuc diceretur Verus) et ad ·L· Verum imp.

Atque haec tabella interim sufficiat ad declarandam adserendamque dispositionem editionis meae, si quis eam ad codicem exigere volet. Ceteras vero sedulitates tum demum toti libro adhibiturus sum, si copia aliquando erit mediolanensem codicem retractandi. Etsi enim in plerisque schedis meis fidelissima codicis mediolanensis imago est, nondum tamen habeo satis explicatam aut absolutam rationem universae rei. Porro aliquot locorum ac difficultatum, quae nonnisi oculis subiectae ad liquidum deduci possunt, nolo persequi vobis rationes infinitas: satis autem interea fuerit suas cuique folio, quod et olim feci, partes conservare, sententiarumque nexum, ubi certe per lacunas licet, tenere.

...ia scriptu-
...genera in
... fronto-

XI. De scriptura codicis frontoniani verba facere vix est opus; formam quippe aeneis tabulis expressi: orthographiam vero partim in ordine, partim in criticis adnotationibus diligenter posui: indicem quoque orthographicum concinnavi. Et quidem scripturae formam duplicem in codice habemus, maiorem alteram, nempe textus ipsius, speciosam ac paulo rotundatam; alteram lemmatum ac recensionum

inatis et valde festinatam, qualis tabellionum fuit, ut pa-
:; immo qualis, ut prorsus arbitror, omnium veterum fa-
cribentium fuit. Quare nihil vetat quin hae duae scriptu-
porales prope habeantur. Semper enim cautum est, ut lem-
ı scholiorum scriptura a textus forma differret. Illud non
quioris aetatis codicibus, puta saeculi ·VIIII· aut. X, seu
. latinis miratus sum, nempe in lemmatibus atque in scho-
scripturae quadratum et nobilius, etsi minutulum; in te-
deterius, inclinatum et rude: quod omne contra in an-
codicibus fit. Tituli operum frontonianorum tum initio
lce librorum scribuntur maioribus solito litteris: et sic in-
aefationes quoque epistularum. De codicis emendatore et
Caecilio verba in loco feci 1): et quidem is codicem non
ıendis, partim saltem, purgavit, verum etiam, conlatis
us varietate aliqua lectionum ornavit 2). Quominus tamen
ım esse putem Caecili scripturam satis deterreor multitu-
ım qui adhuc contextum obsident; tum etiam quia lemma-
graphia saepe differt a frontoniana. Librorum quinque
ıesarem tituli (excepto quantum memini primo) in oris
ımmis codicis perpetuo scribuntur litteris paulo minoribus,
contextui similibus atque pulchris. Reliquae codicis sum-
suis titulis, quod iure mirere, carent. Sic in Tullii co-
p. tertii libri summae paginae vacant titulo, etsi in calce
ıri titulus quoque tertii incipientis est. Epistularum clau-
e subscriptiones, litteris plerumque minoribus, sed tamen
neris, conficiuntur; ideo fortasse quia hae clausulae in
graphis manu propria, atque idcirco minutioribus formis,
ırum auctoribus adpingi solebant (quem deinde morem
s religiose tenuisse videntur). Id ne temere suspicer, fa-
a ·C· Iulii Victoris rhetoris a me editi cap. ult. de epistu-
abant veteres karissimis sua manu scribere, vel plurimum
s. (Sic in civilibus legibus in fine saepe additur: *et alia*
scipsi. Vide ex. gr. legem de aedificanda basilica pau-
t tamen quaedam epistulae, quae subscriptionibus carent.
e aetate codicis frontoniani quid dicam? Enimvero nihil
ominus eum antiquissimum esse credamus; natale tamen
definire non audeo: si enim dicam vetustissimum, tertii

1) Caes. III. fin. — 2) PP. 10. 37. 52. 59. 62. 73. 74. 75. 76.

vel quarti puta christiani saeculi, adfectionibus atque opinionibus meis favere nimis videar; sin sequioris aetatis, contra animi sententiam loquar. Hanc igitur quaestionem in pluribus iam codicibus a me ventilatam comperendinare adhuc liceat.

tionis ro- a medio- i discre- e.

XII. Ceteroqui hic locus postulat ut differentias romanae editionis romanae et mediolanensis item meae breviter demonstrem. Quum ambrosianus codex ita hiaret, totque lacunis et maximis urgeretur, ut seriem nancisci veterem me non sperarem; (praesertim quia tiro adhuc in evolvendis ordinandisque palimpsestis eram) ego ita rem moderatus sum, ut in priore volumine epistularum maiorem numerum concluderem: huncque ordinem sequerer, ut a Pio inciperem, mox ad divos Fratres, exin ad amicos venirem; et denique epistulas paulo exquisitiores adderem de feriis alsiensibus et de nepote amisso. In altero autem volumine ea ponerem quae propinquius eloquentiam adtingunt atque historiam: exin quaedam ludicra ac leviora subiungerem: denique epistularum graecarum unum corpus conficerem. Nunc vero postquam in codice vaticano complurium quaternionum seriem incolumem reperi, quorum notae cum mediolanensibus aliquot, quas legere olim licuit, naturam veteris dispositionis magna ex parte me docuerunt, hunc ipsum codicis ordinem pro viribus redintegrare cordi fuit, tum in serie librorum tum etiam aliquot epistularum. Quamquam reapse in codice nulla vel temporum vel personarum aut materiarum ratio habetur. Nam quae v. gr. temporis perturbatio fieri maior potuit, quam cum liber ad Pium positus est prope in codicis calce, nempe in trigesimo quaternione, et quidem post epistulas ad Marcum Augustum? (cui rei olim, ut dixi, remedium feci cum librum ad Pium editionis meae primum esse volui.) Item cum epistula de paranda eloquentia ad Marcum scripta vix dum pueritiam egressum, conlocata est in quaternione XXVII, quum tamen liber I. ad Marcum Augustum in quaternione XII sit? Denique laudes fumi et pulveris scriptae ad iuvenem Marcum (Cf. p. 152. n. 2) occurrunt in Q. XXXVIII. Neque idcirco est quamobrem magnopere miremur arbitrariam hanc librarii veteris dispositionem: sic enim et in aliorum auctorum libris, praesertim epistularibus, saepe usuvenit. Nonne Tullii epistulas ad Tironem sponte sua Lambinus disposuit 1)? Nonne eiusdem libros epistolarum ad diversos Petrarcha inventor marte proprio notis numeralibus distinxisse creditur? Cunctas denique Tullii epistulas nonne his demum annis Wielan-

1) Confer eiusdem Lambini adnotationes.

as et Schutzius ad rationem temporum exactas, derelicta vetere rie, disposuerunt? id quod aliquando Frontonis quoque et ·M· Audii scriptis factum iri auguror. Interea dum codicis ordo placet, ire interest, permultam operis partem recte se habere vel ob faiculorum integritatem vel ob continui sermonis seriem: quam vero artem (mediolanensem praesertim a cuius nunc membranis absum) raviora palimpsesti vitia obsederunt, aut ubi nexus omnis interrutus est, eam fere in medio a me relinqui, conceptis formulis pyrbonicorum οὐδὲν ὁρίζω, οὐδὲν μᾶλλον. Hactenus de Frontonis reliquiis bobiensi codice eductis: nam de brevi eiusdem auctoris fragmento a palatinis membranis nuper item reperto commodius infra suo loco isseram p. 237.

XIII. Frontonem rei quoque grammaticalis fuisse curiosissimum, idemus passim in eius epistulis, quibus tantum sanae scrupulosaeue latinitatis studium exserit, totque de illa praecepta tradit, suaue memorat ex Sallustio, Cicerone, aliisque veteribus tum solutae um adstrictae orationis excerpta (recole praef. p. XII.) Tum vero ribus etiam peculiaribus scriptis id demonstratur, nempe disputatioibus eius aliquot apud Gellium conservatis, quas nos in volumine ostro desiderari non patimur, in quibus Fronto, maximorum scritorum exemplo, ad persubtilem descendit rei grammaticalis disquiitionem. Iterum libello inscripto *differentiae verborum*, iamdiu inr grammaticos veteres ab editoribus relato, et a nobis quoque in rioribus nostris editionibus non neglecto. De quo nunc adnotare lacet, eum in codice vetere grammaticorum neapolitano, non Fronni, sed Plinio inscribi (seniori scilicet, cuius libros grammaticos itat non semel Probus a nobis editus, aliique auctores.) Argunenti huius tertius est Frontonis libellus, cui titulus *exempla elocutionum*, quemque nos primi extulimus ex codice mediolanensi; et unc ex alio codice valde auctum cl. Lindemannus typis denuo subecit. Quibus autem argumentis et auctoritatibus id opusculum Fronni auctori tribui possit, quibus item Arusiano Messio videatur adcribi, satis diligenter olim disserui in mediolanensi praesertim ditione. In romana tamen gravem adtuli Cassiodorii auctoritatem nst. div. litt. cap. XV, qui id opusculum diserte Messio inscribit; uod facit etiam catalogus quidam bobiensis apud cl. Peyronium p. 30. Romanam itaque editionem nostram non vidit cl. Lindemannus; secus enim Cassiodorii testimonium pro Messio, cui et ipse favet, non reticuisset. Nunc vero quia neutrum libellum hoc nostro volumine complecti placet, propterea quod hi satis iam noti

prolixique sunt, nos autem brevitati studemus, quaestione omni ac de his proferendo iudicio supersedebimus.

textu rom. mediol. conc. chalc.

XIV. Superiore capitulo VIII. codicem concilii chalc. eatenus ego exposui, quatenus demonstrandum lectoribus erat, partem eius revera Romae esse, partem Mediolani. Nunc tamen aliquid de textu etiam eius synodico, sacrae doctrinae gratia, dicendum videtur. Concilii itaque textus palimpsesto nostro impositus, ille ipse est, quam veterem interpretationem appellat Balutius, quin tamen ibi sint Rustici diaconi recensiones. Quippe ipse Balutius docet 1) sero videri fuisse cognitam apud nos Rustici editionem, quum sola vetere usi sint occidentales usque ad Hincmari rhemensis aetatem. Iam huius antiquae editionis commoda et dignitatem idcirco exponere supersedeo, quia Balutius id satis praestitit, magnopere simul dolens et queritans, eam in recentioribus conciliorum editionibus, dum elegantiae novitatisque ratio habetur, saepenumero fuisse subversam, multis bonis cum ea pessumdatis: cui damno ut medelam Balutius idem faceret, complures Galliae codices excussit; vaticani quoque duo veteres (hoc excepto palimpsesto) dedit operam ut aliquanto studio inspicerentur; quibus copiis fretus pervetustam illam editionem instaurare pro viribus conisus est. Caruit ceteroqui, ut dixi, Balutius palimpsesto bobiensi tam insignis antiquitatis: praeterea vaticanorum duorum valde abest ut omnem conlationem impetraverit. Nunc ad bobiensem quod adtinet: duae sunt eius praecipuae utilitates, novus scilicet fons et generosa indole praeditus antiquae illius interpretationis, quae in futuris editionibus, post Balutii labores, ad limpidiorem adhuc puritatem revocari poterit. Altera codicis huius nec sperata utilitas est, textus est vetus et perbonus epistulae S. Caelestini papae ad Nestorium, quae in conciliorum quidem collectionibus cum ephesino coniungi solet, bobiensi vero in codice praeponitur chalcedonensi. Hanc ego epistulam contuli cum textibus editis sive apud Contium atque Balutium, qui veterem editionem sequuntur, sive apud Constantium (epist. rom. P.P.) a quo varietates aliquot codicum atque editionum congestae fuerunt. Nihilominus bobiensis codicis adeo bonum plerumque novitatis inauditae textum esse cognovi, ut permultas eius varietates olim ego in diatriba peculiari (quam modo breviavi) exposuerim. Nunc autem quatuor saltem ex his varietatibus repraesentare hoc loco non piget. Igitur I. ubi in Constantii editione col. 1114. A. 7. dicitur: *dogma Pelagii telo unitae potentiae oriens occidensque per-*

1) Dissert. de antiqua interpretatione concilii chalcedonensi cap. XI. XIII.

cussit, in boblensi est *occidens oriensque* 1) II. Ed. Constant. adhuc A. 9. *Atticus catholicae magister fidei*. Cod. bob. *Atticus catholicae amator fidei* 2). III. Ed. Constant B. 3. *pro rege communi*. Cod. bob. *pro religione communi* 3). C. IV. Const. col. 1118. B. 6. *Quis enim intra ovile velut rapacem lupum putaret abscondi?* Cod. bob. *Quis enim intra ovile vellus* 4) *rapacem lupum putaret abscondi?* Sed haec iam satis ob demonstrandam vaticani textus praestantiam et utilitatem.

1) Praeclaram hanc lectionem confirmant tres alii codices vaticani, itemque exemplar Contii. Sane ita loqui Caelestinum decuit, tum propter supremam romanae ecclesiae auctoritatem, tum propter ipsam historicam veritatem, teste Prospero in carm. de ingr. p. I. v. 39. ubi de Pelagii haeresi sic: *pestem subeuntem prima recidit—sedes Roma Petri, quae pastoralis honoris—facta caput mundo* etc. *Non segnior inde orientis—rectorum cura emicuit*. Cur autem in vulgato textu oriens occidenti praeponitur? Num aliquis graecus huius epistulae interpres hac libertate interpretandi seu pervertendi usus fuit? Et quidem iamdiu Balutius (op. cit p. 1968.) conquestus est ipsam synodum chalc., quam antiquitus latinitate donatam scimus, ab iis postea fuisse sollicitatam, qui graeco textui plus aequo tribuentes, veteres lectiones cum novis incaute commutaverunt. Cur autem graecam lectionem sectemur, quum Caelestinus latine scripserit? — 2) Rursus praeclara lectio; nam *catholicae quidem magister fidei* ipse potiore iure Caelestinus erat, quam Atticus constantinopolitanus. Hanc quoque interpolationem graeco interpreti (qui reapse habet διδάσκαλος) tribuendam opinor. — 3) Tertia haec verissima et insignis lectio *religione* pro *rege*. Quis enim catholicus catholicum dicat (ut hoc loco scribitur) *persequi haereticos pro rege communi*, potius quam *pro religione communi?* Credo autem mendum esse ortum ex vocis compendio *rege* superposita lineola, pro *religione*, quod imperitus amanuensis non intellexerit. Ceteroqui apertissimum antiqui alicuius exemplaris mendum secutus est graecus interpres, qui scripsit βασιλέως. — 4) Egregia et elegans lectio! (ital. *sotto manto di pecora*, ut in evang.) quae corruptam illam *velut* prorsus explodit.

FRONTONIS ET ·M· AURELII

OPERA ET FRAGMENTA QUAE HAC EDITIONE CONTINENTUR.

Ad Marcum Caesarem et invicem liber I.	pag. 1
Lib. II.	» 25
Lib. III.	» 47
Lib. IIII.	» 65
Lib. V.	» 84
Ad Marcum Antoninum imp. et invicem lib. I.	» 102
Lib. II.	» 114
Ad Verum	» 123
Ad ·L· Verum imp. et invicem	» 127
De bello parthico	» 144
De feriis alsiensibus	» 149
De nepote amisso	» 156
Arion	» 161
De eloquentia	» 163
De orationibus	» 172
Ad Antoninum Pium et invicem	» 182
Ad amicos lib. I.	» 189
Lib. II.	» 213
Principia historiae	» 223
Laudes fumi et pulveris	» 232
Laudes neglegentiae	» 235
Gratiarum actionis pro Carthaginiensibus fragmentum	» 238
Fragmenta miscella	» 240
Disputationes grammaticae	» 242

M. AVRELIVS CAESAR

EX NVMISMATE MAX. MODVLI
MVSEI CAES. REG. MEDIOL.

·M· CORNELII FRONTONIS

EPISTULARUM

AD ·M· CAESAREM ET INVICEM

LIBER PRIMUS.

I. .M. CAESAR IMPERATOR 1) FRONTONI MAGISTRO SUO.

Quid ego ista mea fortuna satis dixerim, vel quomodo istam necessitatem meam durissimam condigne incusavero, quae me istic ita animo anxio tantaque sollicitudine praepedito alligatum attinet? neque me sinit ad meum Frontonem, ad meam pulcherrimam animam, confestim percurrere, praesertim in huiusmodi eius valetudine, prope accedere, manus tenere, ipsum denique illum pedem 2), quantum sine incommodo fieri posset, adtrectare sensim, in balneo fovere, ingredienti manum subicere. Et tu me amicum vocas, qui non abruptis domibus a) cursu *maximo* b) pervolo? Ego vero magis sum clausus quom ista mea verecundia immo pigritia. [O] me! quid

a) Ita legebam in cod. *domibus*. — b) Locus quatuor vel quinque litterarum.

1) Marcum Caesarem, vivente adhuc ·, imperatoris titulo fuisse insignitum, mirum est, compluribus enim Caesaribus nondum summam potestatem eptis, is titulus anticipatus fuit in ipsis numis apud Eckbelium t. VIII. p. 354; minatimque Pio Marci parenti, et umodo Marci fillio, rem de Commodo teste etiam Capitolino in Marci vita).XVI. Non igitur dicere iam licet cum thello p. 341. nusquam legi Marcum um Caesarem imperatoris praenomine use usum. Marcum autem appellatum e imperatorem post natam ei Lucillam e filia Pii Faustina, prope certum est. tunc enim donatus est dignitate proconsulari (teste Capitol. in eius vita cap. VI.) a qua praenomen imperatoris obveniebat Caesaribus, ut certe censet Pagius in critica ad annum Ch. CXLVII. §. XIII.

2) Loquitur Marcus de Frontonis arthritide, qua magnopere laborabat, et cuius saepe mentio est in hisce epistulis, nec non apud Artemidorum de somn. IV. 24. Gellius autem II. 26. diserte narrat se invisisse Frontonem nostrum pedibus aegrum.

dicam! metuo quicquam dicere, quod tu audire nolis: nam tu quidem me omni modo conisus es iocularibus istis tuis ac lepidissimis verbis a cura amovere, atque te omnia ista aequo animo perpeti posse ostendere. At ego ubi animus meus sit nescio: nisi hoc scio, illo nescio quo ad te profectum eum esse. Cura, miserere, omni temperantia, apstinentia omnem istam tibi pro tua virtute tolerandam, mihi vero asperrimam nequissimamque, valetudinem depellere. Et *si a*) ad aquas proficisceris; et quando; et nunc ut commode agas; cito, oro, perscribe mihi, et mentem meam in pectus meum repone. Ego interim vel tales tuas litteras mecum gestabo. Vale mi Fronto iucundissime *b*). Quamquam ita me dis potius *c*) dicere oportet; nam tu quidem semper aves *d*); o qui ubique estis di boni, valeat oro meus Fronto iucundissimus atque carissimus mihi! valeat semper integro inlibato incolumi corpore! valeat, et mecum esse possit! Homo sanctissime vale.

II. CAESARI SUO FRONTO.

Tu, Caesar, Frontonem istum tuum sine fine amas, vix ut tibi homini facundissimo verba sufficiant ad expromendum amorem tuum et benivolentiam declarandam. Quid, oro te, fortunatius, quid me uno beatius esse potest? ad quem tu tam fraglantes *e*) litteras mittis. Quin etiam, quod est amatorum *f*) proprium, currere ad me vis et volare. Solet mea Domina parens tua interdum ioco dicere, se mihi quod a te tanto opere diligar invidere. Quid *g*) si istas litteras tuas legerit? quibus pedem etiam pro salute mea votis advocas et precaris *h*)! O me beatum! ort . . . *i*) commendatum! Putas ne ullus dolor penetrare sciat corpus aut animum meum? prae tanto gaudio pro*siluerim k*). Babe *l*) nec doleo iam quicquam *m*). *Babe*, Caesar, vigeo, valeo, exulto, quo vis veniam, quo vis curram. Crede istud mihi, tanta me laetitia perfusum,

a) *Si* deest in cod. — *b*) Cod. *iucundissimae*. Alibi quoque haud raro occurrunt in cod. vitiosae diphthongi. — *c*) Schedae meae, quae sunt veluti imago codicis, habent dii potius. — *d*) Sch. *es*; olim tamen edidi *aves* meliore lectione. — *e*) Ita cod. — *f*) Ita legendum puto, schedis inspectis. — *g*) Cod. *quod*. — *h*) Cod. *praecaris*; et sic constanter in codice scribitur *praecari* et *praeces*. — *i*) Spatium septem fere litterarum. — *k*) Spatium rursus [illegible] fere litterarum. — *l*) Ita cod. pro *habe*. — *m*) Schedae *quamquam*.

t rescribere tibi ilico non potuerim: sed eas quidem litteras, quas ad priorem epistulam tuam iam rescripseram, dimisi ad te; sequentem autem tabellarium retinui, quo ex gaudio resipiscerem. Ecce nox praeteriit, dies hic est *alter et prope* factus est. Nescio quid aut quemadmodum rescribam tibi. Quid enim ego possum iucundius, quid blandius, quid amantius? Scribsisti mihi *a*) . . . Et gaudeo quod ingratum me, et referundae gratiae imparem facias, quoniam ut res est ita me diligis, ut ego te magis amare vix possim. Igitur ut argumentum aliquod prolixiori epistulae reperiam, quod, oro te, ob meritum sic me amas? quid iste Fronto tantum boni fecit ut eum tantopere *b*) tu diligas? Caput suum pro te aut parentibus tuis devovit? Succidaneum se pro vestris periculis subdidit? provinciam aliquam fideliter administravit 1)? exercitum duxit? Nihil eorum *c*). Ne cotidianis quidem istis officiis circa te praeter ceteros fungitur: et immo . . . *d*) vel istis *e*) infrequens. Nam neque domum vestram diluculo ventitat, neque cotidie salutat, neque ubique comitatur, nec semper spectat. Vide igitur ut si quis interroget cur Frontonem ames, habeas in promptu quod facile respondeas. At ego nihil quidem malo quam amoris erga me tui nullam extare *f*) rationem. Nec omnino mihi amor videtur qui ratione oritur *g*), et iustis certis de causis copulatur: amorem * ego illum intellego fortuitum et liberum, et nullis causis servientem; impetu potius quam ratione conceptum; qui non officiis, uti ignis, sed sponte ortus vaporibus caleat. Baiarum ego calidos specus malo *h*) quam istas fornaculas balnearum, in quibus ignis cum sumptu atque fumo accenditur, brevique restinguitur. At *i*) illi ingenui vapores puri perpetuique sunt, grati pariter et gratuiti. Ad eundem prorsus modum amici-

* *In margine:* Mirus locus de amore rationabili et fortuito.

a) Supple octo circiter litteras. — *b*) Ita lego in schedis; etsi alibi codex variat *tanto opere*, tum etiam *magno opere*. — *c*) Ita cod. pro *horum*. — *d*) Supple quatuor litteras. — *e*) Ita sch. Mai edidit *vel in multis*. — *f*) Cod. *extra* pro *extare*. — *g*) Ita cod. prima manu, at secunda *nascitur*. — *h*) In codice videbar mihi legere *magis*; sed sine dubio est *malo* aut *malim*. — *i*) Cod. *ad*.

1) Scripta est haec epistula ante imperium Frontonis proconsulare, de quo sermo erit in sequentibus libris: quamquam id ipsum nonnisi designatum fuisse videtur. Qua de re diximus in praefatione.

tiae istae officiis calentes fumum interdum et lacrimas habent; et ubi primum cessaveris extinguntur *a*): amor autem fortuitus, et iugis est et iucundus. Quid quod neque adolescit *b*) proinde neque conroboratur amicitia meritis parta, ut ille amor subitus ac repentinus? ut non aeque adolescunt in pomariis hortulisque arbusculae manu cultae rigataeque, ut illa in montibus aesculus et abies et alnus et cedrus et piceae, quae sponte natae, sine ratione ac sine ordine sitae, nullis cultorum laboribus neque officiis, sed ventis atque imbribus educantur. Tuus igitur iste amor incultus et sine ratione exortus, spero cum cedris porro adolescit et aesculis: qui si officiorum ratione coleretur, non ultra myrtos laurusque procresceret, quibus satis odoris, parum roboris. Et omnino quantum fortuna rationi, tantum amor fortuitus officioso amori antistat. Quis autem ignorat, rationem humani consilii vocabulum esse, fortunam autem deam dearumque praecipuam? templa fana delubra passim fortunae dicata; rationi nec simulacrum nec aram usquam consecratam? Non fallor igitur qui *c*) malim amorem erga me tuum fortuna potius quam ratione genitum. Neque vero umquam ratio fortunam aequiperat, neque maiestate, neque usu, neque dignitate. Nam neque aggeres manu ac ratione constructos montibus conparabis, neque aquae ductus amnibus, neque receptacula fontibus. Tum ratio consiliorum prudentia appellatur, vatum impetus divinatio nuncupatur. Nec quisquam prudentissimae feminae consiliis potius accederet, quam vaticinationibus Sibyllae *d*). Quae omnia quorsum tendunt? ut ego recte malim impetu *e*) et forte potius quam ratione ac merito meo diligi. Quam ob rem etiam siqua iusta ratio est amoris erga me tui, quaeso, Caesar, sedulo demus operam ut ignoretur et lateat. Sine homines ambigant, disserant, disputent, coniectent, requirant, ut Nili caput, ita nostri amoris originem. Sed iam hora decima tangit, et tabellarius tuus mussat. Finis igitur sit epistulae. Valeo multo quam opinabar commodius. De aquis nihil dum cogito. Te

a) Ita cod. — *b*) Ita *adolescit* per *o* etiam apud Cic. de rep. II. 2; licet adulescens semper sit per *u* in antiquis codd. Sic lego constanter in codd. *vilicus*; at *vila* numquam vidi. — *c*) Cod. *quin*. — *d*) Cod. *Sybillae*. — *e*) Ita cod. at superius *inpetu*.

Dominum meum, decus morum, solacium [maximum] multum amo. Dices: num amplius quam ego te? Non sum tam ingratus ut hoc au[deam] dicere. Vale, Caesar, cum tuis parentibus 1), et ingenium tuum excole.

III. M. CAESAR FRONTONI MAGISTRO SUO SALUTEM.

Accipe nunc [perpaucu]la contra somnum *ad tua* 2) pro somno. Quamquam, puto, praevaricor, qui adsidue diei ac noctis somno adsum, neque eum desero, neque [ille me] deserat; adeo sumus familiares! Sed cupio hac sua accusatione offensus, paulisper a me abscedat, et lucubratiunculae aliquam tandem facultatem tribuat. Igitur ἐπιχειρήματα (ποικί)λα 3). Et quidem illo primo utar epichiremate; quod si tu dicas *a*) faciliorem me materiam mihi ad[sumps]isse accusandi somni *b*), quam te qui laudaveris somnum; quis enim, inquis, non facile somnum accusaverit? igit[ur cui]us facilis accusatio [est, indeque] difficilis laudatio, eius non utilis usurpatio. Sed hoc transeo. Nunc quando apud *c*) Baias agimus in hoc diuturno Ulixi *d*) labyrintho, ab Ulixe mihi paucula quae ad hanc rem attinent sumam. Non enim ille profecto εἰκοστῷ demum ἔτει venisset εἰς πατρίδα γαῖαν; neque in isto lacu tamdiu oberrasset; neque alia omnia, quae Ὀδυσσείαν faciunt perpessus esset: nisi Odyss. γ.

γλυκὺς ὕπνος ἐπήλυθε κεκμηῶτα. κ 31.

Quamquam

τῇ δ' ἤδη δεκάτῃ ἀνεφαίνετο πατρὶς ἄρουρα. 29.

Sed quid somnus fecit?

βουλὴ δὲ κακὴ νείκησεν *e*) ἑταίρων. 46.

ἀσκὸν μὲν λῦσαν, ἄνεμοι δ' ἐκ πάντες ὄρουσαν. 47.

a) Sch. *dices*. — *b*) Sch. *somnii*. — *c*) Ita cod. pro *apud*. — *d*) Ita cod. antiqua terminatione secundi casus. Confer Cic. de rep. I. 14. — *e*) Ita cod. pro νίκησεν; eaque lectio ferri fortasse potest, quamquam graeca codicis scriptura mendis permultis inquinatur.

1) Pio scilicet et Calvilla. Ceterum S. Hieronymus contra Rufin. II. 2. ait: « nisi forte *parentes* militari vulgarique » sermone, cognatos et affines nominat ».

2) Haec verba suppleo. Equidem praeter ea quae pro somno dixit Fronto in epistula alsiensi ad Marcum iam Augustum, somni apologiam quandam scripsisse videtur ad Marcum Caesarem. Certe mox in responso memorat Fronto eiusmodi epistulam, quae in deperditis est.

3) Ita loquitur etiam S. Hieronymus ep. CII.

48. τοὺς δ' αἶψ' ἁρπάξασα φέρεν πόντονδε θύελλα
49. κλαίοντας γαίης ἀπὸ πατρίδος.

Quid rursum apud insulam Trinacriam?

μ. 338. Οἱ δ' ἂν a) ἐμοὶ γλυκὺν ὕπνον ἐπὶ βλεφάροισιν ἔχευαν.
339. Εὐρύλοχος δ' ἑτάροισι κακῆς ἐξήρχετο βουλῆς.

Postea ubi

λ. 107. ἠελίοιο βόας, καὶ ἴφια μῆλα
μ. 259. ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν,
364. καὶ μῆρ' ἐκάη καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο.

Quid tum expertus Ulixes?

370. οἰμώξας δὲ θεοῖσι μετ' ἀθανατοῖσιν ἐγώνουν b).
372. ἦ με μάλ' εἰς ἄτην κοιμήσατε νηλέϊ ὕπνῳ.

Somnus autem Ulixen ne patriam quidem suam diu agn ret c) sivit, cuius

α 58. καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι
59. ἧς γαίης θανέειν ἱμείρεται.

Nunc a Laertio ad Atridam transeo. Nam illud πασιύνῃ d), eum decepit, cuius causa tot legiones funduntur, fuga ex somno et ex somnio profecto oritur. Quid quom ὁ π Agamemnonem laudat, quid ait?

δ. 223. ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον.

Quid quom repraehendit?

β. 24. οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

quos quidem versus orator egregius 1) quondam evertit. ' seo nunc ad ·Q· Ennium nostrum, quem tu ais ex som ex somnio initium sibi fecisse 2). Sed profecto nisi ex s suscitatus esset, numquam somnium suum narrasset. Hi Hesiodum pastorem, quem dormientem poetam ais e) factu At f) enim ego memini olim aput magistrum me legen

ποιμένι μῆλα νέμοντι παρ' ἴχνιον ὀξέος ἵππου
Ἡσιόδῳ μουσέων ἑσμὸς ὅτ' ἠντίασεν.

a) Ita cod. — b) Ita cod. 1. manu; 2. ἐγεγώνουν. — c) Ita recte codex. — d) Sed scribe πανσυδίῃ vel πασσυδίῃ. — e) Olim edidi ais esse; sed esse abest a — f) Cod. ad.

1) Intellige Frontonem.

2) De Ennio Homerum somniante Cic. acad. IV. 16, et de rep. VI. 10. in somn.

3) Lege Synesium de somniis tav. p. 136, ibidemque Nicephorum

4) Notemus suaves graecos Fr versus.

ὁ ἐπ᾽ ἐντίασιν vides quale sit; scilicet ambulanti obvias venisse Musas. Quid autem tu de eo existimas, quem qui pulherrime laudat, quid ait?

νήδυμος ἥδυστος θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς. Odyss. ν. 80

laec satis tui amore potius quam meae fiduciae *a*) luserim. iunc bene accusato somno dormitum eo: nam vespera haec id te detexui. Orione *b*) mihi somnus gratiam referat!

IIII. M. CAESARI DOMINO SUO FRONTO.

Domum reverso mihi epistula reddita est, quam tu videlicet Romam mihi scripseras, et erat lata Romam; deinde hodie relata, et paulo ante mihi est reddita: in qua pauca, quae ego pro somno dixeram, tu multis et elegantibus argumentis refutasti ita scite, ita subtiliter et apte, ut si vigilia tibi hoc acuminis et leporis adfert, ego prorsus vigilare te mallem. Sed enim vespera scripsisse te ais, cum paulo post dormiturus esses: igitur adpropinquans et imminens tibi somnus tam elegantem hanc epistulam fecit. Namque, ut crocus, ita somnus eius quam prope adsit, longe praeolet longeque delectat. Et a principio igitur epistulae tuae incipiam, elegantissime praevaricari te ais; quod *verbum adeo proprium c*) est, ut eo ablato aliud subdi eiusdem usus et ponderis non possit. Illud vero dictum elegans Baiae, Lucrinus, et Avernus, et alia omnia quae Ὀδυσσείαν faciunt *. Enimvero omnia istaec inter graecos versus latina ita scite alternata sunt a te et interposita, ut est ille in pyrrica *d*) versicolorum discursus *; quom puniceo cocco alii, alii luteo et ostro et purpura, alii aliique adherentes *e*) concursant. Iam a Laertio ad Atridam eleganter transisti. Ecce autem circa Ennium aliam malitiosam peltam *f*) obdisti, cum ais, nisi ex somno exsuscitatus esset, numquam

* *M.* Baiae, Lucrinus et Avernus, et alia omnia quaeque Odissian ciunt.

* *M.* Ita in oratione ut in pyrrica versicolorus debet fieri discursus.

a) Ita cod. Num potius dicas *mei fiducia*? An potius subintelligitur *causa*? — *b*) Ita prorsus legitur in codice. Est tamen praeclara coniectura ill. Niebuhrii in berolinensi editione, atque dicendum esse *ore me*. — *c*) Omisit amanuensis versum laterculi unum, cuius litterae [illegible] solent, quot ego heic suppleo. — *d*) Ita cod. sine adspiratione. — *e*) Ita cod. [illegible] diphthongo. — *f*) Ita olim edidi; schedae tamen dubiam exhibent litteram *l*, nisi forte [illegible] certiore lectione adsecutus sum. Num dicendum est cum Heindorfio *plagam*?

somnium suum narrasset. [Quaerat] Marcus meus Caesar, si pote, aliquid *a*) argutius *. Praestigiae nullae tam versutae, nulla, ut ait Levius 1), decipula tam insidiosa. Qui[d si] ego id postulo ne expergiscare? quin postul[o ut] tu dormias. Aliud scurrarum 2) proverbium: en cum quo in tenebris mices *. Sed sum ne ego beatus, qui haec intellego et perspicio, et insuper almo nomine *b*) magister appellor? Quo pacto ego magister? qui unum hoc quod te docere cupio, ut dormias, non inpetro. Perge, ut libet; dummodo dii te mihi sive prodormias sive pervigiles . . . *c*) [prot]egant. Vale meum gaudium, vale.

V. [.M. CAESAR FRONTONI MAGISTRO SUO.]

[Hoc nego] magisve nego inpudens, qui umquam quicquam meorum scriptorum tanto ingenio, tanto iudicio, legendum committo, legas semidivinum *d*) locum ex oratione tua, quem me eligere [voluerat] ὑπήμεινα μὴν commode. Plane illa suum auctorem sibi dari flagitabant: denique mihi vix succlamatum est . . . *e*) τοῦ ποιητοῦ. Sed quod tu merito omnibus praeoptas, non diu differas. Ita adfectus est Dominus meus 3), ut paene moleste ferret, quod alio modo *f*) ad negotium *venturus esset g*), quam eo quo tu orationem habiturus. Ita *h*) veram sensuum facultatem, elocutionis variam virtutem, inventionis aliquam novitatem, orationis doctam dispositionem vehementer miratus est . . . *i*) opes. Quaeris quid me maxime . . . *k*) In his rebus et causis quid ni rivalis iudicibus . . . *l*) causarum. De funere *m*) [man]damus, sciat fa-

* *M*. Caesar si putes (*pro* potes) aliquid argutius.

* *M*. Scurrarum proverbium, in tenebris meces (*sic*).

a) Deest *aliquid* vel non legitur; verumtamen idem suppletur a marginis lemmate. — *b*) Ita superscriptum videbar mihi legere in codice *almo nomine*. — *c*) Legi nequit unus versiculus. — *d*) Ita lego in schedis. — *e*) Supple tres vel quatuor litteras. — *f*) *Modo* pro *nunc*. — *g*) Tantum spatii est in codice oblitterato. — *h*) Legebam *intra*; sed repono *ita*. — *i*) Supple duodecim ferme litteras. — *k*) Supple versum unum circiter. — *l*) Supple versus quatuor. — *m*) In schedis video *de* tam in fine praecedentis folii, quam initio huius; sive ita codex revera habet.

1) Levii: seu Laevii, poëtae meminit Gellius II. 24.

2) Cicero de off. III. 19. dicit hoc esse rusticorum proverbium; et sic legendum apud Frontonem valde existimo. Scurrae enim quid, oro, heic faciunt?

3) Antoninus Pius audiendo frontonianae orationis aliquot excerpta, quae Marcus illi recitaverat.

uemadmodum lugeat: aliter plangit servus manumissus, liens laudat vocatus *a*), aliter amicus legat *b*) honora- uid incertas et suspensas exequias agis? Omnium ani- statim post mortem hereditas cernatur 1) . . . *a*tra . . . . . pinnae olo . . . hominum facere duas . . . post . . . r praedonis *c*) . . . post plangitur. Puto totum descri- uid ergo facerent quod totum, ac mire totum amarem m bonum? Vale disertissime, doctissime, mihi caris- dulcissime, magister optatissime, amice desiderantis- . Horatius *e*) cum Polione mihi emortuus est 2). Id s 3) non aequo fert animo. Volo ut illi aliquid quod c rem attineat paucorum verborum scribas. Semper vale.

VI. DOMINO MEO.

cepi, Caesar, litteras tuas, quibus quantopere laetatus cile, aestimavis *f*), si reputaveris singula. Primum ca- t omnis mei gaudii cum te bene valere cognovi; tum ta amantem mei sensi, finem ut amori nullum neque statuas, quin cottidie *g*) aliquid reperias quod circa undius atque amicius facias. Ego denique olim iam me atis amari, tibi autem nondum etiam quantum me di- tis est; ut non mare ipsum tam sit profundum, quam versum me amor: sane ut illud queri possim, cur me n ames tantum, quantum plurimum potest: namque plus amando efficis, ne quod ante diem *h*) amaveris,

um mei scribentis fuit, vel etiam prisci amanuensis. Ut autem arbitrer sequentem ma- tinere ad unam eandemque epistulam *hoc nego* etc., eo praesertim utor indicio, quod , quod incipit *de funere* etc. complectitur etiam epistulam *accepi Caesar* etc. qua re ndet Marco Fronto super iis orationis suae excerptis, de quibus sermo est in epistula te. — *a*) Cod. *laudavocatus*. — *b*) Ita cod. sed dic *luget*. — *c*) Malo *praeconis*. His au- le occupatur spatium versuum fere sex. — *d*) Scriptura haec in lapidibus quoque oc- n apud Cassiodorium var. VII. 24, et alibi, *reverentissimus* pro *reverendissimus*. — *e*) Sche- us, secunda mea manu. Sed veram lectionem puto *Horatius*, quam prima scripsi manu uamquam in codice scriptum revera credo *Herodes*. — *f*) Ita cod. vitiosa pronuncia- estimabis. — *g*) Ita cod. — *h*) Ita cod. prima manu; at 2. *dies*,

um respondet Marcus epistu- am potius orationi, Frontonis o testamento?

horum hominum obitu rursus 2. Polione, seu Pollione, qui- s est grammatico latino Mar- cus, teste Capitolino vit. cap. II. Publius Pollio comoedus apud Symmach. ep. X. 2.

3) Ab Herode ad graecam eloquentiam institutus est Marcus. Capitol. vit. II.

plurimum fuerit. Consulatum mihi putas tanto gaudio fuisse 1), quanto tua tot in una re summi amoris indicia? Orationis meae particulas, quas excerpseram, recitasti patri tuo ipse, studiumque ad pronuntiandum adhibuisti: qua in re et oculos mihi tuos utendos, et vocem, et gestum, et in primis animum accommodasti. Nec video quis veterum scriptorum quisquam me beatior fuerit, quorum scripta Aesopus ad populum pronuntiavit aut Roscius 2). Meae vero orationi ·M· Caesar actor contigit et pronuntiator: tuaque ego opera ac voce audientibus placui; cum audiri a te ac tibi placere, omnibus summe sit obtabile. Non miror itaque quod placuerit oratio oris tui dignitate exornata. Nam pleraque propria venustate carentia, gratiam sibimet alienam extrinsecus mutuantur. Quod evenit etiam in plebeis istis edulibus: nullum adeo vile aut volgatum est holus *a*) aut pulpamentum, quin elegantius *b*) videatur vasis aureis adpositum. Idem evenit floribus et coronis: alia dignitate sunt quom a coronariis veneunt, alia quom a sacerdotibus porriguntur *. Tantoque ego fortunatior quam fuit Hercules atque Achilles, quorum arma et tela gestata sunt a Patricole *c*) et Philocteta, multo viris virtute inferioribus: mea contra oratio mediocris, ne dicam ignobilis, a doctissimo et facundissimo omnium Caesare inlustrata est. Nec ulla umquam scaena tantum habuit dignitatis, ·M· Caesar actor, Titus imperator *d*)! Quid amplius cuiquam contingere potest, nisi unum quod in caelo fieri poetae ferunt, quo Iove patre audiente Musae cantant 3)? Enimvero quibus ego gaudium meum verbis exprimere possim, quod orationem istam meam tua manu descriptam misisti mihi? Verum

* *M*. In alio sic habet. Alia dignitate sunt in Portunio *e*) cum a coronariis veniunt *f*), alia cum a sacerdote in templo porriguntur.

a) Ita cum adspiratione scribit etiam Eutyches grammaticus apud Putschium p. 2312. — *b*) Cod. *qui neglegentius*. — *c*) Ita habet varia lectio etiam apud Cic. tusc. II. 16. — *d*) Sic *spectator* vel *inspectator*. — *e*) Varro L.L. V. 3. *Portumno*. Tum kalendarium amiterninum apud Fogginium mense augusto *feriae Portuno*. *f*) Ita schedae.

1) Ergo scripta est haec epistula post consulatum.

2) Locum hunc imitatur Symmachus epistula X. 2.

3) De Musarum cantu erudite loquitur Augustinus de doctr. christ. II. 17. ex doctrina Varronis.

t profecto, quod ait noster 1) Laberius, ad amorem ini-ndum delenimenta esse deliberamenta, beneficia autem ve-ficia *a*). Neque poculo aut veneno quisquam tantum flam-ae ad amatorem incussisset prae*ut me dulci b*) facto hoc stu-dum et attonitum ardente amore tuo reddidisti. Quot *c*) terae istae 2) sunt, totidem consulatus mihi, totidem lau-as, triumphos, togas pictas 3), arbitror 4). Contigisse quid le ·M· Porcio, aut Quinto Ennio, aut ·C· Graccho, aut itio poetae 5)? quid Scipioni, aut Numidico? quid ·M· Tul-o tale usuvenit? quorum libri pretiosiores habentur et sum-iam gloriam retinent, si sunt a *d*) Lampadione aut Staberio ut . . . *e*) vi aut [Tirone] aut Aelio . . . *f*) aut Attico, aut lepote 6). Mea oratio extabit ·M· Caesaris manu scripta. Nam leraque propria venustate carentia, gratiam sibi alienam mu-uant *g*). Qui orationem spreverit, litteras concupiscet; qui cripta contempserit, scribtorem reverebitur. Ut si simiam aut olpem appelles . . . *h*) tet bestiae . . . *i*) pretium adderet. ut quod ·M· Cato de . . .

VII. (CAESARI SUO FRONTO.)

. . . Mittam *k*) igitur tibi quantum pote librum hunc de-riptum. Vale, Caesar, et ride, et omnem vitam laetare, ; parentibus optimis, et eximio ingenio tuo fruere.

a) Cod. *beneficia*; sed *beneficia* pro *veneficia* legimus apud Grut. inscr. 5. p. DCLXXXVII, t non digest, XXXIX. 2. 40, et cod. III. 28. 27. — *b*) Tot fere litterae oblitteratae sunt, ut ego restituo. — *c*) Cod. *quod*. — *d*) Praepositio suppletur a me. — *e*) Supple quatuor fere teras — *f*) Supple duos versus cum dimidio. — *g*) Fronto, vel potius socors amanuensis re-tit locutionem paulo ante in hac epistula scriptam — *h*) Supple tres fere litteras. — *i*) Supple ptem fere litteras. — *k*) Hanc epistulae imperfectae clausulam subsequitur in codice epistula,

1) Num ita dicitur ab afro Frontone? urbs Asconius putatur patavinus, quia wius ab eo dicitur *noster*.

2) Intelligit scripturam ·M· Aurelii, ui frontonianam orationem manu sua scripserat.

3) Lege, si vacat, de his ornatibus assiodorium var. VI. 1.

4) Confer Ausonium. in gratiarum ct. II, 50.

5) C. Titium poëtam Marii aequalem umerat Cic. Brut. XLV. Recentiorem lium, neque sui temporis, Septimium Titium poetam Horatius epist. lib. I. 3. 9; ubi vetus interpres docet eum lyrica carmina et tragoedias scripsisse, eiusque insigne monumentum infra Ariciam esse.

6) Lampadio Ennii codicem emendavit, Naeviique bellum punicum in libros divisit, Gell. XVIII. 5, Sveton. de ill. gram II. Staberius Brutum Cassiumque docuit, Sveton. ibid. XIII. Aelius orationes nobilibus viris scribebat, ibidem III., et Cic. in Brut. XLVI. Nepos Ciceronis familiaris, Gell. XV. 28. Tironis et Attici curae circa scripta Ciceronis notissimae sunt. De Attico quidem lege Cic. ad Att. XVI. 3.

VIII. (.M. AURELIO IMPERATORI FRONTO. ORATIONIS DE RE HEREDITARIA FRAGMENTUM.)

. . . *a*) mum terminare valent 1); tuis autem dec Imp. 2), exempla publice valitura in perpetuum sanciu Tanto maior tibi vis et potestas, quam fatis adtributa fata quid singulis nostrum eveniat statuunt; tu ubi qu singulos decernis, ibi universos exemplo adstringis. Qu hoc decretum tibi procos. 3) placuerit, formam dederis

quae prima est in mea editione. Itaque id fragmentum praevertendum erat. Ego tame dustria id huc transtuli, ne meae editionis initium careret initio. Interponere autem tui, ne materiam codicis continuam separarem. Quod siqui hoc incommodo non move transferant iure suo fragmentum in primam libri sedem. — *a*) Huic et sequenti codi superscribitur in schedis *epist. ad ·M· lib. I*; quare me olim erravisse suspicor in editi dixi inscriptum esse in codice *lib. II*, praesertim quum in secundo codicis quaternione haec versetur scriptura: quae me causa movit ut hac in sede fragmentum nobile col Vix enim credi potest secundum codicis quaternionem extra librum primum procurris quam super hoc dubio ad mediolanenses amicos meos non semel scripserim, nihil cer ob membranarum obscuritatem rescire potui.

1) Hac epistula, seu potius orationis fragmento, continetur causidicatio quaedam de lite hereditatis in Asia (et quidem fortasse apud Bithynos aut Cilicas quorum causas Fronto non semel tuitus est.) Contendit autem orator testamenta non esse Romam e transmarinis provinciis ad imperatorem mittenda, sed statim hereditatem cernendam. Iam huiusmodi epistulae, quibus causa veluti agitur apud principem aut magistratum, aliae quoque sunt apud Frontonem; tum etiam apud Symmachum ep. X. 39. 48. 60. 62, et praesertim 61. de ara Victoriae. Licet tamen, ut dixi, magnopere arbitrari hanc esse revera orationem, quam Fronto legendam Marco miserit; quaeque idcirco cum epistulis ad eundem copulata fuerit. Profecto omnia in hoc scripto stilum oratorium redolent. Habemus igitur exoptatum specimen quoddam eloquentiae frontonianae.

2) Ita cod. Porro hoc scriptum missum esse ad Marcum, docent foliorum inscriptiones. Marcum autem, vivente Pio, imperatorem fuisse appellatu stat ex epistula voluminis mei Praeterea legendus est Pagius cri CXLVII. §. XVI. Nihil tamen obst oratio recitata fuerit coram Tit missa vero ad Marcum. Quin a la est fortasse Frontonis oratio qua cus Caesar Tito recitavit, suaqu descripsit. (Confer ep. VI.) Atq item fortasse de causa cum epist Marcum connexa fuit.

3) Ita cod. Iam si legere opor *consulis*, ut censet in sua bere editione ill. Niebuhrius, intelligend decretum asiatici proconsulis, qu dem legitimum in possessionem bo miserat, testamentum vero obsig Romam ad imperatorem deferri rat. Sin forte legendum est proc is titulus refertur ad Marcum, qui vivente Pio proconsulare imperium urbem, scilicet in omnes ditionis nae provincias, gessit, teste Capi VI: praeter quam quod idem I dicitur imperator simul et proconsu

nium provinciarum magistratibus quid in eiusmodi cau- rnant. Quid igitur eveniet? illud scilicet, ut testamenta ex longinquis transmarinis provinciis Romam ad cogni- tuam deferantur. Filius exheredatum se suspicabitur? ivit *a*) ne patris tabulae aperiantur. Idem filia postu- nepos, abnepos, frater, consobrinus, patruus, avun- amita, matertera, omnia necessitudinum nomina hoc gium invadent, ut tabulas aperiri vetent, ipsi posses- iure sanguinis fruantur. Causa denique Romam emissa, veniet? heredes scripti navigabunt, exheredati autem in ione remanebunt, diem de die ducent, dilationes pe- fora variis excusationibus trahent. Hiemps *b*) est, et a mare hibernum est; adesse non potuit. Ubi hiemps ierit, vernae tempestates incertae et dubiae moratae sunt. actum est? aestas est calida, et sol navigantes urit, et nauseat. Autumnus sequitur? poma culpabuntur 1), et r excusabitur. Fingo haec et comminiscor, quia in hac nonne hoc ipsum evenit? Ubi est adversarius, qui iam- ad agendam causam adesse debuerat? In itinere est. ndem in itinere? ex Asia venit; et est adhuc in Asia. m iter et festinatum. Navibus ne an equis an diplo- s 2) facit haec tam velocia statiba *c*)? Cum interim cog- proposita, semel a te, Caesar, petita dilatio et im- i. Proposita cognitione rursum, a te duum mensium dilatio 3). Duo menses exacti sunt *d*)? idibus proxi- t dies medii isti aliquot. Venit tandem? si nondum ve- ltem adpropinquat; si nondum adpropinquat, saltem

cod. pro *prostulabit*; quamquam paulo post scribitur recte *postulabit*. — *b*) Ita scri- s apud Gruterum CXXXVI, contradicentibus licet Scauro p. 2256, et Caecilio p. 2292. thiam. — *c*) Ita cod. pro *statim*. — *d*) In codice reapse interpungitur post *sunt*.

scriptionibus, Gruter. CCLVIII. LX. 1. Murator. CDLV. 2. De lata imperatorum et Caesarum de us. num. diss. XII. 9; t. I. animad. VII. in num. Eckhel. t. VIII. p. 338. sqq. quis messium et vindemiarum cogeretur ad iudicium venire, divi Marci cautum est. Digest. II. 12. 1. Confer etiam Minucium Felicem Octav. cap. I.

2) Diploma intelligitur principis aut delegati codicillus, quo usus publici cursus concedebatur.

3) De dilationibus iudiciariis a Marco concessis digest. II. 12. 7. Confer etiam lib. II. 11. 2. V. 1. 36. et Aur. Victor. in Caes. Marc. et Ver.

profectus ex Asia est; si nondum profectus est, at *a*) saltem cogitat. Quid ille cogitet aliud, quam bonis alienis incubare, fructus diripere, agros vastare, rem omnem dilapidare*? Non ille ita stultus est, ut malit venire ad Caesarem et vinci, quam remanere in Asia et possidere 1). Qui mos si fuerit inductus ut defunctorum testamenta ex provinciis transmarinis Romam mittantur, indignius et acerbius testamentorum periculum erit, *quam b*) si corpora *mittantur defunc*torum *qui c*) trans maria testantur: nam *his quidem* null*um fere gravius peri*culum super*veniet*. *Sepul*tura cadaveribus in ipsis iniuriis praesto est. Sive maria naufragos devorent, sive flumina praecipites trahant, sive harenae *d*) obruant, sive ferae lacerent, sive volucres discerpant corpus humanum, satis sepellitur *e*) ubicumque consumitur. At ubi testamentum naufragio submersum est, illa demum et res et domus et familia naufraga atque insepulta est. Olim testamenta ex deorum munitissimis aedibus proferebantur, aut tabulariis, aut [lu]cis, aut arcieis, aut opisthodomis 2): at iam testamenta pro[pe] ru . . . *f*) navigarint inter onera mercium et sarcinas remigum. Id etiam superest, siquando iactu opus est, ut testamenta cum leguminibus iactentur: quin [et naulum] *g*) constituendum *quod* pro testamentis exigatur. Antehac *h*) . . . quae . . . tenendum. Nam . . . exe . . . cum . . . etiam . . . roge . . . doleas . . . ent . . . item . . .

* Q. II.

VIIII. HAVE *i*) MI MAGISTER OPTIME.

Si quid 3) somni redit post vigilias, de quibus questus es, oro te scribe mihi: et illud oro te primum, valetudini opo-

a) Cod. *ad*. — *b*) Heic et in sequentibus paulo plura verba, quam nos scripsimus, supplenda sunt. — *c*) Abest a cod. *qui*. — *d*) Ita cod. cum adspiratione, ut pronunciat ipse Fronto apud Gellium XIX. 8, utque legitur apud Putschium p. 2313. 2786. De plurativo numero *harenae* disputat Fronto apud Gellium loco citato. — *e*) Ita cod. — *f*) Supple esse fere [illegible] — *g*) Supplementum *et naulum* quod ad codicis spatium probe quadrat, certum esse videtur. — *h*) Exin pagina prope integra legi nequit. — *i*) Ita codex mediol. at rom. Ave ob [illegible] pronunciationem.

1) Contra hanc contumaciam extat Pii lex dig. XLII. 4. 7, lata fortasse ex huius litis occasione.

2) Confer Svetonium Caes. LXXXIII; nec non digest. XLIII. 5. 3. ff. 3. De opisthodomo atheniensi, sive aerario, in arce pone aedem Minervae, [illegible] dam voc. ὀπισθόδομος.

3) Eadem haec epistula occurrit in codice romano lib. III. p. 121-126; [illegible]

m da: tum securim tenediam 1), quam minaris, abde alio ac reconde: nec tu consilium causarum agendarum deiseris, aut tum simul omnia ora taceant. Graece nescio quid s te compegisse *a*), quod ut aeque pauca a te scripta *b*) placat tibi. Tu ne es qui me nuper concastigabas quorsum *c*) raece scriberem? Mihi vero quid potissimum graece scribenm est. Quam ob rem, rogas? volo periculum facere an id uod non didici, facilius obsecundet mihi, quoniam quidem lud quod didici deserit. Sed, si me amas, misisses mi istud ovicium, quod placere ais. Ego vero te vel invitum istic go; et quidem hac re una vibo *d*) et resto *e*). Materiam cruenm *f*) misisti mihi: nec dum legi coelianum *g*) excerptum *h*), uod misisti, nec legam prius quam sensus ipse venatus fue- 2). Sed me Caesaris oratio unceis *i*) unguibus adtinet. Nunc mique sentio quantum operis sit ternos vel quinos versus in e ornare, et aliquid diu scribere. Vale, spiritus meus. Ego n ardeam tuo amore qui mihi huc *k*) scripseris *l*)? Quid ciam? non possum insistere. At mihi anno priore datum it hoc eodem loco eodemque tempore *m*) matris desiderio uri. Id desiderium hoc anno tu mihi accendis. Salutat te omina mea.

X. HAVE MI MAGISTER OPTUME *n*).

Age perge, quantum libet, comminare, et argumentorum obis criminere, numquam tu tamen crasten tuum, me dico,

a) Rom. *compegisse*. — *b*) Mediol. *scribta*. — *c*) Ita cod. mediol.; at rom. *cur*. — *d*) Ita . pro *vivo*. — *e*) Ita perspicue in codice romano. At mediolanensis obscuratus; itaque ego itans olim nescio quo pacto edidi *aegre sum* pro *vivo et resto*. — *f*) Ita cod. romanus per-m; at mediolanensis obscuratus; quare ego olim ex coniectura supplebam *quantam*. — *g*) Ita se in utroque codice. — *h*) Cod. rom. *excertum*. — *i*) Ita cod. rom. 1. manu; at 2. *uncis*. *l*) R. *hoc*. — *l*) M. *scribseris*. — *m*) Codex romanus habet tantum *hoc eodem tempore*; desiderat verba *hoc eodem loco*, quae sunt in mediolanensi. — *n*) Ita cod. At in praec. ep. *optime*.

um ordine. Namque in romano codice c praecedit epistula quae incipit *imaum quam te quaerere*; subsequi- autem epistula incipiens *scio natali* ; in mediolanensi vero quid praecedat ertum est, quia epistula incipit ini- folii, sed utique eam consequitur in lem folio epistula *age perge*. Neque n idcirco existimes duos fuisse in monasterio bobiensi Frontonis codices, qua super re satis dixi in praefatione.

1) Severum propositum. Confer Diogen. proverb. cent. VIII. 58; Suidam voc. τενέδιος; et denique Ciceronem ad Q. fr. II. 11.

2) Quippe Coelius redolebat antiquitatem. Tacit. de caus. corr. eloq. XXI, ideoque obscurus fiebat.

depuleris: nec ego minus amare me Frontonem praedicabo, minusque amabo, quo tu tam variis tamque vehementibus sententieis *a*) adprobaris minus amantibus magis opitulandum ac largiendum esse 1). Ego hercule te ita amo atque depereo: neque deterreor *b*) isto tuo dogmate: ac si magis eris alieis *c*) non amantibus *facilis d*) et promptus, ego *e*) tamen *f*) *non minus te* [tuosque] amabo. Ceterum quod ad sensuum densitatem, quod ad inventionis *g*) argutiarum, quod ad aemulationis tuae felicitatem adtinet, nolo quicquam dicere, *nisi h*) te multo placentis illos sibi et provocantis Atticos antevenisse 2). Ac tamen nequeo quin dicam; amo enim, et hoc denique amantibus vere tribuendum esse censeo, quod victoriis τῶν ἐρωμένων magis gaude[rent. Vi]cimus 3) igitur, [vici]mus inquam. Num *i*) . . . *k*) praestabilius . . . ubique eam sub . . . tra pae . . . tram promsi . . . ei quo . . . adsis *l*) . . . disputari utra re magis caveret. Quid de re ista [oro] . . . *m*) man tulerit, an quo . . . *n*) magister meus de Platone? Illud quidem non temere adiuravero; si quis iste revera Phaeder *o*) fuit, si umquam is a Socrate afuit 4), non magis Socratem Phaedri desiderio, quam me perisse [sines] . . . *p*) duo menses . . . *q*) arsisse . . . in . . . *r*) amet, nisi confestim tuo amore corripitur. Vale mihi maxima res sub caelo, gloria mea. Sufficit talem magistrum habuisse *s*). Domina mea mater te salutat.

a) Ita cod. 1. manu; 2. *sententiis*. — *b*) Heindorfii placet emendatio *deterreor* pro *deterreor*, ut mihi legere videbar in codice. — *c*) Ita cod. — *d*) Supple octo circiter litteras. — *e*) In prius legebam in codice; mox *eo*, quod iam non probo. — *f*) Supple sex circiter litteras. — *g*) In cod. pro *inventiones*. — *h*) *Nisi* deest in cod. — *i*) Supple duos versus cum dimidio. — *k*) Aliud folium hoc est; sed vix dubito quin cum praecedente copulandum sit tum propter materiae similitudinem, tum quia statim hoc eodem in folio, nempe p. 133, incipit littera graeca ὦ φίλε παῖ, cuius argumentum cum epistula *age perge* etc. conspirat. — *l*) Versuum septem nonnisi haec verba leguntur. — *m*) Supple tredecim fere litteras — *n*) Supple quatuor litteras. — *o*) Ita cod. non *Phaedrus*, sed *Phaeder*. — *p*) Supple versum cum dimidio. — *q*) Supple versum. — *r*) Supple alium versum. — *s*) Ita cod. Sed enim suspicor dicendum *gloriae meae sufficit talem magistrum habuisse*.

1) Hic sensus extit in graeca quadam Frontonis epistula; quam ad Lysiae imitationem scripsisse videtur. Confer ep. XI. Nisi forte intelligit lysianam ipsam orationem.

2) Intelligit, praeter alias, longam illam de amore graecam epistulam, quae in cod. mediol. subsequitur hanc *age perge*.

3) Sic Ovidius metam. IV. [illegible] X. 443. qui loci plane ad rem faciunt. Confer item M. Aurelium lib. II. ep. [illegible]

4) Hinc colligo, Marcum afuisse aliquamdiu a Frontone, dum ille ἐρωτικὸς scriberetur.

XI. (ΑΝΤΕΡΩΤΙΚΟΣ)

Ω ΦΙΛΕ ΠΑΙ 1), *τρίτον ἤδη σοι τοῦτο περὶ τῶν αὐτῶν ἐπιστέλλω, τὸ μὲν πρῶτον διὰ Λυσίου τοῦ Κεφάλου, δεύτερον δὲ διὰ Πλάτωνος τοῦ* a) *σοφοῦ* 2), *τὸ δὲ δὴ τρίτον διὰ τοῦδε τοῦ ξένου ἀνδρὸς, τὴν μὲν φωνὴν ὀλίγου δεῖν βαρβάρου, τὴν δὲ γνώμην, ὡς ἡγοῦμαι, οὐ πάνυ ἀξυνέτου. Γράφω δὲ νῦν οὐδέν τι τῶν πρότερον γεγραμμένων ἐφαπτόμενος· μηδὲ ἀμελήσῃς τοῦ λόγου ὡς παλιλλογοῦντος. Εἰ δὲ δόξει τῶν πρότερον διὰ Λυσίου καὶ Πλάτωνος ἐπεσταλμένων πλείω τάδε εἶναι, ἔστω σοι τεκμήριον, ὡς εὔλογα ἀξιῶ, ὅτι οὐκ ἀπορῶ λόγων. Προσέχοις δ' ἂν ἤδη τὸν νοῦν, εἰ καινά τε ἅμα καὶ δίκαια λέγω.*

Ἔοικας, ὦ παῖ, πρὸ τοῦ λόγου παντὸς βούλεσθαι μαθεῖν, τί δή ποτέ γε μὴ ἐρῶν ἐγὼ, μετὰ τοσαύτης σπουδῆς γλίχομαι τυχεῖν ὧνπερ οἱ ἐρῶντες; Τοῦτο δή σοι φράσω πρῶτον ὅπως γε ἔχει.

Tertiam hanc, care puer, eiusdem argumenti ad te epistulam do. Nam primo scripsi per Lysiam Cephali, iterum per Platonem sapientem, tertio denique tibi nunc scribo per hunc peregrinum hominem, sermone quidem paene barbarum, sententia tamen, ut puto, non plane insipientem. Scribo autem nihil ex ante perscriptis attingens. Neque tu profecto mea dicta negliges, quasi crambem recoxerim. Quod si haec epistula prolixior iis, quas antea per Lysiam et Platonem misi, videbitur; hoc tibi argumento erit, ut iure censeo, verba mihi non deesse. Nunc igitur, utrum nova et aequa dicam, quaeso animum adverte.

Iam, ut puto, illud in primis scire voles, o puer, cur nam ego qui minime sum amasius, tanto studio eadem, quae amasii, consequi adpetam? Hoc igitur primum, quomodo se habeat, edisseram.

a) Articulum τοῦ supplet cl. Iacobsius. Huius enim et aliorum eruditorum, qui meo Frontoni, post me, curas suas impenderunt, libenter nomina commemoro.

1) Nihil aliud est hoc graecum scriptum, quam scholastica exercitatio ad Lysiae et Platonis imitationem. Vix autem id Marci Aurelii causa scribi potuit, iuvenis castissimi. Utique, ad ipsum thema quod adtinet, mera rei amatoriae flagitiorum detestatio est.

2) Intelligit Lysiae et Socratis orationes in Platonis Phaedro, quarum summam facit Philostratus ep. VI. his verbis: τὸ μὲν μὴ ἐρῶντι χαρίζεσθαι, Λυσίου δόξα· τῷ δὲ ἐρῶντι, δοκεῖ Πλάτωνι: *gratificandum esse ei, qui non amat, Lysiae erat opinio; amanti gratificandum, videbatur Platoni.* Scholiastes Aristidis in cod. vat. 1298. p. 74. b. ad orat. I. platonicam ed. Iebb. tom. 2. p. 13. vers. 15. Ἔγραψεν ὁ Λυσίας ἐρωτικόν· ἀντιγράφων αὐτῷ Πλάτων καὶ ἅμα τέρπων τίθησι τὰ αὐτοῦ.

Οὐ μὰ Δία πέφυκεν ὁρᾷν ὀξύτερον οὑτοσὶ ὁ πάνυ ἐραστὴς, ἐμοῦ τοῦ μὴ ἐρῶντος, ἀλλ' ἔγωγε τοῦ σοῦ κάλλους αἴσθομαι οὐδενὸς ἧττον τῶν ἄλλων· δυναίμην δ' ἂν εἰπεῖν ὅτι τούτου καὶ πολὺ ἀκριβέστερον· Ὅπερ δὴ ἐπὶ τῶν πυρεττόντων καὶ τῶν εὖ μάλα ἐν παλαίστρᾳ γυμνασαμένων ὁρῶμεν, οὐκ ἐξ ὁμοίας ταυτὸν συμβαίνειν. διψῶσι μὲν a) γὰρ ὁ μὲν ὑπὸ νόσου, ὁ δὲ ὑπὸ γυμνασιῶν· τοιάνδε τινὰ κἀμοὶ b). . . . λειτον τε ἅμα καὶ ὄλισθον. Ἀλλ' οὐκ ἔμοιγε ἐπ' ὀλέθρῳ πρόσει, οὐδὲ ἐπὶ βλάβῃ τινὶ ὁμιλήσεις, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ἀγαθῷ. Καὶ ὠφελοῦνται γὰρ καὶ διασώζονται οἱ καλοὶ ὑπὸ τῶν μὴ ἐρώντων μᾶλλον, ὥσπερ τὰ φυτὰ ὑπὸ τῶν ὑδάτων. Οὐ γὰρ ἐρῶσιν οὔτε πηγαὶ οὔτε ποταμοὶ τῶν φυτῶν, ἀλλὰ παριόντες οὕτω δὲ καὶ παραῤῥέοντες, ἀνθεῖν αὐτὰ καὶ θάλλειν παρεσκεύασαν. Χρήματα δὲ τὰ μὲν ὑπ' ἐμοῦ διδόμενα δικαίως ἂν καλοίης δῶρα, τὰ δ' ὑπ' ἐκείνου λύτρα. Μάντεων δὲ παῖδες φασὶ καὶ τοῖς θεοῖς ἡδίους εἶναι τῶν θυσιῶν τὰς χαριστηρίους, ἢ τὰς μειλιχίους· ὧν τὰς μὲν οἱ εὐτυχοῦντες ἐπὶ φυλακῇ καὶ κτήσει τῶν ἀγαθῶν, τὰς δὲ οἱ κακῶς πράττοντες ἐπὶ ἀποτροπῇ τῶν δεινῶν θύουσιν. Τάδε μὲν περὶ τῶν συμφερόντων σοί τε κἀκείνῳ ὠφελίμων εἰρήσθω.

Εἰ δὲ τοῦτο δίκαιόν ἐστιν τυχεῖν τῆς παρὰ σοῦ βοηθείας . . . ερεισω σὺ τοῦτο . . . αὐτῷ πονηρῷ δὲ τεχνηνῷ καὶ μηχανήσω τὰς

Non mehercule hic, qui plane te deperit, acutius videt quam ego, qui amore non sum correptus: sed pulchritudinem tuam non minus ego sensu percipio, quam ceteri; immo perfectius, iure addam, amatore tuo. Sicuti autem tum iis qui febri aestuant, tum iis qui se in palaestra adfatim exercuerunt, non eadem de causa idem accidere videmus; sitiunt enim illi quidem a morbo, hi ab exercitio; pares et mihi . . . simul et lapsum. Neque vero ad me cum tua pernicie aut cum aliquo detrimento accedes, sed cum omni utilitate mecum versaberis. Nam et iuvari potius servarique pulchri solent a non amantibus, ut plantae ab aquis. Neque enim amant seu scatebrae seu fluvii plantas, sed prope cursu labentes rigantesque, florere eas ac virescere faciunt. Iam et opes a me collatas, iure dona appellaveris, ab illo autem tributas, pretium. Atqui vates aiunt, diisque iucundiora esse sacrificia quae grati animi, quam quae placamenti causa offeruntur. Nam illa quidem homines beati ob bonorum tutelam et conservationem, haec miseri ob malorum propulsationem exhibent. Hactenus de iis, quae tibi illique expediunt, dictum sit.

Quod si aequum est auxilium abs te consequi . . . fiducia . . .

a) Cl. Bekkerus delet μὲν. — b) Desiderantur paginae codicis saltem duae.

εττα . . μεν . . ων . . ἐρᾷς . . δὲ πα . . εἶπε . . . τοτα κον . . . (ἀ)ίτιος . . . τινὸς διὰ τὴν αὐτῷ κατακο . . . κο . . . a) πλὴν εἰ μὴ ὀφθεὶς ἠδίκηκας. Μὴ ἀγνόει δὲ καὶ ἀδικηθεὶς αὐτὸς καὶ ὑβριόμενος οὐ μετρίαν ἤδη ταύτην τὴν b) ὕβριν, τὸ ἅπαντας εἰδέναι καὶ φανερῶς οὕτως διαλέγεσθαι, ὅτι σου εἴη ὅδε ἐραστής· φθάνεις δὲ καὶ πρίν τι τῶν τοιῶνδε πρᾶξαι, τοὔνομα τῆς πράξεως ὑποδύων. Καλοῦσιν οὖν σε οἱ πλεῖστοι τῶν πολιτῶν τὸν τοῦδε ἐρώμενον· ἐγὼ δέ σοι διαφυλάξω τοὔνομα καθαρὸν καὶ ἀνύβριστον. Καλὸς 1) γάρ, οὐχὶ ἐρώμενος, τό γε κατ' ἐμέ, ὀνομασθήσει. Εἰ δὲ τούτῳ ὡς δικαίῳ τινὶ χρῆσεται ὅτι μᾶλλον ἐπιθυμεῖ, ἴστω ὅτι οὐκ ἐπιθυμεῖ μᾶλλον, ἀλλὰ ἰταμώτερον. Τὰς δὲ μυίας καὶ τὰς ἐμπίδας μάλιστα ἀποσοβοῦμεν καὶ ἀπωθούμεθα, ὅτι ἀναιδέστατα καὶ ἰταμώτατα ἐπιπέτονται. Τοῦτο μὲν οὖν καὶ τὰ θηρία ἐπίστανται φεύγειν μάλιστα πάντων τοὺς κυνηγέτας, καὶ τὰ πτηνὰ τοὺς θηρευτάς· καὶ πάντα δὲ τὰ ζῷα τούτους μάλιστα ἐκτρέπεται τοὺς μάλιστα ἐνεδρεύοντας καὶ διώκοντας.

Εἰ δέ τις οἴεται ἐνδοξότερον καὶ ἐντιμότερον εἶναι τὸ κάλλος διὰ τοὺς ἐραστάς, τοῦ παντὸς διαμαρτάνει. Κινδυνεύετε μὲν γὰρ οἱ καλοὶ περὶ τοῦ κάλλους τῆς ἐς τοὺς ἀκούοντας πίστεως διὰ τοὺς

*. hoc . . . ipsi malo . . . struam et moliar . . . amas . . . dixit . . . (innocens) . . . cuiusdam . . . propter . . . ipsi . . . nisi forte manifeste iniurius fuisti. Ne illud quidem ignorare te velim, tibi scilicet non modicam iniuriam et noxam inferri, quum omnes homines sciant palamque dicant, hunc esse tui amatorem: atque in antecessum, et prius quam huiusmodi quid peragas, famam facti subeas. Dicunt te igitur plerique cives huius amasium: ego autem verum tibi nec iniuriosum nomen servo. Nam, quod ad me attinet, pulcher non amasius vocaberis. Quod si tuus amator hoc quasi iure utetur, quod te nimirum vehementius concupiscat; scias eum non tam vehementius concupiscere, quam protervius. Iamvero muscas et culices vel ideo maxime arcemus ac dispellimus, quod impudentissime ac importunissime advolant. Quare et ferae noverunt fugere omnium maxime venatores, et aviculae aucupes. Et cuncta denique animalia eos maxime vitant, quos insidiosissimos et persequentissimos sciunt.

Quod si quis putat pulchritudinem ab amatoribus illustriorem reddi atque honoratiorem, vehementer is errat. Nam vos profecto, o for-

a) Hactenus lacuna undecim paene versuum, ex qua superiora verba abrupta eruere licuit. — b) Τὴν supplet Sll. N.

1) Hinc toties in fictilibus Etruscorum pictis vasis illud καλός.

ἐρῶντας· δι' ἡμᾶς δὲ τοὺς ἄλλους βεβαιοτέραν τὴν δόξαν κέκτησθε. Εἰ γοῦν τις τῶν μηδέπω σε ἑωρακότων πυνθάνοιτο ὁποῖός τις εἴ a) τὴν ὄψιν, ἐμοὶ μὲν ἂν πιστεύσαι ἐπαινοῦντι, μαθὼν ὅτι οὐκ ἐρῶ· τῷ δὲ ἀπιστήσαι, ὡς οὐκ ἀληθῶς ἀλλ' ἐρωτικῶς ἐπαινοῦντι. Ὅσοις μὲν οὖν λώβη τις σώματος καὶ αἶσχος καὶ ἀμορφία πρόσεστιν, εὔξαιντο ἂν εἰκότως ἐραστὰς αὐτοῖς γενέσθαι· οὐ γὰρ ἂν ὑπ' ἄλλων θεραπεύοιντο, ἢ τῶν κατ' ἐρωτικὴν λύτταν καὶ ἀνάγκην προσιόντων. Σύ δ' ἐν τῷ τοιῷδε κάλλει οὐκ ἔσθ' ὅτι καρπώσει πλέον ὑπ' ἔρωτος b). Οὐδὲν γὰρ ἧττον δέονταί σου οἱ μὴ ἐρῶντες. Ἀχρεῖοι c) δὲ οἱ ἐρασταὶ τοῖς ὄντως καλοῖς οὐδὲν ἧττον ἢ τοῖς δικαίως ἐπαινουμένοις οἱ κόλακες· ἀρετὴ d) δὲ καὶ δόξα καὶ τιμὴ καὶ σκέρδος. Κόσμος θαλάττῃ μὲν ναῦται καὶ κυβερνῆται καὶ τριήραρχοι καὶ ἔμποροι καὶ οἱ ἄλλως πλέοντες· οὐ μὰ Δία δελφῖνες, οἷς ἀδύνατον τὸ ζῆν ὅτι μὴ ἐν θαλάττῃ· κάλλους δὲ ἡμεῖς οἱ τηνάλλως ἐπαινοῦντες καὶ ἀσπαζόμενοι, οὐχὶ ἐρασταί, οἷς ἀβίωτον ἂν εἴη στερομένοις τῶν παιδικῶν. Εὕροις δ' ἂν σκοπῶν πλείστης ἀδοξίας αἰτίους μὲν ὄντας τοὺς ἐραστάς· ἀδοξίαν δὲ φεύγειν ἅπαντας μὲν χρὴ τοὺς εὐφυ-

mosi, in periculum venitis, ne pulchritudinis vestrae fides ulla sit, propter ipsos scilicet amatores: propter nos autem, qui ab amore alieni sumus, firmiorem opinionem obtinetis. Si quis igitur, qui numquam in conspectum venerit, roget quali forma sit aliquis praeditus, mihi quidem laudanti credet, quum sciat me non amare; amasio autem nullam fidem adiunget, tamquam non vere sed amatorie exaltanti. Quotquot igitur vitio aliquo corporis et turpitudine ac deformitate laborant, ii merito cupiant amatores habere. Neque enim ab aliis colentur, praeter quam ab iis qui ob eroticam vesaniam et necessitatem accedunt. Tibi vero tanta pulchritudine praedito nullum utilitatis augmentum ab amatore potest accidere. Neque enim, qui non amant, te expetent minus. Vere autem pulchris non minus inutiles sunt amatores, quam adsentatores iis qui virtutis, famae, gloriaeque ergo iusta laude digni sunt. Mari quidem lucro et decori sunt nautae et gubernatores et triremium praefecti et mercatores et qui alio quovis pacto navigant; non vero delphini, quibus extra mare vivere non licet. Ita prorsus pulchritudini nos, qui gratis laudamus et admiramur, ornamento sumus, non autem amasii, quibus si veneria subtrahantur, vita nulla est. Quod si mentem adverteris, deprehendes, plurimi dedecoris causam esse amatores. Iamvero in-

a) Cod. εἴη. — b) Melius ἐρῶντος .N. — c) Ita cod. pro ἀχρεῖοι — d) Pro ἀρετὴ pulchre conicit Buttmannus legendum ἀληθής. Locum hunc vexatissimum emendare nititur Iacobsius sic: ἀρετῇ γὰρ ἕπεται δόξα καὶ τιμή, οὐχ εἰς κέρδος.

νοῦντας, μάλιστα δὲ τοὺς νέους, οἷς ἐπὶ μακρότερον ἐγκείσεται τὸ κακὸν ἐν ἀρχῇ μακροῦ βίου προσπεσόν. Ὥσπερ οὖν ἱερῶν καὶ θυσίας, οὕτω καὶ τοῦ βίου τοὺς ἀρχομένους εὐλογίας μάλιστα πρέπει ἐπιμελεῖσθαι) . . . τοῖς τῶν . . . εἰς ἐσχάτην ἀδοξίαν α . . . τούτους δὲ χρηστοὺς ἐραστὰς ἐξὸν εἰ . . . πέντε καὶ . . . . α νευκ . . . νον χρῆμα ἐρασταῖς . . . του . . . a) γὰρ οἱ ἐρῶντες διὰ τῶν τοιῶνδε φορημάτων οὐκ ἐκείνους τιμῶσιν, ἀλλ' αὐτοὶ ἀλαζονεύονταί τε καὶ ἐπιδείκνυνται, καὶ ὡς εἰπεῖν ἐξορχοῦνται τὸν ἔρωτα.

Συγγράφει δὲ, ὥς φασιν, ὁ σὸς ἐραστὴς ἐρωτικά τινα περὶ σοῦ συγγράμματα ὡς τούτῳ δὴ μάλιστά σε δελεάσων b) καὶ προσαξόμενος καὶ αἱρήσων· τὰ δ' ἔστιν αἴσχη καὶ ὀνείδη καὶ βοή τις ἀκόλαστος ὑπὸ οἴστρου προπεμπομένη, ὁποῖαι θηρῶν ἢ βοσκημάτων c) ὑπὸ ἔρωτος βρυχωμένων ἢ χρεμετιζομένων ἢ μυκωμένων ἢ ὠρυομένων. Τούτοις ἔοικε τὰ τῶν ἐρώντων ᾄσματα. Εἰ γοῦν ἐπιτρέψαις σαυτὸν d) τῷ ἐραστῇ χρῆσθαι ὅπου e) καὶ ὁπότε βούλοιτο, οὔτ' ἂν καιρὸν περιμείνας ἐπιτήδειον, οὔτε τόπον, οὔτε σχολὴν, οὔτε ἐρημίαν, ἀλλὰ θηρίου f) δίκην ὑπὸ λύττης εὐθὺς εἴοιτο ἂν καὶ βαίνειν προθυμοῖτο μηδὲν αἰδούμενος; Τοῦτο ἔτι προσθεὶς καταπαύσω τὸν λόγον· ὅτι πάντα

famiam vitari ab omnibus oportet qui sapiunt: maxime autem ab adulescentibus, quibus diutius haerebit hoc malum in exordio longae vitae contractum. Ut igitur in caerimoniis et sacrificiis sic etiam eos, qui vitam occipiunt, a laudibus exordiri oportet . . . *in extremam infamiam hos quidem praeclaros amatores quum liceat . . . quinque et . . . res amatoribus . . . nempe amasii hoc vestium ornatu non illos honorant, sed ipsi se iactant et ostentant, atque, ut ita dicam, amorem saltant.*

Aiunt etiam, amatorem tuum quaedam erotica de te scribere. Ille quippe se potissimum sperat te deleniturum, sibique arctissime devincturum. Verum enimvero hae sunt turpitudines et ignominiae et clamor quidam impudicus a libidine missus, quales voces ferarum sunt aut cicurum cum ex amore rugiunt aut hinniunt aut mugiunt aut fremunt. His pares sunt amantium cantiones. An igitur te amasio permittes ut vulgo et ubilibet tecum consuescat? ne expectato quidem tempore idoneo neque loco neque otio neque solitudine; sed ferae ritu, insane et sine ulla reverentia, statim ac ille ad te accedet inusque consuetudine uti cupiverit? Uno adhuc addito, sermonem concludam. Cuncta deorum dona, quotquot ad hominum usum

a) Lacuna integrae fere paginae. — b) Cod. δεχεαζων. — c) Cod. βοσχηματων. — d) Cod. αυτον. — e) Legebam in cod. οτε ου. Sed dicendum ὅπου putat recte B. — f) Cod. θηρον.

θεῶν δῶρα καὶ ἔργα ὅσα ἐς ἀνθρώπων χρείαν τε καὶ τέρψιν ϗ ὠφέλειαν, ἀφύκτατα a) μὲν αὐτῶν πάνυ καὶ παντὶ ἤθει b), γῆν φημι καὶ οὐρανὸν καὶ ἥλιον ϗ θάλατταν, ὑμνεῖν μὲν καὶ θαυμάζειν πεφύκαμεν, ἐρᾷν δ' οὔ· καλῶν δέ τινων φαυλοτέρων καὶ ἀτιμοτέρας μοίρας τετυχηκότων, τούτων ἤδη φθόνος ϗ ἔρως ϗ ζῆλος ϗ ἵμερος ἅπτεται c). Καὶ οἱ μέν τινες κέρδους ἐρῶσιν, οἱ δὲ ὄψων αὖ, οἱ δὲ οἴνου. Ἐν δὴ τῷ τοιῷδε ἀριθμῷ καὶ μερίδι καθίσταται τὸ κάλλος ὑπὸ τῶν ἐρώντων, ὅμοιον κέρδει καὶ μέλιτι d)· ὑπὸ δὲ ἡμῶν τῶν θαυμαζόντων μὲν, μὴ ἐρώντων δὲ, ὅμοιον ἡλίῳ καὶ οὐρανῷ καὶ γῇ καὶ θαλάττῃ· τὰ γὰρ τοιαῦτα παντὸς ἔρωτος κρείττω καὶ ὑπέρτερα.

Ἕν τί σοι φράσω πρὸς τούτοις, ὃ καὶ σὺ πρὸς τοὺς ἄλλους λέγων παῖδας, πιθανὸς εἶναι δόξεις. Εἰκὸς δέ σε ἢ παρὰ μητρὸς ἢ τῶν ἀναθρεψαμένων μὴ ἀνήκοον εἶναι, ὅτι τῶν ἀνθῶν e) ἐστίν τι ὃ δὴ τοῦ ἡλίου ἐρᾷ, καὶ πάσχει τὰ τῶν ἐρώντων, ἀνατέλλοντος ἐπαιρόμενον, καὶ πορευομένου καταστρεφόμενον, δύνοντος δὲ περιτρεπόμενον· ἀλλά γ' ἐν γῇ πεσὸν ἀπόλλυσι, οὐδὲ εὐμενεστέρου πειρᾶται διὰ τὸν ἔρωτα τοῦ ἡλίου. Ἀτιμότατον γοῦν ἐστιν φυτῶν καὶ ἀνθῶν, οὔτε εἰς ἑορταζόντων θαλίας, οὔτε στεφάνους θεῶν ἢ ἀνθρώπων πα-

et delectationem et utilitatem omnino necessaria sunt, terram nempe et caelum et solem et mare mirari ac celebrare solemus, minime vero adamare. At in pulchris quibusdam rebus, et quae deteriorem naturam sortitae sunt, invidiae et amoris et zeli et cupiditatis nomina usurpantur. Atque alii quidem lucrum amant, alii rursus obsonia, alii vinum. Porro in hoc numero et statione pulchritudo ab amantibus collocatur, ut sit videlicet lucro et opsonio et melli similis. A nobis autem admiratoribus quidem sed non amatoribus eadem par soli et caelo et terrae iudicatur: quae nobiliora et celsiora profecto sunt, quam ut queant amari.

Unum tibi praeter haec narrabo, quod et tu si coram ceteris pueris referes, blanda et probabilia narrare videberis. Puto te vel a matre vel ab educatoribus audivisse, florem esse quendam solis amore captum, qui similia amantium patitur. Nam sole exoriente attollitur, procedente convertitur, occidente subvertitur. Atque hic quidem flos in terram decidens perit: neque amoris sui ergo sole utitur benivolentiore. Contemptissimus igitur est et florum et arborum: neque ad festa convivia, neque ad deorum aut hominum coronas

a) Cod. αφεικτατα. — b) Butt. πανδημει. Locum sic exhibet Bekk. ὠφέλειαν ἀφίκται, τὰ μὲν αὐτῶν πάνυ καὶ πάντη θεῖα, γῆν φημι etc. — c) Cod. απτεται. — d) Corrupta haec sunt verba in codice. — e) Cod. pro ανθων habet αν.

μβανόμενον. Ἔοικας, ὦ παῖ, τὸ ἄνθος τοῦτο ἰδεῖν ἐθέλειν· ἐγὼ τέ σοι δ' ἐπιδείξω τυχὸν, εἰ πρὸς τὸν Ἰλισὸν a) ἅμα ἄμφω ᾽σαιμεν.

FELICITER b)

mitur. Velle mihi videris, o puer, hunc florem videre. Ego vero sse tibi ostendam, cum una ad Ilissum uterque inambulabimus.

XII. (ΑΔΗΛΩΙ 1))

. . . τερον γε ὡς η . . ἡμᾶς. τὸ δὲ μετριάζειν ἐν τοῖς ἥττοσιν ἰς εὐ δύσκολον. Ἐν παντὶ μὲν γὰρ τὸ κατὰ παν . . κᾳπο . . ιπόντο c) ἀπρεπὲς ἀνδρὶ παιδείας d) πεπειραμένῳ. Χαίρων δὲ

(ANONYMO)

: . sicut . . . nos. Aequo autem animo esse in minoribus malis, est arduum. In omni enim quod . . . dicentis indigna homine ina erudito. Ego vero potius laetor . . . qui . . . Namque ex rdis id potius eligendum est quod ad voluptatem, quam quod

Cod. τιχους προς τον ιαισον. Buttmannus autem recte mihi emendare nisus est κ. τ. λ. Ἰλισόν. Est autem Ilissus fluvius Athenas adluens musis sacer, ubi lustratio minoribus mysteriis. Ilisso imminebat stadium ab Herode Attico (ad quem fortasse scri- t epistula sequens) sumptibus maximis aedificatum, ut ait Philostratus in huius vita . Heindorfius paulo aliter coniiciebat δείξω εἰ ἔξω τείχους etc. Codex tamen id addi- um non patitur nisi forte librarius verba praetermisit. — b) Ita latine est in codice, que scriptura non sine aliquo spatio in reliqua pagina. Vocabulum autem *feliciter* vel ibri indicat vel certe scripti longioris. — c) Schedae προσεποντος. — d) Cod. παι- quamquam eiusmodi menda tacitus plerumque corrigam.

Hoc fragmentum ter in codice me- ensi scribitur, semel videlicet et a ante epistulam *quae sint au-* minem, bis ante graecam Appiani ntonem epistulam cod. mediolan. i. Id autem ego malui heic collo- ropter materiae congruentiam cum dente: quamquam nullo modo pars dentis epistulae esse potest, ut codicis aperte demonstrat. Et au- nidem huius epistulae Fronto est, cet Athenodoti et Dionysii mentio as magistri fuerunt (ad M. Caes. 12, et in fragm. de oration.) Etsi argumentum eiusdem satis incer- st, libenter tamen coniecturam ctor ill. Niebuhrii, cui (ed. berol. .) videtur consolatio ad Herodem um in Regillae uxoris ac filia- rum, tum etiam alumnorum seu liber- torum, obitu multum prae se tulisset maerorem, complurium philosophorum atque amicorum hortamentis ad extre- mum recreatus est. (Philostr. in eius vita.) Herodem igitur solatur Fronto, ac porro hortatur ut consulat orbitati suae fortasse novis nuptiis liberisque su- scipiendis: atque interim in praeclari adulescentis (Marci videlicet) caritate acquiescat, quem ipse quoque Fronto ho- neste in primis diligebat. Quoniam igi- tur epistula ad amicum est, et in ea de Marco (suppresso licet nomine) ser- mo fit, hinc facile explico cur in variis frontonianorum operum priscis collectio- nibus modo inter epistulas ad Marcum, modo inter eas quae sunt ad amicos, recepta fuerit.

ἔγωγε μᾶλλον . . μὲν ὡς μέτρα . . μι a) Τὸ γὰρ πρὸς ἡδονὴν παράλογον τοῦ πρὸς ἀνίαν αἱρετώτερον. Ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰ τῆς ἡλικίας σου b) παρῴχηκεν πρὸς παίδων, εἰ ἐρῶν, ἀνατρεφήν. Ζημία δὲ πᾶσα σὺν ἐλπίδι μὲν ἀποκοπτομένη χαλεπή· ῥᾴων δὲ ὑπολειπομένης εἰς τὸ ἀναχάζειν c) ἐλπίδος· καὶ ὁ μὴ περιμείνας ταύτην, ἀγεννής, καὶ πολὺ τῆς τύχης αὐτῷ χαλεπώτερος. Ἡ μέν γε τύχη τὸ παρὸν ἀφείλετο, ὁ δὲ ἐστέρησεν d) αὑτὸν καὶ τῆς ἐλπίδος. Ὅθεν δ᾽ ἂν ῥᾷστα παραψυχῆς τύχοις, πείρᾳ μαθὼν ἔγωγε ἀλλ᾽ οὐ σοφίᾳ e) διδάξω. Ἀεί μοι συνέβη τι τῶν δεινῶν παθεῖν ἐρῶντι· Ἤρων δὲ τοτὲ μὲν Ἀθηνοδότου τοῦ σοφοῦ, τοτὲ δὲ Διονυσίου τοῦ ῥήτορος. Καὶ δὴ τοῦτο ἐννοῶν, ὅτι μοι σῴζοιτο κεῖνος οὗ f) ἐρῶν τύχοιμι, ἧττον ἦν τῇ τε λύπῃ καὶ τοῖς προσπίπτουσιν ἁλώσιμος. Εἰ δέ τινος ἐρᾷς καὶ σὺ νέου γενναίου ἀρετῇ καὶ παιδείᾳ καὶ τύχῃ καὶ σωφροσύνῃ διαφέροντος, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοις ὁρμῶν ἐπ᾽ ἐκείνῳ, καὶ πᾶσαν ἀγαθῶν ἀσφάλειαν ἐπ᾽ g) αὐτῷ τιθέμενος· ὃς ἐφ᾽ ὅσον γε ἡμῖν οὗτος περίεστιν· ἅτ᾽ ἐραστὴς γὰρ εἶναι σοι φημὶ, καὶ οὐκ ἀποκρύπτομαι· Τἄλλά γε πάντα ἡμῖν εὐίατα καὶ τούτου μακρῷ δεύτερα.

maerorem ducit. Sed neque adhuc aetas tua liberis alendis, si forte ea cupiditate adficeris, inepta facta est. Iam quodvis damnum, si spes abscindatur, molestissimum est; tolerabilius, si spes relinquatur: quam qui non retinet, abiecto animo est, multoque ipsa fortuna sibi infestior: siquidem fortuna praesentia aufert, ille spe etiam semet orbat. Unde autem facillimam recreationem accersas, experimento te potius meo quam sapientia docebo. Amanti mihi semper contigit acerbum aliquid pati. Amavi autem tum Athenodotum sapientem, tum rhetorem Dionysium: sed hac una cogitatione quod mihi incolumis esset ille, cuius ego amore tenerer, minus fiebam dolori et casibus obnoxius. Quod siquem tu quoque generosum iuvenem, virtute, disciplina, fortunis etiam et pudore praestantem amas, bene facies si te ipsi tradideris, atque omnem felicitatis tuae tutelam in ipso collocaveris. Atqui nobis adulescens eiusmodi fere adest. Porro et ego amatorem sine ulla dissimulatione me fateor. Reliqua nobis omnia facili remedio expedientur: sunt enim hoc negotio longe leviora.

a) His lacunis comprehenduntur versus decem. — b) Schedae σοι, quae scilicet est varia lectio in duplici exemplari. — c) Vel dicendum est ἀναχωχεῖν, aut ἀναλαβεῖν. — d) Sched. ἐσ.νησεν quae rursus est varia lectio. — e) Cod. σοφίαν — f) Cod. videtur ουν. — g) Var. lect. in sched. ασφαλειαν αν επ.

·M· CORNELII FRONTONIS

EPISTULARUM

AD ·M· CAESAREM ET INVICEM

LIBER SECUNDUS.

I. CAESARI AURELIO DOMINO MEO CONSUL TUUS FRONTO. *a*)

Quae sint aures hominum hoc tempore, quanta in spectandis orationibus elegantia, ex Aufidio nostro *b*) scire poteris: quantos in oratione mea clamores concitarit, quantoque concentu laudantium sit exceptum:—omnibus tunc imago patriciis pingebatur insignis—. At ubi genus nobile ignobili comparans dixi:—ut siquis ignem de rogo et ara accensum similem putet, quoniam aeque luceat—; ad *c*) hoc pauca *d*) admurmurati sunt. Quorsum hoc retuli? uti te, Domine, ita conpares ubi quid in coetu hominum recitabis, ut scias auribus serviendum; plane non ubique nec omni modo, attamen nonnumquam et aliquando. Quod ubi facies, simile facere te reputato atque illut facitis, ubi eos qui bestias strenue inter-

a) Paginis huius epistulae haud superscribitur, quantum memini, nota *lib. II*, quod fieri solet in sequentibus; itaque pertinere videretur ad librum I, cuius notam desiderari videbam in codice. Veruntamen duplici de causa collocanda videtur mihi haec epistula in secundo libro; tum quia scripta est in consulatu Frontonus, cuius temporis epistulas in secundo libro collocatas reperiebam; tum quia hanc subsequitur epistula ad Calvillam πως αν, cuius pars occurrit etiam in romani codicis folio, quod cohaeret cum foliis libri secundi. — *b*) In codice post vocabulum *nostro* inseruntur graeca haec και ουκ αποκρυπτομαι· τ' αλλα γε παντα ημιν τουτω και τουτου μακρῳ δευτερα; quae est clausula graecae epistulae acephalae, quae in codice mediolanensi tum ante hanc latinam scribitur, tum repetitur ante graecam Appiani. Et nos quidem eam acephalam epistulam in calce prioris libri posuimus; causam autem praedicti mendi aperire pulchrum est. Nimirum librarius, graece sine dubio ignarus, in codice mediolanensi praetermisit suo loco illam clausulam graecam, miraque socordia post aliquot versus in latinam inseruit epistulam; quae tamen ipsa clausula alio in folio, ut dixi, eiusdem codicis mediolanensis sedem suam obtinet. — *c*) *Cod. at.* — *d*) Ita legebam in codice: quamquam omnino scribendum videtur *pauci*.

fecerint, populo postulante, ornatis aut manumittitis; nocentes etiam homines aut scelere damnatos, sed populo postulante conceditis 1). Ubique igitur populus dominatur et praepollet. Igitur ut populo gratum erit, ita facies atque dices. Hic summa illa virtus oratoris atque ardua est, ut non magno detrimento rectae eloquentiae *a*) auditores oblectet; eaque delenimenta, quae mulcendis volgi animis conparat, ne cum multo ac magno dedecore fucata sint: ut in compositionis instructura *b*) aeque mollitia sit delictum, quam in sententia inpudentia *c*). Vestem quoque lanarum mollitia delicatam malo *d*), quam colore muliebri, filo tenui aut serico; purpuream ipsam, non luteam nec crocatam. Vobis praeterea quibus purpura et cocco uti necessarium est, eodem cultu nonnumquam oratio quoque amicienda est. Facies istut, et temperabis et moderaberis optimo modo ac temperamento. Sic enim auguror: quidquid egregie umquam in eloquentia factum sit, te id perfecturum: tanto ingenio es praeditus, tantoque te studio exerces et labore 2)! quom in aliis vel sine ingenio studium, vel sine studio solum ingenium, egregiam gloriam pepererit. Certum habeo te, Domine, aliquantum temporis etiam prosae orationi *e*) inscribendae inpendere. Nam [etsi] aeque pernicitas equorum exercetur, sive quadrupedo currant atque exerceantur, sive tolutim; attamen ea quae magis necessaria, frequentius sunt experiunda. Iam enim non ita tecum ago, ut te duos et viginti annos natum cogitem 3). Qua aetate ego vix dum quicquam veterum lectionum attigeram *f*) 4), deorum et

a) Cod. *recta eloquentia*, quod vix ferendum videbatur. — *b*) Ita cod. et inferius *inscribendae* pro *scribendae*. — *c*) Ita cod. 1. manu; at 2. *inpudenti*, quod mendum videtur. Ut cacophoniam vites, recte scribes cum H. *in sententiis inpudentia*. — *d*) Ita scribendum censeo inspectis schedis meis. — *e*) Cod. *prose orationis*. — *f*) Cod. *adoceram*, unde liceret etiam [illegible] *addidiceram*. Ceterum confer similem locutionem lib. IV. 3.

1) Contraria lex Diocletiani et Maximiani augg. extat in cod. IX. 47. 12. de damnatis ad bestias: *vanae voces populi non sunt audiendae, quando aut noxium crimine absolvi, aut innocentem condemnari desiderant*

2) Lege Capitolinum vit. cap. III.

3) ·M· Aurelii annus XXII, quartus post adoptionem, incidit in annum urbis varronianum DCCCXCVI, Torquato et Herode consulibus, quia scilicet Marcus natus erat Vero et Augure consulibus, teste Capitol. cap. I, anno urbis DCCCLXXIV. Hinc igitur patet quo anno consul suffectus Fronto fuerit; infra autem ep. X. constabit etiam mensibus eius consulatus; unde cognoscimus confectas has consulares Frontonis epistulas scriptas esse mensibus Iulio et Augusto.

4) Ergo Fronto fuit ὀψιμαθής.

ıa virtute, profectum tantum in eloquentia adsecutus es *a*), uantum senioribus ad gloriam sufficiat; et, quod est diffiillimum, in omni genere dicendi *b*). Epistulae tuae, quas dsiduas *c*) scribsisti, mihi satis ostendunt, quid etiam in istis emissioribus et tullianis 1) facere possis. Pro Polemone rheore, quem tu mihi in epistula tua proxime exhibuisti tulianum 2), ego in oratione, quam in senatu recitavi philosohum reddidi, nisi me opinio fallit, peratticum. An quid *d*)? n dicas, Marce quemadmodum tibi videtur fabula Polemoiis descripta *e*). Plane multum mihi facetiarum contulit istic)ratius *f*) Flaccus memorabilis poeta, mihique propter Meceıatem ac mecenatianos hortos meos non alienus 3). Is *g*) namue Oratius sermonum libro secundo *h*) fabulam istam Poleıonis inseruit, si *i*) recte memini, hisce versibus:

Mutatus Polemon ponas *k*) insignia morbi,
Fasciolas, cubital, focalia, potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpisse coronas
Postquam est inpransi correptus *l*) voce magistri 4).

a) *Es* desideratur in meis schedis; extare tamen in codice puto, ut schedarum spatia mihi monent — *b*) Ita interpungitur in codice post *dicendi*. — *c*) *Adsiduus* opponitur heic *remissori*. Dicit nimirum Fronto vetuste *adsiduas* pro *contentas* seu *classicas*, vel *locupletes*. Fronto ... noster apud Gellium XIX. 8. ait, *classicus adsiduusque scriptor, non proletarius*. Confer et ... de rep. II. 22. — *d*) Ita olim edidi, et ita meae schedae habent, licet lectio mendosa videatur. — *e*) Cod. *adescripta*; unde licet facere *a te descripta*, vel *a te scripta*. — *f*) Ita cod. sine adspiratione, contra ac inferius ep. XIII — *g*) Cod. *his*. — *h*) Cod. *libro S*, nempe *secundo*, sat. III. 254-257. — *i*) Cod. *se*. — *k*) Cod. *poenas*. — *l*) Cod. *corruptus*.

1) Cave putes oblique reprehensas Ciceronis epistulas, quas immo in codice romano insigni laude mactat Fronto. Itaque intellige genus iocosum tullianarum epistularum. Ad hanc rem quod attinet, lege Sidonii verba in testimoniis.

2) Videtur intelligenda illa Marci epistula *Polemona ante hoc triduum* etc. quae si vera coniectura est; illa epistula scripta est ante hanc, ideoque praevertenda; siquando Frontonis epistulas χρονολογικῶς disponere libebit.

3) Ergo Fronto possedit esquilinos Maecenatis hortos, quos memorat Acro ad Hor. sat. I. 8. 7. Sane et ille Fronto antiquior, de quo Iuvenalis I. 12, nostro oratori necessitudine aliqua fortasse iunctus, possedit horatianam domum, teste eiusdem Iuvenalis scholiaste.

4) Augustinus ep. CXLIV. Cirtensibus Frontonis civibus respondens ait: *Xenocrates Polemonem, ut scribitis, et nos ex illis litteris recordamur, de fruge temperantiae disputando, non solum ebriosum verum etiam tunc ebrium, ad mores alios repente convertit*. Hinc videlicet satis cognoscimus et Augustinum et ipsos, ut puto, Cirtenses legisse has Frontonis litteras. Confer de Polemone S. Hieronymum ad Oseam cap. I.

Versus, quos mihi miseras 1), remisi tibi per Victorinum nostrum 2), atque ita remisi: chartam *a*) diligenter lino transui, et ita linum obsignavi, ne musculus iste aliquid aliqua rimari possit. Nam mihi ipse de tuis hexametris numquam quicquam impertivit: ita est malus ac malitiosus: set *b*) ait te de industria cito et cursim hexametros *c*) tuos recitare: eo se memoriae mandare non posse. Remuneratus est igitur a me mutuo. [Paria] habet, ne ullum hinc versum audiret. Memini etiam te frequenter, ne cuiquam versus tuos ostenderem, admonuisse.

Quid est, Domine? Certe hilaris es, certe bene vales, omnium rerum certe sanus es. Male *d*) dum similiter ne umquam nos perturbes ut natali tuo perturbasti, cetera minus laboro. Ἔτι *e*) σοι κακὸν, εἰς Πυῤῥαίων *f*) κεφαλήν. Vale, meum gaudium mea securitas, hilaritas, gloria. Vale, et me, obsecro, omnimode ames qua ioco qua serio.

Epistulam matri tuae scripsi, quae mea inpudentia est, graece, eamque *g*) epistulae ad te scribtae inplicui. Tu prior lege: et si quis insit *h*) barbarismus, tu qui a graecis litteris recentior es corrige, atque ita matri redde: nolo enim me mater tua ut opicum contemnat. Vale, Domine, et matri savium da, cum epistulam dabis, quo libentius legat.

II. ΜΗΤΡΙ ΚΑΙΣΑΡΟΣ. 3) *i*) *

Πῶς ἂν ἀπολογησάμενος συγγνώμης παρὰ σοῦ τύχοιμι ὅτι σ.ι k)

MATRI CAESARIS.

Quanam ego defensione utens veniam abs te consequar, quod tibi

* *M. codicis romani:* Epistula ista graeca, quae a Frontone scribta est ad matrem Caesaris, continet excusationem ipsius *l*) in laude sui-

a) Cod. *cartham*. — *b*) Ita cod. pro *sed*. — *c*) Cod. *exametros*. — *d*) H. suadet legere *ale*. — *e*) In cod. legebam ἔπι. — *f*) Cod. videbatur Πυῤῥου; sed recipio praeclaram lectionem Buttmanni e Zenob. proverb. cent. IV. 2, unde cognoscimus solitos fuisse Pyrrhaeorum finitimos hac uti dirarum formula. — *g*) Cod. *eam quae*. — *h*) Cod. habet *infit*, superposita *r*. — *i*) Epistulae huius initium bis inest in codice mediolanensi, semel p. 55. post superiorem latinam, iterum p. 158. initio folii. Priore loco omittitur titulus, sed posteriore scribitur μητρι καισαρος. — *k*) In alio examplari omittitur σοι. — *l*) Cod. *ipsus*.

1) De versibus Marci ad Frontonem mittendis recole epist. XIII. libri huius.

2) Aufidius Victorinus Marci condiscipulus fuit, ab eoque praecipue dilectus. Capitol. vit. III.

3) Nempe Domitiae Calvillae.

τούτων τῶν ἡμερῶν οὐκ ἐπέστειλα; ἢ δῆλον ὅτι τὴν ἀληθῆ ἀσχολίας εἰπὼν αἰτίαν; λόγον γὰρ συνήγαγόν τινα a) περὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως b). Ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων παροιμία, φίλου τρόπον μὴ μισεῖν ἀλλ' εἰδέναι c) φησὶ δεῖν 1). Οἷος δ' οὑμὸς τρόπος φράσω καὶ οὐκ ἀποκρύψομαι d)· Ὑπὸ τῆς πολλῆς ἀφυΐας e) ϗ οὐθενείας f) ὅμοιόν τι πάσχω τῇ ὑπὸ Ῥωμαίων ὑαίνῃ καλουμένῃ 2) ἧς τὸν τράχηλον κατ' εὐθὺ τετάσθαι λέγουσιν, κάμπτεσθαι δὲ ἐπὶ θάτερα * τῶν πλευρῶν μὴ δύνασθαι 4)· κἀγὼ δὴ ἐπειδάν τι g) συντάττω προθυμότερον, ἀκαμπής τις εἰμὶ, καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἀφέμενος, *Q. III. 3)

per hos dies nihil scripserim, nisi veram causam dicam occupationis meae? Nam quendam concinnavi panegyricum regis magni. Est autem Romanorum adagium, amici morem non odio habendum esse, sed cognoscendum. Quis autem sit meus mos, sine ulla simulatione enarrabo. Propter exiguum meum ingenium et imbecillitatem simile quid patior eius ferae, quae a Romanis hyaena appellatur, cuius collum rectum extendi fertur, inflecti autem ad utrumque latus non posse. Ego itidem cum aliquid impensius exorno, rigidus quodammodo sum, ac ceteris omnibus omissis, in illud unum incumbo quod

benda Antonini, propter quod ad eam non scribserit post integritatem redditam 5).

a) In alio τινα συνήγαγον. — b) In alio βασίληως. — c) In alio οιδεναι. — d) Ita exemplar utrumque αποχρυφομαι. — e) P. 55. αφυειας; p. 158. αφυας. — f) Al. ουθηνειας. — g) R. επι δ' αν τις.

1) En verba Porphyrionis ad Hor. sat. I. 3. 32: *secundum illud quod praecipitur per proverbium-amici mores noveris non oderis.* H.

2) Ignorare videtur Fronto, Graecos quoque nomen ὕαινα novisse, ut Aristot. hist. anim. VI. 32. VIII. 5, et de gener. anim. III. 6.

3) Hanc habet notam tertii quaternionis codex mediolanensis in calce paginae 56: sequitur autem materia adamussim in codice romano p. 164. initio folii, ex quo patet eundem Frontonis codicem partim Mediolanum partim Romam fuisse translatum. Id nos alio exemplo docebimus supplementi scilicet ad epistulam ad Verum. Iam folium romanum pag. 164-163. connectitur cum alio romano p. 166-165, ubi est nota quaternionis IIII', quod erat necessarium; sic enim procedere solent quaterniones. Eadem autem materia continuatur in codice mediolanensi etiam p. 158, sed alia scripturae dispositione; quare duos fuisse Frontonis codices bobienses, opinari liceret, nisi alia indicia id vehementer negarent, qua de re satis alibi dixi. Sunt igitur epistulae aliquot in eodem codice repetitae, ut Ciceronis item aliquot epistulae in nobilissimo codice florentino.

4) Ita ait etiam Plinius VIII. 30, ex eoque Solinus XXIX. Nihil ea de re Aristoteles neque VIII. 5, neque VI. 32, quo in utroque loco hyaenam describit.

5) Sive suam, sive ipsius Calvillae, de cuius infirmitate in quinto libro mentio fiet.

ἐπ' ἐκεῖνο μόνον ἵεμαι ἀνεπιστρεπτεὶ a). Κατὰ τὴν ὕαιναν ἶξ b) καὶ τοὺς ὄφεις δέ φασιν τὰ ἀκόντια 1) οὕτως πως ἄττειν c) κατ' εὐθὺ, τὰς δὲ ἄλλας ἐπιστροφὰς μὴ στρέφεσθαι. Καὶ τὰ δόρατα δὲ καὶ τὰ τόξα τότε μάλιστα τυγχάνει τοῦ σκοποῦ ὅταν εὐθεῖαν d) ἄξῃ, μήτε ὑπ' ἀνέμου παρωσθέντα, μήτε ὑπὸ χειρὸς Ἀθηνᾶς ἢ e) Ἀπόλλωνος σφαλέντα, ὥσπερ τὰ ὑπὸ Τεύκρου 2) ἢ τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων 3) βληθέντα. Ταύτας μὲν δὴ τρεῖς εἰκόνας ἐμαυτῷ f) προσείκασα, τὰς μὲν δύο ἀγρίας καὶ θηριώδεις, τὴν τῆς ὑαίνης g) καὶ τὴν τῶν ὄφεων καὶ τὴν τῶν ἀκοντίων h)· τρίτην δὴ τὴν τῶν βελῶν κἀταύτην i) ἀπάνθρωπον οὖσαν καὶ ἄμουσον. Εἰ δὲ δὴ k) καὶ τῶν ἀνέμων φαίην ἐπαινεῖσθαι μάλιστα τὸν οὔριον ὅτι δὴ ἐπ' εὐθὺ φέροι l) τὴν ναῦν ἀλλὰ μὴ εἰς τὰ πλάγια ἀπονεύει νέω m), ἡ τετάρτη ἂν εἴη αὕτη εἰκὼν κἀταύτη βιαία. Εἰ δὲ προσθείην καὶ τὸ τῆς γραμμῆς, ὅτι πρεσβυτάτη τῶν γραμμῶν ἡ εὐθεῖά ἐστιν, πέμπτην ἂν εἰκόνα λέγοιμι, μὴ μόνον ἄψυχον n), ὥσπερ τὴν τῶν δοράτων, ἀλλὰ καὶ ἀσώματον ταύτην οὖσαν.

me vehementer ad se trahit. Hyaenae convolvolus similis est. Sic etiam serpentes iaculi directim feruntur, alias vero conversiones non habent. Spicula item et tela tunc maxime scopo potiuntur cum recta aguntur, neque vento detorquentur, neque Minervae aut Apollinis manu avertuntur, ut olim ea quae a Teucro vel a procis missa fuerant. His tribus imaginibus me ipsum expressi: duabus quidem immanibus et ferinis, hyaenae et serpentium; tertia autem telorum inhumana et ipsa atque immiti. Quod si et ventorum dicam laudari maxime auram secundam, quae recta fert navim, neque in errores inflectit; quarta haec erit imago, et ipsa violenta. Tum si addam et linearum antiquissimam atque nobilissimam esse rectam, quintam imaginem dixerim, non solum inanimem, secus atque imaginem a telis sumptam, verum etiam incorpoream.

a) Ita evidenter in R., quod in M. non satis olim legebam. — b) Ita perspicue romanus codex. De verniculo ἰξ, qui est latine *convolvolus*, docte loquitur Walckenarius ad Ammon. II. 5, cum antiquis grammaticis. Est autem verniculus vineas corrodens. Vide Hesychium in ἰξ et ἰψ, nec non etym. M. in ἰψ — c) Ita R, et sic etiam schedae Med. quam lectionem olim immutavi in αγειν. — d) ευθιαν. Sed eiusmodi menda deinceps fere tacitus corrigam. — e) Desideratur η in R. — f) M. εμαυτον, si bene legebam. — g) R. υηνης. — h) Cod. M. tantum και την των οφεων. — i) Ita R. et mox κανταυτη. At in M. legebam και αυτην et και αυτη. — k) R. mendose δε δε. — l) Ita uterque cod. M. R., quamquam sequitur απονευει. — m) Νεω est in utroque cod. M. R., etsi in M. paulo obscuratius fuit vocabulum. Videtur dicendum πνεων. — n) Ita evidenter in cod. R., et sic lego etiam in meis schedis M. r. manu mea.

1) Ita neutro genere; quamquam Aelianus H. A. VI. 18. scribit ἀκοντίας. Id serpentium genus *iaculum* ab Afris dici solitum, testatur Lucanus IX. 823.

2) Iliad. θ. 311.

3) Odyss. χ. 256.

Τίς οὖν a) εἰκὼν εὑρηθείη πιθανὴ, μάλιστα μὲν ἀνθρωπίνη, ειινον δὲ εἰ καὶ μουσική; εἰ δ' αὖ καὶ φιλίας ἢ ἔρωτος b) αὐτὴ μέλει c), μᾶλλον ἂν εἰ ἡ d) εἰκὼν ἐοίκοι. Τὸν Ὀρφέα φασὶν οἰμῶξαι ἴσω ἐπιστραφέντα· εἰ δὲ κατ' εὐθὺ ἔβλεπέν τε καὶ ἐβάδιζεν, οὐκ ᾤμωξεν. Ἅλις εἰκόνων. Καὶ γὰρ αὕτη τις ἀπίθανος ἡ τοῦ Ὀρ-ως εἰκὼν ἡ ἐξ ᾅδου ἀνειμένη. Ἀπολογήσομαι δέ τοὐντεῦθεν ᾗδη ἂν ῥᾷστα συγγνώμης τύχοιμι. Τί δὲ e) τοῦτό ἐστιν; ὅτι συγ-άφων τὸ τοῦ βασιλέως ἐγκώμιον ἔπραττον ὃ μάλιστα σοί τε καὶ σῷ παιδὶ κεχαρισμένον ἐστίν. Ἔπειτα δὲ f) καὶ ὑμᾶν g) ἐμέμ-μην καὶ ὠνόμαζόν τε ὑμᾶς ἐν τῷ συγγράμματι 1), ὥσπερ οἱ ἐρα-αὶ τοὺς φιλτάτους ὀνομάζουσιν ἐπὶ πάσῃ κύλικι h) Ἀλλὰ γὰρ τεχνῶς i) τὸ τῶν εἰκόνων ἐπεισρεῖ k) καὶ ἐπιφύεται. Αὕτη γοῦν παρ-άνη, ἣν ἐπὶ πάσαις λέξω l)· ἥ τις καὶ δικαιοτάτη εἰκὼν ἂν προσ-ορεύοιτο, οὖσα ἐκ ζωγράφου. Τὸν Πρωτογένη τὸν ζωγράφον φασὶν δεκα ἔτεσιν τὸν Ἰάλυσον γράψαι, μηδὲν ἕτερον ἐν τοῖς ἕνδεκα σιν ἢ τὸν Ἰάλυσον γράφοντα 2) Ἐμοὶ δὲ οὐχ' εἷς, δύο δὲ ἅμα

Sed iam quaenam dicetur imago blanda et probabilis atque in imis humana, praesertim si a musica petita fuerit? quae si etiam m benivolentia et amore coniuncta sit, maxime ad rem accedet. rpheus luxisse fertur, postquam retrorsum conversus est: quod si recte prospiciens incessisset, nulla ei causa dolendi nata esset. Sed m satis imaginum. Nam et Orphei imago absurda quodammodo detur, quia scilicet ex inferis est. Superest igitur ut ea ratione e defendam, qua veniam facillime consequar. Quae porro haec it? Laudes regis scripsi, quas tibi et filio tuo gratissimas fore scio raeterea et vestrum in illis mentionem facio, vosque compello, ut os carissimos amasii ad singulos cyathos. Sed heic ultro imagi-s obrepunt atque adnascuntur. En quaedam se nobis offert, quae omnium postrema dicetur, et iustissima merito appellabitur, a ictore scilicet ducta. Protogenes pictor fertur undecim annis Ialy-m pinxisse: nihil aliud, inquam, undecim annis praeter Ialysum. it ego non unum sed duos simul Ialysos pingere studui: neque hos

a) M. τις αν ουν. — b) R. mendose ερωντος. — c) Ita R. et ita puto scriptum etiam i M. — d) Sic R. et M. ut video in schedis; quamquam ex coniectura olim edidi ετι. — e) R. δη. — f) R. δη. — g) R. mendose κατ' υμων. Ita et de superioribus κατα αυτην t κατ αυτη dubito. — h) Lectio praeclara κυλικι, quae in M. erat obscurata, in R. patescit. — i) In M. legebam τεχνωσις. — k) R. επισρι. In M. legebam επειορει; nunc error tiusque codicis et emendatio patescunt. Etsi in M. scriptum revera fuisse puto επεισρει. — l) Cod. rom. επι πασεις ληξω. Quamquam et ληξω commodum sensum habet.

1) Nimirum in illo ad Pium panegyrico M quoque Aurelium laudabat Fronto.

2) De Protogene eiusque insigni tabula Ialyso legesis Plinium XXXV. 10,

Ἰαλύσω ἐγραφέσθην, οὐδὲ a) τοῖν προσώποιν οὐδὲ ται
μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖν τρόποιν καὶ ταῖν ἀρεταῖν b) οὐ μ
(ἀμφὶ οὗ δεῖ γράφεσθαι ῥᾳδίω· c) ἀλλ' ὁ d) μέν ἐστιν μ
σιλεὺς ἄρχων πάσης γῆς καὶ θαλάσσης 1) ὁ δὲ e) ἕτερο
γάλου 2) βασιλέως, ἐκείνου μὲν οὕτω παῖς, ὥσπερ Ἀθηνᾶ
σὸς δὲ υἱὸς f) ὡς τῆς Ἥρας ὁ Ἥφαιστος· ἀπέστω δὲ
ποδῶν 3) ταύτης τῆς τοῦ Ἡφαίστου εἰκόνος h)· Ἡ μὲν ο
γία αὕτη ἂν εἴη πάνυ τις εἰκαστικὴ γινομένη καὶ γραφ
ἔμπλεως i) αὐτὴ μάλα.

Ἔτι κατὰ τοὺς γεωμέτρας αἰτήσομαι· τὸ ποῖον; εἴ τ
μάτων ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ταύταις εἴη ἄκυρον ἢ βάρβαρ
ἀδόκιμον καὶ μὴ πάνυ ἀττικόν· ἀλλὰ τοῦ ὀνόματος σ
διάνοιαν σκοπεῖν αὐτὴν καθ' αὐτὴν k)· οἶσθα γὰρ ὅτι ἐ
ὀνόμασιν καὶ αὐτῇ διαλέκτῳ διατρίβω. Καὶ γὰρ τὸν σκύ

vultuum tantum et formarum tenus, sed morum etiam at
tum, quae in utroque insignes sunt, neque facile pro digni
mendandae. Atque horum quidem unus est magnus rex
versae terrae marique imperat, alter autem regis magni
ab illo ortus ut Minerva ex Iove, ex te autem genitus
none Vulcanus. Quamquam ab hac Vulcani imagine ped
abesse satius sit. Haec igitur defensio constat similitudini
luti picturis, et tota imaginibus scatet.

Superest ut geometrarum more postulem. Quid vero?
mirum verba huius epistulae impropria sint aut barbara
vis alia de causa non probata nec prorsus attica, ego e
rogo, et verborum notionem per se ipsam spectare velis:
in graecis vocabulis et dialecto me haerere. Atqui ille e

a) R. ου δη. — b) R. την αρετην, quae mendosa quidem lectio est,
eundem fuisse utriusque terminationis sonum. Huiusmodi enim menda fiunt a dictat
— c) Haec verba abundant in R. At M. habet tantum ουτε αμφω· αλλ' etc. —
davit ill. N. Tamen cod. R. αλλω. In M. obscura lectio. — e) Cod. videbatur
videbatur δεσωνιος, unde licet fortasse scribere cum Iacobsio δ' ἐξ ὠδῖνος. —
— h) Ita in schedis meis. Olim edidi ταυτη του Ηφαιστου εικων. — i)
εκπλεως. — k) Ita schedae. Olim edidi καθ' εαυτην. — l) Iacobsius malebat
mox ἄλλῃ.

et Cic. orator II. At Plutarchus in Demetrio XXII. ait Ialysum pictum septem annis, translatum Romam, ibique incendio consumptum.

1) Sic certe romanus imperator digest. XIIII. 2. 9. Eudaemoni cuidam supplici respondebat magnifice: ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ego qui dominus.

2) Hactenus folium rescr pergit autem folium medioli midia pagina.

1) Oblique salsoque signi Vulcani pedes.

τὸν Ἀνάχαρσιν οὐ πάνυ τι ἀττικίσαι φασὶν, ἐπαινηθῆναι δ' ἐκ τῆς διανοίας καὶ τῶν ἐνθυμημάτων. Παραβαλῶ δ' ἐμαυτὸν Ἀναχάρσιδι οὐ μὰ Δία κατὰ τὴν σοφίαν, ἀλλὰ κατὰ τὸ βάρβαρος ὁμοίως εἶναι. Ἦν γὰρ ὁ μὲν σκύθης τῶν νομάδων σκυθῶν, ἐγὼ δὲ λίβυς τῶν λιβύων τῶν νομάδων. κοινὸν δὲ ἦν τὸ νέμεσθαι ἐμοί τε καὶ Ἀναχάρσιδι· κοινὸν οὐκ ἔσται καὶ τὸ βληχᾶσθαι νεμομένοις, ὅπως ἄν τις βληχήσηται. Οὕτως μὲν δὴ καὶ τὸ βαρβαρίζειν τῷ βληχᾶσθαι προσείκασα. Οὐκοῦν παύσομαι μηδὲν ἕτερον γράφων ἀλλ' ἢ εἰκόνας a)

III. ΜΗΤΡΙ ΚΑΙΣΑΡΟΣ.

Ἑκὼν ἑκὼν νὴ τοὺς θεοὺς καὶ πάνυ γε προθυμούμενος τὴν ἐμὴν Κρατίαν ἐξέπεμψα συνεορτάζουσάν σοι τὰ γενέθλια, καὶ αὐτὸς ἂν ἀφικόμενος εἰ ἐξῆν 1) Ἀλλὰ ἐμοὶ μὲν ἐμποδών ἐστιν ἀρχὴ γῦρος b) τῷ ποδὶ ἤδει c) οὖσα 2). Ὀλίγαι γὰρ ἡμέραι λοιπαὶ τῆς ἀρχῆς περιλείπονται, καὶ μᾶλλόν τε ἄσχολοι διὰ τὰς λειτουργίας· ὧν ἀπαλλαγεὶς ἔοικα δραμεῖσθαι πρὸς ὑμᾶς τῶν τὸν στάδιον τρε-

thes Anacharsis non admodum attice locutus fertur, sed laudem sententiis, atque animi conceptibus consecutus. Me autem contendo Anacharsidi non sapientia mehercule, sed barbarie. Ille enim fuit scythes e nomadibus scythicis, ego libs e nomadibus libycis. Commune igitur mihi cum Anacharside in pascuis victitare. Commune ergo erit nobis in pascuis et balare, quacumque demum ratione quis balet. Igitur et barbarismum meum balatui comparavi. Finem ergo huic scripto imponam in quo nihil, praeter imagines, inest.

MATRI CAESARIS.

Libens libens, deos testor, et plane gestiens meam Gratiam misi ad diem natalem tuum tecum celebrandum: atque ipse quoque venissem, si liceret. Sed me impedit consulatus, quo, veluti compede adhuc detineor. Pauci enim dies reliqui sunt magistratus mei, iique maxime ministeriis occupati: quibus curis solutus, promptius mihi videor properaturus ad vos, quam ii qui stadium currunt. Siqui-

a) Cod. αλλα εικονας. — b) Cod. γιρος. — c) Retineo ηδει, pro ἤδη, non sine causa, quia versum hexametrum esse apparet.

1) Lege huius libri epistulas X. XI.

2) Vix dubito quin Fronto in mente habuerit circulum illum quo romanus Popilius Antiochum regem circumscripsit. Certe voce γῦρος utitur Polybius de illo ipso facinore loquens XXIX. 11, itemque Plutarchus in loco quem laudat H. Stephanus in lex. gr. sub hac voce.

χοντων πολὺ προθυμότερον· ὡς ἐκεῖνοί γε βραχύτατον χρόνον ἐπὶ τῆς ὕσπληγος ἐπιστάντες, ἔπειτα ἀφεῖνται τρέχειν, ἐγὼ δὲ τοῦτον ἤδη μῆνα δεύτερον εἴργομαι τοῦ πρὸς ὑμᾶς δρόμου.

Ἐχρῆν δὲ ἄρα πάσας τὰς πανταχόθεν a) γυναῖκας ἐπὶ ταύτην τὴν ἡμέραν ἀθροίζεσθαι, καὶ ἑορτάζειν τὰ σὰ γενέθλια· πρώτας μὲν τῶν γυναικῶν τὰς φιλάνδρους καὶ φιλοτέκνους καὶ σώφρονας· δευτέρας δὲ ὅσαι b) ἄπλαστοι καὶ ἀψευδεῖς εἰσιν· τρίτας δὲ ἑορτάζειν τὰς εὐγνώμονας καὶ εὐπροσίτους καὶ εὐπροσηγόρους καὶ ἀτύφους. Πολλαὶ δ' ἂν καὶ ἄλλαι γυναικῶν τάξεις γένοιντο τῶν σοῦ μέρους τινὸς ἐπαίνου καὶ ἀρετῆς μετεχουσῶν c)· σοῦ μὲν ἁπάσας τὰς γυναικὶ πρεπούσας ἀρετὰς καὶ ἐπιστήμας κεκτημένης καὶ ἐπισταμένης· ὥσπερ ἡ Ἀθηνᾶ τέχνας ἁπάσας κέκτηταί τε καὶ ἐπίσταται· τῶν ἄλλων δὲ γυναικῶν ἕν τι d) τῆς ἀρετῆς μέρος ἑκάστης ἐπισταμένης, καὶ κατὰ τοῦτο ἐπαινουμένης· οἷος ὁ τῶν μουσῶν ἔπαινος ἐκ μιᾶς τέχνης καθ' ἑκάστην διῃρημένος.

Εἰ δ' ἦν ἐγὼ πρὸ θύραις εἰσαγωγεύς 1) τις εἶναι λαχὼν τῶν τῆς ἑορτῆς ἀξίων, πρώτας ἂν Ὁμήρῳ πειθόμενος 2) ἀπέκλεισα τὰς τὴν εὔνοιαν ψευδομένας καὶ πλαττομένας· καὶ ἕτερον μέν τι κευθούσας ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ λεγούσας, ἅπαντα δὲ τὰ ἀπὸ γέλωτος μέχρι

dem hi brevissimo tempore ad carceres detenti, deinde in cursum emittuntur; ego autem altero iam mense, quominus ad vos curram, impedior.

Oporteret autem omnes undique feminas ad hanc diem congregari, tuumque natalem celebrare. Primum quidem mulieres virorum et prolis amantes et pudicas. Deinde omnes sinceras et veridicas. Tertio loco fide praeditas et faciles et comes et non superbas. Alii multi praeterea ordines feminarum erunt, quae virtutum tuarum partem aliquam attingant: quum tu quidem cunctas mulieri convenientes virtutes ac dotes et teneas et noscas, ut Minerva scilicet cunctas artes et tenet et novit; ceterarum vero mulierum partem aliquam virtutis unaquaeque possideat, eoque ex capite laudetur: qualis nimirum Musarum est laus, quae in singulas ab una arte tribuitur.

Quod si ego pridem ianuae praefectus feminas ad te inducerem, quae festi dignae essent; primum quidem, de Homeri sententia, eas excluderem, quae benivolentiam mendaciter fingunt, et aliud mente celant, aliud loquuntur, et cuncta a risu usque ad lacrymas simu-

a) Cod. παντaχοδεν. — b) Cod. οσοι. — c) Cod. μετεχων. — d) Cod. ενι.

1) Magister admissionum, *maestro di camera, ciamberlano.*

2) Iliad. ι. v. 312.

'ακρύων προσποιημένας 1) ὅ τοι γέλως οὕτως τὸ πρὶν ἄδολος εἶναι πεφυκὼς ὡς καὶ τοὺς ὀδόντας τῶν γελώντων ἐδιδεικνύειν, εἰς τοσοῦτον ἤδη περιέστηκεν κακομηχανίας καὶ ἐνέδρας, ὡς καὶ τὰ χείλη ρύπτειν τῶν ἐξ ἐπιβουλῆς προσγελώντων.

Γυναικεία δή τις αὕτη θεὸς παρὰ ταῖς πλείσταις τῶν γυναικῶν θρησκεύεται ἡ Ἀπάτη· τίς γοῦν Ἀφροδίτης τόκ(ος) ἐκ πολλῶν τινων καὶ ποικίλων θηλειῶν κατασκευασάμενος 2) ..

'ant. Quum enim risus natura sua tam sit sincerus, ut dentes etiam ridentium ostendat, idem in tantum malitiae et insidiarum iam venit, ut et labia occulat eorum qui dolose rident.

Quoddam a plerisque mulieribus colitur femineum numen Fraus. Est autem haec nescio quae Veneris proles ex multis et variis feminis concreta . . .

IIII. (DOMINO MEO CAESARI FRONTO *a*).)

Posterioribus litteris tuis, cur orationem in senatu non recitaverim requisisti. At ego et edicto gratias agere Domino meo patri tuo debeo; sed edictum quidem circensibus nostris proponam 3), cuius principium id ipsum erit:—Qua die primum beneficio maximi principis ederem spectaculum 4) gratissimum populo maximeque populare, tempestivom *b*) duxisse gratias agere, ut idem dies *c*)—Hic aliqua sequatur *d*) tulliana conclusio. Orationem autem in senatu recitabo augustis idibus. Quaeras fortasse cur tarde? quoniam ego numquam primum officio sollemni quoquo modo fungi propero. Sed, ut tecum agere debeo sine fuco et sine ambagibus, dicam quid cum animo meo reputem. Divom Hadrianum avom tuum laudavi in senatu saepenumero studio inpenso et propenso quoque: et sunt orationes istae frequentes in omnium

Inedita in codice vaticano

a) In codice spatium vacuum relinquitur unius versus, fortasse ob scribendum epistulae titulum, quod ego feci. — *b*) Ita cod. heic et inferius *o* pro *u*. — *c*) Mirum *idem dies*, quum in eodem ambitu scriptum fuerit *qua die*. — *d*) Ita recte codex, non *sequetur*.

1) Conf. Hieronymum epist. XXII. 29.

2) Pagina altera huius folii legi nequit. Habemus ergo praeclaram et festivam de dea Fraude narrationem seu potius fabulam Frontonis.

3) Consules edebant ludos circenses. Symmach. epist. lib. VII. 4. 7. 8. IX. 126. Edictum et spectaculum memorat etiam Plinius in adeundo suo consulatu paneg. cap. 92.

4) Satis hinc apparet, pecuniam ad ludos edendos a principe fuisse suppeditatam; qui pius mos Antoninorum fuit. Legesis Capitolinum in Pio cap. VIII. et Frontonem in epistula qua Gavium Clarum Vero augusto commendat.

manibus 1). Hadrianum autem ego, quod bona benia *a*) pietatis tuae 2) dictum sit, ut Martem Gradivom, ut Ditem patrem, propitium et placatum magis volui, quam amavi. Quare *b*)? quia ad amandum fiducia aliqua opus est et familiaritate: quia fiducia mihi defuit 3), eo quem tantopere venerabar, non sum ausus diligere. Antoninum vero ut solem, ut diem, ut vitam, ut spiritum, amo, diligo, amari me ab eo sentio. Hunc nisi ita laudo, ut laudatio mea non in actis senatus abstrusa lateat, sed in manibus hominum oculisque versetur, ingratus sum etiam adversus te. Tum, quod cursorem fugitivum ferunt dixisse: domino sexagena currebam, mihi centena ut fugiam curram * ; ego quoque quom Hadrianum laudabam, domino currebam; hodie autem mihi curro, mihi inquam, meoque ingenio hanc orationem conscribo. Ad meum igitur commodum faciam, lente, otiose, clementer. Tu si et valde properas, aliter te interim oblecta: basia patrem tuum, amplectere, postremo ipse eum lauda. Ceterum quidem in idus augustas 4) tibi expectandum est ut quidvis qualevis audias. Vale, Caesar, et patrem promerere; et si quid scribere vis, lente scribe 5).

V. MI FRONTO CONSUL *c*) AMPLISSIME.

ita in co- ticano.

Manus do, vicisti: tu plane omnis, qui umquam amatores fuerunt, vicisti amando. Cape coronam; atque etiam praeco

* *M.* Cursor fugitivus dixit: sexagena domino currebam; cur mihi centena non curro, ut fugiam?

a) Ita cod. pro *venia*. — *b*) *Quare* deest in textu; est tamen in margine, ubi repetitur sententia. Ibidem inverso ordine scribitur, *aliqua fiducia*. — *c*) Tò *mi* scribitur litteris inclinatis, ut marginis lemmata. Vocis *Fronto* videor mihi cernere aliquod vestigium. Tò consul ipse suppleo. Est autem in codice spatium his vocibus vacuum relictum, vel potius elutum, ante *amplissime*, quae postrema vox evidentissima est.

1) Ex Dione Cassio LXIX. 18. notum est, Frontonem sub Hadriano praecipuum oratorem Romae fuisse existimatum.

2) Filius veluti Hadriani Marcus, quia iussu eius ab Antonino in adoptionem lectus. Capitol. in Marco cap. V.

3) Nimirum Hadrianus invidia et aemulatione impulsus oratores quoque depresserat, teste Suida voc. Ἀδριανός: ideoque Fronto calamitate suae artis territus, modeste se gerebat coram Hadriano. Declamationes Hadriani aug. legebat adhuc Photius cod. 100. p. 275.

4) Ergo scripta est haec epistula ante illam *Fratrem meum beatum*; immo et ante alias aliquot [illegible].

5) Confer ipsius Marci Aurelii epistulam lib. I. 9.

pronuntiet palam pro tuo tribunali victoriam istam tuam: ·M· Κορνήλιος Φρόντων ὕπατος νικᾷ, στεφανοῦται τὸν ἀγῶνα τῶν μεγάλων φιλοτησίων 1). At ego, quamquam superatus, tamen nihil de mea prothymia * decessero aut defecero. Igitur tu quidem me *a*) magis *b*) amabis *c*) quam ullus hominum ullum hominem amat; ego vero te, qui minorem vim in amando possideo *d*), magis amabo quam ullus hominum te amat: magis denique quam tu temet ipsum amas. Iam mihi cum Gratia certamen erit, quam timeo ut superare possim. Nam illius quidem, ut Plautus ait 2),—amoris imber grandibus guttis non vestem modo permanavit, sed in medullam ultro fluit *-.

Quas tu litteras te ad me existimas scribsisse *e*)! Ausim dicere, quae me genuit atque aluit nihil umquam tam iucundum tamque mellitum eam ad me scripsisse. Neque hoc fit facundia aut eloquentia tua: alioqui non modo mater mea, sed omnes qui spirant, quod faciant *f*) confestim tibi cesserint: sed istae litterae ad me tuae neque *g*) disertae neque doctae, tanta benignitate scatentes, tanta adfectione abundantes, tanto amore lucentes, non satis proloqui possum ut animum meum gaudio in altum sustulerint, desiderio fraglantissimo *h*) incitaverint *; postremo, quod ait Nevius, animum amore capitali * conpleverint.

Illa alia *i*) epistula tua, qua indicabas cur tardius orationem, qua laudaturus es Dominum meum, in senatu prolaturus esses, tanta voluptate adfecit *k*), ut temperare non potuerim; et videris tu an temere fecerim; quin eam ipsi patri meo

* *M*. Delectatione. — * *M*. In alio pluit. — * *M*. In alio incenderint. — * *M*. Amor capitalis.

a) Ita 2. manu; at 1. *mea*. — *b*) Ita cod. 1. manu; at 2. male *magister*. — *c*) Cod. *ambis*; sed *a* fortasse superposita. — *d*) Cod. *habeo possideo*, tum *habeo* expunctum. — *e*) Ita cod. at mox *scripsisse*, cuiusemodi inconstantia veteres scripturae pleraeque omnes laborant. — *f*) Num pro *facient*? — *g*) Ita cod. 2. manu; at 1. *denique*. — *h*) Ita cod. ut supra lib. I. 2, et infra II. 13. — *i*) *Alia* additum 2. manu. — *k*) Supple *me*, praesertim quia in codice est litura *ut et*, expuncta mox *et*.

1) Confer lib. I. 10. De voce φιλοτήσια lege Athenaeum XI. 14. ff. 106. Heic autem studiose adnotemus praeconum in ludorum victoriis elegantem formulam.

2) Plautus mostell. I. 2. 62: *continuo pro imbre amor advenit in cor meum;—is usque in pectus permanavit, permadefecit—cor meum.*

recitarem. Quanto opere *a*) autem eum iuverit *b*), nihil me oportet persequi, quom *c*) tu et illius summam benivolentiam et tuarum litterarum egregiam elegantiam noris. Sed ex ea re longus sermo nobis super te exortus est, multo multoque longior, quam tibi et quaestori *d*) tuo de me. Itaque nec tibi dubito ibidem in foro diu tinnisse auriculas. Conprobat igitur Dominus meus et amat causas propter quas recitationem tuam in longiorem diem protulisti *e*) . . .

VI. (AURELIUS CAESAR FRONTONI)

ita in codice Vaticano. Sane si quid Graeci veteres tale scripseruut, viderint qui sciunt: ego, si fas est dicere, nec ·M· Porcium tam bene vituperantem, quam tu laudasti 1), usquam advorti. O si Dominus meus satis laudari posset, profecto a te satis laudatus esset! Τοῦτο τὸ ἔργον οὐ γίνεται *f*) νῦν. Facilius quis Phidian, facilius Apellen, facilius denique ipsum Demosthenen *g*) imitatus fuerit, aut ipsum Catonem, quam hoc tam effectum et elaboratum opus. Nihil ego umquam cultius, nihil antiquius, nihil conditius, nihil latinius legi. O te hominem beatum hac eloquentia praeditum! o me hominem beatum huic magistro traditum! o ἐπιχειρήματα! o τάξις! o elegantia! o lepos! o venustas! o verba! o nitor! o argutiae! o kharites! *h*) o ἄσκησις! o omnia! Ne valeam, nisi aliqua die virga *i*) in manus tibi tradenda erat, diadema circumponendum, tribunal ponendum: tum praeco omnis nos citaret: quid nos dico? omnis, inquam, philolo-

a) Ita cod. 2. manu, at 1. *quantopere*. — *b*) Ita 1. manu; at 2. *iuverint*, quod emendator posuit κατὰ πρόληψιν ex subsequente *tuarum litterarum*. — *c*) Cod. 1. manu *quo*, 2. *cum*; erat autem scribendum frontoniano prisco more *quom*. — *d*) Cod. *questori*. — *e*) Desiderari puto paginas quatuor; mihi enim videtur hoc folium (cod. p. 158. 157. 172. 171.) intimum quaternionis quarti. Utique folium 166-165. cohaeret cum folio 164-163, in quo est pars epistulae filius graecae quae in mea editione est huius libri secunda. Iam sicuti hians finis eius graeci folii in initio sequentis latini *posterioribus litteris* etc. continuari non potest; ita ne pagina quidem 172. continuari potest in p. 166. *sane si quid Graeci;* si certe, ut dixi, hoc est intimum quaternionis quarti folium: quod nisi ita esset, ne superioris quidem epistulae titulus *amplissime*, qui est in extrema pagina 157, pertineret ad epistulam quintam, cuius verba *manus do* sunt initio p. 172. — *f*) Ita cod. 2. manu; at 1. γείνεναι. — *g*) Cod. sine adspiratione. — *h*) De *k* pro *c* Longus p. 2218, et Scaurus p. 2253. — *i*) In codice secunda manus superposuit *aliqua*, quae lectio improbabilis est ob praecedens similé vocabulum.

1) Loquitur Marcus de Frontonis panegyrico ad Antoninum Pium dicto: quare hinc rursus patet partem hanc epistulae non pertinere ad superioris folii epistulam, ubi is panegyricus dicitur nondum recitatus.

os et disertos istos: eos tu singulos virga perduceres, veris moneres. Mihi adhuc nullus metus huius monitionis erat; iulta supersunt ut in ludum tuum pedem introferam. Haec um summa festinatione ad te scribo: nam quom *a*) Domini iei ad te epistulam mitterem tam benignam 1), quid meis lonioribus litteris opus erat? Igitur vale, decus eloquentiae roianae, amicorum gloria, μέγα πρᾶγμα, homo iucundissime, onsul amplissime, magister dulcissime.

Postea cavebis de me, praesertim in senatu, tam multa mentiri 2). Horribiliter *b*) scripsisti hanc orationem. O si ad singula apita caput tuum *c*)basiare possem! ἰσχυρῶς πάντων καταπεφρόνηκας. Iac oratione lecta, frustra nos studemus, frustra laboramus, rustra nervos contendimus. Vale semper, magister dulcissime 3).

VII. MAGISTRO MEO.

Ego ab hora quarta et dimidia in hanc horam *d*) scripsi, et Jatonis multa legi, et haec ad te eodem calamo scribo, et te sauto, et quam commode agas sciscitor. O quamdiu te non vidi* ! — Inedita in codice vaticano. — * Q. IIII.

VIII. (VERUS 4) FRONTONI MAGISTRO SUO.)

...deatur. Polemona 5) ante hoc triduum declamantem audivi 6) ἵνα τι καὶ περὶ ἀνθρώπων λαλήσωμεν. Si quaeris quid visus sit

a) Ita cod. 1. manu; at 2. *cum*. — *b*) Ex graeco δαιμονίως aut δεινῶς. — *c*) Cod. *tum*. — *d*) Cod. *oram*.

1) Puta illam epistulam quae est secunda in libro ad Pium.

2) Nimirum Fronto in eo panegyrico Iarcum quoque Caesarem laudaverat. Confer lib. II. 2. Locum hunc ·M· Aurelii imitari videtur Augustinus, harum litterarum (ut dixi lib. II. p. 27. n. 4.) ector, de ord. II. §. 54, de officioso mico loquens his verbis: *qui de nobis solet libenter multa mentiri*.

3) Amantiores vel maiore emphasi scribi litteras a nemine posse credo.

4) In clausula epistulae se dicit Verum is qui scribit. Iam ipsum Marcum num esse nomine Veri, donec adepto imperio, nomen illud in fratrem transtulit, tradit Capitolinus non semel in ius vita. Satis autem e codice ipso cognoscitur, hanc epistnlam contineri libro II. ad ·M· Caesarem. Scripta videtur Neapoli, nam sequens, quae cum hac in eodem folio connectitur, Neapoli data est.

5) In Polemonis vita apud Philostratum I. 25. extat quoddam iudicium Marci ipsius de Polemone; nec non Dionysii milesii in huiusmet vita apud eundem Philostratum cap. IIII. Polemonis graecas declamationes exaequare videtur latinis Quintiliani Hieronymus comm. ad Gal. lib. III. prol. *Si quis eloquentiam quaerit, vel declamationibus delectatur, habet in utraque lingua Demosthenem et Tullium, Polemonem et Quintilianum*.

6) Marci studium audiendi declamatores testatur Capitolinus cap. III.

mihi, accipe *. Videtur mihi agricola strenuus, summa sollertia praeditus, latum fundum in sola segete frumenti et vitibus occupasse, ubi sane et fructus pulcherrimus et reditus uberrimus. Sed enim nusquam in eo rure ficus pompeiana, vel holus aricinum, vel rosa tarentina, vel nemus amoenum, vel densus lucus, vel platanus umbrosa *: omnia ad usum magis quam ad voluptatem, quaeque magis laudare oporteat, amare non libeat 1). Satis ne ego audaci consilio et iudicio temerario videar, cum de tantae gloriae viro existimo? Sed quom *a*) me recordor tibi scribere, minus me audere, quam tu velis arbitror.

Nos istic vehementer aestuamus.

Habes et hendecasyllabum ingenuum. Igitur prius quam poetare incipio, pausam tecum facio. Vale desiderantissime homo et tuo Vero carissime, consul amplissime, magister dulcissime. Vale mi semper, anima dulcissima.

VIIII. .M. AURELIUS CAESAR CONSULI SUO ET MAGISTRO SALUTEM.

Postquam ad te proxime scripsi, postea nihil operae pretium *b*) quod ad te scriberetur, aut quod monitum ad aliquem modum iuvaret. Nam διὰ τῶν αὐτῶν fere dies tramisimus. Idem theatrum, idem *c*) otium, idem desiderium tuum. Quid dico idem? immo id cottidie novatur et gliscit. Et quod ait Laberius de amore, suo modo καὶ ἐπὶ ἰδίᾳ μούσῃ,—amor tuus tam cito crescit quam porrus, tam firme *d*) quam palma—; hoc igitur ego ad desiderium verto, quod ille de amore ait. Volo ad te plura scribere, sed nihil suppetit. Ecce quod in animum venit. Encomiographos istos audimus, graecos sci-

* *M.* Laus eloquentiae solidae, cui desunt flores, ubi latus fundus in sola segete frumenti et vitibus occupatur.

* *M.* Ficus pompeiana, olus *e*) aricinum, rosa tarentina, lucus densus, platanus umbrosa.

a) Cod. *quam*. — *b*) Cod. *praetium*. — *c*) Cod. *item*. — *d*) Cod. *quamfirme*. — *e*) Ita hic cod. sine adspiratione.

1) Contra apud Dionys. halic. de vi Demosth. cap. XXXII. comparatur demosthenica dictio agro fertili et uberi, in quo tum nihil ad vitam necessarium tum etiam nihil ad delectationem desideretur. Eadem similitudine utitur Quintilianus inst. VIII. 3. Quare licet suspicari, Marcum ex ill. libris hanc adamussim imaginem in epistulam suam transtulisse.

›et, sed miros mortales: ut ego qui a graeca litteratura tanm absum, quantum a terra Graecia 1) mons Caelius meus 2) ›est, tamen me sperem illis conparatum, etiam Theopompum quiperare posse: nam hunc audio aput Graecos disertissium natum esse. Igitur paene me opicum animantem ad graeum *a*) scripturam perpulerunt homines, ut Caecilius ait,— ıcolumi inscientia—. Caelum neapolitanum plane commodum, d vehementer varium. In singulis scripulis horarum frigiius aut tepidius aut horridius fit. Iam primum media nox pida, laurentina: tum autem gallicinium frigidulum, lanuium: iam conticinnum *b*) atque matutinum atque diluculum sque ad solis ortum, gelidum, ad Algidum maxime *c*): exim nte meridiem apricum, tusculanum: tum meridies fervida, uteolana. At enim ubi sol latum ad oceanum profectus, fit lemum caelum modestius, quod genus tiburtinum. Id vespera t concubia nocte « dum se intempesta nox, ut ait ·M· Porius, praecipitat » eodem modo perseverat. Sed quid ego, ui me *d*) paucula scripturum promisi, deleramenta *e*) masuiana 3) congero? Igitur vale, magister benignissime, consul mplissime; et me quantum amas, tantum desidera.

X. CAESARI SUO CONSUL 4).

Meum fratrem 5) beatum, qui vos in isto biduo viderit! At ego Romae hereo conpedibus aureis 6) vinctus 7): nec ali-

a) Cod. *a graeca*; sed quia sequitur *scripturam*, sic emendare oportuit. — *b*) Ita cod. *conicinnum*. Vulgo *conticinium*. Macrobius sat. I. 3. scribit *conticuum*. Sed Censorinus cap. ult. *onticinium*. — *c*) In codice interpungitur ante *maxime*. — *d*) Cod. *me qui*. — *e*) Ita cod. *e* pro *i*. Huius ergo nominatim vocabuli scripturam eiusmodi paene frustra improbat Beda apud Putsch. p. 2783, iubetque scribere *deliramenta*. (gr. λήρημα.)

1) Sic loquitur Gellius XI. 1. XIX 9.

2) Quia scilicet Marcus in Caelio natus est. Capitol. cap. I.

3) Masurius celebrem de iure civili librum scripsit, quem Persius V. 90. rubricam appellat. *Rubricam* autem, ut vulgarem tritamque doctrinam, spernit quodammodo Quintilianus inst. XII. 3. Hic ergo Marcus loquitur de quotidianis rebus et flocci faciendis.

4) Quum haec epistula sit in cod. pag. 108, sequens autem *Gratiam meam* sit in p. 107; soleantque omnes Frontonis paginae esse numero inverso, propter duas palimpsesti scripturas inversas, sequitur ut merito existimem, me rectum ordinem epistularum hoc folio ponere, licet imaginem codicis in his duabus apud me non habeam.

5) Fratris, cum quo concordissime vixit, meminit Fronto etiam in epistulis de nepote amisso, et ad ·L· Verum.

6) Sic loquitur de senatore Claudius imp. apud meum Porphyrogenitum in eclogis Script. vet. T. II. p. 208.

7) Consulatu scilicet. Confer ep. III. gr.

ter kal. sept. expecto 1) quam superstitiosi stellam, qua visa ieiunium polluant 2). Vale, Caesar, decus patriae et romani nominis. Vale, Domine.

XI. DOMINO MEO.

Gratiam meam misi ad diem natalem matris tuae celebrandum, eique praecepi ut istic subsisteret quoad ego venirem. Eodem autem momento, quo consulatum eiuravero 3), vehiculum conscendam, et ad vos pervolabo. Interim Gratiae meae nullum a fame periculum fore fide mea spopondi: mater enim tua, particulas a te sibi missas cum clienta communicabit. Neque est Gratia mea, ut causidicorum uxores feruntur, multi cibi: vel osculis matris tuae contenta erit *a*). Sed enim quid me fiet? Ne osculum quidem usquam ullum est Romae residuum. Omnes meae fortunae et *b*) mea omnia gaudia Neapoli sunt. Oro *c*) te, quis iste mos est pridie magistratus eiurandi? Quid quod ego paratus sum, dum ante plures dies eiurem, per plures deos *d*) iurare? Quid est autem, quod iuraturus sum me consulatu abire? Ego vero etiam illud iuravero, me olim consulatu abire cupere, ut ·M·Aurelium conplectar.

XII. CONSULI ET MAGISTRO MEO OPTIMO.

Hoc sane supererat, ut super cetera quae insigniter erga nos facis, etiam Gratiam mitteres huc . . .

XIII. (CONSULI ET MAGISTRO MEO OPTIMO.)

. . . adfinitate sociatum, neque tutelae subditum: praeterea in ea fortuna constitutum, in qua, ut ·Q· Ennius ait,—

a) Desunt aliquot verba in editione mediol. — *b*) Cod. *de*. — *c*) Cod. *orto*. — *d*) Cod. 1. manu *dies*; 2. *deos*.

1) Consul bimestris fuit Fronto, teste Ausonio in gratiarum actione. Eo tempore is abfuit a ·M· Aurelio, qui Neapoli cum matre versabatur. Fronto consulatu abiit kal. septembribus.

2) Athenaeus IIII. 14: *ὥσπερ νηστείαν ἄγοντας, καὶ περιμένοντας τὸ ἀνατέλλον ἄστρον, οὗ φασι μὴ φανέντος οἱ τὴν χρηστὴν ταύτην φιλοσοφίαν εὑρόντες νόμιμον εἶναι μηδενὸς γεύεσθαι*. Nigidius apud Isidorum orig. XX. 2: *nos ipsi ieiunia ientaculis levibus polluimus*. Tertullianus de ieiun. XVI. *fidem abstinentiae affectant, et stellae auctoritatem demorantis suspirant*.

3) Herodianus hist. IIII. 8: *εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν προτ.θέασιν· ἔνθα οἱ Ῥωμαίων ἄρχοντες ἀπόμνυνται*. Sic Plinius paneg. cap. LXV. Et Cicero de rep. I. 4.

omnes dant consilium vanum, adque *a*) ad voluptatem omnia *b*).—Item quod Plautus egregie in Colace 1) super eadem re ait:

Qui data fide firmata fidentem fefellerint,
Subdoli subsentatores, regi qui sunt proximi,
Qui aliter regi dictis dicunt, aliter in animo habent.

Haec enim olim incommoda regibus solis fieri solebant: at enim nunc adfatim sunt qui et regum filiis 2), ut Nevius ait,

Linguis faveant adque adnutent et subserviant.

Merito ego, mi magister, fraglo; merito unum meum σκοπὸν mihi constitui; merito unum hominem cogito, quom stilus in manus venit. Hexametros meos *c*) iucundissime petis, quos ego quoque confestim misissem, si illos mecum haberem. Nam librarius meus, quem tu nosti, Anicetum 3) dico, cum proficiscerer, nihil meorum scribtorum mecum misit. Scit enim morbum meum, et timuit, ne si venissent in potestatem, quod soleo facerem, et in furnum dimitterem. Sane istis hexametris *d*) prope nullum periculum erat. Ut enim verum magistro meo confitear, amo illos *e*). Ego istic noctibus *f*) studeo: nam interdiu in theatro consumitur 4). Itaque minus ago vespere *g*) fatigatus, luce dormitans. Feci tamen mihi per hos dies excerpta ex libris sexaginta in quinque tomis 5):

a) Ita cod. — *b*) In ed. mediol. desunt aliquot verba huius epistulae. — *c*) De hexametris Marci ad Frontonem missis recole epistulam huius libri primam; quae res viciniam temporis epistularum harum suadere videtur. — *d*) Cod. sine *h*. — *e*) Ergo videntur illi ipsi, qui missi dicuntur ep. lib. II. 1. — *f*) In schedis meis supra *noctibus* video scriptum *confiteor*, quod tamen heic locum non habet. — *g*) Ita cod. quamquam Charisius, lib. II. p. 198. ed. Putsch. locum citans, per *a* scribit - Aurelius Caesar ad Frontonem II: *vespera fatigatus, luce dormitans.* Item Charisius - Fronto vero ad Antoninum quinto; *ad eum vespera in triduum mittant.* ·M· Aurelius I. 3, II. 9. *vespera*; sed idem de nep. am. I. *vesperi*, sexto item casu.

1) Est haec ex deperditis Plauti fabulis.

2) Confer in testimoniis Marcum ipsum de rebus suis I. ff. 11.

3) ·*M*· *Magius Anicetus* est inter eos qui anno urbis DCCCXCIII, Pio III. et ·M· Aurelio coss. pecuniam contulerunt ad templum quoddam ampliandum. Anicetus item est in base capitolina hadriani aevi inter vicorum rom. magistros. Denique *Anicetus Homullae libertus.* (de Homulo Capitol. in Pio XI, et in Marco VI.) Gruter. CXXVII. CCLI. LXXXIIII. 2. Tum apud Murator. inscr. CMXCV. 8. *Anicetus Caesaris ·N· ser*. Rursus apud eundem inscr. M. 1. *Anicetus Aug. lib. Priscianus*. Nihil moror *Anicetum* Neronis libertum, necandae matris suasorem, Tacit. annal. XIV. 3.

4) Marci indulgentiam ob quam descendere in theatrum et spectaculis interesse nonnumquam patiebatur, narrat Capitolinus cap. IIII.

5) Tomus est volumen papyraceum.

sed cum *a* leges sexaginta *b* inibi sint *c* et novianae, et atellaniolae *d*, et Scipionis 1 oratiunculae, ne tu numerum nimis expavescas. Polemonis tui quoniam *e* meministi, rogo ne Horatii memineris, qui mihi cum Polione est emortuus *f*). Vale mi amicissime, vale mi amantissime, consul amplissime, magister dulcissime, quem ego biennio iam non vidi. Nam quod aiunt quidam duos menses interfuisse, tantum dies numerant. Erit ne quom te videbo?

XIIII. AMPLISSIMO CONSULI MAGISTRO SUO .M. CAESAR SALUTEM.

Anno abhinc tertio me commemini cum patre meo a vindemia redeunte 2) in agrum Pompei Falconis 3) devertere. Ibi me videre arborem multorum ramorum, quam ille suum nomen catachannam 4) * nominabat *g*). Sed illa arbor mira et nova visa est mihi in uno trunco omnia omnium ferme germina . . .

* *M.* Arbor catachanna 5).

a) Suprascriptum in schedis *tum*. — *b*) Vix dubito quin *sexaginta* delendum sit, utpote a librario ex praecedentibus repetitum. — *c*) Cod. *sunt*. — *d*) Num dicendum *novianae atellaniolae*, quoniam Novius apud Macrob. sat. I. 10. probatissimus dicitur atellanarum scriptor? — *e*) Cod. *quam*. — *f*) De his mortuis recole lib. I. 5; quod est fortasse indicium viciniae harum epistularum, si certe temporum ratio habeatur. — *g*) Sic fere Livius I. 1. cui *Ascanium parentes dixere nomen*.

1) Africani minoris. Nam superioris nullum extitisse scriptum, testis est Cicero de off. III. 1.

2) Cum Antonino Pio, quem Capitolinus in eius vita cap. XI. ait *vindemias privati modo cum amicis egisse*.

3) Ad Pompeium Falconem extant plures Plinii epistulae. Ad Pomponium (non Pompeium) Falconem tradit Ulpianus dig. XXVIII. 3. 6. ff. 7. scriptam ab Hadriano epistulam de casibus infecti testamenti.

4) Nomen arboris in latina lingua novum et hebraeae vel punicae, ut videtur, originis. Isidorus etym. XVII. 7. *Sciendum quod latinum canna de lingua hebraea sumptum est; apud eos enim calamus canna dicitur*. Plinii verba XVII. 15. de hac arbore notavit ill. Niebuhrius. *Tot modis insitam arborem vidimus iuxta tiburtes Tullias* (num *tilias?*) *omni genere pomorum onustam, alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, piris, punicis malorumque generibus. Sed huic brevis fuit vita*.

5) Nunc demum Fronto lectionem veram Spartiani in Hadr. cap. XVI demonstrat, quam reapse Salmasius atque Turnebus in mss. Spartiani viderant, nempe pro *catacrianos* libros obscurissimos, legerunt *catachannas* (qu... Front. constanter *catach*. cum ... etc. Sic noster iterum de oration. I. ... *confusam eloquentiam catachannae ritu*.

XV. (.M. CAESAR MAGISTRO SUO.)

. . . et 1) meus me alipta 2) faucibus urgebat *a*). Sed quae, inquis, fabula? Ut pater meus a vineis domum se recepit, ego solito more equom inscendi, et in viam profectus sum, et paululum provectus. Deinde ibi in via sic oves multae conglobatae adstabant, ut *b*) locus solitarius, et canes quattuor et duo pastores, sed nihil praeterea. Tum pastor unus ad alterum pastorem, postquam plusculos equites vidit, vide tibi *c*) istos equites, inquit, nam illi solent maximas rapinationes *d*) facere. Ubi id audivi, calcar equo subringo, ecum *e*) in ovis inigo. Oves consternatae disperguntur: aliae alibi palantes balantesque oberrant. Pastor furcam intorquet; furca in equitem, qui me sectabatur, cadit. Nos aufugimus. Eo pacto qui metuebat ne oves amitteret, furcam perdidit. Fabulam existimas? res vera est. At *f*) etiam plura erant quae de ea re scriberem, nisi iam me nuntius in balneum arcesseret. Vale, mi magister dulcissime, homo honestissime et rarissime, suavitas et caritas et voluptas mea.

XVI. MAGISTRO MEO.

Gratia minor effecit *g*) quod Gratia maior 3) fecit; *h*) et sollicitudinem nostram vel interim minuat vel iam omnino de-

a) Ita cod. Nisi forte scribendum est *unguebat*. Sed minime. Nam Commodus ipse a suo alipta faucibus, quasi arte exercitii, brachiorum nodo validius pressis, exanimatus est. Victor in eo. — *b*) Ita cod. nisi mavis *et*. — *c*) Cod. *videbitibi*. — *d*) *Rapinatores* dederat Nonius ex Varrone et Lucilio; nunc ·M· Aurelius etiam *rapinationes*. — *e*) Ita cod. pro *equum*. — *f*) Cod. *ad*. — *g*) Cod. *minorefecit;* neque tamen legendum arbitror *minore fecit*, sed *minor effecit*. Est autem *effecit* fortasse pro *efficit*, *e* pro *i*, prisco scribendi modo. — *h*) Dic *ut*.

1) Quoniam haec acephala epistula in alio est codicis folio, idcirco eam a superiore fragmento separandam curavi, quia consulis salutatione clausula caret, ut et sequentes epistulae usque ad libri finem, quae omnes continuae sunt post hanc: ideoque et haec statim post depositum consulatum a Frontone scripta videtur.

2) Cicero ad famil. I. 9: *salutis medici, aliptae etiam virium et coloris rationem haberi volunt.*

3) Intellige uxorem filiamque Frontonis. Infra lib. IIII. 6, uxor dicitur simpliciter Gratia, filia vero Gratia minuscula. Equidem, ut observat Oliverius ad marm. pisaur. inscr. LXIX, more romano filia dicenda fuisset potius *Cornelia* a patre (non vero *Aufidia* a viro, ut Antonius Augustinus falso putavit:) sed tamen etiam Marcus unam e filiabus appellavit *Cornificiam* a sorore sua *Cornificia;* aliisque item filiabus varia nomina imposuit.

tergeat. Ego tibi de patrono meo ·M· Porcio gratias ago quod eum crebro lectitas. Tu mihi de ·C· Crispo timeo ut un quam gratias agere possis: nam uni ·M· Porcio me dedica atque despondi atque delegavi. Hoc etiam ipsum ATQUE und putas? ex ipso furor 1) a).Perendinus dies meus festus erit si certe tu venis. Vale, amicissime et rarissime homo, du cissime magister b). Die c) senatus 2) huius magis hic futuri quam illuc d) venturi videmur. Sed utrumque in ambigu est. Tu modo perendie veni, et fiat quod volt. Semper n vale, animus meus. Mater mea te tuosque salutat.

XVII. M. CAESAR e) MAGISTRO SUO.

Tu cum sine me es Catonem legis: at ego, cum sine t sum, causidicos in undecimam horam audio. Equidem veli istam noctem, quae sequitur, quam brevissimam esse. Tant est minus lucubrare, ut te maturius videam. Vale, mi magi ster dulcissime. Mater mea te salutat. Spiritum vix habeo ita sum defessus.

XVIII. ·M. CAESAR f) MAGISTRO SUO SALUTEM DICIT.

Profecto g) ista tua benignitate magnum mihi negotium peperisti. Nam illa cottidie tua Lorium h) 3) ventio, illa i serum expectatio . . .

a) Cod. *furore*. Et quidem in ipso codice fortasse deleta est *e*. — b) Desunt duo haec ver in ed. mediol. — c) Cod. *de;* quod si retines, subintelligendum aut addendum videtur consul — d) Schedae *illic*. — e) Verba ·*M*· *Caesar* a me adduntur; puto enim fuisse in codice, I fortasse oblitterata: alioqui Marcus diceret *magistro meo*. — f) Heic item apparet, necessaria verba ·*M*· *Caesar*, quae in oblitteratione codicis latent, ut meae me schedae docent. — g) C *proficio*. — h) Ita schedae. Olim edidi *in Lorium*.

1) Ex Catone videlicet, qui certe repetit quater *atque* initio orationis pro Rhodiensibus apud Gell. VII. 3.

2) Infra ad Anton. imp. I. 5: *senatus dies intercessit*.

3) Lorium Antonini Pii villa, ubi etiam extinctus est, ad duodecimum ab urbe lapidem, inter Romam et Alsium Vide Capitol. in Pio cap. XII, Ant nin. itiner. p. 290, Eutrop. breviar. VII 4. E villa Lorio scripsit ·M· Aureli ad smyrnaeos mystas epistulam gr cam, quam laudo lib. I. ad ·M· A toninum augustum ep. III.

QUI SEQUUNTUR LIBRI III. IIII. V.
AD ·M· CAESAREM,
ITEM LIBER I AD ANTONINUM IMP.,
INEDITI ERANT IN CODICE VATICANO.

·M· CORNELII FRONTONIS

EPISTULARUM

AD ·M· CAESAREM ET INVICEM

LIBER TERTIUS.

I. (CAESARI SUO FRONTO.)

. . . *Oratio*, *nisi gravitate* verborum honestatur, fit plane inpudens atque inpudica 1). Denique idem tu, quom in senatu vel in contione populi dicendum fuit, nullo verbo remotiore usus es, nulla figura obscura aut insolenti: ut qui scias eloquentiam Caesaris tubae similem esse debere, non tibiarum, in quibus minus est soni, plus difficultatis * 2).

II. AURELIUS CAESAR FRONTONI SUO SALUTEM.

Saepe te mihi dixisse scio, quarere te quid maxime faceres gratum mihi: id tempus nunc adest; nunc amorem erga te meum augere potes, si augeri potest. Adpropinquat *a*) cognitio, in qua homines non modo orationem tuam 3) benigne audituri, sed indignationem maligne spectaturi videntur. Neque ullum video qui te in hac re monere audeat *b*): nam qui minus amici sunt, malunt te inspectare inconstantius agentem; qui autem magis amici sunt, metuunt ne adversario tuo amiciores esse videantur, si te ab accusatione eius propria

* *M*. Eloquentia Caesaris tubae debet similis esse non tibiae, ubi minus soni plus difficultatis est.

a) Ita 2. manu; at 1. *atpropinquat*; ut in cod. de rep. *atpellat*. — *b*) Ita scribitur 2. manu; at 1. *audeant*.

1) Confer lib. II. 1. p. 26.

2) Ergo in hac epistula egit Fronto de elocutione seu de eloquentia.

3) De hac adversus Herodem oratione cf. ad Ant. imp. II. 8, et ad Ver. imp. ep. 9.

tua *a*) abducaut: tum autem siquod tu in eam rem dictum elegantius meditatus es *b*), per silentium dictionem auferre tibi non sustinent. Adeo sive tu me temerarium consultorem, sive audacem puerulum, sive adversario tuo benivolentiorem esse existimabis; non propterea, quod rectius esse arbitrabor, pedetemptius tibi consulam. Sed quid dixi consulam? qui id a te postulo et magnopere postulo, et me, si inpetro, obligari tibi repromitto. Et dices: quid? si lacessitus fuero, non eum simili dicto remunerabo? At ex eo tibi maiorem laudem quaeris, si nec lacessitus, quicquam responderis. Verum si prior fecerit, respondenti tibi utcumque poterit ignosci; ut autem non inciperet, postulabi *c*) ab eo, et impetrasse *d*) me credo. Utrumque enim vestrum pro suis quemque meritis diligo 1): et scio illum quidem in avi mei ·P· Calvisii 2) domo eruditum, me autem aput te eruditum *e*): propterea maximam curam in animo meo habeo uti quam honestissime negotium istud odiosissimum transigatur. Opto ut consilium conprobes, nam voluntatem conprobabis. Ego certe minus sapienter magis scripsero, quam minus amice tacuero. Vale, mi Fronto carissime et amicissime.

III. DOMINO MEO CAESARI FRONTO.

Merito ego me devovi tibi, merito fructus vitae meae omnis in te ac tuo parente constitui. Quid fieri amicius, quid iucundius, quid verius potest? Aufer ista, obsecro, puerulum audacem aut temerarium consultorem. Periculum est plane ne tu quicquam pueriliter inconsulte suadeas! Mihi crede, si tu vis; si minus, egomet mihi credam, seniorum a te prudentiam exsuperari. Denique in isto negotio tuum consilium canum et grave, meum vero puerile deprendo. Quid enim opus est aequis et iniquis spectaculum praebere? Sive sit iste He-

a) Ita cod. — *b*) Cod. *is*. — *c*) Ita cod. pro *postulavi*. — *d*) Ita cod. *im*, at superius *in*. — *e*) Ita cod.

1) Quanta patientia Herodem tulerit Marcus, narrat Philostratus in Herodis vita. Porro egregium Marci animum erga utrumque magistrum nemo in hac epistola non mirabitur, nemo christiano homine dignum non iudicabit.

2) Calvisius Tullus, bis consul, Domitiae Calvillae pater. Capitol. in Marco cap. I. Confer de P. Calvisio Tullo lapidem apud Marinium fr. Arval. pag. 129, de Domitio Tullo Plinium ep. VIII 18.

rodes vir frugi et pudicus, protelarei *a*) conviciis talem a me virum, non est verum *b*); sive nequam et inprobus est, non aequa mihi cum eo certatio, neque idem detrimentum *c*) capitur. Omnis enim cum polluto conplexus, tametsi superes, commaculat. Sed illud verius est, probum virum esse quem tu dignum tutela tua iudicas. Quod si umquam scissem, tum me di omnes male adflinxit, si ego verbo laedere ausus fuissem quemquam amicum tibi. Nunc me velim pro tuo erga me amore, quo sum beatissimus, in hac etiam parte consilio iuves. Quin nihil extra causam dicere debeam, quod *d*) Herodem laedat *e*), non dubito: sed ea quae in causa sunt; autem *f*) sunt atrocissima; quemadmodum tractem, id ipsum est quod addubito et consilium posco. Dicendum est *g*) de hominibus liberis crudeliter verberatis et spoliatis, uno vero etiam occiso: dicendum est de filio impio et precum *h*) paternarum inmemore 1): saevitia et avaritia exprobranda: carnifex quidam Herodes in hac causa est constituendus. Quod si in istis criminibus, quibus causa nititur, putes *i*) debere me ex summis opibus adversarium urgere et premere, fac me, Domine optime et mihi dulcissime, consilii tui certiorem. Si vero in his quoque remittendum aliquid putas; quod tu suaseris, id optimum factum ducam. Illud quidem, ut dixi, firmum et ratum habeto, nihil extra causam de moribus, et cetera eius vita me dicturum. Quod si tibi videbitur servire me causae debere, iam nunc admoneo ne me inmoderate usurum quidem causae occasione: atrocia enim sunt crimina et atrociter dicenda. Illa ipsa de laesis *k*) et spoliatis hominibus ita a *l*) me dicentur ut fel et bilem sapiant: sicubi graeculum et indoctum dixero, non erit internecivum. Vale, Caesar; et me, ut facis, ama plurimum. Ego vero etiam litte-

a) Ita 1. manu; at 2. *protelari*. — *b*) Ita cod. pro *aequum* seu *rectum*; ut etiam alii auctores loquuntur. — *c*) Cod. *detrimenu*, quae scriptura est proxima τῷ *detrimenti*. — *d*) Ita 1. manu; at 2. *quod in*. — *e*) Cod. *ledat*. — *f*) Ita cod. pro *sunt autem*; sive errore scribentis, sive ob vitandum concursum eiusdem vocis *sunt*. — *g*) *Est* superadditur 2. manu. — *h*) Cod. *praecum*. — *i*) Ita cod. 2. manu; at 1. *putas*. — *k*) Cod. *lesis*. — *l*) Cod. *ad*, sed ibidem *d* deleta.

1) Apud Philostratum in vita Herodis legimus, huic filium fuisse stolidum, ebriosum, vesano amori deditum; atque idcirco patri invisum, ita ut eum exheredaverit. De hoc ergo Herodis filio in oratione fortasse dicendum erat.

rulas tuas 1) disamo *a*): quare cupiam, ubi quid ad me scribes, tua manu scribas 2).

IIII. HAVE DOMINE.

Clausa iam et obsignata epistula priore, venit mihi in mentem fore uti et qui causam hanc agunt; acturi autem conplures videntur; dicant aliquid in Herodem inclementius: cui rei quemadmodum me unum putas prospicere *b*)? Vale, Domine, et vive, ut ego sim beatus. Acturi videntur Capreolus 3), qui nunc abest, et Marcianus noster 4): videtur *c*) etiam Villianus 5).

V. HAVE MI FRONTO CARISSIME.

Iam hinc tibi, mi Fronto carissime, gratias ago habeoque, cum consilium meum non tantum non repudiasti, sed etiam conprobasti. De iis autem quae per litteras amicissimas tuas consulis, ita existimo: omnia quae ad causam quam tueris *d*) adtinent, plane proferunda *e*): quae ad tuas proprias adfectiones adtinent, licet iusta et provocata sint, tamen reticenda. Ita neque fidem in negotio pannychio 6) ne-

a) Cod. *dis. amo*, interiecto puncto. Ego vero tollendum punctum existimavi, faciendumque verbum *disamo* ut *discupio*, *dispereo*. Secus nulla loci sententia est. Immo et melior fortasse emendatio suppetit *dissaviari cupiam* (aut *cupio*). *Ubi quid* etc. Vel *dissuaviari* (ut *suavium*). *Quare cupio, ubi* etc. — *b*) Ita 2. manu; at 1. *prospice*. — *c*) Ita cod. bis scribitur *videtur*, sed prius deinde ibidem expungitur. — *d*) Ita legendum esse *tueris*, uti reapse habet codex, vidit egregie cl. anglus Henr. Alanus, cui hoc loco debitas libenter gratias ago. — *e*) Ita cod. 1. manu; at 2. *proferenda*.

1) Reapse subscriptiones fiunt *litterulis*. Itaque fortasse in codice imitatio est manus autographae.

2) Morem hunc Marci testatur Dio LXXI. 36.

3) Ad Capreolum iuniorem extat Symmachi epistula VIII. 7. Huius senioris notitiam nondum reperi. Est etiam Capreolus nomen africani episcopi, nempe karthaginiensis, de quo vide Morcellium Afric. ch. ad an. Ch. CCCCXXIX. et seqq.

4) Aelius Marcianus iurisconsultus in digestis saepe laudatur. Fronto videtur hunc dicere civem, vel certe amicum, suum. Ad eundem proconsulem Baeticae extat Pii rescriptum dig. I. 6. 2. Immo Marcianus fuit Marco philosophiae praeceptor de reb. I. 6, quod nomen frustra Gatakerus mutare vellet in Metianum. Marcianus iunior apud Symmach. ep. IV. 21.

5) Ita cod. non *Iulianus*. Quis autem hic fuerit *Villianus* causidicus, quaerendum superest: id quidem nomen accedit ad illud *Viviani* iurisconsulti.

6) Vocabulum videtur in responsione explicare Fronto cum dicit, *si agemus perpetuis orationibus*. Ceterum Marcum litibus audiendis noctes etiam impendisse scimus. Fronto ep. als. III, Dio LXXI. 6, Capitol. in M. cap. X.

ıe modestiam in existimatione tua laeseris *a*) . . . me . . . s . . . lis ceteri mihi . . . tam . . . et dicant quae . . . una ıec cura maxime exercet, ne quid tu tale dicas, quod tuis oribus indignum, negotio invite circumstantibus repraehenbile *b*) videatur esse. Vale *c*) mihi Fronto carissime et iuındissime mihi.

VI. DOMINO MEO.

Ita faciam, Domine, quod *ad* haec nomina; quod ad viım, ut te velle intellexero *d*) . . . faciam; teque oro et quaeso e umquam quod a me fieri volueris . . . sed ut nunc . . . ıades ita . . . e umquam adversus voluntatem tuam quicquam ıcipiam. Malim etiam *e*) . . . causa sunt, singillatim sunt. ıt Ciceronis modum proferamus. Nam cum in tantulum *f*) ı *g*) consultum cogunt versu cupio, praesertim qu *h*) . . . ed pugna mi . . . hoc modo transigi possit. Quod si agemus erpetuis orationibus, licet extra causam nihil progrediar, taıen et oculis acrioribus et voce vehementi et verbis graviıs utendum . . . autem . . . hinc digito irato quod . . . ominem tuum . . . Sed difficile st *i*) ut istud ab eo inperari possit: dicitur enim cupidine agendi flagrare *k*). Nec reırehendo tamen ne hoc quidem se . . . ne tibi ipsa illa . . . a causa . . . ut infestius pro . . . videatur. Verum et ipse uades in primis fidei parendum: et si armis vel palaestrica *l*) *udas*, ne has quidem ludicras exercitationes sine contentione onfici posse . . . et . . . et . . . facundior . . . laudavi ıeatius opicum tuum.

VII. MAGISTRO MEO.

Quom tu quiescis et quod commodum valetudini sit faıs, tum me recreas. Et libenter et otiose age. Sentio ergo

a) Desiderantur pauca verba in sequentibus lacunis, ubi Marcus dixisse videtur se minus [illegible] quid alii causidici maledicturi sint, dummodo Frontoni nihil praeter dignitatem oranti [illegible]. — *b*) Ita saepe lego cum diphth. in antiquis codd. Tamen in epistula sequente scribi[illegible] [illegible]. — *c*) Tota haec clausula scribitur 2. manu. — *d*) Supple unum verbum. Ita et [illegible] inferius. — *e*) Supple duos prope versus. — *f*) Dubitabam num in codice esset *infantulum* [illegible] *in* tantulum. — *g*) Ita cod. 2. manu *id*; at 1. *vel*. — *h*) Heic et in sequentibus pauca verba desiderantur. — *i*) Ita cod. cum aphaeresi, ut saepe in codice Ciceronis de rep. Tamen 2. manu fecit *est*. — *k*) Ita cod. At alibi *fraglare*. — *l*) Cod. *palestrica*.

recte fecisti, quod brachio curando operam dedisti. Ego quoque hodie a septima in lectulo nonnihil legi: nam εἰκόνας decem ferme expedivi. Nona te socium et optionem mihi sumo: nam minus secunda fuit in persequendo mihi. Est autem quod in insula Aenaria intus lacus est: in eo lacu alia insula, et eo quoque inhabitatur. Ἔνθε *a*) μὴν *b*) δ' εἰκόνα ποιοῦμεν. Vale dulcissima anima. Domina mea te salutat.

VIII. DOMINO MEO.

Imaginem, quam te quaerere ais, meque tibi socium ad quaerendum et obtionem *c*) sumis, num moleste feres si in tuo atque in tui patris sinu id fictum *d*) quaeram? Ut illa in mari ionio sive *e*) tyrrenico, sin *f*) vero potius in hadriatico mari, seu *g*) quod aliud est mare, eius nomen maris addito 1). Igitur ut illa in mari insula Aenaria fluctus maritimos ipsa accipit atque propulsat, omnemque vim classium, praedonum, veluarum *h*), procellarum ipsa perpetitur; intus autem in lacu aliam insulam protegit ab omnibus periculis ac difficultatibus tutam, omnium vero deliciarum voluptatumque participem. Namque illa intus in lacu insula aeque undis alluitur *i*), auras salubris aeque accipit, habitatur aeque, mare aeque prospectat. Item pater tuus imperii romani molestias ac difficultates ipse perpetitur, te tutum intus in tranquillo sinu suo socium dignitatis gloriae bonorumque * omnium participem tutatur. Hac imagine multimodis uti potes ubi patri tuo gratias ages, in qua oratione locupletissimum et copiosissimum te esse oportet. Nihil est enim quod tu aut honestius aut verius aut libentius in omni vita tua dicas, quam quod ad ornandas patris tui laudes pertinebit. Postea ego quamcumque εἰκόνα *k*) huc addidero, non

* *M*. In alio honorum.

a) Ita lego in cod. — *b*) Ita legere mihi videor. Itaque est pro ἔνθενδε μήν. — *c*) Ita cod. per *b*, quum paulo ante fuerit per *p*. — *d*) Cod. 1. manu *futurum*; 2. *fictum* aut *factum* — *e*) Cod. 1. manu *sine*. — *f*) Cod. 2. manu *sive*. — *g*) Cod. *sequod*, tum videtur factum *seu quod*. — *h*) Ita cod. pro *beluarum*. Confer Cic. de rep. III. 22. — *i*) Ita 2. manu; at 1. *alitur*. — *k*) Cod. ιχονα.

1) Videtur Fronto respicere ad geographorum quandam de situ Aenariae discordiam, quam videsis apud Cellarium in geogr. vet. . .

eque placebit tibi, ut haec quae ad patrem tuum pertinet: am hoc scio quam tu novisti *a*). Quam ob rem ipse aliam ἰκόνα nullam adiciam, sed rationem qua tute quaeras ostenam. Et amem te *b*); tu quas εἰκόνας in eandem rem demontrata *c*) ratione quaesiveris et inveneris, mittito mihi; ut, i fuerint scitae atque concinnae, gaudeam.

Iam primum quidem illud scis, εἰκόνα ei rei adsumi ut ut ornet quid, aut deturpet, aut aequiperet, aut deminuat, ut ampliet, aut ex minus credibili credibile efficiat. Ubi niil eorum usus erit, locus εἰκόνος non erit. Postea ubi re roposita eimaginem *d*) scribes, ut si pingeres, insignia *e*) nimadverteres eius rei cuius imaginem pingeres, item in scriendo facies. Insignia autem cuiusque rei multis modis eliges, ὰ ὁμογενῆ, τὰ ὁμοειδῆ, τὰ ὅλα, τὰ μέρη, τὰ ἴδια, τὰ διάφορα, ὰ ἀντικείμενα, τὰ ἑπόμενα καὶ παρακολουθοῦντα, τὰ ὀνόματα *f*), τὰ υμβεβηκότα, τὰ στοιχεῖα, et fere omnia ex quibus argumenta umuntur: de quibus plerumque audisti cum Θεοδώρου 1) loους ἐπιχειρημάτων *g*) tractaremus. Eorum si quid memoriae uae elapsum est, non inutile erit eadem nos denuo detraare. Tibi tempus aderit in hac εἰκόνι *h*), quam de patre uo teque depinxi. Ἔν τι τῶν συμβεβηκότων *i*) ἔλαβον τὸ ὅμοιον τῆς ἰσφαλείας καὶ τῆς ἀπολαύσεως. Nunc tu per hasce vias ac semitas, uas supra ostendi, quae[res] qu[o]nam modo Aenariam comodissime venias. Mihi dolor cubiti haud multum sedatus est 2). Vale, Domine, cum ingenio eximio. Dominae meae matri tuae dic salutem. Τὴν δὲ ὅλην τῶν εἰκόνων τέ[χν]ην alias diligentius et subtilius persequemur; nunc capita rerum attigi 3).

a) Verba *tam hoc scio quam tu novisti* adduntur secunda manu. — *b*) Verba *et amem te* adduntur secunda manu, scilicet pro *amabo te*. — *c*) Cod. *demonstra*. — *d*) Ita heic cod. *ei* pro *i*. — *e*) Cod. *insigni* ob sequentem *a*. — *f*) Post ονοματαscribitur in codice οιοϱο; tum deletur. — *g*) Cod. επιχειρηματα *tam tractaremus*. — *h*) Notemus sextum casum litteris graecis scriptum. — *i*) Cod. τυμβεβηκοτων.

1) Intellige Theodorum vel byzantium vel gadareum. De his rhetoribus loquis Cic. Brut. XII, orat. XII; Strabonem XII. pag. 1101; Svetonium Tib. LVII; Iuvenalem VII. 177; Quintil. inst. III. 1, Senecam suas. III, controv. II. 9. Praeterea, si vis, Fortunatianum, Augustinum, et Rufinum, inter veteres rhethoricos.

2) Confer. superiorem epistolam VII. ubi de brachii cura.

3) Imaginibus scribendis valde delectabatur etiam Plato, ut in eius libris saepe videmus.

VIIII. HAVE MI MAGISTER OPTIME.

Scio natali die quoiusque, pro eo quoius is dies natalis est, amicos vota suscipere 1): ego tamen quia te iuxta ac *a*) memet ipsum amo, volo hac die, tuo natali, mihi bene precari *b*). Deos igitur omnis, qui usquam gentium vim suam praesentem promptamque *c*) hominibus praebent, qui vel somniis *d*) vel mysteriis vel medicina vel oraculis usquam iuvant atque pollent; eorum deorum unumquemque mihi votis advoco, meque pro genere cuiusque voti in eo loco constituo, de quo deus ei rei praeditus 2) facilius exaudiat. Igitur iam primum Pergamei *e*) arcem ascendo et Aesculapio supplico 3), uti valetudinem magistri mei bene temperet vehementerque tueatur. Inde Athenas degredior, Minervam genibus nixus obsecro atque oro, si quid ego umquam litterarum sciam, ut id potissimum ex Frontonis ore in pectus meum commigret. Nunc redeo Romam, deosque viales et promarinos votis inploro, ut mihi omne iter tua praesentia comitatum sit, neque ego tam saepe tam saevo desiderio fatiger. Postremo omnis omnium populorum praesides deos 4), atque ipsum lucum *f*), qui Capitolium montem strepit *g*) 5), quaeso tribuat hoc nobis, ut istum diem, quo mihi natus es *h*), tecum, firmo te laetoque, concelebrem. Vale, mi dulcissime et carissime magister. Rogo, corpus cura, ut quom venero videam te. Domina mea te salutat.

a) Cod. *aut*. — *b*) Cod. *praecari*. — *c*) Cod. *quem* pro *que*. — *d*) Ita 2. manu; at 1. *somnii*. — *e*) Ita cod. *e* littera super *i* addita. — *f*) Cod. *locum*. — *g*) Nota *strepo* cum accusativo casu. unde confirmatur controversa Livii syntaxis II. 45. — *h*) Cod. *est*, sed *t* ibidem expuncta.

1) Censorinus cap. II: *nunc quoniam de die natali liber inscribitur, a votis auspicia sumantur*. Idem Censorinus cap. III. adhuc imitatur hanc Marci epistulam.

2) Haec locutio alibi quoque apud Frontonem est, nempe *Mercurius nuntiis praeditus*. Item apud Apuleium de Deo Socr. ed. Elm. p. 50, ubi sermo fit de daemone qui *homini cuique praeditus est*.

3) Aesculapii templum pergamenum et sacra memorat Pausanias III. 26: Aesculapii asylum apud Pergamum Tacitus annal. III. 63. Ex hac epistula constat id templum fuisse in Pergami arce.

4) Sic Fronto in fragmento palatino quod in calce nostrae editionis est.

5) Intellige lucum Bellonae aut nemus Argileti. Praeterea Livius VI. 20. nos docet ·M· Manlii domum fuisse olim in area, ubi postea aedes et officina Monetae fuit, nempe in Capitolio. Atqui Cicero pro domo cap. XXXVIII. aream illam manlianam duobus lucis convestitam demonstrat.

X. DOMINO MEO.

Omnia nobis prospera sunt, quom tu pro nobis optas: ieque enim quisquam dignior alius te, qui a dis quae petii apetret; nisi quod ego cum pro te precor *a*), nemo alius te lignior est pro quo impetretur *b*). Vale, Domine dulcisime. Dominam saluta.

XI. DOMINO MEO.

Gratia ad me heri nocte venit. Sed pro Gratia mihi fuit, juod tu gnomas 1) egregie convertisti: hanc quidem, quam iodie accepi, prope perfecte; ut poni in libro Sallustii posit; nec discrepet aut quicquam decedat. Ego beatus, hilais, sanus, iuvenis denique fio, quom tu ita proficis. Est grave juod postulabo; sed quod ipse mihimet *c*) profuisse memini, ion potest *d*) quin a te quoque *e*) postulem. Bis et ter eanlem convertito, ita ut fecisti in illa gnome brevicula. Igitur ongiores quoque bis ac ter converte naviter, audacter: quodumque ausus fueris cum isto ingenio, perficies. At enim cum abore laboriosum quidem negotium concupisti, sed pulcrum *f*) t re[ctum] et paucis impetratum. De *g*) . . . in me re . . . 'abula d . . . perfecte absolberis *h*). Plurimum tibi in oratione aciends . . . tum certe quidem cottidie . . . ex Iugurtha aut ex Catilina 2). Diis propitiis quom Romam reverteris, exigam i te de[nuo ver]sus diurnos. Dominam matrem tuam salutat.

XII. MAGISTRO MEO.

Duas per id tempus epistulas tuas accepi. Earum altera me increpabas, et temere sententiam scripsisse arguebas: al-

a) Cod. *praecor*. — *b*) Ita cod. per *im*; at paulo ante per *in*. — *c*) Cod. *mihi et*. — *d*) Ita cod. *potest* absolute pro *potest fieri*; cuiusmodi exempla in auctoribus non desunt. — *e*) Cod. *quique*. — *f*) Ita cod. sine *h*. — *g*) In sequentibus lacunis haud multa verba perierunt. — *h*) Ita cod. pro *absolveris*.

1) Gnome, seu sententia, ab auctore ad Herenn. IV. 17. definitur: *oratio sumpta de vita, quae aut quid sit aut quid esse oporteat in vita breviter ostendit*. Confer Quintilianum instit. VIII. 5. Περὶ γνωμῶν titulum amplissimum, ad eclogas Phorphyrogeniti pertinentem, nos edidimus Script. vet. T. II.

2) Loquitur Fronto de excerptis aut de imitatione Sallustii.

tera vero tuere studium meum. Laudet *a*) te Baius 1). Adiuro tamen tibi meam, meae matris, tuam salutem, mihi plus gaudii in animo coortum esse illis tuis prioribus litteris: me saepius exclamasse inter legendum, o me felicem! Ita ne dicet aliquis felicem te, si est qui te doceat quomodo γνώμην sollertius, dilucidius, brevius, politius scribas? non hoc est quod me felicem nuncupo. Quid est igitur? Quod verum dicere ex te disco *b*). Ea res verum dicere prorsum diis hominibusque ardua: nullum denique tam veriloquum oraculum est quin aliquid ancipitis vel obliqui vel inpediti habeat, quo inprudentior inretiatur. Et *c*) . . . olunt captiosum dictum opinatus captionem post tempus ac neget . . . sen . . . tua . . . a tantum . . . errore quantum . . . atius u . . . confestim ipsam . . am ostendunt sine fraude et inventis verbis. Itaque haberem et tibi gratias agerem sive . . . simul et audire verum me doces. Duplex igitur . . . ne valeam set re quom tibi . . . exp. . . . nisi . . . qui sint . . . tamen mihi minorem gloriam tum . . . dic . . . vacui [l]icuit me . . . bene . . . et . . . excerpere . . . paulatim . . . n mi . . . est enim . . . qui . . . laborem hic rect . . . oria per . . . Vale mi . . . ne . . . et optime . . . optime orator sic m . . venisse gaudeo. Domina mea te salutat.

XIII. DOMINO MEO.

Quod poetis concessum est ὀνοματοποιεῖν, verba *d*) nova fingere, quo facilius quod sentiunt exprimant, id mihi necessarium est ad *e*) gaudium meum expromendum. Nam solitis et usitatis verbis non sum contentus: ita a[man]tius gaudeo quam ut sermone volgato significare laetitiam animi mei possim; tot mihi a te in tam pau[cis diebus] epistulas scriptas, easque tam eleganter, tam amice, tam blande, tam effuse, tam fraglanter conpositas, cum clam tot negotiis, quot *f*) officiis, quot *g*) rescribendis per provincias litteris destringe-

a) Cod. *laudent* — *b*) Verba *ex te disco* scribuntur posteriore manu. — *c*) In sequentibus lacunis usque ad epistulae finem periit paginae pars minus dimidia. — *d*) Cod. bis scrib. — *e*) Cod. *at*. — *f*) Cod. *quod*. — *g*) Cod. *quod*. Num utroque loco scribendum *tot*?

1) Videtur legendum *Bavius*. Iam Bavius est malus poeta apud Virgil. ecl. III. 90; malus autem comoedus apud Symmachum ep. X. 2: quamquam hoc postremo loco quidam legere maluit *Ambirium* quam *Bavium*.

re *a*). At enim proposueram, nihil enim mihi a te occul-
m aut dissimulatum retinere fas est; ita, inquam, propo-
eram vel desidiae culpam a te subire rarius scribendo tibi,
tius quam te multis rebus occupatum epistulis meis one-
rem, et ad rescribendum provocarem; quom tu cotidie ul-
ɔ scripsisti mihi. Sed quid dico *b*) cotidie? ergo iam hic
ibi ὀνοματοποιίας *c*) opus est. Nam cotidie foret, si singu-
ɪ epistulas per dies singulos scripsisses; quom vero plures
istulae sint quam dies *, verbum istud cottidie *d*) minus sig- * Q. VI]
ficat. Nec est, Domine, quod mihi tristior sis, cur omnino
ritus sim ne tibi litterae meae crebriores oneris *e*) essent:
ım quo mei amantior es, tanto me laborum tuorum par-
orem, et occupationum tuarum modestiorem *f*) esse opor-
t. Quid est mihi osculo tuo suavius? ille mihi suavis odor 1),
le fructus in tuo collo atque osculo situs est. Adtamen *g*)
roxime cum proficiscerere, cum iam pater tuus vehiculum
onscendisset, te salutantium et exosculantium turba diutius
ıoraretur, profuit *h*) ut *i*) te solus ex omnibus non con-
lecterer nec exoscularer. Item in ceteris aliis rebus omni-
us, numquam equidem mea commoda tuis utilitatibus an-
ɛponam; quin, si opus sit, meo gravissimo labore atque ne-
otio tuum levissimum otium *k*) redimam. Igitur cogitans
uantum ex epistulis scribendis laboris caperes, proposueram
ɪrcius te appellare; quom tu cotidie scripsisti mihi; quas
go epistulas quom acciperem, simile patiebar quod amator
atitur, qui delicias suas videat currere ad se per iter aspe-
um et periculosum. Namque is simul advenientem *l*) gau-
let, simul periculum veretur *m*). Unde displicet mihi fabula
istrionibus celebrata, ubi amans amantem puella iuvenem 2)
ıocte lumine accenso stans in turri natantem in mare *n*) op-

a) Ita cod. 2. manu; at 1. *destringere*. — *b*) Cod. *quod ego*, saltem 1. manu. — *c*) Cod. ομαποποιας. — *d*) Ita cod., at alibi per unicam *t*. — *e*) Ita cod., non *oneri*. — *f*) Cod. odestiorem. Notemus autem *modestus* cum genitivo casu. Plautus trinumm. IV. 1. 12. construit m dativo. — *g*) Ita cod. — *h*) Ita. cod. Olim putavi dicendum *prope fuit*. — *i*) Cod. *et*. — *k*) Cod. otium; sed *ot* videtur deleta. — *l*) Ita legere mihi videor potius quam *adveniente*. — *m*) Cod. eretur. — *n*) Ita cod.

1) Sic loquitur in sacris bibliis pa- ter filium osculans. Genes. XXVII. 27. Confer et ep. tertiam alsiensem.

2) Leandri et Herus fabula, quam priscis ex aliquo tragico verbis Fronto adumbrat.

periter. Nam ego potius te caruero, tametsi amore tuo ardeo, potius *a*) quam te ad hoc noctis natare tantum profundi patiar; ne luna occidat, ne ventus lucernam interemat *b*), ne quid tibi ex frigore inpliciscar; ne fluctus, ne vadus, ne piscis aliquo noxsit *c*). Haec oratio amantibus decuit, et melior et salubrior fuit, non alieno capitali periculo sectari voluptatis usuram brevem ac paenitendam. Nunc ut a fabula ad verum convertar, id ego non mediocriter ancxius *d*) eram ne *e*) necessariis laboribus tuis ego insuper aliquod *f*) molestiae atque oneris inponerem, si praeter eas epistulas, quas ad plurimos necessario munere cotidie rescribis, ego *g*) quoque ad rescribendum fatigarem. Nam me carere omni fructu amoris tui malim, quam te ne minimum quidem incommodi voluptatis meae gratia subire.

XIIII. MAGISTRO MEO.

Epistula Ciceronis mirifice adfecit animum meum. Miserat Brutus Ciceroni librum suum corrigen*dum* 1) . . .

XV. (DOMINO MEO.)

. . . . molliantur, atque ita efficacius sine ulla ad animos offensione audientium penetrent. Haec sunt profecto quae tu

a) Ita in cod. repetitur *potius*. — *b*) Ita cod. — *c*) Verba *inpliciscar*, *vadus*, *noxsit*, repetuntur in margine ut notabilia. Postremum tamen in margine scribitur *noxit*. Verumtamen scriptura *xs* prostat Romae in marmore pamphiliano his annis effosso, nempe *P. Tadicius Felix*. Tum in vaticanis inscriptionibus *vixsit*. — *d*) Ita cod. — *e*) In cod. desideratur *ne*, utpote absorptum a sequente. — *f*) Cod. 1. manu *aliquo*; 2. *aliquod*. Sic non semel apud Cic. de rep. *quod* pro *quid*. — *g*) *Ego* videtur repetitum in codice.

1) Intelligit Marcus orationem Bruti post Caesaris necem habitam in concione capitolina. Hanc a Bruto ad se missam corrigendam haud ambitiose, ante quam ederet, ait Cicero ad Att. XV. 1. 3. 4; qui quidem, etsi id scriptum a proprio dicendi genere differebat, tamen ornandum laude summa, nedum corrigendum putavit. Hanc, inquam a Marco intelligi orationem Bruti puto, potius quam eiusdem librum de virtute, quem is misit seu inscripsit Ciceroni (de fin. I. 3, tusc. V. 1.); vel eiusdem item librum περὶ καθήκοντος, quem memorat Seneca. ep. XCV. Sane Marcus infra ep. XVII. Frontonis epistulam appellat *libellum*. Porro et epistulam Ciceronis, de qua loquitur Marcus, nullam e praedictis ad Atticum puto, sed egregiam aliquam et disertam ad ipsum Brutum (quae iamdiu vixerit) cum honorifico de illa oratione iudicio. Huius epistolae particulam citat sine dubio (ut et aliarum ad Brutum ineditarum) Quintilianus inst. VIII. 3: « Cicero ad Brutum quadam in epistula scribit: *Nam eloquentiam, quae admirationem non habet, nullam iudico.*

utas obliqua et insincera et anxia *a*), et verae amicitiae miime adcommodata. At ego sine istis artibus omnem orationem absurdam et agrestem et inconditam *b*), denique inerm atque inutilem puto. Neque magis oratoribus arbitror necssaria eiusmodi artificia quam philosophis *c*). In ea *d*) re on oratorum domestici, quod dicitur, testimoniis utar, set *e*) hilosophorum eminentissimis, poetarum vetustissimis excelntissimisque, vitae denique cotidianae usu atque cultu, arumque omnium experimentis. Quidnam igitur tibi videtur rinceps ille sapientiae simul atque eloquentiae Socrates * ? uic enim primo ac potissimo testimonium aput *f*) te denunisvi; eo ne usus genere dicendi in quo nihil est oblicum *g*), ihil interdum dissimulatum? Quibus ille modis Protagoram t Polum et Thrasymachum et sophistas ceteros versare atque nretire solitus? quando autem aperta arte congressus est? uando non ex insidiis adortus? quo ex homine nata inversa oratio videtur, quam graeci εἰρωνείαν appellant *. Alcibiaden vero ceterosque adulescentis genere aut forma aut opibus feroces, quo pacto appellare adque adfari solebat? per iurgium, an per πολιτίαν? exprobrando acriter quae delinquerent, an leniter arguendo 1)? Neque deerat Socrati profecto gravitas aut vis, quantum * cynicus Diogenes volgo saeviebat: sed vidit profecto ingenia partim hominum ac praecipue adulescentium facilius comi *h*) adque *i*) adfabili oratione leniri quam acri violentaque superari. Itaque non viniis *k*) neque arietibus errores adulescentium expugnabat, sed cuniculis subruebat: neque umquam ab eo auditores discessere lacerati, sed nonnumquam lacessiti. Est enim genus hominum natura insectantibus indomi-

* *M.* De Socrate. — * *M.* Princeps ille sapientiae simulque eloquentiae Socrates versare et inretire solitus erat. Quando autem aperta arte congressus est? Ex hoc homine nata est inversa oratio quae ironia dicitur. — * *M.* In alio quantam.

a) Ita cod. at superius *anxius*. — *b*) Cod. *incognitam*. — *c*) Ita 2. manu; at 1. *filosofis*. — *d*) Ita loquitur Fronto, sicuti lib. I. ep. 2. *eorum* pro *horum*. — *e*) Ita cod. — *f*) Ita cod. — *g*) Ita cod. ut Cicero de rep. *aecum*. — *h*) Cod. *comiti*, mox expunctis litteris *ti*. — *i*) Ita cod. — *k*) Ita cod.

1) Pari prorsus modo loquitur de sceniticorum discipulorum seu scriptorum arte rhetorica S. Hieronymus epist. XLVIII. 13.

tum, blandientibus conciliatum. Quam ob rem facilius precaris *a*) decedimus, quam violentis deterremur: plusque ad corrigendum promovent consilia quam iurgia. Ita comitati monentium obsequimur, inclementiae obiurgantium obnitimur 1).

XVI. DOMINO MEO.

Quod tu me putes somnum cepisse *b*), totam paene noctem pervigilavi mecum ipse reputans, num forte nimio amore tui remissius et clementius delictum *c*) aliquod tuum aestumarem? num tu ordinatior perfectior iam in eloquentia *d*) 2) esse debueris, sed ingenio tuo vel desidia vel indiligentia claudat. Haec mecum anxie volutans inveniebam te multum supra aetatem quanta *e*) est, multum supra tempus quo operam his studiis dedisti, multum etiam supra opinionem meam, quamquam ego de te sperem inmodica, in eloquentiam *f*) promovisse. Sed quo *g*) mihi tum demum venit nocte media in mentem, qualem ὑπόθεσιν scribas, nimirum ἐπιδεικτικὴν, qua nihil est difficilius. Cur? quia cum sint tria ferme genera ὑποθέσεων *h*) δικανικῶν, cetera illa multo *i*) sunt proniora, multifaria, procliva *k*), vel campestria; τὸ ἐπιδεικτικὸν in arduo situm. Denique cum aeque tres quasi formulae sint orationis, ἰσχνὸν, μέσον, ἁδρὸν 3), prope nullus in epidicticis τῷ ἰσχνῷ locus, qui est in dicia *l*) multum necessarius. Omnia ἐν τῷ ἐπιδεικτικῷ *m*) ἁδρῶς *n*) dicenda, ubique ornandum, ubique phaleris *o*) utendum; pauca τῷ μέσῳ χαρακτῆρι *p*). Meministi

a) Ita cod. *praecaris* pro *praecariis* in textu, tum etiam in margine ubi sententia repetitur. Eiusmodi vero crasis in codice frontoniano rara, in politico codice Ciceronis frequentissima est. — *b*) Cod. *coepisse*. — *c*) Cod. *dilectum*. — *d*) Cod. *in eloquentiam*; tum ibidem *m* deleta. — *e*) Cod. *quantus*, tum factum ibidem *quantum*. — *f*) Ita cod. — *g*) Ita cod. — *h*) Cod. υποθεσεν. — *i*) Cod. *multa*. — *k*) Ita cod. non *proclivia*. — *l*) Ita cod. pro *dica*. Sane huius vocabuli graecum quoque genitivum usurpant Latini *dicis* (δικης) pro *dicae*. Num scribendum heic *in iudiciis*? — *m*) Cod. mendose επνκικω. — *n*) Cod αdρως immixta *d* littera latina. — *o*) Cod. 1. manu *phaleres*. — *p*) Cod. χαρακτερι.

1) Videtur mihi Fronto παλιλλογεῖν, cuius ipse vitii exordium Pharsaliae insimulat in fragm. de orationibus.

2) Loquitur Fronto de nupera oratione quam Marcus in senatu habuerat, ut e sequentibus epistulis constat, in qua parthicarum rerum mentio fuerat.

3) Consonat Gellius VII. 14: *genera dicendi probabilia sunt tria, quae Graeci χαρακτῆρας vocant, nominaque eis fecerunt apponi, ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Nos, quem primum posuimus, uberem vocamus, secundum gracilem, tertium mediocrem.* Confer etiam Quintilianum inst. XII. 10., et Curium Fortunat. lib. III. ed. Capperon. p. 93. 94.

autem tu *a*) plurimas lectiones, quibus usque adhuc versatus es, comoedias atellanas *b*), oratores veteres, quorum aut pauci, aut, praeter Catonem et Gracchum, nemo tubam inflat; omnes autem mugiunt vel stridunt potius. Quid igitur Ennius egit, quem legisti? quid tragoediae ad versum sublimiter faciundum te iuverunt? Plerumque enim ad orationem faciendam versus, ad versificandum oratio magis adiuvat. Nunc nuper coepisti legere ornatas et pompaticas *c*) 1) orationes: noli postulare statim eas imitari posse. Verum, ut dixi, incumbamus, conitamur: me vade, me praede, me sponsore, celeriter te in cacumine eloquentiae sistam. Dii *d*) facient, dei favebunt. Vale, Domine, καὶ ἔλπιζε καὶ *e*) εὐθύμει καὶ χρόνῳ καὶ ἐμπειρίᾳ πεῖθου. Matrem dominam saluta. Quom Persarum disciplinam memorares, bene battunt *f*) ais.

XVII. HAVE MI FRONTO MERITO CARISSIME.

Intellego istam tuam argutissimam strofam *g*), quam tu quidem benignissime repperisti 2); ut quia laudando me, fidem propter egregium erga me amorem tuum non habebas 3), vituperando laudi fidem quaereres. Sed o me beatum qui a Marco Cornelio meo, oratore maximo, homine optimo, et laudari et repraehendi *h*) dignus esse videor! Quid ego de tuis litteris dicam benignissimis, verissimis, amicissimis? verissimis tamen usque ad primam partem libelli tui: nam cetera; ubi me conprobas, ut ait nescio quis graecus, puto Thucydides, τυφλοῦται *i*) γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον 4).

a) Cod. *tu*. — *b*) Cod. *atellans*. Confer ad Ant. imp. ep. II. — *c*) Ita cod. 2. manu; at 1. *pompaticas*. — *d*) Ita cod. quum alibi plerumque sit *di*, et mox *dei*. — *e*) Ignarus graecismi librarius scripsit EATIIZENAI, ubi vides A pro Λ, TI pro Π, N pro K. — *f*) *Batto* vel *battuo* est *aliter*. — *g*) Hoc vocabulum repetitur in margine ut notabile. — *h*) Ita cum diphth. secus ac superius. — *i*) Apud Hier. τυφλόν.

1) Lege testimonium Claudiani Mamerti de pompatico genere frontonianae eloquentiae.

2) Sic fere loquitur Hieronymus ep. LIIX. 2. LXXXIV. 4.

3) Confer epistulam graecam lib. I. ep. 11. p. 19.

4) Theophrasto tribuit hoc dictum Hieronymus comm. in Os. prolog. lib. III: *suum apertum fautorem pro iure amicitiae esse te gaudeam, tacitum eruditionis tuae iudicium pertimesco* etc. *quamquam et amor recipiat errorem, pulchrumque sit illud* Θεοφράστου, *quod Tullius magis ad sensum, quam ad verbum interpretatus est*, τυφλὸν τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, *id est, amantium caeca iudicia sunt*. Confer Theophrastum de amicitia apud Schneiderum tom. V. p. 288. sqq.

Item tu partim a) meorum prope caeco amore interpretatus b) es. Sed tanti est, me non recte scribere, et te nullo meo merito, sed solo tuo erga me amore laudare; de quo tu plurima et elegantissima ad me proxime scripsisti. Ego, si tu volueris, ero aliquid. Ceterum litterae tuae id effecerunt, ut, quam vehementer me amares, sentirem. Sed quod ad ἀθυμίαν 1) meam attinet, nihilo minus adhuc animus meus c) pavet et tristiculus est, ne quid hodie in senatu dixerim propter quod te magistrum habere non merear. Vale mihi, Fronto; quid dicam, nisi amice optime?

XVIII. MAGISTRO SUO CAESAR SUUS.

In quantum me iuverit lectio orationum istarum Gracchi, non opus est me dicere, quom tu scias optime, qui me ut eas legerem doctissimo iudicio ac benignissimo animo tuo hortatus es. Ne autem sine comite solus ad te liber tuus referretur, libellum istum addidi. Vale, mi magister suavissime, amice amicissime, quoi sum debiturus quidquid litterarum sciero. Non sum tam ingratus ut non intellegam quid mihi praestiteris, quom excerpta tua 2) mihi ostendisti, et quom cotidie non desinis in viam me veram inducere, et oculos mihi aperire, ut volgo dicitur. Merito amo.

XVIIII. MAGISTRO MEO.

Qualem mihi animum esse existimas quom cogito quamdiu te non vidi, et quam ob rem non vidi! et fortassis pauculis te adhuc diebus, cum d) te necessario confirmas, non videbo. Igitur dum tu iacebis, et mihi animus supinus erit: quod si e) tu dis iuvantibus bene stabis, et meus animus bene constabit, qui nunc torretur ardentissimo desiderio tuo *. Vale anima Caesaris tui, amici tui, discipuli tui.

* *M.* In alio desiderii tui f).

a) Cod. *patrim.*; mox ibidem correcta metathesis. — b) Cod. *interpraetatus*; quae scriptura est constantissima in vetustis codd. — c) *Meus* additur 2. manu. — d) Ita cod. 2. manu; at 1. *cum*. — e) Cod. *i* pro *si*. — f) Dic *desiderio tui*.

1) Refertur ad τὸ εὐθύμει praecedentis epistulae.

2) Horum ex Sallustio aliisque excerptorum mentio haud semel in his epistulis fit, et nonnulla cum iisdem servata sunt.

LIBRI IIII. AD ·M· CAESAREM

EPISTULARUM INDEX.

iiam scio quanto opere sis anxius 1).
nquam ad te cras venio.
ium artium, ut ego arbitror.
quam vehiculum inscendi.
valemus. Ego hodie a) ab hora.
valemus. Ego aliquantum.
em tabellarius proficiscitur.
ntum tuum mihi frater.
me in praesentia.
ntibus dis spem salutis.
o, dii boni, consternatus.
ufidius animos tollit 2).

... ho ob praec. o. Sed *hodie* est infra in contextu.

...dice antiquissimo ... Ciceronis ad di... audio, indices per ... spatium va... perfectum esse in... libri. Praeterea ... epistulam ·C· *Au*... postremam: eo... ipsa desinit, quintus incipit liber. Ceteroqui hic indiculus, cum epistularum subsequentium numero non satis congruit; etenim nonae epistulae mentio heic non fit. Ergo nisi incuria librarii fuit, hic quidem indiculus ex alia collectione ac dispositione frontonianorum operum derivatus videtur; quae res evidentius demonstrabitur ex indiculis libri ad Pium, et libri II. ad amicos.

magister, qui merito apud animum meum omnis omni re praevenis 1). Mi magister, ecce non dormito, et cogo me ut dormiam, ne tu irascaris. Aestimas utique me vespera haec scribere.

Caecilius *a*) 2) s[ae]pe [r]ogatus
legi emendavi *b*).

AD .M. CAESAREM *c*)

LIB. III. EXPL.

EPISTULAR.

INC. LIB. IIII.

dissimus. Ubi notandum quoque *have* pro *ave*, ut saepe in his epistulis. Ibidem ab Augusto dicitur *statio* principatus suus, ut item in Veri et Pii epistulis. — *a*) Nomen quidem *Caecilius* evidentissimum in codice est. Reliquorum verborum tres vix litterae paulo obscuratiores atque incertiores sunt, quas uncis inclusi. — *b*) Intellige praesertim latinum contextum; nam graecis epistulis parum operae impendisse videtur Caecilius; quamquam et harum nonnulla emendata est. Porro et aliorum auctorum codices aliquot, licet ab illustribus quibusdam viris emendati dicantur, permultis nihilominus mendis abundant. — *c*) Deest *et invicem*, quod iure meritoque scribitur initio quinti libri, et initio libri ad Antoninum imp.; a me vero ubique positum est.

1) Capitolinus in M. cap. II.

2) Libenter admodum (utinam et iure!) mihi persuadeo, hunc esse Caecilium ipsum, qui adhuc ethnicus, sed mox christianis sacris addicendus, disputat cum Octavio apud Minucium Felicem, citata Frontonis pro se auctoritate. Cirtensis idem erat, quia Frontonem appellat *cirtensem nostrum*; Octavius autem illi respondens ait, *et tuus Fronto*. Is Caecilius creditur deinde kartaginiensis ecclesiae factus praesbyter, et martyri Cypriano (qui et ipse Caecilius dictus est) extitisse magister. Idem in martyrologio rom. sanctorum honore fruitur. Vide post alios de re disserentem Morcellium Afric. ch. ad annum Ch. CCX. et CCXLIII. Iam si codicis nostri subscriptio originalis et autographa est; et si praedictum Caecilium habet auctorem, codex quidem vaticanus aetati Frontonis suppar, immo par, esse cognoscitur, ab eiusdem, cive ac prope familiari emendatus, ideoque Persarum, ut ita dicam, gaza pretiosior. Certe ego codicem frontonianum Commodi vel Severi impp. aetati tribuere fidenter prope ausim. Ceterum subscriptiones antiquae et recensiones haud semel exscriptae fuerunt ipsissimis verbis a posterioribus librariis. Sic in codice ambrosiano A.part. inf.177. saec. XIII. habente commentarios Boethii ad topica Ciceronis in fine habetur *conditor operi emendavi*. Sic in ambros. cod. part. inf. B. 50. privilegium Paschalis I. papae, litteris antiquis in charta communi. Ergo est apographum aliquod. Porro et Caecilii plurimi fuerunt; etenim v. gr. Caecilius Capella quidam a Tertulliano ad Scap. III. memoratur: et ab Augustino de bapt. VI. 8 Caecilius Biltae in Africa episcopus. Ad Caecilium quendam scribit Cyprianus ep. LXIII. Caecilii Vindicis grammatici fragmentis utitur Cassiodorius apud Putschium p. 2317. Alios vero Caecilios quam plurimos recensere non vacat.

LIBRI IIII. AD ·M· CAESAREM

EPISTULARUM INDEX.

Quoniam scio quanto opere sis anxius 1).
Quamquam ad te cras venio.
Omnium artium, ut ego arbitror.
Postquam vehiculum inscendi.
Nos valemus. Ego hodie *a*) ab hora.
Nos valemus. Ego aliquantum.
Tandem tabellarius proficiscitur.
Adventum tuum mihi frater.
Haec me in praesentia.
Volentibus dis spem salutis.
Ut ego, dii boni, consternatus.
C. Aufidius animos tollit 2).

a) Cod. *die*, extritis *ho* ob praec. *o*. Sed *hodie* est infra in contextu.

Sic etiam in codice antiquissimo ceo epistularum Ciceronis ad di- s scribuntur, ut audio, indices per a verba.

Sequitur in pagina spatium va- i, unde constat perfectum esse in- a epistularum huius libri. Praeterea ex codice ipso epistulam ·C· *Au- s* esse libri quarti postremam: eo- enim folio, in quo ipsa desinit, quintus incipit liber. Ceteroqui hic indiculus, cum epistularum subsequentium numero non satis congruit; etenim nonae epistulae mentio heic non fit. Ergo nisi incuria librarii fuit, bic quidem indiculus ex alia collectione ac dispositione frontonianorum operum derivatus videtur; quae res evidentius demonstrabitur ex indiculis libri ad Pium, et libri II. ad amicos.

·M· CORNELII FRONTONIS

EPISTULARUM

AD ·M· CAESAREM ET INVICEM

LIBER QUARTUS.

I. (FRONTO CAESARI 1).)

esiderantur
cis paginae
:.

. . . 2) et columbae cum lupis et aquilis cantanten quebantur inmemores insidiarum et unguium a) et dentium. fabula 3) recte interpretantibus b) illud profecto significat egregio ingenio eximiaque eloquentia virum, qui plu virtutum suarum facundiaeque admiratione devincxerit c); que amicos ac sectatores suos ita instituisse, ut quam diversis nationibus convenae, variis moribus inbuti, co darent tamen et consuescerent et congregarentur, mites ferocibus, placidi cum violentis, quom superbis mode cum crudelibus timidi: omnes deinde d) paulatim vitia i exuerent, virtutem sectarentur, probitatem condiscerent dore inpudentiam, obsequio contumeliam, benignitate volentiam commutarent. Quo e) si quis umquam ingenio tum valuit, ut amicos ac sectatores suos amore inter se tuo copularet, tu hoc profecto perficies multo facilius

a) Cod. *unguirum;* sed *r* videtur expuncta. — b) Cod. *interpraetantibus.* — c) — d) Ita cod. 2. manu, at 1. *dein.* — e) Ita cod. pro *quod.*

1) Inscriptionem suppleo ad exemplum epistulae XII.

2) Quanta duarum amissarum materia paginarum fuerit, patet omnino ex hoc quod superest epistulae fragmento, quod duas implet codicis paginas, versibus duobus posterioris laterculi demptis. Ergo epistulae pars dimidia deest. Sententiae autem fragmenti amissi quaenam fuerint, partim cognoscimus e subsequente Marci ad Frontonem res

3) Nempe Orphei. Confer Eu tricennal. Constantini cap. XIV. E pheus symbolum Christi est in mo tis aliquot Christianorum vatica quidem in fenestra bibliothecae vam, prope codices palatinos; qu imaginem etsi plane rudem, exhib excusam in fronte quinti tomi S rum veterum a me editorum.

id omnis virtutes natus es prius quam institutus. Nam prius quam tibi aetas institutioni sufficiens adolesceret, iam tu perfectus atque omnibus bonis artibus 1) absolutus: ante pubertatem vir bonus; ante togam virilem 2) dicendi peritus. Verum ex omnibus virtutibus tuis hoc vel praecipue admirandum, quod omnis amicos tuos concordia copulas. Nec tamen dissimulaverim multo hoc esse difficilius, quam ut ferae *a*) ac leones cithara mitigentur: quod tu facilius obtinebis, si unum illud vitium funditus extirpandum eruendumque curaveris, ne liveant neve invideant invicem amici tui: neve quod tu alii tribueris aut bene feceris, sibi quisque illud deperire ac detrahi putet *. Invidia perniciosum inter homines malum maximeque internecivum, sibi aliisque pariter innoxium; sed si procul a cohorte tua prohibueris, uteris amicis concordibus et benignis, ut nunc uteris: sin aliqua perserit, magna molestia magnoque labore erit restinguendum. Sed meliora quaeso fabulemur. Amo Iulianum 3); inde enim hic sermo defluxit 4): amo omnis qui te diligunt; amo deos qui te tutantur; amo vitam propter te; amo litteras tecum; cum *amicis b*) tuis mihi amorem tui ingurgito.

II. CAESAR .M. FRONTONI *.

* Q. V]

Carissime. Quamquam ad te cras venio, tamen tam amicis tamque iucundis litteris tuis, tam denique elegantibus, nihil, ne hoc quidem tantulum, rescribere non sustineo, mi Fronto carissime. Sed quid ego prius amem? pro quo prius habeam gratiam? Id ne primum commemorem quod in tantis domesticis studiis tantisque extrariis negotiis occupatus,

* *M*. Hoc extirpa, Caesar, ne amici tui invicem libeant *c*): neve sed alii tu bene feceris, sibi quisque deperire ac detrahi putet.

a) Cod. *faerae*; mox prima *a* expuncta. — *b*) Tantum fere spatii oblitterati in codice est. *c*) Ita cod. *libeant*. In textu tamen recte *liveant*.

1) In pagina, quae hinc incipit, triplex scriptura; prima Frontonis; tertia synodi chalcedonensis; secunda item ad eandem synodum pertinens, atque ita tertiae supposita, ut nihilominus adhuc legatur.

2) Virilem togam sumpsit Marcus quinto decimo aetatis anno. Capitol. cap. IIII.

3) De hoc homine in epistula sequente et in illis ad amicos.

4) Pars ista sermonis latet in lacuna.

tamen ad Iulianum 1) nostrum visendum mea maxime gratia; nam sim ingratus nisi id intellegam; ire conisus es *a*)? Sed non magnum est; tamen ut est, si cetera addas, tanto temporis spatio ibi te demorari, tantum sermocinari, idque de me sermocinari, aut quod ad valetudinem eius consolandam esset *b*): aegrum commodiorem sibi; amicum amiciorem mihi facere *c*): tum autem de iis singillatim ad me perscribere: inibi scribere nuntium de ipso Iuliano optatissimum, verba suavissima, consilia saluberrima. Quid illud, quod dissimulare nullo modo possum, apud alium dissimulaturus? utique illud ipsum quod tanta ad me scripsisti cum cras venturus essem? Id vero mihi longe fuit gratissimum, in eo ego *d*) me beatissimum supra omnis homines arbitratus sum: nam quanti me faceres, quantamque amicitiae meae haberes fiduciam, in eo maxime atque dulcissime ostendisti. Quid ego addam, nisi te merito amo? Sed quid dico merito? nam utinam pro tuo merito te amare possem! Adque *e*) id est quod saepe absenti adque insonti tibi irascor adque suscenseo, quod facis ne te, ut volo, amare possim; id est ne meus animus amorem tuum usque ad summum columen *f*) eius persequi posset *g*). De Herode quod dicis, perge, oro te, ut Quintus 2) noster ait, pervince pertinaci pervicacia *h*). Et Herodes te amat 3), et ego istic hoc ago, et qui te non amat, profecto neque ille animo intellegit, neque oculis videt: nam de auribus nihil dico; nam omnium aures tuae voculae subserviunt sub iugum subactae * 4). Mihi et hodiernus dies verno die longior, et nox veniens hiberna nocte prolixior videtur atque videbi-

* *M*. Omnium aures tuis voculis sub iugum subactae sunt.

a) Cod. *est*. — *b*) *Esset* pro *prodesset*, ut Cato RR. cap. CXXV. — *c*) In his locis interpunctio codicis vitiosa erat. — *d*) *Ego* scribitur littera initiali magna et cum spatio ad quandam fortasse emphasim declarandam. — *e*) Ita cod. — *f*) Cod. *columen*; tum *eius* [illegible] — *g*) Ita cod. non *possit*. — *h*) Cod. *pervicaciam*; sed *m* fortasse expuncta.

1) Spartianus biographus cap. I. narrat Didium illum Iulianum, qui senex imperium emit, educatum fuisse apud Marci matrem, huiusque et Marci suffragiis ad honores fuisse promotum. Vix ergo dubito quin heic Marcus de eo Iuliano loquatur.

2) Latini poetae Quintus Novius, Quintus Ennius, Quintus Fabius Labeo, Quintus Lutatius Catulus, [illegible]. Vix dubito quin Marcus Novium [illegible] gat, quem legebat lib. II. 13. [illegible]

3) Confer ep. ad Antoninum [illegible] lib. II, et ad Verum [illegible]

4) Laudat Frontonis eloquentiam.

tur. Nam cum maximo opere Frontonem meum consalutare, tum harum recentium litterarum scriptorem praecipue cupio conplecti. Haec cursim ad te scripsi, quia Maecianus 1) urgebat, et fratrem tuum maturius ad te reverti aecum erat. Quaeso igitur, siquod verbum absurdius, aut inconsultior sensus, aut infirmior littera 2) istic erit, id tempori adponas: nam cum te ut amicum vehementissime diligam, tum *a*) meminisse oportet, quantum amorem amico, tantum reverentiae magistro praestare debere. Vale, mi Fronto carissime et supra omnis res dulcissime.

Sota 3) ennianus remissus a te *b*), et in charta puriore et volumine gratiore et littera festiviore quam antea fuerat videtur. Gracchus 4) cum cado musti maneat dum venimus: neque enim metus est Gracchum interea cum musto defervere posse 5). Valeas *c*) semper anima suavissima.

III. DOMINO MEO FRONTO.

Omnium artium, ut ego arbitror, imperitum et indoctum omnino esse praestat, quam semiperitum *d*) ac semidoctum. Nam qui sibi conscius est artis expertem esse, minus adtemptat *, eoque minus praecipitat; diffidentia profecto audaciam prohibet. At ubi quis leviter quid cognitum pro conperto ostentat, falsa fiducia multifariam labitur. Philosophiae quoque disciplinas aiunt satius esse numquam attigisse, quam leviter et primoribus, ut dicitur, labiis delibasse; eosque provenire malitiosissimos, qui in vestibulo artis obversati, prius inde

* *M.* Minus audet qui se scit artis expertem.

a) Haud scio an exciderit sive extritum fuerit *me* ante *meminisse*, ob concursum. — *b*) Interpungitur in codice post *te*. — *c*) Cod. *valeat*. — *d*) Cod. *saemiperitum*, contra ac in sequente.

1) ·L· Volusium Maecianum iuris magistrum audiit Marcus. Capitol. in M. cap. III. Laudant eiusdem prudentiam iuris, amicumque appellant divi Fratres digest. XXXVII. 14. 17.

2) Ergo hanc epistulam manu sua scribebat ·M· Aurelius. Confer lib. III. 3. IIII. 8, et de nep. am. ep. I.

3) Ita evidenter codex. Iamvero non *Asotum*, ut loquitur Festus, sed *Sotam* dici hunc Ennii librum in antiquis Varronis, qui eum citat, editionibus, observavit Scaliger: quod autem idem Scaliger *Sotadicum* potius, quam *Sotam* scribere suadet, in hoc is demum a ·M· Aurelio nunc refellitur.

4) Nempe Gracchi orationes.

5) Significat gracchanae eloquentiae fervorem.

averterint quam penetraverint *. Tamen est in aliis artibus ubi interdum delitiscas *a*), et peritus paulisper habeare quod nescias. In verbis vero eligendis conlocandisque ilico dilucet 1): nec verba dare diutius potest *, quin se ipse indicet verborum ignarum esse, eaque male probare, et temere existimare et inscie contrectare, neque modum neque pondus verbi internosse.

Quam ob rem rari admodum veterum scriptorum in eum laborem *b*) studiumque et periculum verba industriosius quaerendi sese commisere. Oratorum post homines natos unus omnium ·M· Porcius, eiusque frequens sectator ·C· Sallustius *: poetarum * maxime Plautus, multo maximeque Ennius, eumque studiose aemulatus ·L· Coelius, nec non Naevius *c*), Lucretius, Accius etiam, Caecilius, Laberius quoque. Nam praeter hos, partim scriptorum animadvertas particulatim elegantis, Novium et Pomponium et id genus in verbis rusticanis et iocularibus ac ridiculariis, Attam in muliebribus, Sisennam in lascivis, Lucilium in cuiusque artis ac negotii propriis.

Hic tu fortasse iandudum requiras quo in numero locem ·M· Tullium, qui caput atque fons romanae facundiae cluet *. Eum ego arbitror usquequaque verbis pulcherrimis elocutum et ante omnis alios oratores ad ea, quae ostentare vellet, ornanda magnificum fuisse. Verum is mihi videtur a quaerendis scrupulosius verbis procul afuisse vel magnitudine animi, vel fuga laboris, vel fiducia * non quaerenti *d*) etiam sibi, quae vix aliis quaerentibus subvenirent, praesto adfutura. Ita-

* *M*. Malitiosissimi sunt qui in vestibulo obversati, prius inde averterint quam penetraverint.

* M. In verbis eligendis verba dare nemo potest.

* *M*. Porcius Cato unus omnium verbis quaerendis se commisit, eiusque frequens sectator Gaius *e*) Sallustius.

* *M*. Qui poetae verbis studuerunt. — * *M*. Laus Ciceronis.

* *M*. Tullius caput adque fons romanae eloquentiae cluet: procul tamen a quaerendis scrupulosius verbis fuit vel animi magnitudine, vel fuga laboris, vel fiducia.

a) Ita cod. — *b*) Cod. *laborum*. — *c*) Verba *nec non Naevius* adduntur 2. manu; et quidem lib. II. 5. et 13. *Nevius* sine diphth. — *d*) Cod. *quaerendi*, addita interpunctione. — *e*) Ita in margine per *G*; at in contextu per *C*. Sic variat id praenomen etiam in cod. Cic. de rep.

1) Hinc belle, et huic Frontonis loco accommodate, Quintilianus inst. XII. 4: *philosophia simulari potest, eloquentia non potest.*

que conperisse videor, ut qui eius scripta omnia studiosissime lectitarim, cetera eum genera verborum copiosissime uberrimeque tractasse, verba propria, translata, simplicia, conposita, et quae in eius scribtis ubique dilucent, verba honesta, saepenumero etiam amoena 1): quom tamen in omnibus eius orationibus paucissima admodum reperias insperata adque inopinata verba 2), quae nonnisi cum studio atque *a*) cura atque vigilia adque multa *b*) veterum carminum memoria indagantur. Insperatum autem adque *c*) inopinatum verbum *d*) appello, quod practer spem atque opinionem audientium aut legentium promitur: ita ut si subtrahas, adque *e*) eum qui legat quaerere ipsum iubeas, aut nullum, aut *f*) non ita ad significandum adcommodatum *g*) verbum aliud reperiat. Quam ob rem te magno opere *h*) conlaudo, quod ei rei curam industriamque adhibes, ut verbum ex alto eruas *i*) et ad significandum adcommodes. Verum, ut initio dixi, magnum in ea re periculum est, ne minus apte aut parum dilucide aut non satis decore, aut a semidocto conlocetur: namque multo satius est volgaribus et usitatis, quam remotis et requisitis uti, si parum significet.

Haud *k*) sciam an utile sit demonstrare quanta difficultas quam scrupulosa et ancxia cura in verbis probandis adhibenda sit * *l*), ne ea res animos adulescentium retardet, aut spem adipiscendi debilitet *m*). Una plerumque littera translata aut exempta aut inmutata vim verbi ac venustatem commutat et elegantiam vel scientiam loquentis declarat. Equidem te animadverti quom mihi scripta tua relegeres, adque ego

* *M*. De verborum proprietatibus.

a) Ita rursus cod. per *t*, licet praecedat idem vocabulum cum *d*. — *b*) *Multa* additur. 2. manu. — *c*) *Adque* additur 2. manu. — *d*) Cod. *vero*. — *e*) Ne miremur toties *adque* (vel *atque*) pro *et* scribi, docet ipse Marcus II. 16, imitationem esse Catonis. — *f*) Cod. *ut*. — *g*) Cod. *aut non ita significandum adcommodandum*; tum emendatum *adcommodatum*. — *h*) Ita 2. manu; at 1. *magnopere*. — *i*) Ita 2. manu; at 1. *erbas*, *b* pro *u*. — *k*) Cod. *haut*. — *l*) Cod. *sint*; tum expuncta *n*. — *m*) Ita cod. 2. manu; at 1. *devilitet*.

1) Hinc Cicero a Gellio XIII. 24. dicitur *verborum homo diligentissimus*. Similiter ab Augustino contra adversar. leg. et proph. cap. ult. idem Cicero appellatur *verborum diligentissimus appensor et mensor*.

2) Frontonis hoc dictum confirmavit mihi experientia: etenim nova nec brevia a me edita Ciceronis scripta, parum sane incognitorum verborum suppeditarunt, prae Frontone aliisque quos edidi latinis auctoribus.

de verbo syllabam permutarem, te id neglegere, nec multum referre arbitrari. Nolim igitur te ignorare syllabae unius discrimen quantum referat *. Os *a*) colluere dicam; pavimentum autem in balneis pelluere, non colluere: lacrymis vero genas labere *b*) dicam, non pelluere neque colluere; vestimenta autem lavare, non lavere: sudorem porro et pulverem abluere, non lavare; sed maculam elegantius eluere quam abluere. Si quid vero magis heserit *c*), nec sine aliquo detrimento exigi possit, plautino verbo elavere 1) dicam. Tum praetera mulsum diluere, fauces proluere, ungulam iumento subluere. Tot exemplis unum adque idem verbum syllabae adque litterae commutatione in varium modum adcensum usurpatur: tam hercule quam faciem medicamento litam, caeno corpus oblitum, calicem melle delitum, mucronem veneno, radium visco, inlitum, rectius dixerim 2).

Haud *d*) sciam an quis roget; nam quis me prohibet vestimenta lavere potius quam lavare? sudorem lavare potius quam abluere dicere? Tibi vero nemo in ea re intercedere aut modificare iure ullo poterit, qui sis liberis *e*) prognatus, et equitum censum praetervehare, et in senatu sententiam rogare: nos vero qui doctorum auribus servituti serviendae nosmet dedimus, necesse est tenuia *f*) quoque ista et minuta summa cum cura persequamur. Verba prosus *g*) alii vecte et malleo, ut silices, moliuntur; alii autem caelo et marculo, ut gemmulas exculpunt * *h*): te aequius erit ad quaerenda sollertius verba, quod correctus sis meminisse, quam quod depraehensus, detractare aut retardari. Nam si quaerendo desistes, numquam reperies; si perges quaerere, repperies *i*). Denique visus etiam es mihi, insuper habuisse cum ordinem verbi

* *M*. Multum differt unius syllabae discrimen.

* *M*. Alii verba vete *k*) vel malleo et silice *l*) moliuntur: alii caelo et marculo, ut qui gemmas exculpunt.

a) *Os* superadditur 2. manu. — *b*) Ita cod. 1. manu pro *lavere*; at 2. *labere*. — *c*) Ita cod. sine diphthongo. — *d*) Cod. *haut*, ut supra. — *e*) In cod. repetitur *liberis*. — *f*) Vox autem repetitur in margine ut notabilis. — *g*) Ita recte cod. — *h*) Ita cod. 2. manu; at 1. exculpunt. — *i*) Ita cod. modo cum duplici, modo cum unica *p*. — *k*) Ita heic cod. — *l*) Ita cod.

1) Asinar. I. 2. 9. *elavi bonis*. Confer etiam rud. II. 7. 21; trinumm. II. 4. 5. Decoctorum scilicet verbum hoc est etiam in vulgari hodierno Italorum sermone.

2) Insignis haec habebitur a grammaticis epistola Frontonis.

tui immutassem, uti ante tricipitem diceres quam Geryonam nominares. Id quoque ne ignores: pleraque in oratione, ordine inmutato, vel rata verba fiunt vel supervacanea *. Navem triremem rite dixerim; triremem navem supervacaneo addiderim. Neque enim periculum est, ne quis lecticulam aut redam *a*), aut citharam *b*) triremem dici arbitretur. Tum praeterea *c*) quom commemorares, cur Parthi 1) manuleis laxioribus uterentur, ita, opinor, scripsisti, intervallis vestis aestum ut suspendi diceres. Ain tandem, quo pacto aestus suspenditur? Neque id repraehendo, te verbi translatione audacius progressum: quippe qui Enni sententia oratorem audacem esse debere 2) censeam. Sit sane audax orator, ut Ennius postulat; sed a significando quod volt eloqui, nusquam digrediatur *. Igitur voluntatem quidem tuam magno opere probavi laudabique *d*) quom verbum quaerere adgressus es; indiligentiam *e*) autem quaesiti verbi, quod esset absurda, repraehendi: namque manuleorum intervallis, quae interdum laxata videmus atque fluitantia, suspendi aestus non potest: potest aestus per vestis intervalla depelli, potest degi, potest demeare, potest circumduci, potest interverti, potest eventilari: omnia denique potius potest, quam posse suspendi; quod verbum suspendi *f*) sustineri, non per laxamenta deduci, significat 3).

Post ista monui quibus studiis, quoniam ita velles, te historiae scribundae praeparares *g*). Qua de re cum longior sit oratio, ne modum epistulae egrediar, finem facio. Si tu de ea quoque re scribi ad te voles, etiam adque etiam admonebis.

* *M.* In alio supervacua.

* *M. Sit orator* audax et verborum translatione progressus, sed a significando quod volt eloqui nusquam digrediatur.

a) Ita cod. non *rhedam*. — *b*) Cod. *chitaram*, quae scriptura vergit ad vulgarem Italorum pronunciationem *chitarra*. Sed bene superius IIII. 1. p. 90. — *c*) Cod. *praetereo*. — *d*) Ita cod. pro *laudavique*. — *e*) Ita cod. — *f*) Cod. pro *suspendi* habet mendose *super nequit*. — *g*) Superadditur in cod. *s* finalis.

1) Hinc vides Frontonem emendare Marci Caesaris orationem in senatu sine dubio recitatam, ubi de rebus parthicis persicisve dictum ab eo fuerat, ut lib. III. 16. fin.

2) Notabilis Ennii sententia.

3) Videris omnino falli, vel certe scrupulosius agis, Fronto mi; etenim in inscriptione elegante christiana a me edita Script. vet. T. V. p. 179. ita se habet primus versus: *balnea quae fragilis suspendunt corporis aestum*.

IIII. .M. CAESAR .M. FRONTONI MAGISTRO SUO SALUTEM.

Postquam vehiculum inscendi, postquam te salutavi, iter non adeo incommodum fecimus, sed paululum pluviae aspersi sumus. Sed priusquam ad villam 1) venimus, Anagniam devertimus mille fere passus a via. Deinde id oppidum anticum *a*) vidimus 2); minutulum quidem sed multas res in se antiquas habet, aedes sanctasque caerimonias *b*) supra modum. Nullus angulus fuit, ubi delubrum aut fanum aut templum non sit. Praeterea multi libri linitei *c*), quod ad sacra adtinet *. Deinde in porta cum eximus, ibi scriptum erat bifariam sic *d*): flamen sume *e*) samentum. Rogavi aliquem ex popularibus quid illud verbum esset? ait lingua hernica *f*) pelliculam de hostia, quam in apicem suum *g*) flamen cum in urbem introeat inponit. Multa adeo alia didicimus quae vellemus scire: verum id solum est quod nolimus, cum tu a nobis abes: ea nobis maxima sollicitudo est. Nunc tu postquam inde profectus es, utrum ne in Aureliam 3) an *h*) in Campaniam abisti, fac scribas mihi: et an vindemias inchoaveris, et an ad villam multitudinem librorum tuleris; et illud quoque an me desideres; quod ego stulte requiro quom *i*) tu per te facis. Nunc tu, si me desideras atque si me amas, litteras tuas *k*) ad me frequentes mittes, quod mihi solacium adque fomentum sit. Nam decem partibus tuas litteras legere 4) ma-

* *M*. In alio pertinet.

a) Ita cod. licet paulo post scribatur *antiquas*. — *b*) Cod. *caerimonia* propter sequentem *s*. — *c*) Ita codex; idque magis servat etymologiam ex *lino* quam *lintei*.. Neque enim puto esse pro *liniti*. — *d*) In cod. interpungitur post *bifariam*. — *e*) *Sume* superadditur. — *f*) In codice interpungitur post *hernica*. — *g*) Cod. in textu *pacem suam*; tum in margine scribit scholiastes *alibi*, *in apicem*, quae unice lectio vera est. Morem quidem circumeundi pagos in lupercalibus, pellibus victimarum succinctos tradit Dionysius H. I. 8. — *h*) Tò *an* superadditur 2. manu; iurene an iniuria, nescio. Nam Pii quidem villae campanae satis notae sunt. — *i*) Ita 1. manu; at 2. *quod*. — *k*) *Tuas* additur 2. manu.

1) Signinam, ut infra cognoscitur.

2) De Anagniae veteris dignitate lege Strabonem V. p. 363. ed. Amstel; tum Servium ad aen. VII. 684. Confer etiam Macrob. saturn. V. 18.

3) Intellige, si placet, regionem *Aureliam*. In commentario enim Cl. Caesaris de coloniis ed. Rigalt. p. 345. sic: *pars camporum et silvas regionis Campaniae, vel totius Aureliae* etc. Caeterum Capitolinus cap. I. Antoninum Pium dicit educatum Lorii in Aurelia. Itaque villa fuit T. Aurelii Antonini Pii in via Aurelia, qua in Etruriam [illegible]

4) Ludit Fronto in duplici sensu τοῦ *legere*.

lim quam omnes marsicos aut gauranos palmites: nam signini quidem isti nimis rancidos racemos et acidos acinos habent 1); quod vinum malim quam mustum bibere. Praeterea istas ubas *a*) multo commodius passas quam puberes manducare: nam profecto malim eas pedibus calcare, quam dentibus comesse. Sed tamen propitiae placataeque *b*) sint, et mihi pro istis iocularibus bonam veniam duint. Vale mihi homo amicissime *c*), suavissime, disertissime, magister dulcissime. Quom videbis in dolio mustum fervere, in mentem tibi veniat, mihi sic in pectore tuum desiderium scatere et abundare et spumas facere 2). Semper vale.

V. HAVE MIHI MAGISTER CARISSIME *d*).

Nos valemus. Ego hodie ab hora nona noctis in secundam diei bene disposito cibo studivi *e*): a secunda in tertiam soleatus libentissime inambulavi ante cubiculum meum. Deinde calceatus, sagulo sumpto; nam ita adesse nobis indictum erat *, abii salutatum Dominum meum. Ad venationem profecti sumus 3), fortia facinora fecimus, apros captos 4) esse fando audimus, nam videndi quidem nulla facultas fuit. Clivom *f*) tamen satis arduum successimus: inde post meridiem *g*) domum recepimus. Ego me ad libellos. Igitur calceis detractis, vestimentis positis, in lectulo ad duas horas commoratus sum. Legi Catonis orationem de bonis Dulciae *h*), et aliam qua tribuno diem dixit. Io *i*), inquis puero tuo; vade quantum potes, de Apollonis *k*) bibliotheca has mihi orationes adporta. Frustra mittis *l*); nam et *m*) isti libri me secuti sunt. Igitur

* *M*. In alio, indicio erat.

a) Ita cod. — *b*) Cod. *quae*. — *c*) Cod. *amicissimae*. Alibi quoque occurrunt huiusmodi vitiosae diphthongi. — *d*) Cod. *gravissime*. Tum in margine est lemma: *in alio, carissime;* quae vera lectio est. — *e*) Ita cod. pro *studui*, ut *posivi* pro *posui*. Infra tamen *studui*. — *f*) Ita cod. Sic in inscript. vet. vatic. *clivom Martis in planitiam redigendum curavit*. — *g*) Ita cod. 2. manu; at 1. *postridie*. — *h*) Ita cod. 2. manu; at 1. *Pulchrae*. — *i*) Ita videtur emendatus codex, quum prius fuisset *ioa*. — *k*) Ita cod. — *l*) *Mittis* additur 2. manu, idque profecto eleganter omitti potuit. — *m*) Cod. *it*.

1) Signini vini austeritas notissima est. Et quidem Silius VIII. 379. *Quos Cora, quos spumans inimico Signia musto*.

2) Cicero in Verrem or. IIII. 66. dicit fortasse elegantius *spumas agere*.

3) Marci venationes memorat Capitolinus cap. IIII.

4) Dio LXXI. 36. ait Marcum in venatione apros ex equo confecisse.

Tiberianus 1) bibliothecarius tibi subigitandus est; aliquid in eam rem insumendum, quod mihi ille, ut ad urbem venero, aequa divisione inpertiat. Sed ego orationibus his perlectis paululum, miserere, scripsi quod aut lymphis aut volcano dicarem 2), ἀληθῶς ἀτυχῶς σήμερον γέγραπταί μοι, venatoris plane aut vindemiatoris studiolum, qui iubilis suis cubiculum meum perstrepunt 3), causidicali prosum *a*) odio et tedio *b*). Quid hoc dixi? immo recte dixi: nam meus quidem magister orator est 4). Ego videor mihi perfrixisse, quod mane soleatus ambulavi, an quod male scripsi, non scio. Certe homo alioqui *c*) pituitosus *d*), hodie tamen multo mucculentior *e*) mihi esse videor. Itaque oleum in caput infundam, et incipiam dormire; nam in lucernam hodie nullam stillam inicere cogito: ita me equitatio et sternutatio defatigavit. Valevis *f*) mihi, magister carissime et dulcissime, quem ego, ausim dicere, magis quam ipsam Romam desidero *.

VI. HAVE MIHI MAGISTER DULCISSIME.

Nos valemus. Ego aliquantum prodormivi propter perfrictiunculam, quae videtur sedata esse. Ergo * ab undecima noctis in tertiam diei, partim legi ex agricultura 5) Catonis, partim scripsi; minus miserere, mehercule *g*) quam heri. Inde salutato patre meo, aqua mulsa sorbendo *h*) usque ad gulam et reiectanda fauces fovi potius quam dicerem gargarissabi *i*): nam et ad *k*) Novium credo, et alibi. Sed faucibus curatis

* *M*. Ausim dicere, magis te quam ipsam Romam desidero.

* *M*. In alio, ego.

a) Ita cod. — *b*) Ita cod. sine diphth. — *c*) Cod. *qui;* tam 2. manu factum *alioqui* — *d*) Vox haec repetitur in margine ut notabilis: — *e*) Repetitur in margine cum unico c. — *f*) Ita cod. 1. manu; at 2. *valebis*. — *g*) Ita 2. manu; at 1. *mercule*. — *h*) Ita cod. 2. manu; at 1. *sorbemdo; m* pro *n*, ut in aliis codd. — *i*) Ita cod. — *k*) *Ad* pro *apud*.

1) Tiberianus citatur a Fulgentio de prisco serm. Inscriptio autem in codice ottobon. 3129. p. 72. ita se habet: *Tiberius. Claudius. Alcibiades. mag. a. bibliotheca. latina. Apollinis. item. scriba. ab. epistulis. latinis.*

2) Confer lib. II. 13. Erat autem haec formula quaedam, ut vides apud Lil. Greg. Gyraldum de poët. hist. dialog. III. edit. Lugd. Batav. pag. 140.

3) Intelligit venatorum vindemiatorumque cantilenas. Infra Marcus alias cum vindemiatoribus iubilavisse.

4) Confer auctorem dialogi de corrupt. eloq. cap. I.

5) Hinc denuo confirmatur titulus operis catoniani, de quo disputat Ursinus in notis.

ibii ad patrem meum et immolanti adstiti 1). Deinde ad me-endam itum. Quid me censes prandisse? panis tantulum; cum onchim *a*) caepas et maenas bene praegnatis alios vorantis iderem. Deinde uvis metendis operam dedimus, et consuda-imus *b*) et iuvilavimus 2) *c*), et aliquot, ut ait auctor 3) re-iquimus altipendulos *d*) vindemiae superstites. Ab hora sexta lomum redimus, paululum studui, atque id ineptum. Deinde um matercula * mea supra torum sedente multum garrivi *e*). Meus sermo hic erat: quid existimas modo meum Frontonem acere? Tum illa, quid autem tu meam Gratiam? Tum ego, quid autem paserculam *f*) nostram Gratiam minusculam? Dum ea fabulamur atque altercamur, uter alterum vestrum magis amaret, discus crepuit 4) id est pater meus in balneum trans-isse nuntiatus est. Loti igitur in torculari cenavimus, non loti in torculari, sed loti cenavimus; et rusticos cavillantes audi-vimus libenter. Inde reversus, prius quam me in latus con-verto ut stertam, meum pensum explico, et diei rationem meo suavissimo magistro reddo, quem si possem magis desi-derare, libenter plusculum macerarer. Valebis mihi Fronto, ubi ubi es, mellitissime, meus amor, mea voluptas. Quid mihi tecum est? amo absentem.

VII. HAVE *g*) MIHI MAGISTER DULCISSIME.

Tandem tabellarius proficiscitur, et ego tridui acta mea ad te tandem possum dimittere. Nec quicquam dico; ita epi-stulis prope ad *h*) ·XXX· dictandis spiritum insumsi. Nam quod proxime tibi de epistulis placuerat, nondum ad *i*) patrem meum pertuli. Sed cum, dis iuvantibus, ad urbem veniemus, ad-

* *M.* In alio, matercella.

a) Vox haec repetitur in margine ut notabilis. — *b*) Ita cod. — *c*) Cod. 2. manu *iubila-vimus*. — *d*) Cod. *altipedulos*; tum eadem manus superaddidit *n*. — *e*) In margine ubi repetitur sententia, scribitur *garrevi*. — *f*) Ita cod. cum unica *s*. — *g*) Ita cod. pro *ave*. — *h*) *Ad* su-peradditur 2. manu. — *i*) *Ad* superadditur 2. manu.

1) Antonini Pii typus ad aram sa-crificantis in suo consulatu quarto cum Marco iterum (erat is annus ipsius Marci XXIV) extat non uno in numismate ma-ximi moduli olim bibliothecae vat.

2) *Iubilare est rustica inclamare*, ut his ipsis verbis inquit Pomp. Festus.

3) Num Novius paulo ante appella-tus?

4) Sic apud Cic. de orat. II. 5: *simul ut discus increpuit, philosophum au-ditores unctionis causa relinquunt.*

mone me ut tibi aliquid de hac re narrem. Sed quae tua et mea meteoria *a*) est, neque tu me admonebis, neque ego tibi narrabo, atque *b*) enim revera opus consulto est. Vale, meum; quid dicam, quidquid dicere satis non est? Vale meum desiderium, mea [lux, mea] voluptas *c*).

VIII. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Adventum tuum mihi frater tuus nuper εὐηγγελίσατο. Cupio mehercule possis venire, quod salute tua fiat: spero enim fore, ut etiam valetudini meae conspectus tuus aliquid conferat, εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς ἐνβλέψεται, [ait] Εὐριπίδης, ut opinor. Ego inpraesentiarum *d*) sic me habeo, ut vel hinc aestimatu facile sit tibi, quod haec precaria *e*) manu scribo 1). Sane quidem quod ad vires adtinet, incipiunt redire: pectoris etiam dolor nullus residuus; ulcus autem illud ἀπέργασται *f*) τῆς ἀρτηρίας. Nos remedia experimur, et ne quid opere nostro claudat advigilamus. Neque enim ulla alia re tolerabiliora diuturna incommoda fieri sentio, quam conscientia curae diligentis et temperantiae medicis obsequentis. Turpe alioqui fuerit diutius vitium corporis, quam animi studium ad reciperandam sanitatem, posse durare. Vale, mi iucundissime magister. Salutat te mater mea.

VIIII. DOMINO MEO.

Accepi 2) litteras tuas elegantissime scriptas, quibus tu intervallo desiderium litterarum mearum obortum tibi esse ais. Est igitur vera Socrati *g*) opinio, doloribus ferme voluptates conexas esse *; cum in carcere dolorem constricti vinculi voluptate resoluti conpensaret 3). Item profecto in nobis quan-

* *M.* Socrati opinio est, doloribus voluptates esse conexas.

a) Vox haec, ut notabilis, repetitur in margine. — *b*) Ita cod. Num pro *neque*? — *c*) *Voluptas* scribitur 2. manu. — *d*) *In praesentiarum* repetitur in margine, ut notabile vocabulum. Utrum autem *in* sit separanda nec ne, codex docere nequit, qui litteris continuis semper utitur. — *e*) Cod. *praecaria*. — *f*) Cod videtur απεργανσται. — *g*) Ita cas. gen. in *i*, ut saepe similia nomina apud Cic.

1) Sermo est de morbo ·M· Aurelii. Hinc illi tot nummi antoniniani cum typo *Salutis*.

2) Haec epistula non memoratur in indiculo, ut iam diximus, in adnotatione p. 65.

3) Lege Platonis Phaedonem ed. Serrani T. I. p. 60.

tum molestiae absentia, tantum commodi adfert desiderium inritatum. Nam desiderium ex amore est. Igitur amor cum desiderio auctus est, quod est *a*) in amicitia multo *b*) optimum. Tum quod quaeris de valetudine mea, iam prius scripseram tibi, me umeri *c*) dolore vexatum ita vehementer quidem, ut illam ipsam epistulam, qua id significabam, scribendo dare operam nequirem; sed uterer contra morem nostrum * . . . 1). *Q. VIIII.

Desiderantur paginae quatuor.

X. (CAESAR FRONTONI.)

. . . *Vale mi Fronto carissime*. Mater mea te salutat 2). Consulem nostrum 3) saluta et matronam nostram 4).

XI. CAESAR FRONTONI.

Volentibus dis spem salutis nancisci videmur: alvi fluxus constitit, febriculae depulsae: macies tamen pertenuis et tussiculae *d*) nonnihil restat. Profecto intellegis de parvola nostra Faustina 5) haec me tibi scribere, pro qua satis egimus. Tibi valetudo an pro meo voto se adcommodet, fac sciam, mi magister.

XII. FRONTO CAESARI.

Ut ego, di *e*) boni, consternatus sum lecto initio epistulae tuae! quod ita scriptum fuit, ut tuum aliquod valetudinis periculum significari suspicarer. Postquam deinde il-

a) *Est* superadditur 2. manu. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *multa*. — *c*) Ita scribit hoc nomen Fronto sine adspiratione. Ita etiam Symmachus; nec non Plinius in eius varietatibus a me editis. Sic autem diserte iubet Eutyches apud Putsch. p. 2312, qui ait omnem vocalem, *m* sequente, leniter enuntiari, nominatimque *umerus*. — *d*) Ita cod. cum unica *s*. — *e*) In indiculo *dii*.

1) Quasnam litteras in lacuna amiserimus, sine dubio doceret index, nisi is interdum cum corpore ipso pugnaret. Sed certe desideratur pars epistulae nonae et pars maxima decimae, quae incipiebat *haec me in praesentia*.

2) Hinc cognoscimus epistulam esse ipsius Marci, et quidem, ut credendum est, ad Frontonem.

3) Intellige quemvis ex amicis aut necessariis Frontonis. De Claudio quidem Frontone consule et asiarcha recole dicta in praefatione. Sed et fratrem suum ad summos honores evectum Pio imperante ait Fronto de nep. am. ep. II.

4) Videtur intelligenda uxor Frontonis.

5) Domitia Faustina, quae tenera aetate, patre nondum Augusto obiisse videtur. Eius inscriptionem in Hadrianio inventam profert Mabillonius analect. vet. ed. nov. p. 363: *Domitia Faustina, M. Aurelii Caesaris filia, imp. Antonini Augusti, ·PP·, neptis.*

lut *a*) periculum, quod quasi tuum principio litterarum tuarum acceperam, filiae tuae Faustinae fuisse aperuisti *b*), quantum mihi permutatus est pavor! nec permutatus modo, verum etiam nescio quo pacto nonnihil sublevatus. Dicas licet; levius ne tibi visum est filiae meae periculum quam meum? tibi ne ita visum qui praefers Faustinam id tibi esse quod lucem serenam, quod diem festum, quod spem propinquam, quod votum impetratum, quod gaudium integrum *, quod laudem nobilem atque incolumem 1)? Equidem ego quit *c*) mihi legenti litteras tuas subvenerit, scio; qua vero id ratione evenerit, nescio; nescio, inquam, cur magis at *d*) tuum quam ad tuae filiae periculum consternatus sim: nisi forte, tametsi paria sint, graviora tamen videntur quae ad aures prius accidunt *. Quae denique huiusce rei ratio, tu facilius scias, qui de natura et sensibus hominum scis amplius aliquid meliusque didicisti 2). Ego, qui a meo magistro et parente Athenodoto 3) ad exempla et imagines quasdam rerum, quas ille εἰκόνας appellabat, apte animo conpraehendundas adcommodandasque mediocriter institutus sum, hanc huiusce rei imaginem repperisse videor, cur meus translatus metus levior * sit mihi visus. Simile solere evenire onus grave umero gestantibus, cum illut onus in sinistrum ab dextro umero transtulere; quamquam nihil de pondere deminutum sit, tamen ut oneris translatio videatur etiam relevatio *.

Nunc quoniam prostrema parte epistulae tuae, qua meliuscule iam valere Faustinam nuntiasti, omnem mihi prosus *e*)

* *M*. Quod amatur hoc est quod lux serena, quod dies festus, quod spes propinqua, quod votum impetratum, quod gaudium integrum.

* *M*. Etsi forte paria sint, graviora tamen videntur quae ad aures prius accedunt *f*). — * *M*. In alio, leviter.

* *M*. Cum onus in sinistrum ab dextro umero transfertur, nihil de pondere deminuitur; tamen ipsa translatio, relevatio est.

a) Ita cod. — *b* Cod. *apperuisti*; sed altera *p* deleta videtur. Sane alibi legimus *repperit*. — *c*) Ita cod. pro *quid*. — *d*) Ita cod. pro *ad*. — *e*) Ita cod. 1. manu; at 2. *prorsus*. — *f*) Ita cod.

1) Fortasse hae dictiones fuerant Frontonis in aliqua epistola ad Marcum de filiola eius Faustina.

2) Intelligit Marci philosophiam.

3) Athenodoti mentionem facit cum alio magistro suo Dionysio Fronto in epistula graeca acephala lib. I. 12. Item ·M· Aurelius de reb. suis I. 13, ed. Gatak. quo loco eum nominat cum *Domitio*, sed fortasse legendum est *Dionysio*.

netum ac sollicitudinem depulisti; non alienum tempus videtur de meo adversus te amore remissius aliquit *a*) tecum et liberalius fabulandi: nam ferme metu magno et pavore relevatis conceditur ludere aliquid *b*) atque ineptire. Ego quanto opere *c*) te diligam non minus de gravibus et seriis experimentis quam plerisque etiam frivolis sentio. Quae aut cuiusmodi sint haec frivola, indicabo. Si quando te somno leni, ut poeta ait 1), placidoque revinctus video in somnis, numquam est quin amplectar et exosculer: tum pro argumento cuiusque somni aut fleo ubertim, aut exulto laetitia aliqua et voluptate 2). Hoc unum ex annalibus sumptum amoris mei argumentum poeticum et sane somniculosum. Accipe aliut rixatorium iam hoc et iurgiosum. Nonnumquam ego te coram paucissimis ac familiarissimis meis gravioribus verbis absentem insectatus sum: olim hoc *d*), cum tristior quam par erat in coetu hominum progrederere 3), vel cum in theatro tu libros vel in convivio lectitabas 4): nec ego dum tu, theatris, nec dum *e*) conviviis, abstinebam 5). Tum igitur ego te durum et intempestivum hominem, odiosum etiam nonnumquam ira percitus appellabam. Quod *f*) si quis alius eodem te convicio audiente me detrectaret, aequo animo audire non poteram. Ita mihi facilius erat ipsum loqui, quam alios de te sequius quid dicere perpeti: ita ut Gratiam meam filiam facilius ipse percusserim, quam ab alio percuti viderim *. Tertium de meis frivoleis *g*) addam. Scis ut in omnibus argentariis mensulis, perguleis, taberneis, protecteis, vestibulis, fenestris, usquequaque, ubique, imagines vestrae sint volgo propositae 6), male illae quidem pictae pleraeque et crassa,

* *M.* Facilius filium quis suum caedit, quam caedi ab alio patitur.

a) Ita cod. sed paulo post sequitur *aliquid*. — *b*) Cod. 1. manu *aliquod;* ut haud semel *quod* pro *quid* in codice de rep. Cic. — *c*) Cod. 1. manu *quantopere*. — *d*) An dicendum potius ut *olim; hoc est* etc. — *e*) *Dum* superadditur in cod. — *f*) Cod. *quot*. — *g*) Ex *eis* fecit *is* emendator in hoc et sequentibus aliquot verbis. Ego vero archaismum retineo.

1) Ennius, ut infra patet.

2) Sic Ausonius in act. grat. ad Gratianum imp. sub initio: *somnus abolitor curarum, imagines tuas offert*.

3) De Marci philosophantis serietate et gravitate Capitolinus cap. IIII.

4) Marcum legere et subscribere in theatro solitum, ob idque a populo iocis lacessitum, ait Capitolinus cap. XV.

5) Circi studiosum fatetur se Fronto ad amicos II. 3.

6) Lege Capitolinum cap. XVIII.

lutea immo, Minerva fictae scalptaeve 1); cum interim numquam tua imago tam dissimilis ad oculos meos in itinere accidit, ut non ex ore meo excusserit rictum osculei et somnum.

Nunc ut frivoleis finem faciam, et convertar ad serium, hae litterae tuae cum primis indicio mihi fuerunt quanto opere *a*) te diligam, cum magis perturbatus sum ad tuum quam ad filiae tuae periculum: cum alioqui te quidem mihi, filiam vero tuam etiam tibi, ut par est, superstitem cupiam. Sed heus tu videbis, ne delator existas, neve indicio pareas 2) apud filiam: quasi vero ego te quam illam magis diligam. Nam periculum est, ne ea re filia tua commota; ut *b*) est gravis et prisca femina; poscenti mihi manus et plantas ad saviandum ea causa iratior subtrahat aut gravatius porrigat: cuius ego dei *c*) boni! manus parvolas plantasque illas pinguiculas tum libentius exosculabor, quam tuas cervices regias, tuumque os probum et facetum.

XIII. MAGISTRO MEO.

C. Aufidius animos tollit: arbitratum suum in caelum fert: negat se hominem iustiorem, ne quid immoderatius dicam, ex Umbria 3) ullum alium Romam venisse. Quid quaeris? iudicem se quam *d*) oratorem volt laudari: cum rideo, despicit: facile esse ait oscitantem iudici assidere; ceterum quidem iudicare, praeclarum opus. Haec in me. Sed tamen negotium belle se dedit. Bene st *e*); gaudeo. Tuus adventus me cum beat, tum *f*) sollicitat: cur beet, nemo quaerat; quam ob

a) Ita cod. 2. manu; at 1. *quantopere*. — *b*) *Ut* superadditur 2. manu; idque haud scio an elegantius omitti videatur. — *c*) Ita cod. 1. manu, 2. *di*. — *d*) Ita *quam* non praecedente *potius*. — *e*) Ita cod. 1. manu; sed 2. videtur addita *e*. — *f*) Cod. *beatum*, extrita altera *t*. Vide Lanzium L. E. t. 1. p. 139.

1) Hic locus insigni documento est, omni aetate etiam politissima malos artifices cum bonis vixisse. Claudicat igitur ille canon, qui multis valde placet, nempe quod e bonitate aut vilitate artificii, aetatem eiusdem cognoscere liceat. De frugalibus Traiani quoque statuis lege Plinium paneg. cap. LV.

2) Usurpat iuridicam formulam Fronto.

3) Confirmatur hinc Oliverii sententia, quod Aufidii, quorum Pisauri inscriptiones aliquot extant, cives eius urbis fuerint. Sed tamen ad rem prope definiendam opus erat hac epistula, in qua dicitur umber Aufidius: nam alioqui Aufidios quoque antiates et romanos profert ex inscriptionibus Vulpius Lat. vet. lib. IIII. 7. Victorini laudes legesis lib. II. 10. ad amicos, et [illegible] am. II.

rem sollicitet, ego medius fidius fatebor tibi. Nam quod scribendum dedisti, ne paululum quidem operae ei, quamvis otiosus, dedi. Aristonis libri 1) me hac tempestate bene accipiunt atque idem habent male: cum docent meliora, tum scilicet bene accipiunt; cum vero ostendunt, quantum ab his melioribus ingenium meum relictum sit, nimis quam saepe erubescit discipulus tuus, sibique suscenset, quod viginti quinque natus annos 2) nihil dum bonarum opinionum et puriorum rationum animo *a*) hauserim. Itaque poenas do, irascor, tristis sum, ζηλοτυπῶ *b*), cibo careo. His nunc ego curis devinctus obsequium scribendi cotidie in diem posterum protuli. Sed iam aliquid comminiscar; et quod orator quidam atticus 3) Atheniensium contionem monebat, nonnumquam permittendum legibus dormire; libris *c*) Aristonis propitiatis paulisper quiescere concedam, meque ad istum histrionum poetam 4) totum convertam; lecteis *d*) prius oratiunculeis tullianeis. Scribam autem alterutram partem: nam eadem de re deiversa tueri 5), numquam prosus ita dormiet Aristo, uti permittat *e*). Vale, mi optime et honestissime magister. Domina mea te salutat.

Legi emendavi qui supra.

.M. FRONTONIS LIB. IIII. EXPL.

INC. *f*) LIB. V. EPISTULARUM

AD .M. CAESAREM ET INVICEM 6).

a) Cod. *animos*. — *b*) Cod. ζελοτυπω. — *c*) Cod. *in libris*; sed particula *in* videtur deleta. — *d*) *Eis* mutat in *is* emendator in hac et sequentibus vocibus. — *e*) Cod. *permittas*. — *f*) Cod. heic *in*; quum in aliis clausulis sit *inc*. pro *incipit*. In codice etiam ipso Frontonis, sed postea concilii chalc. p. 1. in epistula papae Caelestini est *in* pro *incipit*. Saepissime tamen non *in* sed *inc*.

1) De vita scriptisque Aristonis Laërtius VII. 160. De eodem Lactantius inst. VII. 7: *ad virtutem capessendam nasci homines Ariston disseruit*. Eiusdem immo sententia fuit, solam doctrinam moralem esse hominis propriam. Sane Aristonis dogmata cum probo Marci ingenio mire congruebant.

2) Ergo interdum ratio temporis habita videtur in his colligendis epistulis: nam epistulae quidem secundi libri scriptae sunt anno Marci XXII.

3) Demosthenes.

4) Puta Plautum, aut Novium.

5) Confer lib. V. 27.

6) Sic in codice antiquissimo mediceo epistularum Ciceronis ad diversos ·*M*· *T*. ·*C*· *epistularum ad* etc. *expl*. *Incipit ad* etc. *feliciter*. Sic item in codice vetustissimo sancti Augustini de genesi ad litteram prout nos alibi demonstravimus.

*

LIBRI V. AD ·M· CAESAREM

EPISTULARUM INDEX.

Si quicquam nos amas.
Ego te numquam satis.
Miserere; unum verbum.
Cras me de hoc verbo.
* Quam fortis advenias 1).
* Fortes venimus.
* Sume cibum Domine.
* Sumpsi cibum.
* Si animus Faustinae.
* Et consilio tuo obsequor.
* At hercule compleri tem...
* Nimis diu sollicitus.
* Mirifice ego quidem.
* In media incommoda.
* Adflictus sum labore.
* Fatigatio ista tua.
* Modo mihi Gratia.
* Possum satis pro re ista.
* Caietae substiti.
Quantam tu mihi.
Postquam profecti.
Ludis tu quidem.
Ego dies istos tales.
Quom te salvom et
Modo mihi Victorinus.
Caluit et hodie Faustina.
Quomodo manseris.
Noctem sine febri.
Cervicum Domine.
Cervicum dolores.
Cum *a*) tibi etiam.
Dolores *b*) quidem.
Gravissimo dolore.
Doluisse te inguina.
Patri tuo fac notum.
Statim mi magister.
Ego prodormii *c*).
Quando id factum.
Vindemias laetas.
In hortis vindemias.
Ego adeo perscripsi.
Tardius tibi domine.
Dies mihi totus vacuus.
Perendie Domine.
Annum novom *d*),
Et ipse prospere sis.
Et nunc sanus et.
Quaecumque *e*) mihi.
Saenius Pompeianus.
Pompeianus meritis.
Si te in provincia.
Arideus *f*) iste qui tibi.
Utrum facti virtus *g*).
Reversus a convivio.

a) Infra in ordine *quom*. — *b*) Cod. heic *dolorem*; sed recte in ordine *dolores*. — *c*) [illegible] codice tam heic quam in ordine pro extrema *i* est *l*, addito puncto, ita ut videatur *prodor* [illegible] *Luci*. Sed errorem manifestum nemo, credo, tuebitur. — *d*) Ita heic cod. at in ordine [illegible] — *e*) Cod. heic *et quaecumque*; sed recte infra omittitur *et*. — *f*) In corpore dicitur *Aride*[illegible] — *g*) Cod. heic *facit virtus*, sed recte in ordine.

1) Quas litteras asteriscis notavi, eae desunt in codice ob amissas vetustatis culpa membranas prout infra suo lo[co] dicetur.

:a usque eo.
:empus te videre.
ıos natales.
a) esto nobis.
dum e balneis.
i curas mihi.
lie qua proficisci.
denique opto.
ıe, Domine.
salubri *b*) tibi est.

Ego gravissime.
Cum haec scribas mihi.
Decem tanta te amo.
Et nos Gratiam.
Tertius est dies quod.
Tu quoque intellegis.
Fauces miseras.
Iam *c*) habeo quod.
Vexatus sum[1], Domine.
Ego ne ut studeam.

ıa cod. heic et infra pro *salvus*. — *b*) Sic in tertia alsiensi: *si tibi libenti est audire*.
ıen in ordine est *salubre*. — *c*) Cod. heic *tam*; sed recte in ordine *iam*.

labemus hoc in libro pulchrum r familiarium et quotidianarum is ad Marcum Caesarem et invistularum, quarum mira et conrevitas multitudine ac suavitate m compensatur. Erant huius qui:i epistulae ·LXXIV·, sed amis·XV· inter quartam atque vigeNeque tamen palimpsesti lituris ıe reliquae sunt foedantur, prae) praedictas, quarum prior ob mutila, altera acephala. Arguvarium est; de studiis aliquando oratoriis Marci Caesaris, quibus Fronto argumenta suppeditat; saepius tamen in Frontonis atque ipsius Marci vel Faustinae morbis stilus versatur, cum ipsarum infirmitatum non inutili descriptione. Sunt praeterea auguria seu vota ob novum annum vel natalem diem: item de Pii, Marci, Luciique Veri orationibus iudicia, cum aliquot amicorum commendationibus. Est denique cholerae morbi (etsi non illius asiatici et pestilentis) accurata pictura.

·M· CORNELII FRONTONIS

EPISTULARUM

AD ·M· CAESAREM ET INVICEM

LIBER QUINTUS.

I. DOMINO MEO.

Si quicquam nos amas, dormei *a*) per istas noctes, ut forti colore in senatum venias, et vehementi latere legas 1).

II. MAGISTRO MEO.

Ego te numquam satis amabo. Dormiam.

III. DOMINO MEO.

Miserere; unum verbum de oratione 2) ablega, et quaeso ne umquam eo utaris, dictionem pro oratione *b*). Vale, Domine, mea gloria immortalis. Matrem dominam saluta.

IIII. RESCRIPTUM *c*).

Desiderantur paginae quatuor.

Cras me de hoc verbo tibi, si admonueris, defendam 3) *.

*(Q. X.)

V. 20. (CAESAR FRONTONI.)

. . . 4) in viduo *d*). Nunc si videtur, dentes adprimamus tamen; et quo brevius iter sit tibi, recenti morbo, Caietae

a) Ita cod. 1. manu; at 2. deletur *e*. Equidem aetate Frontonis usitata erat scriptura ei pro *i*, ut cognoscimus ex Gellio XIII. 24. qui ait subscriptum fuisse simulacris in foro Traiani *ex manubieis*. — *b*) Cod. *orationem*; tum ibidem deleta *m*. — *c*) Cod. 2, nempe *rescriptum* hic et aliquoties infra. — *d*) An potius legendum . . *inal duo*? an *in biduo*, u pro *b*? Lib. II. ep. *in biduo* scribitur.

1) Reapse in columna antoniniana Marcus legit militarem adlocutionem.

2) Nimirum Marcus Frontoni emendandam tradiderat orationem quam in senatu recitaturus erat. Recole ep. I.

3) Iure quidem optimo se defensurus erat Marcus, ipso, si ei libuisset, Cicerone patrono. Ita porro loquuntur etiam Sidonius et Ennodius, ad quem postremum vide Sirmondi notas ad dict. I.

4) Si ad indicem respicias, cognosces desiderari breves epistulas quinde-

nos opperire. Facio delicias, quod ferme evenit quibus quod cupiunt tandem in manu est, differunt *a*), afluunt, gestiunt; ego vero etiam fastidio 1) omnia *. Domina mater te salutat, quam ego hodie rogabo ut ad me Gratiam perducat. Vel fumum inquit patriae Gaius poeta 2). Vale mi, omnia mea, magister. Amo me quod te visurus sum.

VI. 21. DOMINO MEO.

Postquam profecti estis, genus *b*) dolore arreptus sum, verum ita modico ut et ingrederer pedetemptim et vehiculo uterer. Hac nocte vehementior dolor invasit, ita tamen ut iacens facile patiar, nisi quid amplius ingruerit. Augustam tuam 3) vexatam audio. Diis equidem salutem eius 4) commendo. Vale Domine dulcissime. Dominam saluta.

VII. 22. MAGISTRO MEO.

Ludis tu quidem: at mihi peramplam anxietatem et summam aegritudinem, dolorem et ignem flagrantissimum *c*) litteris his tuis misisti; ne cenare, ne dormire, ne denique studere libeat. Verum tu orationis hodiernae tuae 5) habeas aliquod solacium; at ego quid faciam? qui et auditionis omnem iam voluptatem consumpsei *d*), et metuo ne Lorium tardiuscule venias 6), et doleo quod interim doles. Vale,

* *M*. Quibus quod cupiunt in manu est tandem, statim diffluunt, afluunt *e*) et fastidiunt.

a) Ita cod. heic in ordine seu textu; at in margine *statim diffluunt*. — *b*) Huius declinationis auctorem habet locupletem Fronto ipsum Tullium, teste Servio ad aen. III. 22: *Cicero in Bruto, huius genus pro genu*. — *c*) Ita cod *flagr*., etsi alibi non semel *fragl*. — *d*) Emendator delevit *e*. — *e*) Ita cod. at in textu *afluunt*.

...dm; praeter quartae, et huius, quae nunc fit quinta, partes.

1) Eodem sensu ac Plautus trucul. V. 40.

2) Num Caius Titius, de quo lib. I. 6? an potius Caius Lucilius? Vel denique pro Caius vel *Gaius* scribe *graius*, et intellige Homerum in odyss. A. 58.

3) Augusta dicitur Faustina quia filia Pii Augusti, etsi vir Marcus adhuc in Caesaris dignitate sistebat. Confer inscriptionem in notis lib. I. 3. ad Antoninum imp.

4) Hinc Faustinae duo nummi olim in bibliotheca vat. maximi moduli, quorum alter cum typo Salutis sedentis, et inscriptione *Saluti Augustae*; alter cum typo *Salutis stantis*, et inscriptione *Salus*.

5) Loquitur de oratione quadam a Frontone dicta.

6) Confer lib. II. 18.

mi magister, cuius salus meam salutem inlibatam et incolumem facit.

VIII. 23. MAGISTRO MEO.

Ego dies istos tales transegi. Soror 1) dolore muliebrium partium ita correpta est repente, ut faciem horrendam viderim: mater autem mea in ea trepidatione inprudens angulo parietis costam inflixit: eo ictu graviter et se et nos adfecit. Ipse cum cubitum irem, scorpionem in lecto offendi: occupavi tamen eum occidere prius quam supra accumberem. Tu si rectius vales, est solacium. Mater iam levior est, deis volentibus. Vale mi optime dulcissime magister. Domina mea te salutat.

VIIII. 24. DOMINO MEO.

Quom te salvom et inlaesum dei praestiterunt, maximas deis gratias ago. Te certum habeo, cum tua instituta 2) reputo, haud perturbatum: ego, quam libet vos sapientes me inrideatis, consternatus equidem sum. Vale Domine dulcissime, et deis curae esto. Dominam saluta.

X. 25. DOMINO MEO.

Modo mihi Victorinus indicat Dominam tuam magis valuisse *a*) quam heri. Gratia leviora omnia nuntiabat. Ego te idcirco non vidi, quod ex gravidine *b*) sum inbecillus. Cras tamen mane domum ad te veniam. Eadem 3), si tempestivom erit, etiam Dominam visitabo.

a) Cod. *maluisse*. — *b*) Ita cod.

1) Annia Cornificia Marci unica soror et natu minor, cui etiam patrimonium totum concessit, Capitol. 1. 4. Extat in S. Pauli ostiensis claustro bonis litteris inscriptio haec:

D. M.
IANVARIO ARKARIO
CORNIFICIAE
AVG. SORORIS
DIGNISSIMO CANDIDATO
HYMENAEVS AVGG.

Attamen *Augustus* in hac inscriptione nominatus, haud Marcus est, sed Commodus; *Cornificia* autem, est Commodi soror, Marci filia (de qua in ep. I. lib. I ad Ant. imp.) Nam Cornificia Marci soror, de qua in hac epistula verba fiunt, obiit ante imperium Marci, teste Capitolino.

2) Stoica. De vultu Marci constanti Capitolinus. cap. XVI.

3) Die scilicet.

XI. 26. MAGISTRO MEO.

Caluit et hodie Faustina 1): et quidem id ego magis hodie videor mihi deprachendisse. Sed deis iuvantibus aequiorem animum mihi facit ipsa, quod se tam obtemperanter nobis accommodat 2). Tu, si potuisses, scilicet venisses. Quod iam potes, et quod venturum promittis, delector mi magister. Vale mi iucundissime magister.

XII. 27. DOMINO MEO.

Quomodo manseris domi 3), nescire cupio. Ego cervicum dolore arreptus sum. Vale Domine. Dominam saluta.

XIII. 28. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Noctem sine febri videor transmisisse: cibum non invitus cepi: nunc ago levissime: nox quid ferat, cognoscemus. Sed mi magister, cervicum dolore te arreptum quo animo dicerim, profecto ex tua proxima sollicitudine metiris. Vale mi iucundissime magister. Mater mea salutat te.

XIIII. 29. DOMINO MEO.

Cervicum, Domine, dolore gravi sum correptus, de pede dolor decessit. Vale Domine optime. Dominam saluta.

XV. 30. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Cervicum dolores si tertia quoque *a*) die remiserint, erit quod meam redeuntem valetudinem maiorem in modum adiuvet, mi magister. Lavi et *b*) hodie et ambulavi paulum *c*), cibi *d*) paulo plus sumpsi, nondum tamen libente stomacho. Vale mi iucundissime magister. Mater mea te salutat.

XVI. 31. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Quom tibi etiam tum cervices doluerint quo *e*) mihei *f*) scriberes, non possum aequo animo ferre, neque sane volo

a) Ita cod. non *quaque*. — *b*) *Et* videtur deletum. — *c*) Seaurus p. 1256. frustra errorem indicat *paulus* pro *paulum*. — *d*) Cod. pro *cibi* habet *aut*. — *e*) Ita videtur cod. non *quom*. — *f*) Ita cod.

1) Vel filia Faustina, de cuius morbo lib. IIII. 11. 12. Vel Faustina Aug., quam item vexatam morbo discimus lib. V. 6.

2) Πειθήνιον vocat Faustinam uxorem Marcus de R. S. ed. Gatak. I. 17.

3) Nimirum ob infirmitatem.

aut debeo. Ego autem, iuvantibus votum tuum deis, lavi hodie et civi *a*) quantum sat erat cepi: vino etiam libenter usus sum. Vale mi iucundissime magister. Mater mea te salutat.

XVII. 32. DOMINO MEO.

Dolores quidem cervicum nihil remiserunt; sed animo bene fuit, qum *b*) te balneo et vino libenter usum cognovi. Vale Domine. Dominam saluta.

XVIII. 33. DOMINO MEO.

Gravissimo dolore inguinis sum arreptus, quo omnis dolor a dorso et lumbis incubuit. Vale Domine. Dominam saluta.

XVIIII. 34. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Doluisse te inguina cognosco, mi magister; et cum recordor quantam vexationem tibi iste dolor adferre soleat, gravissimam sollicitudinem patior. Sed me levat, quod spero illo spatio, quo perferebatur hic *c*) nuntius, potuisse cedere fomentis et remediis omnem illam vim doloris. Nos aestivos calores adhuc experimur: sed cum parvolae nostrae, dixisse liceat, commode valeant, mera salubritate et verna temperie frui nos existimamus. Vale mi optime magister.

XX. 35. DOMINO MEO.

Patri tuo fac notum de infirmitate mea. An me quoque scribere ei debere putes, scribe mihi.

XXI. 36. RESCRIPTUM.

Statim, mi magister, indicabo Domino meo necessitatem huius quietis tuae: velim tamen et a te scribi. Vale mi optime et iucundissime magister.

XXII. 37. DOMINO MEO.

Ego prodormii *d*). Materiam misi tibi: res seria est. Consul populi romani, posita praetexta, manicam induit, leo-

a) Ita cod. pro *cibi*. — *b*) Ita cod. quae scriptura non semel occurrit in cod. Cic. de rep. lib. III. — *c*) Cod. *hoc*. Dic igitur *hac* vel *hic*. — *d*) Recole quae adnotavi ad indicem.

nem inter iuvenes quinquatribus percussit, populo romano spectante *a*). Aput censores expostulat. Διασκεύασον, αὔξησον. Vale Domine iucundissime. Dominam saluta.

XXIII 38. RESCRIPTUM.

Quando id factum? et an Romae? Num illud dicis in Albano factum sub Domitiano 1)? Praeterea in hac materia diutius laborandum est, ut factum credatur, quam ut irascatur *b*). Ἀπίθανος ὑπόθεσις *c*) videtur mihi, quod plane baluceis *d*), qualem petieram. Rescribe statim de tempore.

XXIIII. 39. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Vindemias laetas *e*) quam firmissimo corpore agere te, mi magister, opto. Me adlevant nuntii de domnula 2) mea commodiora deis iuvantibus indicantes. Vale mi iucundissime magister.

XXV. 40. DOMINO MEO.

In hortis vindemias ago: commode valeo: aegre tamen insisto *f*) dolore digitorum in sinistro pede. Pro Faustina mane cotidie deos appello; scio enim me pro tua salute optare ac precari *g*). Vale Domine dulcissime. Dominam saluta.

XXVI. 41. MAGISTRO MEO.

Ego adeo perscripsi; et *h*) mitte aliud quod scribam: sed librarius meus non praesto fuit qui transcriberet. Scripsi autem non ex mea sententia; nam et festinavi, et tua ista valetudo aliquantulum detrivit mihi. Sed veniam cras petam,

a) Ita 2. manu; at 1. *sectante*. — *b*) Ita cod. passivo, ut puto, sensu, quomodo antiqui interdum locuti sunt. — *c*) Cod. ἀποθεσις. — *d*) Ita evidenter cod. Videtur autem manifesta corruptio, cui certam medicinam facere nequeo. *Balluca* vocabulum lexicographi non ignorant, sed sensu huic epistolae non idoneo. (Confer ep. XXVIII.) an aliquod verbum graecum? Prodigiosam aliam corruptionem vidimus p. 73, *super nequit* pro *suspendi*. — *e*) Cod. *laetasque*. — *f*) Ita cod. 2. m; at *in isto*. 1. m. — *g*) Cod. *praecari*. — *h*) Cod. *ut* pro *et*.

1) Quinquatria in Albano quotannis celebrata a Domitiano, in quibus reddebantur eximiae venationes, et scenici ludi, insuperque oratorum ac poetarum certamina, memorat Svetonius cap. IIII.

2) Intellige Marci uxorem Faustinam, aut filiolam. Ita etiam Salvianus epist. IV: *illa vestra Palladia, vestra gracula, vestra domnula; quae vobis per varia nomina nunc fuit mater, nunc avicula, nunc domina; cum esset scilicet unum vocabulum generis, aliud infantiae, tertium dignitatis.*

cum mittam. Vale mi dulcissime magister. Domina mea mater salutem tibi dicit. Nomen tribuni plebis, cui inposuit notam *a*) Acilius censor, quem scripsi, mitte mihi.

XXVII. 42. DOMINO MEO.

Tardius tibi, Domine, rescribo; tardius enim libellum tuum aperui, quoniam ad agendum ad forum ibam. Ego commodius me habeo; tamen ulcusculum * adhuc altius est. Vale Domine dulcissime. Dominam saluta.

·M· Lucilius tribunus pl. 1) hominem liberum civem romanum, cum collegae mitti iuberent, adversus eorum sententiam ipsus *b*) vi in carcerem compegit. Ob eam rem a censoribus notatur. Divide primum causam: εἶτα εἰς ἑκάτερα τὰ μέρη ἐπιχείρησον καὶ κατηγορῶν καὶ ἀπολογούμενος. Vale Domine, lux omnium tuorum. Matrem Dominam saluta.

XXVIII. 43. MAGISTRO MEO.

Dies mihi totus vacuus erit. Si quid umquam me amasti, hodie ama; et uberem mi materiam mitte, oro et rogo καὶ ἀντιβολῶ *c*) καὶ δέομαι καὶ ἱκετεύω *d*). In illa enim centumvirali 2) non inveni praeter ἐπιφωνήματα. Vale optime magister. Domina mea te salutat. Volebam aliquid, ubi clamari debeat, scribere. Fave mi, et quaere clamosam ὑπόθεσιν.

XXVIIII. 44. DOMINO MEO.

Perendie, Domine, te videbo: sum enim adhuc a cubito et cervice infirmus *e*). Ferme, obsecro, nimia et ardua a te

* *M. Ab* ulcus ulcusculum.

a) Cod. *tam*. Sed enim in seq. ep. tribunus *notatur*. — *b*) Ita cod. — *c*) Cod. αντιβομω. — *d*) Cod. καικετευω. Haec autem coacervatio verborum idem significantium catenam est, teste Gellio XIII. 24. — *e*) Ita in cod. interpungitur post *infirmus*.

1) Anno DCLX. vel DCLXI. apud Pighium; qui tamen alia censorum recitat nomina. Itaque de Acilio censore, qui notam imposuit Lucilio, quaerendum superest. Tum et Acilius, qui censuram frustra petivit apud Livium XXXVII. 57, antiquior hac aetate est.

2) Nempe oratione, seu causa. De causis apud centumviros confer Cic. pro Caecina cap. XVIII, et Tacit. dial. de or. sive de corr. eloq. cap. VII. et XXXVIII, ex quo postremo loco intelliges illos cum loqui credibiliter de Asinii Pollionis oratione. Quaenam essent causae centumvirales habes apud Cic. de or. I. 38. 39.

postulantem ita in animum meum induxi posse efficere quantum contenderis. Nec deprecor *a*) quin me oderis, nisei *b*) quantum postulo perfeceris, si, ut facis, animum et studium accommodaveris. Vale, Domine, anima mea mihi potior. Dominam matrem saluta.

XXX. 45. DOMINO MEO.

Annum novum faustum tibi, et ad omnia, quae recte cupis, prosperum cum tibi tum Domino nostro patri tuo et matri et uxori et filiae 1) ceterisque omnibus, quos merito diligis, precor *c*). Metui ego, invalido adhuc corpore turbae et impressioni me committere. Si dei iuvabunt, perendie vos vota 2) nuncupantis videbo. Vale mi Domine dulcissime. Dominam saluta.

XXXI. 46. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Et ipse prospere sis ingressus annum. Omne votum tuum dei tibi ad usum tuum, qui noster idem erit, devertant; atque ut facis pro amicis bene optes, ceteris bene velis. Quae pro me precatus *d*) es, scio te precatum. Quod a turba cavisti, tibi et meae curae consuluisti. Quietius idem fiet perendie, si dei *e*) *dent*. *Gratia f*) tua officio functa est. Nescio an *Dominam* suam salutaverit. Vale mi dulcissime magister. Mater mea te salutat.

XXXII. 47. MAGISTRO MEO.

Et nunc sanus et deinceps validus, laetus, compos omnium votorum agas *g*) diem natalem, mi magister; quae mea precatio *h*) sollemnis semper auctior fit, quanto magis accedit et mihi firmitas ad deligendum *i*) et aetas suavissimae familiaritatis nostrae. Vale mi magister iucundissime mihi. Mater mea te salutat. Gratiae salutem dic *k*).

a) Cod. *depraecor*. — *b*) Ita scripsit 1. manus; sed 2. delevit. *e*. — *c*) Cod. *praecor*. — *d*) Cod. *praecatus* et mox *praecatum*. — *e*) Ita cod. 1. manu; 2. *di* vel *dii*. — *f*) Tantum spatii est in codice oblitterato. Et sic infra. — *g*) Cod. pro *ages* habet *magis*. — *h*) Cod. *praecatio*, et infra *praecari*. — *i*) Ita cod. — *k*) Exin legi nequeunt duo breviores versiculi ad huius epistulae clausulam pertinentes.

1) Ergo haec epistula scripta videtur eo tempore quo adhuc unica Lucilla erat, Marci filiarum natu maxima.

2) Votorum eiusmodi extant testimonia seu inscriptiones in Pii Augusti Marcique Caesaris nummis.

XXXIII. 48. [DOMINO MEO].

Quaecumque mihi pre[cari] *solitus sum a)*, in tua salute locata sunt: mihi sanitas, bona valetudo, laetitia, res prosperae meae ibi sunt, cum tu corpore, animo, rumore, tam incolumi uteris; tam carus patri, tam dulcis matri, tam sanctus uxori, tam fratri bonus ac benignus 1). Haec sunt quae me cum hac valetudine tamen cupientem vitae faciunt. Apsque b) te, satis superque et aetatis et laboris et artis et gloriae; dolorum vero et aegritudinum aliquanto plus quam satis superque. Filiae meae iussu tuo osculum tuli: numquam mihi tam suavis tamque saviata visa [est]. Dominam saluta, Domine dulcissime. Vale et fer osculum matronae tuae.

XXXIIII. 49. DOMINO MEO.

Saenius Pompeianus in plurimis causis a me defensus, postquam publicum Africae redemit, plurimis causis rem familiarem nostram adiuvat. Commendo eum tibi, cum ratio eius a Domino nostro patre tuo tractavitur c),benignitatem ingenitam tibi, quam omnibus ex more tuo tribuis,ut huic et mea commendatione et tua consuetudine ductus inpertias. Vale Domine dulcissime.

XXXV. 50. RESCRIPTUM.

Pompeianus meritis isdem, quibus te sibi conciliavit, me quoque promeruit. Quare cupio omnia ei ex indulgentia Domini mei patris obsecundare 2). Nam ea quae tibi ex sententia procedunt, gaudia sunt mea. Vale mi magister iucundissime. Faustina et parvolae nostrae te salutant.

XXXVI. 51. MAGISTRO MEO.

Si te in provincia, mi magister, adierit Themistocles quidam, qui se Apollonio magistro 3) meo dicat philoso-

a) Tantum fere spatii est in codice oblitterato. — b) Ita cod. — c) Ita cod.

1) Capitolinus in ·L· Vero narrat hunc post septimum aetatis annum in familiam Aureliam fuisse traductum, et Marci moribus atque auctoritate formatum; Pii scilicet iussu, qui ad fratris imitationem Verum puerum hortabatur.

2) Quantum valerent apud Pium Marci commendationes docet Capitolinus in Marco cap. VI.

3) Apollonius chalcedonius stoicus

iiae *a*) cognitum, eum esse *b*) qui hac hieme Romam venerit et ihi voluntate *c*) magistri per filium Apollonium 1) sit demonratus; ei tu, mi magister, velim quod possis bene facias bene adeas. Nam ius et aequom omnibus Asianeis *d*) 2) erit apud te iratissimum: sed consilium, comitatem, quaeque amicis sine lo quoiusquam incommodo propria *e*) inpertire fides ac regio proconsulis 3) permittit, peto Themistocli libens imperis *f*). Vale mi iucundissime magister. Rescripto nihil opus est.

XXXVII. 52. DOMINO MEO.

Aridelus iste, qui tibi litteras meas reddit, a pueritia me iravit, a studio perdicum 4) usque ad seria officia. Libertus ester est; procuravit *g*) vobis industrie; est enim homo frugi t sobrius et acer et diligens. Petit nunc procurationem ex orma 5) *h*) suo loco ac iusto tempore. Faveto ei, Domine, uod poteris. Si formam non cognosces hominis, ubi ad noien Arideli ventum fuerit, memento a me *i*) tibi Aridelum ommendatum. Vale Domine dulcissime. Dominam saluta.

XXXVIII. 53. DOMINO MEO.

Utrum facti virtus ornaverit orationem 6), an oratio fatum nobilissimum aequiperaverit, incertus sum: certe qui-

a) Ita cod. non *philosophiae dicat.* — *b*) Cod. *sese* vitiosa metathesi, cui contrariam aliam tavi in codice Ciceronis de rep. II. 25. p. 115. n. f. — *c*) Cod. *voluptate;* quod ipsum forma est mendum etiam in cod. de rep. I. 2. p. 5. n. h. — *d*) Ita 1. manu; 2. delevit *e*. *e*) Ita 1. manu; at 2. *proprio*. — *f*) Ita cum *m*; at ep. XXXIIII. cum *n*. — *g*) An potius tandem *procurabit?* — *h*) Ita cod. 2. manu; at 1. *ex orma*. — *i*) Cod. *me* sine praepositione.

losophus Marco datus magister a Pio gusto. Capitol. in Pio cap. X, et in arco cap. II.

1) Apollonii certe martyris Romae a Commodo, litteris et philosophia cla-, meminit Eusebius hist. eccl. V. 21.

2) Ergo Asia provincia Frontoni renda obvenit.

3) Provinciam proconsularem sortim fuisse Frontonem, constat omnino t epistula VIII. libri ad Pium. Indiin item satis constat Frontonem valetudine impeditum esse, quominus ad am stationem procederet; licet heic ·M· Aurelius tamquam ituro in provinciam clientem ei commendet. Reapse in inscriptione pisaurensi Fronto haud dicitur proconsul.

4) Studium suum perdicum fatetur Fronto ep. I. 16. ad amicos.

5) Nempe ex Principis rescripto. Confer cod. Iustin. I. 2. 20.

6) Loquitur de oratione Pii, ut constat e Marci rescripto. Factum autem illud nobilissimum Pii fuit erga ·L· Verum, ut constat ex eodem rescripto; sive cum eum praetorem fecit, sive cum consulem. Lege Capitol. in Vero cap. III.

dem eiusdem dicta, cuius illa facta. Sed et fratris tui oratio me delectavit: nam et ornata fuit et cordata: et certum habeo eum minimum spatii habuisse ad meditandum.

XXXVIIII. 54. RESCRIPTUM.

Reversus a convivio patris libellum tuum accepi, dimisso iam, ut cognosco, eo per quem fuerat allatus. Rescribo igitur vespera multa quod tu legas die crastino. Orationem patris mei parem materiae suae visam tibi, nihil mirum est, mi magister. Fratris autem mihi gratiarum actio eo laudavilior est, quo minus ad meditandum, ut coniectas, habuit spatii. Vale mi iucundissime mihi magister. Mater mea te salutat.

XXXX. 55. DOMINO MEO.

Cholera usque eo adflictus sum, ut vocem amitterem, singultirem, suspirio tum agerer, postremo venae deficerent, sine ullo pulsu venarum animo male fieret: denique conclamatus sum nostris; neque sensi aliquandiu: ne valneo *a*) quidem aut frigida, aut cibo recreandi me ac fovendi medicis tempus aut occasio data; nisi post vesperam micularum minimum cum vino destillatum gluttivi. Ita focilatus *b*) totus sum *c*). Postea per continuum triduum vocem non reciperavi. Sed nunc, deis iuvantibus, commodissime valeo, facilius ambulo, clarius clamito: denique, si dei iuvabunt, cras vehiculo vectari destino. Si facile silicem toleravero, quantum pote ad te curram: tum vixero cum te videro. Ad VII. kal. Roma *d*) proficiscar, sei *e*) dei iuvabunt. Vale Domine dulcissime, desiderantissime, causa optima vitae meae. Dominam saluta.

XXXXI. 56. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Post tempus te videre cupiebam. Quid tu censes? post periculum quod suffugisse, mi magister, iterum deis ago gratias, lectis litteris tuis, quae me rusum *f*) quasi renovarunt, cum commemorares quo in loco in fueris, consternarunt. Sed

a) Ita cod. pro *balneo.* — *b*) Ita cod. cum unica *l.* — *c*) Cod. *sum totus sum*, sed prius *sum* videtur deletum. — *d*) Cod. *Romae.* — *e*) Secunda manus delevit *e.* — *f*) Ita 1. manu; at 2. *rursum.*

habeo te, deis *a*) volentibus; et, ut promittis, propediem videbo: et bene spero de bona longa valetudine. Salutat te mater mea. Vale mi iucundissime magister.

XXXXII. 57. DOMINO MEO.

Plurimos natales dies liberum tuorum prosperis tuis rebus ut celebres, parentibus probatus, populo acceptus, amicis probatus *b*), fortuna et genere et loco tuo dignus, omni vita mea redemisse cupiam, non hac modo exigua vita quae mihi superest, sed illa etiam quam vixi, si quo modo *c*) integrum redigi, ac pro te tuisque ac liberum tuorum commodis insolutum *d*) dependi potest. Si facile ingredi possem, hic erat dies quo cum primis conplecti te cuperem: sed concedendum est pedibus scilicet, quando ipsi parum procedunt. Ego de aquarum usu delibero 1). Si certius quid statuero, faciam tibi *e*) notum. Vale mi Domine dulcissime. Faustinam tuam meis verbeis *f*) appella et gratulare, et matronas nostras meo nomine exosculare; sed uti ego soleo cum plantis illis et manibus. Dominam saluta.

XXXXIII. 58. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Salvos *g*) esto nobis, salva sit tibi domus tua, salva nostra; quae si animum nostrum spectes, una est domus. Recte scio autem, si vel difficulter ingredi posses, venturum te ad nos fuisse. Sed venies saepe, et tecum celebrabimus, si dei volent, omnia festa nostra. Vale mi magister iucundissime. Mater mea te salutat.

XXXXIIII. 59. DOMINO MEO.

Pueri dum e balneis me sellula, ut adsolent, advehunt, inprudentius ad ostium balnei fervens adflixerunt. Ita ge-

a) Cod. 1. m. *dehis;* 2. manus delevit *eh*. — *b*) Vix dubito quin heic vel supra librarius peccaverit bis inculcando *probatus* pro alio vocabulo. — *c*) Ante *integrum* utrum in codice fuerit *in*, nescio; quamquam aliquod vestigium fortasse superest. — *d*) Ita evidenter codex. Ceteroqui malim *in solidum*. — *e*) *Tibi* superadditur. — *f*) Ita 1. manu; at 2. delevit alteram *e*. — *g*) Ita heic, et in indiculo; sed heic videtur postea emendatum *salvus*.

1) Confer lib. I. 1.

num * mihi simul abrasum * et ambustum est: postea etiam inguem * ex ulcere extitit. Visum medicis ut lectulo me tenerem. Hanc causam, si tibi videbitur, etiam Domino patri tuo indicabis, si tamen videbitur. Etiam cras mihi adsistendum erit familiari *a*). Hodierno igitur otio et quiete labori me crastino praeparabo. Victorinus noster aget 1), ne me acturum putes. Vale Domine dulcissime. Dominam saluta.

XXXXV. 60. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Auxisti curas mihi, quas opto quam primum relebes *b*), sedatis tibi doloribus genus et inguinis. Me autem infirmitas Dominae meae matris quiescere non sinit. Eo accedit adpropinquatio partus Faustinae. Sed confidere dis debemus. Vale mi magister iucundissime mihi. Mater mea te salutat.

XXXXVI. 61. DOMINO MEO.

Ipsa die, qua proficisci destinabam, genus dolorem sensi. Spero in paucis diebus me recte fore. Vale Domine optime. Dominam saluta.

XXXXVII. 62. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Nunc denique opto, mi magister, iucundiora indices: nam doluisse te in id tempus quo mihi scribebas, litterae declarant. Haec obambulans dictavi. Nam eum motum in praesentia ratio corpusculei *c*) desiderabat. Vindemiarum autem gratiam nunc demum integram sentiam, cum tua valetudo placatior esse nobis coeperit. Vale mi iucundissime magister.

XXXXVIII. 63. DOMINO MEO.

Plantae, Domine, dolore impedior: ideo vos per istos dies non salutavi. Vale Domine optime. Dominam saluta.

* *M*. Hoc genum, huius genus. — * *M*. Inguem pro inguen. * *M*. Genum mihi abrasum. Superius 2) ait genus dolore arreptus sum.

a) In cod. interpungitur ante *familiari*. — *b*) Ita cod. *b* pro *u*. — *c*) Secunda manus delevit.

1) Victorini eloquentiam laudat Fronto lib. II. ep. penult. ad amicos.

2) Nimirum in hoc ipso libro epist. VI. p. 87.

XXXXVIIII. 64. MAGISTRO MEO.

Quom *a*) salubretibi est facile progredi, tunc et nobis conspectus tuus erit iucundus. Id ut quam primum eveniat, et dolor plantae quiescat, di iuvent. Vale mi optime magister.

L. 65. DOMINO MEO.

Ego gravissime arreptus sum iterum ab altero inguine.

LI. 66. RESCRIPTUM.

Quom *b*) haec scribas mihi, magister, credo intellegis sollicitissimum me vota facere pro salute tua: cuius, dis iuvantibus, cito compotes erimus. Vale mi magister iucundissime.

LII. 67. DOMINO MEO.

Decem tanta te amo. Filiam tuam 1) vidi. Videor mihi te simul et Faustinam infantes vidisse: tantum boni ex utriusque voltu est commixtum! Decem tanta te amo. Vale Domine dulcissime. Dominam saluta.

LIII. 68. MAGISTRO MEO.

Et nos Gratiam 2), quod tui similis est, magis amamus. Facile ergo intellegimus * quanta apud te sit filiolae nostrae conciliatrix similitudo utriusque nostri: et omnino quod eam vidisti, est iucundum mihi. Vale mi optime magister. * Q. XI

LIIII. 69. DOMINO MEO.

Tertius est dies, quod per noctem morsus ventris cum profluvio patior. Hac vero nocte ita sum vexatus, uti prodire non potuerim, sed lectulo me teneam. Medici suadent balneo uti. Multos nataleis *c*) tuos ut celebres a dis precatus *d*) sum. Vale Domine. Dominam saluta.

a) In cod. deletur *q* et *o*, fortasse ut fiat *cum*. — *b*) In codice *cum*. Iam promiscuus usus *q* et *c* viget adhuc in hispanica lingua. — *c*) Ita 1. manus, sed 2. delevit *e*. — *d*) Cod. precatus.

1) Quaenam haec erat ex pluribus Marci filiabus? Obiter adscribam inscriptionem Fadillae filiae Marci ex Murator. inscr. p. 590. 4. Φαδιλλαν θυγατερα ·M· Αυρηλιου Αντωνινου θεου καισαρος σεβαςου.

2) Filiam scilicet Frontonis.

LIBRI PRIMI

AD ANTONINUM I[illegible] IMPERATOREM

EPISTULARUM INDEX

Magistro meo. Bonum.

Seni huic ut *a* tu *b* appel.

Vidi pullos *c* tuos quod.

Vidi filios *d* meos.

Ante gestum post.

* Minus valui mi mag. 2.

* Si ambulare iam.

* Festino mi magister.

* Non reticebo quid.

* Ego mi magister 3.

[illegible]

[illegible] Ita [illegible] in codice [illegible] mira [illegible] Antoninum [illegible] Augustus [illegible] Lamprid. [illegible] cap. [illegible] itaque ad alumnorum suum [illegible] tempus scribens, nomine Antoninum appellari eumdem debuit, quod nomen [illegible] Pium et Marcum [illegible] [illegible]

M . AVRELIVS IMP .

EX MARMORE MVSEI BVRGHESII .

·M· CORNELII FRONTONIS

EPISTULARUM

AD ANTONINUM IMPERATOREM ET INVICEM

LIBER PRIMUS.

I. MAGISTRO MEO.

Bonum annum, bonam salutem, bonam fortunam peto *a*) a dis, festo die mihi, sollemni natali tuo; compotemque me voti fore confido: nam quem sponte dei iuvisse volunt, et dignum ope sua iudicant, eum commendo benignitati eorum. Tu cum alia laetabilia, mi magister, in tuo animo festo die agitavis *b*), numerato apud te qui te valde diligant: in iis primis hunc tuum discipulum ponito; inibi Dominum meum fratrem, πᾶσι φιλοῦντας σε ἀνθρώπους. Vale, et perennem multis annis bonam valetudinem *c*), mi magister optime, laetissimus incolumitate filiae, nepotum, generi. Nostra Faustina reficit sanitatem. Pullus noster Antoninus 1) aliquo lenius tussit: quantum quisque in nidulo nostro iam sapit, tantum pro te precatur *d*). Iterum atque iterum ac porro in longam senectam bene vale, iucundissime magister. Peto a te; sed impetratum sit; ne te ob diem natalem Cornificiae 2) Lo-

a) Ita emendavit 2. manus, sed 1. *poetu*. — *b*) Ita cod. *u* pro *b*. Semel autem notare licet, hunc duarum litterarum promiscuum usum ab Hispania adhuc retineri. — *c*) Ita cod. sine verbo. — *d*) Cod. *praecatur*.

1) Confer huius libri epistulam III.

2) Quoniam Fronto in sequente rescripto precatur Marco (id est iam facto Antonino) ut multos dies natales celebret liberum suorum, satis constat heic Marcum non de sorore sua Cornificia, (de qua recole lib. V. 8. ubi mortuam ante Marci imperium diximus) sed de filia Cornificia loqui. Erat autem hactenus fere incognitum huius filiae Marci nomen; cuius ego praeclaram confirmationem, primo quidem in romana inscriptione loco praed. p. 88. animadvertendam monui; deinde multo disertius, una cum eiusdem feminae lacrymabili exitu, inveni scriptum in vaticanis ex Dione excerptis Porphyrogeniti, quae ex palimpsesto in Scriptorum veterum T. II. p. 230. publici iuris feci. Sane Herodianus hist. lib. IV. 11. meminerat filiae Marci iam anus, quae a Caracalla interfecta est (quia Getae necem apud huius matrem defleve-

rium vexes. Dis volentibus, Romae paucis diebus nos videbis. Sed post diem natalem tuum, si me amas, nox 1) quae sequitur fac iam *a*) placide quiescas, sine ullius instantis officii cogitatione. Hoc Antonino tuo da sollicite et vere petentei *b*.

II. ANTONINO AUGUSTO FRONTO.

Seni huic, et ut tu appellas, magistro tuo bona salus, bonus annus, bona fortuna, res omnis bona *c*). Quae tu scribis, ea te mihi addis *d*) die tibi sollemnissimo natali meo precatum *e*). Omnia mihi ista in te tuoque fratre sita sunt, Antonine meo cordi dulcissime: quos ego postquam cognovi, meque vobis transdidi, nihil umquam prae vobis dulcius habui, neque habere possum, tametsi alios annos totidem de integro quantum vixi vivam. Hoc igitur unum coniunctis precibus *f*) ab deis precemur, uti vos incolumes et florentes et rei p. familiaeque vestrae prospere potentes aetatem longam degatis. Nec quicquam est praeterea quod ego tantopere vel ab deis vel a forte fortuna vel a vobis ipsis impetratum cupiam, quam ut vestro conspectu et adfatu, vestrisque tam iucundis litteris frui quam mihi diutissime liceat: eique ego rei, sei *g*) fieri possit, repuerascere opto.

a) Nisi quis mavult, quod non credo, legere *faciam*. — *b*) Ita 1 manus; at 2. delevit tertiam *e*. — *c*) In cod. interpungitur ante *bona*. Est autem interpunctio codicis saepe perversa, quamquam hoc loco defendi potest. — *d*) Cod. *abdis*. — *e*) Cod. *praecatum*. — *f*) Cod *praecibus*, et mox *praecemur*. — *g*) Deletur *e* secunda manu.

rat) quaenam tamen ea esset e tot Marci filiabus, aut quo supplicio affecta fuisset, nondum erat compertum. Sic autem habet vaticanus palimpsestus in titulo *de sententiis*. Ὅτι Ἀντωνῖνος Κορνιφικίαν μέλλων ἀναιρεῖν, ὡς δῆθεν τιμῶν, ἐκέλευσεν αὐτὴν ἑλέσθαι θάνατον ὃν βούλεται ἀποθανεῖν. Ἡ δὲ κλαύσασα πολλὰ καὶ μνησθεῖσα τοῦ πατρὸς Μάρκου καὶ τοῦ πάππου Ἀντωνίνου καὶ τοῦ ἀδελφοῦ Κομόδου, τέλος ἐπήγαγεν ταῦτα· ὦ δυστυχὲς ψυχίδιον ἐν πονήρῳ (cod. πονηρῷ) σώματι καθειργμένον, ἔξελθε, ἐλευθερώθητι. δεῖξον αὐτοῖς ὅτι Μάρκου θυγάτηρ εἶ, κἂν μὴ θέλωσι. Καὶ ἀποθεμένη πάντα τὸν κόσμον, ὃν περιβέβλητο, καὶ εὐθετήσασα ἑαυτήν, τὰς φλέβας ἀπέτεμε καὶ ἀπέθανεν: *Antoninus*, (Caracalla) *decreta Cornificiae nece, iussit eam honoris veluti causa, genus mortis, quod mallet praeoptare. Illa autem postquam diu flevit, patremque Marcum et avum Antoninum fratremque Commodum in memoriam revocavit, ad extremum haec ait: o infelix animula misero in corpore clausa, egredere et libertatem adipiscere: fac hos certiores, etsi nolunt, te Marco, esse genitam. Tum omni ornatu, quem gerebat, deposito, seque ipsa supplicio accommodans, venis incisis obiit.*

1) Ut Virgilius aen. I. 573: *urbem quam statuo vestra est.*

Nam quod ad ceteras res alioqui adtinet, sat vitae est. ideo te, Antonine, principem tam egregium, quam sperai; tam iustum tam innocentem, quam spopondi; tam gratum populo romano et acceptum, quam optavi; tam mei amantem, quam ego volui; tam disertum, quam ipse voluisti. iam * ubi primum coepisti rursum velle *a*), nihil offuit interdum noluisse 1). Fieri etiam vos cotidie facundioreis *b*) video et exulto quasi adhuc magister. Nam quom omnis virtutes vestras diligam et amplectar, fateor tamen praecipuum me et proprium gaudium ex eloquentia vestra capere. Itidem * ut parentes cum in voltu liberum oris sui liniamenta dinoscunt, ita ego cum in orationibus vestris vestigia nostrae sectae 2) animadverto, γέγηθε δὲ φρένα Λητώ 3); meis enim verbis exprimere vim gaudii *c*) mei nequeo. Nec te recordatio ista urgeat, nec omnino angat, quod tibi conscius es non perpetuam operam eloquentiae dedisse. Nam ita res habet: qui magno ingenio praeditus recta via ad eloquentiam a *d*) principio inductus adque *e*) institutus fuerit, tametsi interdum concessarit aut restiterit, ubi primum progredei *f*) denuo et pergere visum erit, coeptum illud iter confecerit setius *g*) fortasse aliquo, minus tamen nihilo. Crede autem hoc mihi, omnium hominum, quos ego cognoverim, uberiore quam tu sis ingenio adfectum comperisse me neminem: quod quidem

* *M.* Adhortatio ad eloquentiam.

* *M.* Itidem ut parentes cum in voltu liberum oris sui liniamenta dinoscunt, ita et magister cum in oratione discipuli vestigia facundiae suae animadvertit.

a) In cod. interpungitur ante *velle*. — *b*) Ita 1. m. *ei* pro *i*. Sed 2. *facundiores* — *c*) Altera *i* videtur superaddita. — *d*) Cod. *at*. — *e*) Ita cod. — *f*) Deletur altera *e*. — *g*) Ita cod. non *serius*. Videtur sane Fronto imitari Plautum (ut supra in verbo *concessare*) menaech. V. 7. 57. ubi codices mei habent *setius* et *secius*, non *sectius*, cuius postremae scripturae frustra fortasse rationem habet Forcellinus. Confer autem Gell. XVIII. 9, ubi item legere malim *setius*. ad Virg. aen. V. 862. habet *setius* cod. mediceus ille πάνυ, aliique vetustissimi Sic etiam in Ovidii edd. antiquis observavit Heinsius.

1) Plenius haec dicentur inferius in epistulis de studio eloquentiae et de orationibus. Marcus ipse de rebus suis I. 17. gratias agit diis, quod in rhetoricis poeticisque studiis haud ampliores progressus fecisset, ne scilicet a gravioribus cu:is impediretur.

2) De secta oratoria frontoniana recole testimonium Macrobii, post nostram praefationem.

3) Odyss. Z. 106. De hoc autem dicto legesis Gellium IX. 9.

ego magna cum lite Victorini nostri, et magna eius cum bile adiurare solebam, cum eum adspirare ad pulchritudinem ingenii tui posse negarem. Tum ille meus Rusticus 1) romanus, qui vitam suam pro unguiculo tuo libenter dediderit atque devoverit, de ingenio tamen invitus et tristis aegre concedebat

Unum tibi periculum fuit, Antonine, idem quod omnibus qui sublimi ingenio extiterunt, ne in verborum copia et pulchritudine claudere: quanto enim ampliores sententiae creantur, tanto difficilius verbis vestiuntur: nec mediocriter laborandum *a*) est, ne procerae illae sententiae male sint amictae, neve indecorius cinctae, neve sint seminudae Meministin eius orationis tuae, quam vix dum pueritiam egressus in senatu habuisti? in qua cum imagine utriculi ad exemplum adcommodandum usus esses, anxie verebare, ne parum pro loci et ordinis dignitate τὴν εἰκόνα usurpasses; meque primam illam longiusculam *b*) ad te *c*) epistulam scripsisse 2), qua id, quod res est, augurabar, magni ingeni *d*) signum esse ad eiusmodi sententiarum pericula audaciter *e*) adgredi: sed quod eo opus esset, tuo te studio et nonnulla nostra opera adsecuturum, ut digna tantis *f*) sententiis verborum lumina parares; quod nunc vides provenisse. Et quamquam non semper ex summis opibus ad eloquentiam velificaris, tamen sipharis *g*) et remis tenuisse iter: atque ut pri-

a) In margine ubi repetitur sententia, scribitur *agendum* pro *laborandum*. — *b*) Cod *lo-giusculam*, modo graeco scribendi; sed ibidem postea emendatum *longiusculam*. — *c*) Cod *u* — *d*) Ita cod. cum unica *i*; quod rarum in Frontone, in Cic. de rep. pervulgatissimum est — *e*) Ita cod. in ordine; at *audacter* in margine, ubi sententia repetitur. — *f*) In margine, ubi repetitur sententia, scribitur *isdem* pro *tantis*. — *g*) Rectissima scriptura a graeco σίφαρος. Atque ita scribere oportet, non *supparum* vel *supparus*, etiam apud alios auctores. Profecto *sipar*um (*i* non *u*), legitur in Manilio V. 19, Tertulliano apol. cap. XVI, et ita habent pleraque Isidori exemplaria orig. XIX. 3, teste Arevalo. Est autem *sipharum* minoris veli genus summo malo appendi solitum. Quare haud satis intelligo Arrianum, qui ad Epictetum III. 2. (cum eoque Cangius lexic. med. et inf. graec.) tibiae genus esse dicit. βυθιζομένου δὲ τοῦ πλοίου, σύ μοι παρελθὼν ἐπαίρεις τοὺς σιφάρους, εἶδος αὐλοῦ. Sine, merso navigio.

1) De Marci impenso erga Rusticum studio satis dicit Capitolinus cap. III. Mirari vero licet Frontonem quoque fuisse Rustici studiosum, cuius consilio Marcus se ab rhetoricis exercitiis abstractum fuisse ait de reb. suis I. 7. (Nihilominus Rustico saepe se innocue succensuisse ait Marcus R. S. I. 17.) Sed enim aulicorum hominum fictas amicitias, qualem Fronto fortasse cum Rustico heic simulat, quis ignorat?

2) Num est intelligenda epistula illa ad Marcum adhuc iuvenem et Caesarem de paranda eloquentia, cuius ampla fragmenta dabimus inferius ex codice mediolanensi?

mum vela pandere necessitas impulit, omnis eloquentiae studiosos, ut lembos et celocas, facile praetervehi.

Haec ut scriberem productus sum proxuma epistula tua, qua scripsisti exolescere paulatim quaecumque didicisses; mihi autem nunc cum maxime florere quae didicisti atque adolescere videntur. An parum animadvertis quanto studio quantoque favore et voluptate dicentem te audiat senatus populusque romanus? Et spondeo, quanto saepius audierit, tanto flagrantius amavit *a*). Ita multa et grata sunt ingenii *b*) et oris et vocis et facundiae tuae delenimenta. Nimirum quisquam superiorum imperatorum; imperatoribus enim te comparare malo, ne viventibus compararem *c*); quisquam illorum his figurationibus uteretur, quae Graeci schemata vocant? Ne longius repetam, vel proximo senatu, cum Cyzicenorum gravem causam 1) commemorares, ita orationem tuam figurasti, quam figuram Graeci παράλειψιν appellant, ut tamen diceres, et dicendo tamen praeterires *. In quo multa simul laudanda sunt: primum hoc te doctissime perspexisse, sociorum graves aerumnas non perpetua neque recta aut prolixa oratione exaggerandas, indicandas tamen esse inpensius ut digni senatus misericordia et auxilio viderentur. Deinde ita breviter rem omnem atque ita valide elocutus es, ut paucissimis verbis omnia, quae res posceret, continerentur: ut non ocius aut vehementius terra urbem illam 2) quam animos

* *M.* Paralemsis *d*), ut praetereundo dicamus, et dicendo praetereamus.

proverbialiter dicitur absurdum sipharos attollere, incredibiliter vero dicitur tibiam erigere ἐπαίρειν. Nisi forte vox αὐλὸς aliter apud Arrianum vel interpretanda vel corrupta est. — *a*) Ita cod. *a* pro *b*. — *b*) Ita cod. at superius *ingeni*. — *c*) Malim *comparem*. — *d*) Infra *paralempsis*. Sic in palimpsesto veronensi Interpr. Virg. p. 6. legebam παράλημψις servata μ verbi λαμβάνω.

1) Scilicet terrae motum quo Cyzicus concussa fuerat. Cyzici hanc cladem Xiphilinus et Zonaras (XII. 1.) ad Pii tempora retulerunt, contradicente cum aliis Reimaro ad Dionem LXX. 4. Et nunc Frontonis hic locus calamitatem cyzicenam sub Marco contigisse docet: quod vero quidam ad praedictum Dionis locum Cyzicum cum Smyrna confusam sibi persuaserunt, ii nunc pariter auctoritate nostri Frontonis coarguuntur.

2) De terrae motu, qui asiaticum litus ea tempestate quassavit, legendus est Aristides, qui pro ea calamitate ad Imperatores et scripsit, et coram oravit. Confer praeterea Philostratum in Aristide.

audientium tua oratio moverit. Ecquid adgnoscis formam sententiae *a*) tullianae? ut non ocius aut vehementius terra urbem illam, quam animos audientium tua oratio moverit. Ut quisque amore quempiam deperit *b*), eius etiam nevolos *c*) saviatur 1). Sed mihi crede, amplissimum te iam *d*) tenere in eloquentia locum, brevique summum eius cacumen aditurum, locuturumque inde nobiscum de loco superiore; nec tantulo superiore, quanto rostra foro et comitio excelsiora sunt; sed quanto altiores antemnae sunt prora vel potius carina. Praecipue autem gaudeo te verba non obvia arripere, sed optima quaerere. Hoc enim distat summus orator a mediocribus, quod ceteri facile contenti sunt verbis bonis; summus orator non est bonis contentus, si sint ulla meliora.

Sed haec certo loco ac tempore pluribus vel scribemus ad te 2), vel coram colloquemur *e*). Ut voluisti, Domine, et ut valetudo mea postulabat, domi mansi; tibique sum precatus *f*), ut multos dies natales liberum tuorum prospere celebres. Pullo nostro tussiculam *g*) sedaverit et dies clementior, et nutrix eius si cibis aptioribus vescatur. Omnia enim remedia atque omnes *h*) medelae fovendi *i*) infantium faucibus in lacte sunt sitae * 3).

In oratione tua cyzicena, cum deos precareris *k*),-et, si fas est, obsecro,-addidisti, quod ego me non memini legisse 4): obsecrari enim et resecrari populus aut iudices sole-

* *M.* Omnia infantium remedia sita sunt in lacte nutricis.

a) Cod. evidenter *sentire;* quod si quis retinere velit pro *sententiae*, is addat necesse est *conclusionis* post *tullianae*, ut fit a Frontone ipso ad M. Caes. II. 3. — *b*) Cod. *dederit;* sed in margine *deperit.* — *c*) Ita sine diphthongo heic et in margine. — *d*) Cod. *tam.* — *e*) Ita cod. 1. manu; secunda autem *conloquemur.* Et quidem puto ab afro Frontone scriptum fuisse *colloquemur*, (a Caecilio autem codicis emendatore, sive afro sive secus, *conloquemur*, more romano.) Namque Isidorus orig. I. 32. docet nos, labdacismum fuisse Afrorum proprium, utens hoc ipso exemplo *colloquium* pro *conloquium.* — *f*) Cod. *praecatus.* — *g*) Ita cod. heic et paulo post; sed lib. IIII. 11. *tusicula* cum unica *s.* — *h*) Cod. *omnis.* Equidem illam grammaticorum regulam, qua iubemur, nonnisi quartum plur. casum nominum, et quidem eorum quae genitivum mittunt in *ium*, efferre per *is*, ego haud raro neglectam video in antiquissimis codd. — *i*) Ita cod., quae videtur gerundii constructio frontoniana, ut lib. I. 26. ad amicos. — *k*) Cod. *praecareris.*

1) Confer Cic. N. D. I. 28.

2) Videtur promittere epistulas suas de orationibus.

3) Legesis Favorinum Frontonis aequalem hac fere de re disputantem apud Gellium XII. 1, Frontonis item familiarem qua in oratione video verba duo, quae in hac epistula sunt, nevolos et *liberum* pro *liberorum.*

4) Videtur Frontoni verbum obsecro

bant 1): sed me *a)* forsitan memoria fugerit: tu diligentius animadvertito. Me quoque tussicula vexat, et manus dexterae dolor, mediocris quidem, sed qui a rescribenda longiore *b)* epistula inpedierit; dictavi igitur.

Quoniam mentio παραλείψεως habita est, non omittam quin te impertiam quod de figura ista studiosius animadverterim, neque graecorum oratorum neque romanorum, quos ego legerim, elegantius hac figura usum quemquam, quam ·M· Porcium in ea oratione quae de sumtu suo inscribitur *, in qua sic ait 2).

CATONIS FRAGMENTUM EX ORATIONE DE SUMTU SUO.

« Iussi caudicem *c)* proferri, ubi mea oratio scripta » erat. De ea re quod sponsionem feceram cum ·M· Cor- » nelio 3), tabulae prolatae: maiorum *d)* bene facta perle- » cta. Deinde quae ego pro re p. fecissem leguntur. Ubi » id utrumque perlectum est, deinde scriptum erat in ora- » tione: numquam ego pecuniam neque meam neque socio- » rum per ambitionem dilargitus sum. Attat *e)* noli noli scri- » bere, inquam; istud nolunt audire. Deinde recitavit. Num » quos praefectos per sociorum vestrorum oppida inposivi, » qui eorum bona, liberos, diriperent? Istud quoque dele; » nolunt audire. Recita porro. Numquam ego praedam, neque » quod de hostibus captum esset, neque manubias 4) inter

* *M.* Mire de paralempseos figura. Cato usus est in oratione quae de sumptu suo inscribitur *f)*.

a) Cod. *em*, lineis duabus super *e*, una super *m* posita, quibus signis corrigitur metathesis, ut in cod. Cic. de rep. — *b)* Cod. *longior epistula* extrita ob concursum *e*. — *c)* Ita 2. manu; at 1. *claudicem*. — *d)* Cod. *malorum*. — *e)* Ita cod. *attat*, non *at at*. Utique prior scriptura in antiquis auctoribus haud insolita est. — *f)* In hoc lemmate nihil fere observandum est, praeter orthographiae diversitatem.

non solitum usurpari in precibus ad deos; cui opinioni obstare videntur quae dicit Festus voc. *ob vos sacro*. Attamen apud Catonem RR. CXXXIIII. in precum sacrarum formulis *obsecro* non invenio. Ceterum Marcus ea locutione si *fas obsecro* imitatus fuerat Plautum Bacch. IIII. 9. 102.

1) Confer de huius vocabuli vi Paulum apud Festum voc. *resecrare*.

2) Gratulari sane licet de hoc conservato nobis apud Frontonem catonianae orationis fragmento insigni.

3) Sine dubio hic est Cornelius ille, contra quem habuit orationem apud populum idem Cato, Festo narrante voc. *repulsior*.

4) Confirmatur hinc egregia doctrina

» pauculos amicos meos divisi, ut illis eriperem qui cepissent. Istuc *a*) quoque dele. Nihilo *b*) minus volunt dici; non opus est; recitato. Numquam ego evectionem 1) datavi, quo amici mei per symbolos *c*) pecunias magnas caperent. Perge istuc quoque uti cum maxime delere. Numquam ego argentum pro vino congiario inter apparitores atque amicos meos disdidi, neque eos malo publico divites feci. Enimvero usque istuc ad lignum dele 2). Vide sis quo loco res p. siet, uti quod rei p. bene fecissem, unde gratiam capiebam, nunc idem illud memorare non audeo, ne invidiae siet. Ita inductum est male facere, inpoene; bene facere, non inpoene licere. »

Haec forma παραλείψεως nova nec ab ullo alio, quod ego sciam, usurpata est. Iubet enim legi tabulas, et quod lectum sit, iubet praeteriri. A te quoque novom *d*) factum quod principium orationis tuae figura ista exorsus es; sicut multa alia nova et eximia facturum te in orationibus tuis certum habeo. Ita egregio ingenio natus es!

III. DOMINO MEO ANTONINO AUGUSTO FRONTO.

Vidi pullulos 3) tuos, quod quidem libentissime in vita mea viderim, tam simili facie tibi, ut nihil sit hoc simili similius. Feci prorsus conpendium 4) itineris Lorium usque, conpendium viae lubricae, compendium *e*) clivorum arduorum: tamen vidi te non exadvorsum modo sed locupletius, sive me ad dexteram sive ad laevam convertissem. Sunt autem dis iuvantibus colore satis salubri, clamore forti. Panem alter tenebat bene candidum, ut puer regius; alter 5) autem

a) Ita cod. tum beic tum mox, etsi superius *istud*. — *b*) Ita cod. nou *nihil*. — *c*) Ita cod. — *d*) Ita cod. — *e*) Ita cod. cum *m*, quamquam supra cum *n*.

de differentia inter *praedam* et *manubias*: qua super re perdocte disputat Favorinus, Frontonis nostri familiaris, apud Gell. XIII. 24, ita ut demum concludat, *praedam* dici corpora ipsa rerum, quae capta sunt; *manubias* vero appellari pecuniam a quaestore ex venditione praedae redactam.

1) Sic appellat diploma, quo usus publici cursus concedebatur.

2) Sanctus Hieronymus ep. IX. *dicit imis ceris eradere*.

3) Parvos liberos blande a Romanis dici solitos *pullos*, testis est Horatius sat. I. 3. 45. Quin et pueros mulierios Festus.

4) Nempe tanti fuit, utiliter egi.

5) Loquitur Fronto de gemellis Marco

cibarium 1), plane ut a patre philosopho prognatus. Deos quaeso sit salvus sator, salva sint sata, salva seges sit, quae tam similes procreat. Nam etiam voculas quoque eorum audivi tam dulcis tam venustas, ut orationis tuae lepidum illum et liquidum sonum 2) nescio quo pacto in utriusque pipulo adgnoscerem *. Iam tu igitur, nisi caves, superviorem *a*) aliquanto me experiere: habeo enim quos pro te non oculeis *b*) modo amem, sed etiam auribus.

IIII. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Vidi filiolos *c*) meos, quom eos tu vidisti; vidi et te cum litteras tuas legerem. Oro te, mi magister, ama me ut amas;

* *M.* Ut orationis tuae dulcem sonum in utriusque pulli tui *d*) pipulo agnoscerem *e*).

a) Ita 1. manu per *u*; at 2. per *b*. — *b*) Deletur *e*. 2. manu. — *c*) Ita heic cod. sed in indice *filios*. — *d*) *Pulli tui* videtur addendum textui, in quo deest. — *e*) Ita heic *agn*. At supra *adgn*.

iam Augusto natis filiolis Commodo et Antonino, quorum hic quadrimus extinctus est. Quia ergo is adhuc vivebat Marco patre iam Augusto, sequitur ut ad eundem non pertineat inscriptio, quam in Hadriano repertam profert Mabillonius analect. vet. ed. nov. p. 363: *T. Aurelius Antoninus, ·M· Aurelii Caesaris filius, imp. Antonini Augusti Pii PP. nepos.* Ibidem extitit et altera haec inscriptio: *T. Aelius Aurelius, ·M· Aurelii Caesaris et Faustinae Aug. filius, imp. Antonini Augusti Pii nepos.* De alio filio sibi ante illos geminos nato et extincto loquitur reapse ·M· Aurelius Caesar imperator in epistula Lorii scripta V. kal. aprilis, vivente adhuc Pio, in lapide apud Sponium miscell. p. 354. Apud Murator. inscr. pag. 591. lego Αδριανον υιον ·M· Αυρηλιου Αντωνινου καισαρος σεβαστου. Aristides in fine orationis de Roma observat, M. Aurelio plures fuisse filios (masculos) imperii participes quam superioribus Caesaribus. Reapse unus Vespasianus duos habuit. At Marcus Aur. saltem tres.

1) Panis cibarius, nempe vilior et vulgaris. Cic. tusc. V. 34.

2) De Marci exili voce locus extat in Porphyrogeniti excerptis vaticanis apud nos, Scriptorum veterum tomo II. p. 223. Ὅτι ὁ Μάρκος ἐλάλει πρός τινα τῇ Λατίνων φωνῇ· καὶ οὐ μόνον ἐκεῖνος ἀλλ' οὐδὲ ἄλλος τὶς τῶν παρόντων ἔγνω τὸ λαληθέν· ὥστε Ῥοῦφον τὸν ἔπαρχον εἰπεῖν· εἰκός ἐστι, Καῖσαρ, μὴ γνῶναι αὐτὸν τὰ παρ' ὑμῶν λαληθέντα, οὔτε γὰρ ἑλληνιστὶ ἐπίσταται· καὶ γὰρ αὐτὸς ἠγνόηκε τὸ λεχθέν. *Cum Marcus latine quendam alloqueretur, et neque hic neque quisquam e praesentibus dicta intellexisset, Rufus praefectus ait: consentaneum est, Caesar, orationem vestram ab hoc non intelligi, qui graece nescit. Nimirum et ipse Rufus nihil intellexerat.* Est autem hoc excerptum e Dionis libris deperditis: nam Xiphilinus breviator lib. LXXI. 5. ait hunc Rufum fuisse praefectum praetorio sub Marco, hominem illitteratum, et qui Marci verba saepe non caperet.

ama me sic etiam quomodo istos parvolos nostros amas: nondum omne dixi quod volo, ama me quomodo amasti. Haec ut scriberem, tuarum litterarum mira iucunditas produxit *. Nam de elegantia quid dicam? nisi te latine loqui, nos ceteros 1) neque graece neque latine. Domino meo fratri peto scriptites: valde volt ut hoc a te impetrem: desideria autem illius intemperantem me et violentum faciunt. Vale mi iucundissime magister. Nepotem tuum saluta.

V. ANTONINO AUGUSTO DOMINO MEO.

Antea *a*) gestum, post relatum 2), aiunt qui tabulas sedulo conficiunt. Idem verbum epistulae huic opportunum est, quae litteris tuis nuper ad me scriptis nunc demum respondet. Causa morae fuit, quod cum rescribere instituissem, quaedam menti meae se offerebant non supino, ut dicitur, rostro scribenda. Dein senatus dies intercessit, et in senatu labor eo gravior perceptus, quod cum gaudio simul *b*) altius penetraverat, ita ut cum sole ventus. Nunc haec epistula quod non suo tempore praesto adfuerit, veniam in relationibus usitatam poscit, ne fraudi sit 3).

Quom accepi litteras tuas, ita rescribere coeperam. Ama me, ut amasti *c*), inquis. Huic verbo respondere paulo verbis pluribus in animo est: prolixius enim rescribere tibi tempore illo solebam, quo amatum te a me, satis compertum tibi esse tute ostendis. Vide quaeso ne temet ipse defrudes *d*) et detrimentum amoris ultro poscas: amplius enim tanto amari te a me velim credas mihi, quanto omnibus in rebus potior est certus praesens fructus quam futuri spes incerta. Ego ne qui indolem ingenii tui in germine etiam tum et in herba et in flore dilexerim, nunc frugem ipsam maturae *e*) virtutis nonne

* *M.* Tota haec panygyricus *f*).

a) Cod. in indice *ante*; heic item 1. manu; sed 2. *antea*. — *b*) Cod. in ordine *semel*, in margine *simul*. — *c*) Cod. *amas*. Sed dicendum fuit *amasti*. Confer ep. praec. et quae hic insequuntur. — *d*) Ita cod. Atque hic confirmantur controversae immerito aliorum auctorum lectiones. — *e*) Cod. *naturae*. — *f*) Panegyricus subst. femin. genere, et cum duplici y, quia adhuc graecum η pronunciabatur *i*.

1) Notemus locutionem in vulgari Italorum lingua adhuc superstitem, nempe *noi altri*.

2) Dispensatorum apophthegma.

3) Nota formulam in relationibus usitatam.

multo multoque amplius diligam? Tum ego stolidissimus habear agrestium omnium omniumque aratorum *a*), si mihi cariora sint sata messibus. Ego vero quae optavi quaeque vovi compos optatorum votorumque meorum damnatus atque multatus sum: in eam multam duplicatum amorem tuum desero 1); non ut antiquitus multas inrogari mos fuit mille minus dimidio asse *b*). Nutricis est infantem magis diligere, quam adultum; suscensere etiam pubertati stulta nutrix solet, puerum de gremio sibi abductum et campo aut foro traditum. Litteratores etiam isti discipulos suos, quoad puerilia discunt et mercedem pendunt, magis diligunt. Ego quod *c*) ad curam cultumque ingeniei tuei *d*) accessi, hunc te speravi fore qui nunc es; in haec tua tempora amorem meum intendi. Lucebat * in pueritia tua virtus insita, lucebat etiam magis in adulescentia, sed ita ut cum serenus dies inluculascit lumine incohato *e*). Nunc iam virtus integra orbe splendido exorta est, et radiis disseminata est *f*): tu me ad pristinam illam mensuram luciscentis amoris tui revocas, et iubes matutina dilucula lucere meridie *. Audi, quaeso, quanto ampliore nunc sis virtute, quam antea fueris; quo facilius credas quanto amplius amoris merearis, et poscere desinas tantundem.

Ut a pietate contendere te tibimet incipiam, obsequia erga patrem tua pristina 2) commemorabo, eaque cum praesentibus officiis comparabo. Quis ignorat ubi pater tuus minus valeret, te iuxta cum eo carere balneo, vino, aqua etiam, et cibo temet deducere solitum? Nulla umquam te neque somni neque vigiliae neque cibi * *g*), neque itineris tua tempora habuisse, sed patris temporibus servisse? . . . . * Q. XII.

* *M*. Panygyricus *h*).

* *M*. Tu me ad amoris lucescentis crepusculum provocas, ego te ad meridiem ubi ille integro orbe calor altus est.

a) Cod. mendose in ordine *oratorum*, sed recte in margine *aratorum*. — *b*) Cod. *assae*. — *c*) Ita cod. Sed videtur dicendum *quom*. — *d*) Deletur *e* 2. manu. — *e*) Ita cod. in ordine; at in margine *inchoato*. Est autem prior illa scriptura antiquior, ut dixi ad Cic. de rep. I. 35. III. 2. — *f*) Ita in cod. repetitur *est*. — *g*) Huc usque paginae contextus; in margine autem, ubi repetitur locus, productior oratio est; ita tamen ut ibi desint verba *neque cibi*; verba vero *habuisse* et *servisse* ad indicativum deflectantur *habuisti* et *servisti*; quae ego restituenda in ordinem curavi. — *h*) Ita scribitur in cod.

1) Videtur uti Fronto formula iuridica.

2) Lege de his Capitolinum in Marco cap. V. VI, et praeterea Dionem Cassium lib. LXXI. 35.

·M· CORNELII FRONTONIS

EPISTULARUM

AD ANTONINUM IMPERATOREM ET INVICE

LIBER SECUNDUS.

I. (MAGISTRO MEO).

x codice me-
anensi.

1) . . . *legi ex Coe*lio paululum 2), et ex Ciceronis tione, sed quasi furtim, certe quidem raptim: tantum aliud ex alio *a*) curarum; quom interim quies una libr manus sumere. Nam parvolae nostrae nunc aput Matidi in oppido 4) hospitantur: igitur vespera ad me ventitar possunt propter aurae rigorem. Vale mi domine mag Dominus meus Frater, et filiae cum sua matre, cuius prae *l* avis ex animo [tibi] salutem dicunt. Mitte mihi aliquid tibi disertissimum videatur, quod legam, vel tuum vel nis vel Ciceronis aut Sallustii aut Gracchi aut poetae alic χρῄζω γάρ ἀναπαύλης, et maxime hoc genus: quae me extollat et diffundat ἐκ τῶν κατειληφυιῶν φροντίδων. Etia qua Lucretii aut Enni excerpta habes εὔφωνα *c*) . . . φ sicubi ἤθους ἐμφάσεις.

II. DOMINO MEO ANTONINO AUGUSTO FRONTO.

x codice me-
anensi.

Ne *d*) ego post homines natos et locutos omnium f dissimus habear, cum tu ·M· Aureli mea scripta lecti

a) Cod. *ex alia.* — *b*) Legi nequeunt quatuor fere verba. — *c*) Spatium quatuor terarum. — *d*) Ita cod. heic et alibi pro *nae.*

1) In huius folii pagina codicis recta 242, laterculo priore medio, sunt verba *legi emendavi;* nihil enim praeterea legi potest. Ergo ibi desinit liber aliquis, et incipit hic ad ·M· Antoninum imperatorem. Quamobrem haec epistula *lio* etc. est prima huius libri, vel certe prima ex his quae legi possunt.

2) Confer ad ·M· Caes. I. 1

3) De Matidia lege epistulam libri penultimam.

4) Minturnis, puta, aut Si Namque horum oppidorum ... ptiones fecerunt Matidiae apud CCLII. 9. MLXXXV. 3.

robas, et lucrativa tua in tantis negotiis tempora meis quoue orationibus legendis occupare non inutile tibi arbitraris ec infructuosum. Quod sive amore inductus etiam ingenio ieo delectaris, beatissimus equidem sum, quod tibi tam sum arus, ut esse videar etiam disertus: sive ita censes, atque a iudicio tuo et animi sententia decernis, mihi quoque iam isertus iure videbor, quoniam videar tibi. Quod vero patris ii laudes a me in senatu, designato et inito consulatu meo, ictas legisti libenter 1), minime miror: namque tu Parthos tiam et Hiberos sua lingua patrem tuum laudantes pro summis oratoribus audias. Nec meam orationem, sed patris tui irtutem, miratus es: nec laudatoris verba, sed laudati facta audasti. De tuis etiam laudibus, quas in senatu eadem illis protuli, ita sentias velim: tunc in te eximiam indolem uisse, nunc summam virtutem: frugem tunc in segete florentem, nunc messem perfectam et horreo conditam. Speram tunc, habeo nunc: spes in rem convertit *a*). Quod autem mitti a me tibi postulasti acceptis . . . 2).

Atticis propinque thimum *b*) serpillumque hymmetium ruminantibus viris 3). . . .

Vel graves ex orationibus veterum sententias arriperetis, vel dulces ex poematis, vel ex historia splendidas, vel comes ex comedis *c*), vel urbanas ex togatis, vel ex atellanis lepidas et facetas . . .

III. (MAGISTRO MEO SALUTEM).

. . . ratum atque expeditum sit, mi magister, quam tua demens in officiis adversum te nostris interpretatio *d*). Scribo igitur Domino meo pollicenti tibi multas suas litteras, comperisse te ex me quae mandavit 4). Tum cetera adfectionis Ex codice ticano.

a) Ita sensu neutro etiam in penultima alsiensi. — *b*) Ita schedae per *i* non per *y*, ut etiam seq. — *c*) Ita cod. sine diphth. — *d*) Cod. *interpraetatio*.

1) De hac oratione multus sermo fuit in epistulis libri II. ad ·M· Caesarem.

2) Quae sequuntur, sola reliqua sunt in pagina codicis postica oblitterata: neque satis constat utrum partes huius epistulae sint, quamquam vix est dubitandum. Videtur enim hac in epistula prolixe Fronto de eloquentia locutus.

3) Ita Symmachus ep. IV. 18: *thymum facundiae spirant litterae tuae*.

4) Puta de mittendis ad eum orationibus, vel de scribenda parthici belli historia. Consule librum epistularum ad Verum imp.

post illa Sallusti *a*) et Tulli de Catilina ·L· Antoni . . . *b*) utus ait putabam ostendere *c*) . . praeter veteranum *d*) . . re magna pars iuventutis sequebatur. Id*circo* hoc in *scripto* tu faceres idem quod pictor qui numquam equom pinge *e*) . . . pro *f*). . . pingit. Iugurthae forma eiusmodi est 1). « Qui ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, sed multo maxime ingenio validus, non se luxu neque inertiae *g*) corrumpendum dedit; sed uti mos gentis illius est, equitare, iaculari, cursu cum aequalibus certare: et cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus esse. Ad hoc pleraque tempora in venando agere, leonem atque alias feras primus aut in primis ferire, plurimum facere, minimum ipse de se loqui. Na . . .

Ex codice mediolanensi.

Artes inper*atoriae* honore [summo] habitae . . . quid . . . sperent . . . ab [per] . . . tibi nat . . . is . . . qui tum . . . rem . . . omnia . . . Ne agrei quidem forma praetereunda. » Mare saevum 2) inportuosum: ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus: caelo terraque paenuria aquarum. Genus hominum salubri corpore, velox, patiens laboris. Plerosque *h*) senectus dissolvit, nisi qui ferro aut bestiis interiere. Nam morbus haud saepe quemquam superat » . . . non inscii . . . « in regnum animum intendit. Ipse acer, bellicosus: at is, quem petebat, quictus, imbellis, placido ingenio, opportunus iniuriae, metuens magis quam metuendus . . . In consule nostro multae bonaeque artes animi et corporis erant; quas omnis avaritia praepediebat: patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignarus, firmissimus contra pericula et insidias *i*) » . . . deinde . . . « Exercitus ei * traditus a Spurio Albino proconsule iners, inbellis *k*), neque periculi neque laborum patiens, lingua quam manu promtior, praedator ex sociis et ipse praeda hostium, sine imperio et modestia habitus. Ita imperatori novo plus ex malis moribus sollicitudinis, quam

* *M*. Forma corrupti exercitus.

a) Ita cod. 1. m; sed 2. *Sallustii*. — *b*) Supple unum verbum. — *c*) Supple duo fere verba. — *d*) Supple tres aut quatuor litteras. — *e*) Supple unum verbum. — *f*) Supple quinque fere versiculos. — *g*) Cod. addit *neque*, quasi aliud nomen sequeretur, quod tamen [illegible] sequitur. — *h*) Ante *plerosque* codex habet *nec*, quae tamen particula huic [illegible] — *i*) Cod. videbatur *insidias*. — *k*) Ita cod. Etsi paulo ante *inb*. [illegible]

1) Iugurth. cap. VI. — 2) Sallust. Iugurth. cap. XVII. XX. XXVIII. XLIII.

» ex copia militum auxilii aut spei bonae accedebat.—Nam » Albinus Auli fratris exercitusque clade perculsus, postquam » decreverat non egredi provincia, quantum temporis aestivorum in imperio fuit, plerumque milites in stativis castris » habebat; nisi cum odos aut pabuli egestas locum mutare » subegerat. Sed neque muniebantur *a*), neque more militari » vigiliae deducebantur: ut cuique libebat, ab signis aberat » Lixae permixti cum militibus, diu noctuque vagabantur: » palantes agros vastare, villas expugnare, pecoris et mancipiorum praedas certantes agere, eaque mutare cum mer- » catoribus vino advecticio, et aliis talibus: praeterea fru- » mentum publice datum vendere, panem in dies mercari: » postremo quaecumque dici aut fingi queunt ignaviae luxu- » riaeque probra, ea in illo exercitu cuncta fuere, et alia » amplius. Sed in ea difficultate Metellum * non minus quam » in rebus hostilibus magnum et sapientem virum fuisse [com- » perior], tanta temperantia inter ambitionem, saevitiam »... Animo . . . suetum . . . ava[rum] . . . iniu[rias] . . . habuisset...ab illo...sae...bene. Sed...et voluptatiba *b*)... » » Sed 1) in his erat Sempronia, quae multa saepe virilis au- » daciae facinora commiserat. Haec mulier genere atque forma, » praeterea viro, liberis satis fortunata: litteris graecis et la- » tinis docta; psallere, saltare elegantius quam necesse est » probae: multa alia quae instrumenta luxuriae. Sed ei ca- » riora semper omnia quam decus *c*) . . . adflictare sese 2), » manus supplices ad caelum tendere, miserari parvos libe- » ros, rogitare, omnia pavere, superbia atque deliciis omissis . . . Formis . . . miserat . . . malus . . . ne damnum . . . misisti . . . nonus. Sed . . . quem . . . sal . . .

VII. MAGISTRO MEO.

Ex codice mediolanensi.

Orationes desiderat sibi dominus meus Frater vel a me vel a te quam primum mitti. Sed ego [malo] mi magister,

* *M*. Forma imperatoris.

a) Verba *neque muniebantur* et vidit Popma in antiquo Sallustii codice, et nunc Fronto confirmat. Sunt ergo auctori restituenda. — *b*) Verba *voluptatiba* (*b* pro *v*) sunt in margine, et pertinent ad textum ante verba Sallustii de Sempronia. — *c*) Legi nequit sequens laterculum.

1) Sallust. Cat. cap. XXV. 2) Sallust. Cat. cap. XXXI.

tu mittas; easque ut in promptu haberes, exemplaria 1) quae apud nos erant, misi tibi. Ego mox alia conficiam, quae *a*)... sine in *b*) . . . mora intercedenda alia mihi scripsit. Vale mi dulcissime magister. Nepotem saluta.

VIII. DOMINO MEO.

codice menensi.

Pro cetera erga me benivolentia tua fecisti, quod orationum, quas Frater tuus dominus noster desideraverat, mittendarum me gratiam inire voluisti. Adiunxi ultro ego tertiam orationem pro Demonstrato Petiliano 2), de qua illi scribsi 3) adiunxi, iniquam, orationem pro Demonstrato, quam cum primum Fratri tuo obtuli, didici ex eo, Asclepiodotum, qui oratione ista compelletur, a te non inprobari. Quod ubi primum comperi, curavi equidem abolere orationem: sed iam pervaserat in manus plurium, quam ut aboleri posset. Quid igitur? quid inquam? *Nisi c*) Asclepiodotum 4), cum a te probetur, mihi quoque fieri amicissimum, tam hercule quam est Herodes summus nunc meus, quamquam extet oratio 5). Vale mi Domine dulcissime.

VIIII. DOMINO MEO.

codice menensi.

Has interea orationes mittito. In le... *d*) duas delig...*e*)

X. DOMINO MEO.

codice menensi.

. . . post . . per . . quid . . ing . . nus tibi et cud . . ter . . non . . potes . . nondum . . aliqua in . . tus. Nisi . . ad . . *f*).

XI. 34. MAGISTRO MEO SALUTEM.

codice menensi.

. . . ne . . . sum . . . *g*).

Male me, Marce, praeteritae vitae meae paenitet 6).

a) Supple quatuor circiter verba. — *b*) Supple unum verbum. — *c*) Tantum fere lacunae est in codice in epistula ad Verum; nam haec ad Marcum partim vix legitur. — *d*) Supple quinque litteras. — *e*) Suppletis quatuor fere verbis explicit brevissima epistula. — *f*) In his lacunis periit prope laterculum unum cum dimidio. — *g*) Reliquum est dimidium laterculum oblitteratum.

1) Epist. V. *exemplares*.

2) Recole catalogum scriptorum Frontonis deperditorum.

3) Quae sequuntur habes rursus infra in epistula IX. ad Verum.

4) Vix dubito quin de hoc homine loquatur inscriptio apud Caietanum Marinium Frat. arval. pag. 117: HECATE, AUGUSTAE AURELII ASCLEPIODOTUS ET LUCIUS PRO SAL. SUA ET SUOR. V. S. L. M.

5) De hac Frontonis oratione adversus Herodem sermo diu est ad M. Caes. III. 2. 3. 4. 5. 6.

6) Charisius ed. Putschii p. 184. ex Frontone ad Antoninum imp. lib. II. Heic autem fragmentum colloco; quae enim sequuntur, ea docet codex pertinere ad libri clausulam.

XII. (DOMINO MEO ANTONINO AUGUSTO FRONTO. ORATIONIS EPISTULARIS DE HEREDITATE MATIDIAE FRAGMENTUM.)

Ex codice mediolanensi.

. . . 1) abripere te, praeut dicitur, immo cellae filios. Tantam de thensauris Antonini pecuniam prodigei *a*), quam nescio quae ista altilis alumna accipiat, unde nihil Egatheus 2) acceperit. Quanti vero rumores adversi, quantae querimoniae exorientur bonis lege falcidia distractis? Lineam istam famosam atque celebratam 3), ceteraque tantae pecuniae orna-

a) Ita cod. 1. manu; at 2. manus delevit *e*.

1) In hac epistulari oratione agitur de hereditate Matidiae, ob quam controversiam plenius cognoscendam, conferre oportet epistulam Frontonis XVII. libri I. ad amicos. Matidiae autem fuerunt duae, senior et iunior. Senior Matidia filia Marcianae aug. fuit, Traiani sororis. Haec Matidia peperit Sabinam quae Hadriani fuit uxor, et Matidiam iuniorem. Porro haec iunior dicitur Antonini Pii matertera in tribus inscriptionibus gruterianis p. CCLII. 9. 10. MLXXXV. 3. (Matidiae inscriptiones in urbe Sinuessa adhuc superstites egomet vidi.) Merito autem appellatur Pii matertera, quia Pius per adoptionem filius Sabinae factus est, quae, ut dixi, soror Matidiae iunioris erat. Iam e prima libri huius epistula constat Matidiam non ante obiisse, quam Marcus suprema Augusti dignitate potitus est. Sed mature ante eius obitum nonnulli pecuniae inhiantes, ampla sibi legata a principe femina per codicillos conferenda curaverant: quos quum illa deinde incidisset, nihilominus legatarii, dum illa sine sensu iaceret, codicillos obsignare ausi fuerant, eosdemque apud Marcum imp. ut probe factos tueri. Igitur quum Faustina, Marci uxor, eiusque filiae heredes testamento nuncupatae, grandi pecunia fraudarentur; lite exorta, Fronto causam Faustinae defendit oratione quadam: tum etiam eadem de re copiosam ad Marcum scripsit epistulam cuius hoc extremum fragmentum nobis superest. Dixi Frontonem defendisse hanc causam *oratione* quadam, quia sic loquitur Marcus in subsequente rescripto. Ceterum quia ibidem dicitur etiam *epistula*, tum ad Am. I. 17. *litterae* de hac re nominantur, superest ut dubitemus utrum duplex de hoc argumento extiterit Frontonis scriptum, nec ne. Quamquam magnopere existimo, orationem publice fuisse habitam coram iudicibus ordinariis, epistulam autem privatam ad imperatorem.

2) Quisnam fuerit hic Egatheus, credo aeternum ignoraremus, nisi eum bilinguis inscriptio (in cod. vat. ottobon. MMMCXXIX. p. 69.) Romae in regione viae latae reperta, nobis revelaret. T. AVRELIVS EGATHEVS IMP. ANTONINI AVG. LIB. A CODICILLIS D. POS. T. ΑΥΡΗΛΙΣ (sic) ΗΓΑΘΕΟΣ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ (sic O pro Ω vel ω) ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ ΕΠΙ ΤΩΝ ΚΟΔΙΚΙΛΛωΝ ΔωΡΟΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

3) En quid rei huic nostrae commodum extat in quinto responsorum Scaevolae digest. XXXV. 2. 26. *Lineam margaritarum triginta quinque legavit, quae linea apud legatarium fuerat mortis tempore. Quaero an ea linea heredi restitui deberet propter legem falcidiam? Respondit posse heredem con-*

menta quis emet? Tua uxor si emerit, praedam invasisse et minimo aere cripuisse dicetur, eoque minus ad eos, quibus legatum erat, pervenisse. An non emet haec ornamenta Faustina? Quis igitur emet margarita * quae filiabus tuis legata sunt? Iis margaritis collos 1) filiarum tuarum despoliabis, ut cuius tandem ingluvies 2) turgida ornetur? An hereditas Matidiae a vobis non adibitur? summo genere, summis opibus, nobilissima femina, de vobis optime merita, intestata obierit? Ita prorsus *a*) eveniet, ut cui funus publicum decreveris, ei ademeris testamentum. Adhuc usque in omnibus causis iustum te et gravem et sanctum iudicem exhibuisti: ab uxorisne tuae causa prave iudicare inchoabis *b*). Tum tu quidem ignem imitaberis, si proximos ambures, longinquis lucebis 3).

XIII. RESCRIPTUM. MAGISTRO MEO.

codice me- mensi.

Ergo magister meus iam nobis et patronus erit? Equidem possum securus esse, cum duas res animo meo carissumas secutus sim, rationem veram et sententiam tuam. Di velint, ut semper quod agam, secundo iudicio tuo, mi magister, agam! Vide quid horae tibi rescribam. Nam post consultationem amicorum in hoc tempus collegi sedulo ea quae nos moverant, ut Domino meo 4) perscriberem, faceremque eum nobis in isto quoque negotio praesentem. Tum *c*) demum Sep-

* *M.* Hoc margaritum, et haec margarita genere neutro: et genere feminino *d*) haec margarita, et hae margaritae; ut Cicero de signis 5): nullam gemmam aut margaritam.

a) Sic cod.; alibi *prosus*.. — *b*) Ita cod. secus ac supra p. 113. — *c*) Cod. [illegible]. — *d*) Utrumque genus agnoscit etiam incertus grammaticus apud Putsch. p. 2790. Tacitus Agric. XII, et S. Hieronymus ep. LXVI. 7. CVII. 8, usurpant neutrum genus. Iam de ipsius torquis duplici genere videsis dictum Hieronymum ad Dan. V. 7.

sequi, ut ei restituatur; ac, si malit, posse vindicare partem in ea linea, quae propter legis falcidiae rationem deberet remanere.

1) Declinatio Calvo oratori grata aut familiaris, teste Quintiliano inst. I. 6. Haec autem vox repetitur in margine codicis ut notabilis.

2) Philargyrius ad G. III. 431: *Varro ad Ciceronem in lib. XXIII. ingluvies, inquit, sunt tori circa gulam qui propter pinguedinem fiunt, atque interiectas habent rugas.—Sed nunc pro gula positum.*

3) Sic et Sallustius locutus est de Athenodoro stoico. Suid.

4) Vero Augusto.

5) In Verr. IIII. 1.

σῴσω τοῖς βεβουλευμένοις, cum fuerint ab illo comprobata. Orationem, qua causam nostram defendisti, Faustinae comfestim *a*) ostendam, et agam gratias ei quod mihi talis epistula tua legenda ex isto negotio nata est. Bone et optime magister vale.

Recognovi.

EPISTULAR. ·M· FRONTONIS — EPISTULAR. LIB. II. *b*).

(AD VERUM *c*))

I. (DOMINO MEO).

Ex codice vaticano.

. . . Sit, quod iubes, rectum fortasse, sed serum: neque enim omnia, quae ratio postulat, etiam aetas tolerat. An *d*) tu cycnum coges in ultima cantione cornicum voculas aemulari?...

. . . *e*) *in*genio discrepanti iuberes ne me *f*) niti contra naturam, adverso, quod aiunt flumine? Quid si quis postularet ut * Phidias ludicra, aut Canachus deum simulacra fingeret? aut Calamis turina *g*), aut Polycletus *h*) etrusca? Quid

* *M*. Qui artificum quid melius singuli fecerint. Fictores nobiles Phidias *etc*.

a) Ita cod. — *b*) Ita etiam initio libri II. ad amicos omittitur titulus ipse *ad amicos*, qui scriptus est proximo priore libro. Hac eadem de causa fortasse heic omittitur titulus ad Antoninum imperatorem. — *c*) Quod heic pono fragmentum a p. 123. ad 126, extat in duobus codicis romani foliis seu paginis quatuor, continuis quidem inter se sed non sine verborum lacunis. Iam haec duo folia cohaerent in codice cum epistulae ad ·L· Verum imp. parte illa romana quam scribo p. 128. Porro quum ante illam epistulam expliciat, et quidem coniunctim in eadem codicis mediol. pagina, fragmentum epistulae cum subscripto titulo AD VERUM, necesse est, ut haec duo romana folia et ante praedictum fragmentum collocentur et inscribantur AD VERUM. Est tamen hic Verus, ipse fortasse Marcus, adhuc illud nomen retinens ante summum imperium, ut cognoscimus ex ep. ad ·M· Caes. II. 8, donec id ipsum in fratrem Lucium transtulit post Pii obitum. Capitol. in M. VIII. Sane quod ad Marcum heic scribat Fronto, suadent mihi etiam quae de philosophis dicit; quamquam nihil definio. Senex autem erat Fronto hoc tempore, qui videlicet iam sub Hadriano haud erat iuvenis. — *d*) Sequens sententia utrum cum praecedente connectatur in epistula, incertum est. Nam utraque sententia a me exscribitur e margine, quia totus in hac pagina contextus oblitteratus est. — *e*) Quae sequuntur, etsi sunt in postica eiusdem folii pagina, tamen videntur pars unius eiusdemque epistulae. — *f*) In margine, ubi sententia repetitur, scribitur *iuberes ne me ingenio discrepante*. — *g*) Ita videtur 2. manu; at 1. turana. — *h*) Ita in contextu; at in margine *Polyclitus*, nimirum ex diversa pronunciatione τοῦ η. Sic dicitur *Paraclitus* et *Paracletus*.

si Parrhasium *a*) versicolora pingere iuberet, aut Apellen 1) unicolora, aut Nealcen magnifica, aut Niciau obscura, aut Dionysium inlustria, aut lascivia *b*) Euphranorem, aut Pausiam [p]*roe*[l]ia *c*) 2)? In poetis * autem quis ignorat ut gracilis sit Lucilius 3), Albucius aridus, sublimis Lucretius, mediocris Pacubius 4) *d*), inaequalis Accius, Ennius multiformis! Historiam * quoque scribsere Sallustius structe *e*), Pictor incondite 5), Claudius lepide, Antias invenuste, Seisenna *f*) longinque *g*); verbis Cato multiiugis, Coelius singulis. Contionatur * autem Cato infeste 6), Gracchus turbulente, Tullius copiose. Iam in iudiciis * saevit idem Cato, triumphat Cicero, tumultuatur Gracchus, Calvus rixatur 7).

Sed haec exempla fortasse contemnas. Quid? philosophi * ipsi nonne diverso genere orationis usi sunt? Xeno *h*) ad do-

* *M*. Quid singuli poetae proprium habent. — * *M*. Quid historici proprium habent. — * *M*. De contionantium propriis. — * *M*. Quae in [causidicis] singulis fuerint propria. * — *M*. Et philosophi diverso genere atque oratione usi.

a) In margine sine *h*. — *b*) Ita cod. — *c*) Carie exesa est tum hoc tum aliis locis membrana huius paginae. Et quidem heic quatuor aut quinque litterae amissae videbantur in lacuna: praeter incertas duas quas uncis inclusi. Scripsi autem *proelia* propter Euphranoris tabulam proelii equestris, quam celebrat Plinius XXXV. II. cum Pausania I. 3. — *d*) Ita cod. 1. manu; at 2. *Pacuuius*. — *e*) Nempe *ornate*. Confirmatur autem hinc vocabulum, cuius auctorem in lexicis nonnisi Tertullianum, et quidem comparativo gradu, citaverat Forcellinus. — *f*) Ita *ei* 1. manu; at 2. *i*. — *g*) Cod. *longinq*. Dicit autem *longinque* pro *inusitate*. Reapse apud Cic. Brut. LXXV Sisenna *recte loqui putabat esse, inusitate loqui*. — *h*) Ita cod.; at infra *Zeno*.

1) Hoc loco dicam, quod superius ad ·M· Caes. lib. I. 6. p. 11. memoria mihi excidit. Nempe vir cl. anglus H. Alanus lacunam illam *volpem appelles* etc. sic ingeniose volebat explere: *ut si simiam aut volpem Apelles pingeret, bestiae sordidae pretium adderet*. Placent enimvero bonaque a me iudicantur haec supplementa; praesertim quia codicis spatiis satis congruunt: quamquam in schedis meis mediol. reapse lego *appelles* cum duplici *p*, non *Apelles*; item *tet*, non *ret*. Malim ego tamen pro *sordidae*, scribere *turpissimae*, ut est in illo antiquo versiculo apud Cic. Nat. D. I. 35. *Simia quam similis turpissima bestia nobis!*

2) De his artificibus abunde Plinius et Pausanias. Et quidem pictores satis apte commemorantur a Frontone, quia M. Aurelius operam quoque pingendo dedit. Capitol. in Marco cap. IIII.

3) Consonat Varro apud Gellium VII. 14. Conf. Horat. ep. II. 1. 55. sqq.

4) Contra Varro apud Gellium dicit exemplum ubertatis Pacuvium.

5) Hieronymus ep. LX. 12. *Q. Fabium miratur antiquitas, qui etiam romanae scriptor historiae est; sed magis ex pictura quam ex litteris nomen invenit*.

6) Confer ad ·M· Caes. II. 4.

7) Calvi oratoris violentiam, apud Seneca controvers. III. 19. Quintilianus autem inst. VI. 1. Calvum rixari cum ipsis iudicibus solitum ait.

endum planissimus, Socrates ad coarguendum captiosissimus, Diogenes ad exprobrandum promptissimus, Heraclitus obscurus involvere omnia; Pythagora *a*) mirificus clandestinis signis sancire omnia; Clitomachus anceps in dubium vocare omnia. Quidnam igitur agerent isti ipsi sapientissimi viri, si de suo quisque more atque instituto deducerentur? Socrates ne coargueret, Zeno ne disceptaret, Diogenes ne increparet, ne quid Pythagora sanciret, ne quid Heraclitus absconderet, ne quid Clitomachus ambigeret.

Sed ne in prima ista parte diutius quam epistulae modus postulat commoremur, tempus est de verbis * primum quid senseas considerare. Dic sodes hoc mihi, utrum ne, tametsi sine ullo labore ac studio meo, verba mihi elegantiora ultro occurrerent, spernenda censes ac repudianda? An cum labore quidem et studio investigare verba elegantia prohibes; eadem vero, si ultro, si iniussu atque invocatu meo venerint, ut Menelaum * ad epulas *b*) 1), quidem recipi iubes? Nam istud quidem vetare 2), durum prosus atque inhumanum est: consimile ut si ab hospite, qui te falerno accipiat, quod rure eius natum domi superfiat, cretense postules vel saguntinum quod, malum! foris quaerendum sibi atque mercandum sit. Quid . . . *c*) Haud igitur indicarent ea si . . . *d*) Quid nostra memoria Euphrates, Dio, Timocrates, Athenodotus *? Quid horum magister Musonius 3)? Nonne summa facundia prae-

* *M*. Nunc de verbis. — * *M*. Menelaus invocatus ad epulas venit et receptus est. — * *M*. Epictetus incuriosus. Socrates, Xenophon, Antisthenes, Aeschines, Plato 4).

a) Ita cod. sine *s*. — *b*) In cod. repetitur *venerint*; vel potius *venerint* in hanc secundam sedem elegantius transponitur. — *c*) Legi nequeunt versus undecim huius laterculi. — *d*) Rursus legi nequeunt versus novem.

1) Iliad. B. 408.

2) Respicit ad *veto* tribunicium. Quin fortasse iam (sive is Marcus fuerit sive Lucius) Verus tribunicia potestate fulgebat. Quare et lepide ludit cum eo Fronto.

3) Euphratem luculenter laudat Plinius ep. I. 10; memorat Marcus de reb. suis X. 31, aliique auctores. Obiit anno urbis 871. sumpta cicuta, ut narrat Dio Cassius LXIX. 8. Dionem heic intellige sophistam chrysostomum. De Timocrate quaerendum, nisi forte is est quem haud semel citat Galenus. De Athenodoto magistro suo Fronto ad ·M· Caes. I. 12, IIII. 12, et Marcus de rebus suis I. 13. Musonius denique is est qui philosophia ac libertate dicendi et exilio claruit sub Nerone.

4) De his omnibus sermo non longus fuit in lacunis.

diti, neque minus sapientiae quam eloquentiae gloria incluti exstiterunt *? An tu *a*) . . . consulto verbis usum *b*) . . . ne pallium quidem sordibus obsitum candido et pure lauto praetulisset? Nisi forte eum tu arbitrare claudum quoque consulto factum, et servum consulto natum *. Quid igitur est? tam facile ille *c*) . . .

II. (DOMINO MEO).

. . . *d*) vestrae pro re nata occu*pationes* . . . aliud . . . *e*) percontatum an videre me posset; postquam respondi posse, succidaneum sibi Tranquillum 1) nostrum paravit, quem etiam caenae succidaneum paraverat. Mea parum refert, quis me de caris tibi amicis diligat, nisi quod prior ratio est eius qui minus est nostri fastidiosus. Ego . . . dem . . . ver . . . *f*) cerem. Nam is quoque ex tempore eum vidit. Invenit autem me Tranquillus cum frigeret, etiam nunc vetantem, sed minus . . . *g*) belli . . . *h*) ago quanta Tranquilli industriae, qui nisi sciret quanto opere me diligeres, volumtarium *i*) hoc negotium sibi numquam expetisset.

* *M*. Euphrates, Dio, Timocrates, Athenodotus, et horum magister Musonius, philosophi eloquentissimi.

* *M*. Nisi forte Epictetum 2) arbitrare etiam claudum consulto factum. Numquam volumtarias verborum sordes induisset. Forte et servus *k*) consulto natus est sapiens? sed ita eloquentia caruit pedum incolumitate?

AD VERUM *l*).

a) Supple duo verba. — *b*) Exin quinque versus legi nequeunt. — *c*) E marginis lemmate licet particulam supplere huius lacunae. — *d*) In eadem codicis pagina, in qua incipit liber ad Verum imperatorem, explicit, ut supra dixi, hoc acephalum fragmentum cum subscripto titulo AD VERUM. Heic igitur in propria sede id colloco, sive est pars cuiusdam libri ad Verum qui postea Marcus; sive scribitur ad Verum qui antea Lucius fuit. — *e*) Haec sola verba leguntur in pagina oblitterata. — *f*) Versuum trium amissorum sunt haec initia totidem. — *g*) Supple sex litteras. — *h*) Supplendi, ut puto, duo versus. — *i*) Ita cod. ut etiam in margine, et apud Cic. de rep. — *k*) Addendum est: *et claudus*. — *l*) Qui sequitur liber ad ·L· Verum imp. cum indice, quem quidem nullus liber epistularum frontonianus, praeter acephalos, desiderat. Num igitur quae sequitur longa epistula ad ·L· Verum imp. peculiarem librum continet; reliquae autem librum alterum acephalum? Equidem ita olim existimavi, nempe duos esse epistularum ad ·L· Verum imp. libros.

1) Num sermo est de Svetonio?

2) Epictetus usque ad ·M· Antonini tempora vitam produxit, teste Suida; qui eundem et servum et claudum fuisse dicit.

L. VERVS IMP.

EX MARMORE MVSEI BVRGHESII.

·M· FRONTONIS

AD VERUM IMPERATOREM AURELIUM CAESAREM

I. DOMINO MEO VERO AUGUSTO 1).

Ex codice mediolanensi.

Iam iam, Imperator, esto erga me ut voles, utque tuus animus feret. Vel tu me neglegito, vel etiam spernito: nihil denique honoris inpertito, *in* postremis, si videbitur, habeto. Nihil est ita durum aut ita iniurium quod [mihi] facere adversum, si maxime velis, possis, quin ego ex te gaudiis amplissimis abundem. Virtutes tuas bellicas et militaria facinora tua 2) atque consulta me nunc laudare tu forsitan putes, ut est. Quibus ego rebus, tametsi sunt pulcherrimae in rem publicam inperiumque populi romani, optimae, amplissimae *a*) tam *b*) iis ego rebus laetandis virilem cum ceteris portionem voluptatis capio. Ex eloquentia autem tua, quam scriptis ad senatum litteris declarasti, ego iam hic triumpho 3). Recepi recepi habeoque teneoque omnem abs te cumulatam parem gratiam: possum iam de vita laeto animo excedere, magno operae *c*) meae pretio *d*) percepto, magnoque monumento ad aeternam gloriam relicto. Magistrum me tuum fuisse aut sciunt omnes homines, aut opinantur, aut vobis credunt. Quod equidem parcius mihimet adrogarem, nisi vos ultro praedicaretis 4): [id] quoniam [vos praedicatis] ego nequeo negare. Bellicae igitur tuae laudis et adoriae multos habes administros, multaque armatorum milia undique gentium accita victoriam tibi adnituntur et adiubant *e*): eloquentia [vero] ausim dicere meo ductu, Caesar, meoque auspicio nata est . . . *f*) . .

a) Cod. *optime amplissime*. — *b*) Archaismus pro *tamen*. — *c*) Cod. *opere*. — *d*) Cod. *praetio*. — *e*) Ita cod. — *f*) Postica pagina in cod. mediol. tota oblitterata est.

1) Quoniam haec epistula, quae scribitur confecto iam bello parthico, prima libri est, sequitur ut plerasque post id tempus scriptas merito putemus.

2) Nempe res contra Parthos feliciter per duces suos a Vero gestas.

3) Innuit oblique mox futurum Veri triumphum.

4) Praedicationem suam testatur Marcus de reb. I. 13.

Ex codice vaticano.

. . . spolia . . . *regi* a) Parthorum prompte et graviter respondisti 1). Scilicet hoc te a centurionibus vel primipilaribus, elegantissimis altercatoribus, didicisse 2)? Dausara *b*) et Nicephorum 3) et Artaxata ductu auspicioque tuo armis capta sunt: sed arcem munitam et invictam et inexpugnabilem, quae in Fratris tui pectore sita est, ad nomen Armeniaci, quod recusaverat 4) sumendum, quis alius quam tu, aut quibus aliis tu quam eloquentiae copiis adortus es 5)? Comitem tibi ad impetrandum adscisti exercitum oratione pugnantem? In ea tu parte litterarum tuarum, ut Fratrem amantem decuit, sententiis magis crebris et dulcibus usus es, et versa modulatione collocasti: quae cum legerem; in senatu enim per valetudinem non potui adesse; cum eloquentia tua Fratrem tuum urgeri viderem, ita eum tacitis cogitationibus meis compellabam. Quid hoc rei est, Antonine? nam tibi video nomen quod recusaveras accipiendum esse et sententia decedendum. Quid nunc meae, quid philosophorum litterae agunt? litteris militis vincimur. Ecquid autem pulchre scripsisse videtur? numquod verbum insolens, aut intempestivum? aut num ego tibi videor gloriosum militem 6) erudisse? Quin, quod votis omnibus expetisti, habes Fratrem fortem *c*), virum bonum dicendi peritum 7): eadem enim dicet ille quae tu, sed ea minus

a) Amisimus laterculi vaticani versiculos octo. — *b*) Cod. *Dausaram*. Steph. byz. Δαυσάρα. Mendose Ammianus *Davana*. — *c*) In cod. interpungitur post *virum*, quam interpunctionem propugnare videntur dicta a nobis in adn. 6. Verum ut quisque volet,

1) Veri litteras ad Parthorum regem memorat Nazarius paneg. ad Constantin. cap. XXIIII, tum etiam Fronto in principiis historiae.

2) Dat sedulam operam Fronto, ut ipsi Vero adsentatorie tribuat scripta, quae alii credibiliter ei componebant. Testis luculentus Capitolinus in Vero cap. II. *Amavit* (Verus) *in pueritia versus facere, post orationes; et melior quidem orator fuisse dicitur quam poëta; immo, ut verius dicam, peior poëta quam rhetor. Nec desunt qui dicant eum fuisse adiutum ingenio amicorum, atque ab aliis ei illa ipsa, qualiacumque sunt, scripta; siquidem multos disertos et eruditos semper secum habuisse dicitur.*

3) Aliis *Nicephorium*. Nicephorius quoque amnis Tigranocerta ambiens memoratur a Tacito annal. XV. 4.

4) Rem narrat Capitolinus in Marco cap. VIIII.

5) Capitolinus in Vero cap. VII: *habuit hanc reverentiam Marci Verus, ut nomina quae sibi delata fuerant, cum fratre communicaret in triumphi, quem pariter celebrarunt.*

6) Alludit venuste ad Plauti fabulam huius tituli.

7) Sine dubio, et grandi cum admiratione, Fronto prae oculis habet cele-

multis ille quam tu. Qum *a*) maxime haec ego mecum agitabam, qum *b*) orationi tuae successit Antonini oratio, di boni! quam pulchra! quam vera multa *c*)! plane dicta omnia, et verba delenifica, pietate et fide et amore et desiderio dilibuta *d*). Quid *agerem tum e*) inter duos ambos meos? petitoremne, an unde peteretur, magis laudarem? Antoninus erat quom *f*) imperio obsequens, tu autem, Luci, cum obsequio eras prae amore imperiosus. Eas ego orationes ambas cum dextra laevaque manu mea gestarem, amplior mihi et ornatior videbar daduchis Eleusinae faces gestantibus, et regibus sceptra tenentibus, et quindecemviris libros adeuntibus 1) *g*): deosque patrios 2) ita comprecatus *h*) sum: Hammo Iupiter et Li*byae* . . . .

. . . Iam Cato Hispaniam recuperabat, iam Gracchus locabat Asiam, et Carthaginem viritim dividebat 3) . . . Ex codice mediolanensi.

·M· Tullius summum supremumque os romanae linguae fuit 4) *i*) . . .

. . . vellet. Cicero autem modulatius. Vos utriusque *k*) operam gestantes me . . . *l*) viam. Extant epistulae 5) [variae] *ad fidem* partim scribtae historiarum, vel *arte m*) compositae: ut illa Thucydidi 6) nobilissima Niciae ducis epistula ex Sicilia missa; item apud ·G· Sallustium ad Arsacen regem Mithridatis auxilium implorantis litterae criminosae 7): et Cn. Pompei ad senatum de stipendio litterae graves 8): et Aderbalis apud Cirtam obsessi invidiosae litterae, *quibus* omnes

a) Ita cod. — *b*) Ita cod. Recole p. 90. n. *b*. — c) Ita in cod. interpungitur post *multa*. — *d*) Ita cod. — *e*) Tantum spatii oblitterati in codice est. — *f*) Ita cod. — *g*) Cod. *aduntibus* in ordine, sed recte in margine *adeuntibus*. — *h*) Ita cod. *pre* sine diphth. quum *praecor* et preces ubique viderim. — *i*) Hae duae tantum sententiae legi queunt in tota pagina. — *k*) Schedae *virtusque*. — *l*) Supple in his pauca verba. — *m*) Tantum fere spatium est harum lacunarum.

nianam oratoris definitionem, quae est apud Senecam controv. lib. I. praef., et apud Quintil. inst. I. prohoem. nec non XII. 1: (e Gorgia scilicet Platonis ed. [illegible] T. I. p. 508.) *orator est vir bonus dicendi peritus*.

1) Solis quidecemviris licuisse legere Cumaeam, tradit Lactantius inst. I. 6, et epitom. cap. V.

2) Meminisse heic oportet Frontonem patria fuisse libem, id est cirtensem.

3) Lege Plutarchum in Gracchis, Cic. II. in Rull. XVIIII, de rep. III. 29.

4) Nota Frontonis peremptorium iudicium de Cicerone.

5) Imitatur Fronto tullianam locutionem de off. II. 14, et II. in Rull. XXXII.

6) Lib. VII. 11-16.

7) Hist. lib. IIII.

8) Hist. lib. III.

[patres] postulabat 1). Breves nec ullam rerum gestarum expeditionem continentes. Latae autem, quo*modo* scribsisti tu, extant Catuli litterae 2), quibus . . . a se ma . . . dico . . . historia tamen . . . scribenda, si ad senatum scriberetur... sensi horum suorum si in turmam epistulae contulisset necessario . . . expeditius et de . . . *a*) quod [Paterculus] . . . res inornatius scribsisse. Tuae litterae et eloquentes sunt ut oratoris, strenuae ut ducis, graves ut ad senatum, ut de re militari non redundantes. Nam neque *b*) . . . eius . . . de . . . brevitatis . . . coartatis . . . fuit. Quis imperator quid ad senatum, [quom] debet loqui, epistulam scriberet? Eaque tibi . . . cultas . . . de quibus scribendum erat cum . . . dum . . . Se denique cum . . . si cui prius quam *ali*quam prov(inciam) . . . ad populum *di*cere, et crim . . quod . . . vos . . . exercitus insuper aut . . meo, non ipse . . . Vel quod . . . nos(tros)... Vel quod Sohaemo potius quam Vologaeso regnum Armeniae dedisset 3); aut quod Pacorum regno privasset 4); nonne oratione *hu*iusmodi explicarent? Et dedere num . . . minore bello in . . . de re . . . operam gestantes . . . scribtae . . .

Summum eloquentiae genus est de sublimibus magnifice, de tenuioribus frugaliter dicere *c*) 5) . . . .

Ex codice vaticano.

Deorum etiam partim eloquentes se quam *d*) tacitos coli maluerunt *e*) . . . * contumacia ego . . . sint . . . pervicacibus eloquen-

* *M*. Laus eloquentiae 6).

a) In his lacunis periit magna laterculi pars. — *b*) Sequentibus lacunis occupatur pagina universa. — *c*) Unica haec superest sententia in integra pagina. — *d*) Ita cod. non praecedente potius. — *e*) Haec unica sententia legitur in toto laterculo. Exin dimidium fere aliud laterculum legi nequit.

1) Bell. Iug. cap. XXIIII.

2) Item apud Sallustium in amissis: is enim Catuli et Lepidi res gestas scripserat. Litterae autem Catuli fortasse nunciabant bellum lepidianum ab se confectum ad Cosas.

3) Hinc ·L· Veri nummus, tertio parthici belli anno, cum epigraphe *rex Armeniis datus*, et cum rei actae typo. Iam Sohaemum, quem Vologaesus pepulerat, reductum fuisse in armeniaci regni sedem, testantur, praeter Frontonem, Iamblichus apud Photium cod. XCIIII, nec non Suidas voc. Μάρτιος Βῆρος.

4) Videtur Aurelius ille Pacorus rex Armeniae magnae, cum fratre Meride deinde Romae mortuo, cuius inscriptionem gruterianam MXCI. 10. citavit in ed. berol. ill. N.; quia scilicet Aurelii nomen satis indicat fuisse eum divorum Fratrum clientem: a quibus Armenia cum fratre excedere Romaeque vivere coactus fuisse videtur. Sed alius et Pacorus Lazis rex datus a Pio memoratur apud Capitol. cap. VIIII.

5) Sic ait Cicero in oratore XXVIIII, repetitque S. Aug. de doctr. ch. IIII. 21.

6) Periit haec laus.

tia incutiatur. Ne fulmen quidem aeque terreret, nisi cum tonitru caderet 1). Ea 2) ipsa tonandi potestas non Diti patri neque Neptuno neque dis ceteris *a*), sed imperatori summo Iovi tradita est: ut fragoribus nubium et sonoribus procellarum, velut quibusdam caelestibus vocibus, altissimum imperium a contemtu *b*) vindicaret 3). Igitur si verum 4) imperatorem generis humani quaeritis, eloquentia vestra imperat *, eloquentia mentibus *c*) dominatur: ea * metum incutit, amorem conciliat, industriam excitat, inpudentiam extinguit, ad virtutem cohortatur, vitia comfutat *d*), suadet, mulcet, docet, consolatur. Denique provoco audacter condicione vetere 5): omittite eloquentiam, et imperate; orationes in senatu habere omittite, et Armeniam subicite; alii quoque duces ante vos Armeniam subegerunt: sed una mehercules tua epistula, una tui Fratris de te tuisque virtutibus oratio, nobilior ad gloriam, et ad posteros celebratior erit, quam plerique principum triumphi. Ventidius ille, postquam Parthos fudit fugavitque, ad victoriam suam praedicandam, orationem a ·G· Sallustio mutuatus est 6): et Nerva facta sua in senatu verbis rogaticiis *e*) commendavit. Item plerique ante parentes vestros propemodum infantes et elingues principes fuerunt, qui de rebus militiae a se gestis nihil magis loqui possent quam galeae loquuntur. Postquam res p. a magistratibus annuis ad ·G· Caesarem *, et mox ad Augustum trala-

* *M.* Verus imperator generis humani, eloquentia est.

* *M.* Quid agat eloquentia.

* *M.* De ·G· Caesaris eloquentia, de Augusti dicendi lepore, de Ti-

a) In margine *aut Neptuno ceterisve diis.* — *b*) In margine *contemptu.* — *c*) Dubitabam num in codice sit *mentib.* an *mentis.* — *d*) Ita cod. — *e*) In margine, ubi repetitur locus, est *rogatariis.*

1) Sic ait Cicero in oratore LXX: *Demosthenis non tam vibrarent fulmina, nisi numeris contorta ferrentur.* Hieronymus in Ionam cap. III. *Quid valeat apud homines saeculi eloquentia, et sapientia saecularis, testantur Demosthenes, Tullius, Plato etc. qui velut reges habentur hominum.*

2) Haec sententia, ut insignis, incipit in codice a littera grandi, et spatio interiecto. Confer p. 63. n. d.

3) *Caelo tonantem credidimus Iovem regnare.* Hor. od. III. 5.

4) Vix dubito quin Fronto argutus homo ludat in voce *verum* scribens ad Verum imperatorem, ut infra p. 140.

5) Hinc quoque videmus provocationem iamdiu fuisse sublatam.

6) Notemus Sallustii deperditam orationem. Ventidii triumphum memorat praeter alios auctores, Dio XLVIIII. 21.

* Ex codice mediolanensi 1).

ta *a*) est, Caesari quidem facultatem dicendi video * imperatorum *b*) fuisse; Augustum vero saeculi residui *c*) eleganter et latine *d*), linguae etiam tum integro lepore potius, quam dicendi ubertate, praeditum puto 2). Post Augustum nonnihil reliquiarum iam et vietarum et tabescentium Tiberio illi superfuisse. Imperatores autem deinceps ad Vespasianum usque eiusmodi omnes, ut non minus verborum puderet 3), quam pigeret morum et misereret facinorum. Quod quis *e*) dicat, non enim didicerant: qur *f*) ergo imperabant? aut imperarent gestu censeo, ut histriones; aut nutu, ut muti; aut per interpretem, ut barbari. Quis eorum oratione sua populum aut senatum adfari? quis edictum, quis epistulam suismet verbis componere potuit? Quasi phrenetis morbus quibus implicitus est, aliena eloquentes imperitabant: ut tibiae sine ore alieno mutae erant. Imperium autem non potestatis tantummodo vocabulum, sed etiam orationis est 4) *, Quippe vis imperandi iubendo vetandoque exercetur. Nisi bene facta laudet, nisi perperam gesta reprehendat, nisi hortetur ad virtutem, nisi a vitiis deterreat, nomen suum deserat, et imperator frustra appelletur . . partum suaderent imperium, falsa pugna deferre militare flagitium, testimonium . . capitali *g*) . .

Plerisque etiam indignis paternus locus imperium per manus detulit: haud secus quam pullis avibus, quibus omnia

beri *h*) nonnulla litteraturae scientia *i*), de reliquorum imperatorum imperitia.

* *M*. Imperator sciens esse debet litterarum.

* *M*. Veteris eloquentiae colorem adumbratum ostendit 5).

a) Ita cod. — *b*) Ita olim edidi. Sed quoniam in codice mediolanensi litterae post *imperat* valde obscuratae sunt, dubitabam an legere debuerim *imperatoriam*. — *c*) Schedae *res*. — *d*) Ita lego in schedis, non *latinae*. — *e*) Similis locutio sine *si* est ad amic. I. 10. — *f*) Ita cod. — *g*) Tota in pagina vix tres versiculi leguntur. — *h*) Ita cod. — *i*) Cod. *litteratae scientae*.

1) Aptissime cohaeret sententia; constatque iterum (cf. p. 29. n. 3.) folia romana et mediolanensia pertinere ad unum codicem.

2) Confer Gellii XV. 7. iudicium de Augusti elocutione.

3) Contra morem suum indulgentior Tacitus annal. XIII. 3. eloquentiam Caesarum usque ad Claudium producit; primumque ait Neronem visum esse alienae facundiae egere.

4) Cicero pro lege manilia cap. XIV. de Pompeio: *quantum dicendi gravitate et copia valeat, in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria*.

5) Sed haec videlicet in lacunis latent.

generis insignia, cristae, plumae, cantus, et vigiliae, insita sunt . . . Regum pueris in utero matris summa iam potestas destinata est: opstetricis manu imperium adipiscuntur . . . Inter Remum et Romulum diversis montibus augur*antes de* rerum summa iudicaverunt aves. Regnum Persarum equorum non cursu sed hinnitu priore . . . insidiis saepe *et* coniuration*ibus* aliis imperium *a*) . . .

. . . frustra sed ad . . . us fidei commemoratae. Ceteros ars ac . . . das re . . . ac me . . . opes . . . quo . . . coniu . . . binos egenum meminisse *b*) . . . His te consiliis, Imperator, a prima pueritia tua non circus profecto nec lorica, sed libri et litterarum disciplinae inbuebant. Cum multa eiusmodi consiliosa exempla in historiis et in orationibus lectitares, ad rem militarem magistra eloquentia usus es. Exercitus tibi traditus erat incuria et lascivia et otio diutino corruptus. Milites Antiochiae adsidue plaudere histrionibus consueti: saepius in nemore vicinae ganeae 1), quam sub signis habiti. Equi incuria horridi, equites volsi 2): raro brachium aut crus hersutum. Ad hoc vestiti melius quam armati: adeo ut vir gravis et veteris disciplinae Laelianus Pontius 3) loricas partim eorum digitis primoribus scinderet; equos pulvillis instratos animadverteret; || * iussu eius cornicula consecta; a sedibus equitum pluma quasi anseribus devolsa. Pauci militum equum sublimitus insilire, ceteri aegre *c*) calce, genu, poplite repere: haud multi vibrantis hastas, pars maior sine vi et vigore, tamquam laneas *d*), iacere. Alea in castris frequens *, somnus pernox, aut in vino vigilia. Huiuscemodi milites quibus imperiis contineres et ad frugem ad- * Ex codice vaticano 4).

* *M*. Forma armeniaci exercitus.

a) His lacunis occupatur integra pagina. — *b*) In his lacunis latent versus octodecim. — *c*) Cod. *aegrue*. — *d*) Ita cod. Num pro *lanceas*?

1) Apud Daphnem scilicet. Syriaticarum legionum luxuriam scribit Marcus in quadam epistula apud Volcatium in vita Cassii cap. V. Coërcuit autem diffluentes militum mores non tam Verus quam Cassius, ut legitur ibidem.

2) Sic et Hieronymus ep. LXXIX. 9: *iuvenis volsus et nitidus*.

3) Pontii Laeliani munera et honores sub divis Fratribus, statuamque ei positam in foro Traiani, narrat inscriptio apud Grut. CCCCLVII. 2.

4) Denuo aptissime mediolanensis et vaticani codicis cohaeret materia.

que industriam converteres, nonne te Hannibalis duritia, Africani disciplina, Metelli exempla 1) historiis perscripta docuerunt? Ipsum hoc tuum a te diu[ti]na prudentia consultum, quod non ante signis conlatis manum cum hostibus conseruisti, quam levibus proeliis et minutis victoriis militem imbueres *a*), nonne Cato docuit orator idem et imperator summus? Ipsa subieci Catonis verba, in quibus consiliorum tuorum expressa vestigia cerneres. » Interea unamquamque turmam, manipulum, cohortem, temptabam quid facere possent: proeliis levibus *b*) spectabam cuiusmodi quisque esset: si quis strenue fecerat, donabam honeste, ut alii idem vellent facere, atque in contione verbis multis laudabam. Interim aliquot *p*auca castra feci. Sed ubi anni tempus venit, castra hiberna *c*) . . .

...onis fragum.

Catonis imaginem de senatu proferri s[olit]am, memoriae traditum est: si ob militaria facinora, cur non Camilli? cur non *d*) . . . lini? cur non Curii [aliorumque?] * . . . .

(II. VERUS IMP. FRONTONI.)

codice me...iensi.

. . . 2) *necessa*rio correcta, vel in tempore provisa, vel celeriter curata, vel sedulo instructa, praedicare ipsa apud te supersedi. Da verecundiae veniam, si urgentibus curis praepeditus negotia in manibus praeversus sum, speque *e*) tuae erga me benignissimae facilitatis interim in scribendo cessavi. Fiduciae amoris ignoscito *f*), si piguit consilia me singularum rerum forsitan in dies mutanda sub incerto adhuc exitu dubia existimatione perscribere. Causam quaeso tam iustae con-

* *M.* [Tres] triumphi de [Afris *g*].

a) Ita per *m*; at pag. praec. per *n*. — *b*) Cod. *lenibus*; sed superius *levibus*. Iam horum vocabulorum commutatio in codicibus saepenumero occurrit. — *c*) Postica pagina universa oblitterata est; ita tamen ut una copiosa sententia legatur in margine prioris laterculi, ex qua certo cognoscimus, verba Catonis desivisse ante finem immo ante dimidium fere praedicti laterculi. Verba enim eiu[s] sententiae frontoniana sunt. Porro illud Catonis fragmentum vel ex eius deperdito opere de re militari, vel ex aliqua oratione eiusdem est. — *d*) Supple paucas litteras. Num *Medullini?* Num *Capitolini?* Iuvenalis quidem II. 145. *Et Capitolinis generosior et Marcellis*. — *e*) Cod. *quae*. — *f*) Cod. *ignosgito*. — *g*) Hoc lemma pertinet ad secundum paginae intercolum

1) Apud Sallustium in Iugurth.

2) Haec epistula Veri imp. ad Frontonem continet excusationem quod ad eum e parthica expeditione longo intervallo non scripserit. Habet autem miram amoris significationem, et Veri simplicem animum (cuiusmodi fuisse aliunde etiam scimus) ac sincerum probe declarat.

ctationis accipias. Cur igitur aliis, quam tibi, saepius? Ut breviter absolvam; quoniam quidem, nisi ita facerem, illi irascerentur, tu ignosceres; illi tacerent, tu flagitares; illis officium officio repensabam, tibi amorem pro amore debeam. An velles ad te quoque me litteras invitum, querentem, festinantem, quia necesse erat, potius quam quia libebat, darem *a*)? Cur autem, inquies, non libebat? Quia neque dum quicquam eiusmodi effectum erat, ut te luberet ad gaudii societatem vocare. Curarum vero, quae me dies noctesque miserrimum habuere, et prope desperationem summae rei perduxere 1), facere participem hominem carissimum, et quem semper laetum esse cuperem, fateor non lubebat. Nec enim illud lubebat aliud dolere, aliud loqui. Simulare Lucium quicquam adversum Frontonem, a quo ego prius multo simplicitatem 2) verumque amorem, quam loquendi polite disciplinam didicisse me praedico? Equidem pacto quoque, quod inter nos iampridem intercessit, satis me ad veniam impetrandam paratum esse arbitror. Denique quamquam mihi lacessitus a me saepius, numquam tamen rescripsisses, dolebam hercules sed pacti *b*) memoria non suscensebam. Postremo quid plura? Ne potius defendere me quam orare te videar, peccavi; adversus quem minime decuit, etiam id fateor. Sed tu melior esto. Satis poenarum lui, primum in eo ipso, quod peccasse me sentio: mox quod tantis terris disiunctus, qui te in vestigio exorare potuissem, tot interea mensibus dum meas litteras accipis, dum ego tuas recipio, cura discruciabor. Adhibeo tibi deprecatores humanitatem ipsam: nam et delinquere humanum est, et hominis maxime proprium ignoscere . . .

III. (MAGISTRO MEO *c*)).

. . . 3) illi suis litteris subdiderunt. Ea vero quae post meam profectionem gesta sunt, ex litteris a me scribtis, a

a) Ita cod. — *b*) Cod. *facti*. — *c*) Ita inscribo, quia sic diserte habet codex in seqq.

1) Capitolinus in Vero cap. VI: *quum interfecto legato, caesis legionibus, Syriis defectionem cogitantibus, oriens vastaretur* etc. Confer Dionem LXXI. 2. Argumentum graviter, versat Fronto quoque noster in opusc. de bello parthico.

2) En cui magistro tribuat simplicitatis suae virtutem Verus, tantopere a variis scriptoribus laudatam.

3) Utrum haec sit pars posterior prae-

negotio cuique praepositis ducibus cognosces. Earum exemplaria Sallustius noster, nunc Fulvianus 1), dabit. Ego vero ut et consiliorum meorum rationes commemorare possis, meas quoque litteras, quibus quidquid gerendum esset, demonstratur mittam tibi. Quod si picturas quoque quasdam desideraveris, poteris a Fulviano accipere. Equidem quo magis te quasi in rem praesentem inducerem, mandavi Cassio Avidio Martioque Vero 2) commentarios quosdam mihi facerent, quos tibi mittam, ex quibus mores hominum et censum eorum cognosces. Quod si me quoque voles aliquem commentarium facere, designa mihi qualem velis faciam, et ut iubes faciam. Quidvis enim subire paratus sum, dum a te res nostrae inlustrentur. Plane non contempseris et orationes ad senatum et adlocutiones nostras ad exercitum. Mittam tibi et sermones meos cum barbaris habitos. Multum haec tibi conferent. Unam rem volo, non quidem demonstrare discipulus magistro, sed existimandam dare. Circa causas et initia belli diu commoraberis, et etiam ea quae nobis absentibus male gesta sunt 3). Tarde ad nostra venies. Porro necessarium puto, quanto ante meum adventum superiores Parthi fuerint dilucere, ut quantum nos egerimus appareat. An igitur debeas, quomodo πεντηκονταετίαν 4) Θουκυδίδης exposuit, illa omnia corripere, an vero paulo altius dicere, nec tamen ita, ut mox nostra, dispandere, ipse dispicies. In summa meae res gestae tantae sunt, quantae sunt scilicet, quoiquoimodi *a*) sunt: tantae autem videbuntur, quantas tu eas videri voles.

IIII. DOMINO MEO VERO AUGUSTO.

Quamquam me diu cum ista valetudine vivere iampridem pigeat taedeatque, tamen ubi te tanta gloria per virtutem pa-

a) Ita cod. 1. manu at 2. *cuoiquoimodi.*

cedentis epistulae, an alterius diversae, incertum est. Orat autem Verus Frontonem ut parthici belli historiam ambitiose conscribat. Fit autem quaedam imitatio tullianae de historia propria scribenda epistulae ad Lucceium.

1) Ad Fulvianum est epistula XXII. lib. I. ad amicos.

2) Horum virtute bellum parthicum confectum est. Capitol. in Vero cap. VII.

3) Dum Verus scilicet Romae degeret, tum deinde per Graeciae atque Asiae urbes procul bello luxuriaretur.

4) Spatium quinquaginta annorum a Xerxe fugato ad bellum peloponnesiacum. Thucyd. I. 89. sqq.

ta reducem 1) videro; neque in cassum vixero, neque invitus quantum vitae dabitur vivam. Vale Domine desiderantissime. Socrum 2) et liberos vestros saluta.

V. MAGISTRO MEO.

Quidni ego gaudium tuum mihi repraesentaverim, mi magister carissime? Equidem videre me, et arte *a*) complecti, et multum exosculari cotidie videor mihi toto . . .

VI. (DOMINO MEO VERO AUGUSTO).

. . . animi mei perturbatione non possem 3). Sed acceptis litteris tuis, ea re iam primum bona spes mihi ostentata est, quod tua manu scripseras: deinde quod post apstinentiam tridui, et sanguinem satis strenue et prompte demissum, liberatum esse te periculo inpendentis valetudinis nuntiabas. Respirabi *b*) igitur et revalui, et aput omnis foculos, aras, lucos sacros, arbores sacratas 4), nam rure agebam, suplicavi *c*). Et nunc expecto cognoscere ex tuis litteris quantum medici isti dies promoverint ad vires reficiendas. Enimvero nunc maiore multo cura diligentiaque opus est, ut paulatim temet compleas, nec properes ad detrimenta virium resarcienda. Nam id quidem omnium opinione compertum et traditum est, sanguinem, ubi abundet, incursim detrahendum, postea pedetemptim esse reparandum. Fac, oro te et obsecro, Domine, quod tuo egregio ingenio decet, temperes et reparcas et modificeris desideriis omnibus, quae nunc acriora solito et procaciora existere necesse est post apstinentiam, qua necessario in tempore usus es *d*). Fratrem dominum saluta 5), quem salvum habebis, si tu salvus eris. Vale Domine dulcissime.

a) Ita cod. pro *arcte*, et infra *artior*. — *b*) Ita cod. — *c*) Ita schedae cum unica *p*. — *d*) Cod. *est*.

1) A parthica scilicet expeditione. Hinc nummi superstites Veri Augusti armeniaci parthici cum Fortunae reducis typo.

2) Faustinam Lucillae uxoris matrem.

3) Scripta est haec epistula ad Verum, qui dum ad bellum parthicum proficisceretur, Canusii ob conviviorum intemperantiam aegrotavit. Temporis autem nulla habita ratio est, ut vides, ab illo vetere homine qui has epistulas disposuit.

4) Redimitas vittis arbores. Cod. theod. tit. de paganis, sacrificiis, et templis, leg. XII.

5) Videlicet ad visendum Verum aegrotantem Marcus Canusium contenderat. Capitol. in Vero cap. VI.

VII. VERO AUGUSTO DOMINO MEO.

Quanta et quam vetus familiaritas mihi intercedat cum Gavio Claro, meminisse te, Domine, arbitror. Ita saepe de eo aput te ex animi mei sententia sum fabulatus. Nec ab re esse puto memorem te tamen admonere. A prima aetate sua me curavit Gavius Clarus familiariter, non modo iis officiis quibus senator aetate et loco minor maiorem gradu atque natu senatorem probe colit ac promeretur; sed paulatim amicitia nostra eo processit, ut neque illum pigeret neque me puderet ea illum oboedire a) mihi quae clientes, quae liberti fideles ac laboriosi obsecuntur; nulla hoc aut mea insolentia aut illius adulatione; sed mutua caritas nostra et amor verus ademit utrique nostrum in officiis moderandis omnem detrectationem *. Quid ego memorem negotia in foro nostra minima maximaque ab eo curata? aut domi quod uspiam recte clausum aut opsignatum, aut curatum aut confectum quid vellem, me uni huic mandasse et concredidisse? Sed quod alumnus meus aegre tuleraret b), valetudini meae curandae ita semper studuit, tantam omni tempore etiam operam dedit, ut excubaret etiam aegro mihi; et ubi meis ego uti manibus per valetudinem non possem, manu sua cibos ad os meum adferret. Postremo si quid humanitus, absente Victorino et domino 1) fratre meo, mihi accidisset, huic iusta corpori meo curanda mandavi. Praesentibus etiam illis, ab hoc potissimum corpus meum contrectari volui, quo minus doloris ad fratrem et generum meum ex contactu corporis mei perveniret 2). Haec mihi cum Gavio Claro iura sunt. Iam ego, si res familiaris mihi largior esset, ne quid ad senatoris munia facile toleranda deesset, omni ope subvenirem: neque sane c) ego huius negotii causa eum trans mare proficisci paterer.

* *M.* Mutua caritas nostra et amor verus ademit utrique nostrum in officiis moderandis insolentiam et adulationem.

a) Ita recte codex. — *b*) Ita schedae. Paulo post tamen *toleranda* scribitur. Iam a pro brevi, late dominatur in antiquis quibusdam codicibus a me lectis. — *c*) Tanta est lacuna codic.

1) Symmachus ep. VI. 80. et alibi etiam filiam suam appellat *dominam*.

2) Nota morem tractandi cadaveris per agnatos proximos vel amicos.

Nunc et nostrae res haud copiosae, et huius paupertas artior me compulerunt, ut eum invitum expellerem in Suriam ad legata, quae ei in testamento hominis amicissimi obvenerunt persequenda. Quae paupertas Claro meo nulla ipsius culpa obtigit. Sed neque paterna ulla neque materna bona fruenda percepit: eaque fine heres patri fuit, ut creditoribus paternis aegre satis faceret. Ceterum parsimonia et officiis et frugalitate onera quaestoria, aedilicia, et praetoria perfunctus est. Cui *a*) quidem per apsentiam eius divus pater vester sumptum praeturae de fisco vestro cum expedisset 1), ubi primum in urbem Clarus reconciliata sibi valetudine redit *b*), omne fisco vestro persolvit. Nihil isto homine officiosius est, nihil modestius, nihil verecundius. Liberalis etiam, si quid mihi credis, et in tanta tenuitate, quantum res patitur, largus. Simplicitas, castitas, veritas, fides romana plane: φιλοστοργία vero nescio an romana; quippe qui nihil minus in tota mea vita Romae repperi, quam hominem sincere φιλόστοργον: ut putem, quia reapse nemo sit Romae φιλόστοργος, ne nomen quidem huic virtuti esse romanum. Hunc tibi, Domine, quantis possum precibus *c*) commendo. Si umquam me amasti, sive amaturus umquam es, hunc a me fidei tuae atque opi traditum tuearis. Quaeras fortasse quid pro eo...

VIII. VERO AUGUSTO DOMINO MEO.

... desideretur is honor, quo pariter quisque expetit, si quid honoris aliis impertitum videat. Probasti me laudastique consilium, neque tamen triduo amplius vel quatriduo *d*) id a te optinere potuisti, ut mihi verbo salutem responderes; sed ita excogitasti: primum me intromitti in cubiculum iubebas: ita sine cuiusquam invidia osculum dabas; credo ita quom *e*) animo tuo reputans: mihi, cui curam cultumque tradidisses oris atque orationis tuae, ius [quo]que osculi habendum: omnisque eloquenti[ae] magistros suae *artis* *f*) fructum cap[ere saltem] in vocis aditu locatum *g*). Morem denique saviandi

a) Schedae cum. — *b*) Ita cod. — *c*) Cod. *praecibus*. — *d*) In tertia alsiensi *quattriduum*. — *e*) Ita cod. 1. manu; at 2. cum. — *f*) Cod. pro *suae artis* videbatur habere *sui lege*. — *g*) Cod. *locatu*.

1) Confer ad M. Caes. II. 4. p. 35. n. 4.

arbitror bonorum eloquentiae datum. Nam cur os [illegible] sustantes ori admovemus, quam oculos oculis, aut frontes frontibus, aut quibus plurimum valemus, manus manibus, [illegible] quod honorem orationi impertimus? Muta denique animalia oratione carentia, etiam osculis carent. Hunc ergo honorem mihi a te habitum [pendo] maximo et gravissimo pondere. Plurima praeterea tua erga me summo cum meo honore dicta et facta sensi. Quotiens tu me manibus tuis sustinuisti, adlevasti aegre adsurgentem, aut difficile progredientem pr[illegible] valetudinem corporis *a* paene portasti? quam hilari vultu semper et placatissimo nos adfatus es? quam libenter conseruisti sermonem? quamdiu produxisti? quam invitus terminasti? quae ego pro maximis duco. Sicut in extis diffisa *b* plerumque minima et tenuissima maximas significant prosperitates; ut formicularum et apicularum ostentis res maximae *c* portenduntur; ita vel minimis et levissimis ab uno et Vero *d* principe habitis officii et bonae volentiae *e* signis significari arbitror ea quae amplissima et exoptatissima inter homines sunt, amor honorque. Igitur quaecumque a domino [meo] tuo Fratre petenda fuerunt, per te petita atque impetrata omnia mihi.

VIIII. DOMINO MEO VERO AUGUSTO.

Fatigatum me valetudine diutina et praeter solitum gravi, ac gravissimis etiam luctibus paene continuis adflictum: nam in paucissimis mensibus et uxorem carissimam et nepotem trimulum amisi; *ex hisce f)* me malis perpulsum recreatumque tamen aliquantum fateor, quod te meminisse nostri et quaedam nostra desiderasse cognovi. Misi igitur quae dominus meus Frater tuus litteris tuis admonitus mittenda censuit. Adiunxi praeterea orationem pro Demonstrato, quam cum Fratri tuo primum optuli, didici ex eo Aclepiodotum 1), qui ora-

a) Ita schedae. Recole p. 138. n. b. — b) Ita cod. pro *diffisa*. — c) Cod. maxime. — d) Ludit Fronto in duplici sensu τοῦ *Vero*. — e) In margine, ubi haec repetuntur, est benivolentiae. — f) Tantum fere spatii est in codice.

1) Extant sequentia etiam ad Anton. imp. lib. II. 8. Asclepiodotum inter sanitati aut vitae restitutos ab Aesculapio refert, seu ridet, Tertullianus apol. cap. XXIII. Prodigiorum autem huiusmodi sub Antonino imp. ab Aesculapio patratorum prostabat catalogus marmoreus in insula tiberina, quem Gruterus p. LXXI. exhibet. Videsis de Asclepiodoto etiam Photium cod. 242. p. 1051. seq.

tione ista compelletur, a te non inprobari. Quod ego ubi comperi, curavi equidem abolere orationem: sed iam pervaserat in manus plurium, quam ut aboleri posset. Quid igitur? quid inquam? *Nisi a*) Asclepiodotum, cum a te probetur, mihi quoque fieri amicissimum: tam hercule quam est Herodes summus nunc meus 1), quamquam extet oratio 2). Egit praeterea mecum Frater tuus inpense, quod 3) ego multo inpensius adgredi cupio, et ubi primum commentarium miseris 4) adgrediar ex summis voluntatis opibus: nam de facultate tute videbis, qui me idoneum censuisti.

X. MAGISTRO MEO.

Certum esse te, mi magister carissime, etiamsi reticeam, nihil dubito, quantae mihi acerbitatis sit tua omnis vel minima tristitia. Enimvero cum et uxorem per tot annos caram, et nepotem dulcissimum paene simul amiseris maxi *b*) . . te a me . . magistrum doctis dictis consolari audeam . . tuam . . enim . . tum . . delibera . . Nunc ad reliqua litterarum tuarum convertar. Delectatus . . va th . . mem . . in grav . . rit . . veri . . Quid [or]as, mi magister? . . qui . . a me manus aut no . . . mus defendisset, qua si deficis . . quid aliud ego doctior quicquam aut expeto aut somnio . . .

XI. MAGISTRO MEO.

. . . nostro, Calpurnium dico, contentio est quem ego facile, et omnibus spectantibus, et te, si spectaveris, teste revincam, Pyladem 5) magistro suo 6) istum tanto meliorem

a) Tanta fere est codicis lacuna. — *b*) In sequentibus lacunis plurima pars paginae periit.

1) Ex Terentio Eun. 2. 2. 40.

2) Recole ad ·M· Caes. III. 2—6.

3) Intelligit historiam belli parthici.

4) Recole ep. III.

5) Pyladi pantomimo extat inscriptio cum iconibus scenicis Mediolani in aedibus bibliothecae ambrosianae; effossa quantum memini, dum novum theatrum extrueretur prope domum marchionum cognomento Florentiorum. Hinc sine dubio manavit error quorumdam apud Gruterum MXXIIII. 5, qui saxum illud in urbe Florentia extare dictitaverunt. Praedicta inscriptio docet magnis honoribus hunc Pyladem fuisse auctum.

6) Tam magistro quam discipulo cognomen fuit Pylades, teste inscriptione apud Gruterum CCCXXXI. 1. *P.* (dic. *T*) *Aelius. Aug. lib. Pylades. pantomimus. hieronica. instituit. L. Aurelius. Augg. lib. Pylades, hieronica. discipulus consummavit.* Itaque et Calpurnio

esse quanto sit Apolausto 1) similior. Sed quod sine ioco *a*) dicatur, iube Valerium istum Antonium dare mihi libellum, uti rescriptione quoque nostra, gratia sententiae nostrae fiat. Epistulam tuam summa cum voluptate et solita admiratione legi. Vale, mi magister, Vero tuo dulcissime et carissime.

XII. MAGISTRO MEO.

Est quod tecum graviter conquerar, mi magister, et quidem uti querellam dolor superet, quod ego te tanto post intervallo nec complexus neque adfatus sim: cum et in palatium veneris, et post quam ego a domino meo Fratre vix dum discesseram. Equidem multum Fratrem meum obiurgavi cur me non revocavit: neque culpam abnuere ausus est. Quantum, oro te, fuit ante mihi significare, te ad Fratrem meum.. *b*) esse, velle me quoque visere, postremo redire me iubere, uti confabularemur? Quid enim? si me hodie domum arcessas, nonne omnibus omissis lubens curram 2)? qui quidem aegerrime tulerim, quod non cotidie ad te commeem: quin gravissimum stationis nostrae id esse arbitrer, quod veniendi ad te adeo *c*).. salus .. ad te currissem. Nunc oro saltem dum mi.. conte.. quem.. tum .. tument quin te.. exter.. lis expectem. Vale, mi magister, Vero tuo carissime et humanissime.

XIII. DOMINO MEO VERO AUGUSTO.

Quod heri cum in palatium vestri visendi causa venissem, non [te vise]rim, non mea culpa evenisse ostendam paulo post. Quod *si volens* libens scienti animo *hoc officium non d*)

a) Cod. *loco*, *l* pro *i*, quod mendum haud semel in hoc codice notavi. — *b*) Supple unum verbum. — *c*) In sequentibus lacunis periit prope integrum laterculum. — *d*) Cod. videtur habere [*me osten*]*dere tes*[*ter*].

cognomen fuisse Pylades videtur. Immo Pylades evasit cognomen histrionum de Pyladis schola. Quare Seneca quaest. nat. VII. 32: *stat per successores Pyladis et Bathylli domus*. Hinc etiam apud Suidam Pylades cilix, qui de variis saltationibus scripsit, inter quas de *cordace*, quod vocabulum habes infra apud Frontonem in fragm. de orationibus.

1) Histrionem hunc cum plurimis aliis e Syria Verus adduxit, et Apolaustum nominavit. (Ergo haec epistula scripta est post bellum parthicum). Capitol. in Vero cap. VIII. Eidem exstat inscriptio apud Grut. CCCXIII. 8. *L. Aurelio. Apolausto. Memphio. Aug. lib. hieronicae. coronato. etc.* A Commodo hic Apolaustus interemptus fuit.

2) Profecto nihil amantius, nihil civilius, ab Augusto ad privatum scribi potuit.

rsolvissem hau[dqua]quam me paeniteret. Fuit [enim] fuit aec] *causa cur tu* tam familiaribus litteris mecum expostures. Neque tanto opere gauderem, sei *a*) cum ad te venism summo cum honore ad te appellatus essem, quam nunc ndeo tanto me iurgio desideratum. Namque tu pro tua sinlari humanitate omnes nostri ordinis viros, ubi praesto adnt, honorifice adfaris, non omnes magno opere requiris abntes. Haec denique culpa est, in qua malim te mihi grater irasci, quam libenter ignoscere. Irasceris enim quanto siderantius desideras 1) . . *b*) bis si amare desieris. Enimvero m tu tuusque Frater in tantis opibus locati, tanta multitune omnium generum omniumque ordinum, in quos amom vestrum dispergitis circumfusum, mihi quoque partem noris vestri nonnullam impertiatis, quid me facere oportet, ius spes opesque omnes in vobis sunt solis sitae? Non ei m pectus meum . . quid . . aut ubi illos mihi ante . . *c*) aestare possim, quam ut vos illis anteponam. Sic enim procto merebor, ut vos quoque illos mihi anteponatis. Sed ne utius defensionem meam differam, nulla, ut dixi, mea culpa cidit, ut te non convenirem. Nam ex hortis ego redii Roam ante diem quintum kal. april. diluculo, ut . . . *d*) si ssem te longo post tempore con*venirem*. Sed eo *e*) . . est . . : in tanta pergerem . . ut facerem? satin salve *f*) ut perconrer? an ut exoscularer? an ut confabularer? an ego quarto st mense lacrimas vestras spectatum measque ostentatum mirem 2)? Quid igitur postero die feci? Non sum ausus nene Fratri tuo neque tibi scribere me ad vos esse venturum; d ad libertum vestrum Charilam perscripsi his, si recte meini, verbis: *εἰ ἤμερον εἰ καιρός g) ἐστιν ἀφικέσθαι με πρὸς αὐτούς, μοι δήλωσον, ὡσανεὶ ἔμφρων· κἀμοὶ ὤμοσεν, καὶ* . . *h*) ni ego in alatium . . . . . .

a) Ita cod. 1. manu; at 2. *si*. — *b*) Supple duos versus cum dimidio. — *c*) Supple verin his lacunis ferme quinque. — *d*) Supple sex litteras. — *e*) Supple versus ferme undecim ue ad *ut faceren*. — *f*) Num scribendum *salvae*, idest *res*? — *g*) Cod. *καιρον*. Heindorfius icicbat legendum esse *εἰ σήμερον εὔκαιρον*. — *h*) Supple unum versum.

1) Locum imitari videtur Symmaus ep. IIII. 21.

2) Si haec epistula scripta est ante llum parthicum, licet intelligere luctum ex obitu Antonini Pii; sin post illud bellum, suspicari licet de luctu ex obitu alicuius ex liberis Marci aut Veri.

·M· FRONTONIS

DE BELLO PARTHICO 1).

. . . *Mars* tam*etsi* genuit gentem romanam, aequo animo patitur fatisci nos interdum et pelli et volnerari. An cunctetur de militibus nostris Mars pater illa dicere?

Ego cum genui, tum morituros scivi, et ei rei sustuli.
Praeterea cum in *a*) terrarum orbem misi *b*) ob defendendum imperium,
Scibam me in mortifera bella non in epulas mittere 2).

Haec verba Telamo troiano bello de suis liberis semel elocutus est. Mars de Romanis saepe multisque in bellis hoc carmine usus est; gallico * bello apud Alliam, samnitico apud Caudium, punico ad Cannas, hispanico apud Numantiam, iugurthino apud Cirtam, parthico ad Carrhas: sed semper et ubique aerumnas adoris *c*), terroresque nostros triumphis commutavit. Sed ne nimis vetera alte petam, vestrae familiae exemplis utar. Traiani proavi vestri ductu auspicioque nonne in Dacia captus vir consularis 3) *? Nonne a Parthis consularis aeque vir in Mesopotamia trucidatus 4)? Quid? avo vestro Hadriano * imperium optinente quantum militum a Iudaeis 5), quantum ab Britannis caesum 6)? Patre etiam ve-

* *M.* Quibus bellis Romani malam pugnam pugnaverint.
* *M.* Quos duces Traianus amiserit. — * *M.* Et de Hadriano.

a) Cod. *ob.* — *b*) Cod. *missi*; sed prior *s* videbatur deleta. — *c*) Ita pro *adoriis*.

1) Hoc opusculum sive epistulam scripsit Fronto ad ·M· Aurelium post cladem quam a Parthis passi erant Romani ante L. Veri expeditionem. De re videsis Dionem LXXI. 2, et Capitolinum in Vero cap. VI.

2) Ex Ennii Telamone sunt hi versus, cum paucis varietatibus. Videsis Ciceronem tusc. III. 13. Item S. Hieronymum epist. LX. 5.

3) Intellige Longinum a Dacis captum, de quo Dio LXVIII. 12.

4) Maximus, de quo Dio LXVIII. 30. Consul fuit cum Traiano anno urbis DCCCLVI.

5) De hac clade ab Iudaeis illata Dio LXIX. 14, Zonaras XI. 23, Euseb. hist. eccl. IV. 2. 6.

6) Ignota erat haec britannica clades; nisi quod tantum Spartianus in Hadriano cap. V. ait Britannos teneri eo tempore sub romana ditione non potuisse.

stro * imperante, qui omnium principum 1) . . . Si *a*) marso quis patre natus viperas, lacertas, et natrices timeret, nonne degenerare videretur 2)? . . . .
Et gloriam romani nominis restituendam, et insidias fraudesque hostium . : . quae comparata . . . vendere nugaci . . . consulta sunt tam . . . con . . . iure meritoque . . . neque *b*) . . . vocent paratos progredi, remanere, porro, retro, ilic, *istic*. Haudquaquam utile est homini nato res prosperas perpetuo evenire: fortunae variae magis tutae.

Est exemplo Polycrates Samiorum tyrannus 3) *ingentibus praeditus c*) opibus, et omnium quaecumque intenderat sine offensione potitus. Nihil in aetate agunda duri aut acerbi expertus esse dicitur: quin sub manus cuncta *quae voluit* prosus *redegit*, *fuitque* beatissimus. *Quibus de rebus* rex Amasis aegyptius sapiens fortunatissimis consultus, scriptis familiaribus litteris, suasit ut semet ipsum voluntario aliquo damno multaret, eoque dolore *invidum numen placaret. Id cum non improbasset Polycrates; forte is in aureo* habebat anulo, manupretio summo *d*), facie eximia lapidem smaragdum. Eum Polycrates anulum nave longa in altum provectus sponte in mare abiecit, unde numquam, *ut putabat e*), emergeret. Tum quod sciens spon*teque id fecisset*, abiectum *anulum valde* dolebat. *Mox grandem piscem* piscator [quidam] nactus, indignum duxit ad venalis deferre, sed dignitati parens regi obtulit. Rex gratum acceptumque habuit, atque ab operis culinariis apponi iussit: quae eum piscem contractantes *f*) anulum in alvo repertum ad regem gaudentes detulerunt. Tum Polycrates litteras ordine de casu et postliminio anuli

* *M*. Antonino Pio.

a) Unica haec superest sententia in integra pagina. — *b*) His lacunis occupatur integra pagina. — *c*) Tanta fere est codicis lacuna. Ita et in sequentibus. — *d*) *Summo* videbatur in codice translatum. — *e*) Tantum fere spatii est in cod. — *f*) Ita recte codex.

1) Ingens sequitur lacuna, in qua latet nescio quae belli calamitas sub Pio. Bella multa a Pio per legatos gesta appellat nomine tenus Capitolinus cap. V.

2) De hac Marsorum virtute legesis Solinum cap. II, Plinium XXVIII. 3, Augustinum epist. LV. 12, in ps. LVII. 7, et de genesi ad litteram XI. 35.

3) Polycratis historiam, praeter Herodotum in thalia, habemus apud Cic. de fin. V. 30; Strab. XIV. p. 638; Plin. hist. XXXVII. sect. 2; Val. Max. VI. 9. ext. 5; Athen. XII. p. 522; Tzetz. chil. VII. 121.

perscribtas ad regem Amasim mittit. Amasis magnum et maturum malum Polycrati coniectans amicitiam hospitiumque renuntiat, ut alieno potius, suo quam hospite et amico, fortunam commutatam [ipse] minus aegre ferret 1). Sed somnium filiae Polycrati iam ante insigne optigerat. Patrem suum videre sibi visa erat aperto atque edito loco sublimem ungui *a*) et lavi Iovis et solis manibus. Harioli autem laetam et pinguem fortunam portendier somnio interpretati *b*). Sed omne contra evenit. Nam deceptus ab Oroete perse Polycrates captusque in crucem sublatus est. Ita ei crucianti somnium expe[ditum. Manibus] *Iovis cum plueret lavabatur, a sole unguebatur dum ipse e corpore humorem emitteret.* Huius [fabulae] exorsus . . . bent . . . interdum *c*) . . .

Non est exsultandum nimia et diutina prosperitate, nec, si quid malae pugnae acciderit, defetiscendum: sed victoriam brevi spera. Namque semper in rebus gestis romanis crebrae fortunarum commutationes exstiterunt. Quis ita ignarus est bellicarum memoriarum, qui ignoret populum romanum non minus cadendo quam caedendo imperium peperisse 2)? legiones nostras saepe victas captasque artibus barbarorum esse? Quamvis *enim d*) truces tauri *e*), subigi iungendo domarique potuere, prae quam nostri exercitus sub iugum missi sunt: sed eosdem illos qui sub iugum egerant 3), paulo post ante triumphum nostri egere, et captivos sub corona vendidere. Post Cannensem cladem poenus imperator anulorum aureorum, quos caesis equitibus *f*) romanis Poeni detraxerant, tres modios * cumulatos misit Carthaginem. Sed non multo post Carthago ca-

* *M*. Tres modios anulorum cumulatos Hannibal caesorum equitum romanorum aput Thrasymenum Carthaginem misit.

a) Ita loquens super hac re Tertullianus de anima cap. XLVI. ait: *de solis unguine et lavacro Iovis*. — *b*) Cod. *interpraetati*. — *c*) Supple fere unum in his lacunis versum. — *d*) Tantundem est spatii in codice oblitterato. — *e*) Legebam *fruges et tauri*. At cl. H. Alanus ita mavult scribere, quod plane probo. — *f*) Cod. *aequitibus*.

1) Sic Diodorus hist. I. 95, apud quem tamen aliam ob causam timebat Amasis felicitati Polycratis, nempe quia hic, etiamsi admonitus, a regnando tyrannice non desinebat.

2) Item de populo rom. Horatius od. IV. 4. 59.
Per damna, per caedes, ab ipso
Ducit opes animumque ferro.

3) Puta Samnitas ad furcas caudinas.

pta est: illis, qui anulos detraxerant, catenae inditae sunt *. In ea pugna Scipio quantum hominum poenorum afrorumque cepit, aut occidit, aut in deditionem accepit! Si eorum linguas resecari imperasset, navem onustam linguis hostium Romam inegisset.

Quod te vix quicquam nisi raptim et furtim 1) legere posse prae curis praesentibus scribsisti; fac memineris et cum animo tuo cogites, ·C· Caesarem atrocissimo bello gallico cum alia multa militaria, tum etiam duos de analogia libros scrupulosissimos scripsisse 2) *; inter tela volantia de nominibus declinandis, de verborum aspirationibus et rationibus inter classica et tubas. Qur igitur tu, Marce, non minore ingenio praeditus quam ·C· Caesar, nec minus ordine inclytus *a*), nec paucioribus exemplis aut documentis familiaribus instructus, non vincas negotia, et invenias tibimet tempora non modo ad orationes et poemata et historias et praecepta sapientium legenda, sed etiam syllogismos *b*), si perpeti potes, resolvendos?

Nunc, ut orationem istam Tulli 3), quam tibi legendam misi, paucis commendem; mihi profecto ita videtur, neminem umquam neque romana neque Graecorum lingua facundius in cognitione *c*) populi laudatum, quam ·Gn· Pompeius

* *M.* Victa Carthagine qui anulos detraxerant, catenas acceperunt.

* *M.* Gaius Caesar *d*) duos de analogia libros bello gallico occupatissimus scripsit.

a) Cod. videtur *inscitus*. — *b*) Schedae *sill*. — *c*) Ita cod. scilicet pro *iudicio*; nisi est potius mendum librarii pro *concione*. — *d*) Ita cod. in contextu *C*, in margine *G*; de cuius varietatis causa, nos alibi diximus.

1) Respondet Fronto ad illa quae ei scripserat Marcus lib. ad Anton. imp. lib. II. 1. Hinc patet illam quoque Marci epistulam scriptam esse ante victoriam parthicam, et quidem ante Lucii Veri in Syriam profectionem.

2) Svetonius in Iul. Caes. cap. LVI. *Reliquit et de analogia libros duos, et anticatones etc. quorum librorum primos in transitu Alpium, quum ex citeriore Gallia, conventibus peractis, ad exercitum rediret, fecit.* Item Cicero in Bruto cap. LXXII. de eodem Iulio Caesare. *Quin etiam in maximis occupationibus, quum ad te ipsum, inquit in me intuens, de ratione latine loquendi adcuratissime scripserit* etc.

3) Nempe pompeianam, seu de lege manilia, in qua oratione agitur de mithridatico bello, quod fuit genere et magnitudine parthico par. Et animadverte magnificum Frontonis iudicium de hac Tullii oratione.

in ista oratione laudatus est: ut mihi ille videatur non ita suis virtutibus, ut Ciceronis laudibus, Magnus cognominatus. Tum praeterea multa istic reperies praesentibus consiliis tuis capita apte considerata, de ducibus exercituum deligendis, de commodis sociorum, tutela provinciarum, de... *a*) Tum quibus artibus praeditos esse oporteat imperatores [ob suam et ceterorum] . . . tractatus . . . quas . . . intentionem . . . consuevi. Ne . . . sim . . . quid ego intento maiore, vel aliquando reprae . . . arbitror profuturas; velis dumtaxat. Et si quis . . . quod inper . . . *b*) Neque mihi suscenseas quod non mea manu tibi rescribserim; praesertim cum a te tua manu scribtas litteras acceperim. Digitis admodum invalidis nunc utor et detractantibus *c*). Tum haec epistula multum verborum in[gerebat *d*)], mea autem dextera manus hac tempestate paucarum litterarum.

Legi emendavi qui supra 1).

·M· FRONTONIS DE BELO *e*) PARTHICO 2).

a) Supple unum verbum. — *b*) In his lacunis cubant versus XXVI. — *c*) Ita cod. — *d*) Videtur emendandum *multorum verborum indigebat*. B. — *e*) Ita cod. et quidem litteris maximis ut fieri solet in titulis. Sic apud Gruterum p. CCCCXLI. 4. *L. Neratio .C.F. Vol. Proclo ·X·* nro. etc. *item . misso . ab . imp. Antonino . Aug. Pio . ad . deducendas . vexillationes . in . Syriam*. *ob . BELUM. parthicum* etc. Favet quodammodo Cassiodorius qui var. I. 30. ait *bellum* habuisse nomen a *Belo* rege. Ceteroqui in titulo, quem ego opusculo praefixi, ne insolenter facerem, *BELLO* scripsi

1) Nempe Caecilius, de quo dixi in calce libri tertii epistularum ad Marcum Caesarem p. 64. n. 2.

2) Epistulam *de bello parthico* exaravit sine dubio Fronto ad Ciceronis imitationem, qui similiter *de bello parthico* ornatissimam epistulam, nunc deperditam, ad ·C· Caesarem scripsit (ad Att. XIII. 26. 27. 28. 31.) Revera Fronto sub suae epistulae finem et ·C· Caesaris meminit et Ciceronis. Item Cicero, rebus publicis perturbatissimis, instante Caesaris tyrannide, quaestiones graecas politicas tempori aptas conscribebat, ad Att. VIII. 4. 9. Adeo viri docti magnique numquam otiantur!

·M· FRONTONIS

DE FERIIS ALSIENSIBUS 1).

I. MAGISTRO MEO.

Ferias apud Alsium quam feriatas egerimus non scribam tibi, ne et ipse angaris, et me obiurges, mi magister. Lorium autem regressus domnulam 2) meam . . . *a*) febricitantem repperi *b*). Medicus dicit, si cito nobis me . . tu quoque vi . . . valeas . . · *lae*tior sim. N[am] oculis spero te [cum] .. dem sanis et . . . *c*) Vale mi magister.

II. DOMINO MEO ANTONINO AUGUSTO.

Ferias Alsienses . . misi . . ni . . . in nobellae *d*) quid cantetur viniae *e*) atque . . *f*) quid multarum rusticarum. Catonem quoque in oratione adversus Lepidum verbum cantari solitum commemorasse, cum ait: « statuas positas Ochae atque Dionysidoro effeminatis, qui magiras facerent 3). » Id in . . . meant . . . velint post redire . . . in ea . . . facit. Oppertune . . . brum . . . rim cantandi ludendique initium capiunt. Et . . . *g*) paravit.

III. DOMINO MEO ANTONINO AUGUSTO.

Quid? Ego ignoro ea te mente Alsium isse, ut animo morem gereres, ibique ludo et ioco et otio libero per quattri-

a) Supple unum verbum. — *b*) Ita cod. — *c*) In his lacunis cubant versus octo. — *d*) Ita cod. *b* pro *v*. — *e*) Ita cod. — *f*) His lacunis occupantur versus duodecim. — *g*) Latent in his lacunis versus undecim.

1) Alsiensis villae celebritatem vel ex ipso Cicerone cognoscimus ad fam. VIIII. 6, ad Att. XIII. 50, pro Mil. XX, ne alios citem. Is locus nunc paret nobilissimae Odeschalchiorum genti; in cuius fundo nuper apparuit haec inscriptio antoniniani aevi:

D. M.
T. AELIO. EVTYCHO
PROC. AUG. N
VILLAE. ALSIENSI
HEREDES

2) De vocabulo *domnula* recole quae nos scripsimus ad epist. 24. libri V. ad M. Caes. p. 91. n. 2.

3) De magira et macello lege Plutarchum q. rom. ed. Reisk. t. VII. p. 122. Videtur autem in hac adversus Lepidum oratione dixisse Cato id, quod ter narrat Plutarchus, nempe malle se in vulgo quaeri cur nulla sua statua esset, quam cur esset: quia iam scilicet Roma statuis opplebatur hominum nulla re bona dignorum.

duum universum operam dares? Nec dubito quin te ad ferias in secessu maritimo fruendas ita compararis: in sole meridiano ut somno oboedires cubans; deinde Nigrum 1) vocares, libros intro ferre iuberes: mox, ut te studium legendi incessisset, aut te Plauto expolires, aut Accio expleres, aut Lucretio delenires, aut Ennio incenderes, in horam ist[ic] musarum propriam quintam; [redires] inde libris . . . eres dis... mitteres; Ciceronis si sermones *a*) ad te detulisset, audires; in devi[um] quantum poter[as] litus pergeres, et raucas paludes ambires . . . *b*) vel, si videretur, aliquam navem conscenderes, vel aethere tranquillo in altum portisculorum et remigum visu audituque te oblectares: actutum inde balneas peteres, corpus ad sudorem uberem commoveres, convivium deinde regium agitares conchis 2) omnium generum, plautino piscatu hamatili, ut ille ait 3), et saxatili, altilibus veterum saginarum, mattiis pomis, bellariis, crustulis, vinis felicibus, calicibus perlucidis sine delatoria nota. Quid hoc verbi sit, quaeras fortasse; accipe igitur. Ut homo ego multum facundus et Senecae Annaei sectator 4) faustiana vina 5) de Sullae Fausti cognomento, felicia appello: calicem vero sine delatoria nota cum dico, sine puncto dico 6). Neque enim me decet, qui sim iam homo doctus, volgi verbis falernum vinum aut calicem acentetum appellare 7). Nam qua te dicam gratia Alsium maritimum *c*) et voluptarium locum, et, ut ait Plautus, locum lubricum 8) delegisse, nisi ut bene haberes

a) Schedae *sermonis*. — *b*) Breves admonum hae lacunae sunt, vixque singulorum verborum. — *c*) Inferius p. 154. *maritumas*.

1) Niger quidam praefectus praetorii sub Commodo fuit sex tantum horis. Lamprid. cap. VI.

2) Recole ad ·M· Caes. lib. IIII. 6. p. 77. v. 3.

3) Plautus rud. II. 1. 10. Confer autem Cassiodorium var. XII. 4.

4) Ironice scilicet.

5) Faustiana vina celebrat Plinius hist. XIIII. 6.

6) Apuleius metamorph. lib. 2. nominat *crystallum impunctum*.

7) Plinius XXXVII, 6. ait: *infestantur* (crystalli) *plurimis vitiis: quae vero sine vitio sunt, puras esse maluni, acenteta appellantes*. Contra definit idem XVI. 39. *duritiam clavo similem*. Crystallina contra iterum nominat Plinius XXXVII. 9. Atque haec puncta Fronto dicit *delatorias notas*, unum punctorum in iudiciis respiciens, quorum meminit Asconius ad Scaurianam.

8) *Lubricum locum* in plautinis quae extant non reperias, sed liberum pers. I. 1. 49. III. 3. 43. *locum sibi velle liberum praeberier*. N.

genio, utique verbo vetere faceres animo volup 1)? Qua *a*) malum volup? Immo, si dimidiatis verbis 2) verum dicendum est, ubi tu animo faceres vigil, vigilias dico: aut ut faceres labo; aut ut faceres mole, labores et molestias dico. Tu umquam volup? volpem facilius quis tibi quam voluptatem conciliaverit. Dic, oro te, Marce, idcircone Alsium petisti, ut in prospectu maris esurires 3)? Quid? tu Lorii te fame et siti et negotiis agendis adfligere nequibas? In apopsi 4)... iucundiores tibi esse videntur. Memini me ad [vos] . . . pueros in balneis esse . . . rescribas . . . liber . . . te non . . . per . . . quis . . . favor . . . ne . . . beat . . . gravi . . . Mare ipsum aiunt, ubi alcedonia sint, fieri feriatum 5). An alcedo cum pullis suis tranquillo otio dignior est, quam tu cum tuis liberis? At enim res plane iam postulat; num [studium]? num laborem? num . . . . Quis arcus perpetuo intenditus? quae fides perpetuo suo strictae sunt coniugio? . . . *b*) qui uno [oculi] obtutu interissent. Hortus, qui crebro pangitur, ope stercoris indiget, herbas et holuscula nihili procreat: frumento vero et solidis frugibus requietus ager deligitur *c*): ubertas soli otio paratur. Quid maiores vestri, qui rem publicam et imperium romanum magnis auctibus auxerunt? Proavus vester * summus bellator, tamen histrionibus interdum sese delectavit 6), et praeterea potavit satis strenue *d*); tamen eius opera populus romanus in triumphis mulsum saepius bibit. Avum item vestrum duum *e*), do-

* *M*. Traianus.

a) Ita cod. — *b*) His lacunis occupatur prope integra codicis pagina. — *c*) In marg. *eligitur*, quae est varia lectio. — *d*) In cod. interpungitur post *satis*. — *e*) Ridicule corruptus hic extat locus apud Charisium lib. I. ed. Putsch. p. 101, ita tamen ut commode suppleatur vocabulum *duum*, quod abest a codice mediolanensi. Igitur vocabuli *duum* laudans exemplum Charisius ait: *Fronto ad Marcum Antonium* (pro *Antoninum*) *de ferro Olliensibus* (pro *feriis Alsiensibus*) *duum vestrorum doctum principem et navum modulorum et tibicinum odio fuisse divino tum scimus* (pro *studio devinctum fuisse scimus*). *Duum* pro *duorum* scribit Fronto etiam ad ·M· Caes. I. 8. p. 13. v. 4. a fine.

1) Plautus asinar. V. 3. 1.

2) Decurtata interdum fuisse vocabula, indicat Quintilianus inst. I. 7.

3) Confer ad ·M· Caes. IIII. 6, et ultimam alsiensem. Item Dionem LXXI. 6.

4) Specula regiae villae. Vocabulum autem graecum usurpat Plutarchus in comp. Cim. cum Lucull. τοὺς ἐν Νεαπόλει θαλάμους καὶ τὰς περικλείστους ἀπόψεις.

5) Varro LL. VI. 5.

6) Ceteroqui pantomimos Traianus sustulit, Plinio testante in paneg. cap. XLVI.

ctum principem et navum, orbis terrarum non regendi tantum sed etiam perambulandi diligentem, modulorum tamen et tibicinum studio devinctum fuisse scimus, et practerea prandiorum opimorum esorem optimum fuisse. Iamvero pater vester divinus ille vir, prudentia, pudicitia, frugalitate, innocentia, pietate, sanctimonia, omnis principum virtutes supergressus, tamen et palaestram ingressus est, et hamum *a*) instruxit, et scurras risit *. Nihil de ·C· Caesare dico acerrimo Cleopatrae hoste *, nihil de Augusto Liviae viro. Romulum ipsum urbis huius conditorem *b*), cum hostium ducem manu comminus conserta obtruncavit, cumque spolia opima Feretrio vexit, hunc ne tenui victu usum putas? Profecto neque esuriens quisquam neque abstemius animum induxisset virgines adultas de spectaculis rapere. Quid Numa 1) senex sanctissimus? nonne inter liba et decimas profanandas, et suovetaurilia mactanda aetatem egit, epulorum dictator, cenarum *c*) libator, feriarum promulgator? Saturatum et feriatum dico. [Nunquid tu] esurialis ferias celebras 2)? Nec Chrysippum * tuum praetereo, quem quotidie *d*) ferunt madescere solitum 3). Et pleraque *e*) . . . Socratem . . . *f*) *ex Socraticorum* sumposiis et dialogis et epistulis 4) existimes hominem multum scitum et facetum fuisse. Socratem intelleges Aspasiae discipulum, Alcibiadi magistrum.

* *M*. Traianus histrionibus delectatus et vino. Hadrianus modulorum et tibicinum studio devinctus fuit. Antoninus et palaestram ingressus est, et theatrum instruxit, et scurras risit. — * *M*. Gaius Caesar hostis Cleopatrae, post moechus. — * *M*. De Chrysippo.

a) In margine scribitur *theatrum*: sive ea varia lectio est, sive additio, nempe *theatrum et hamum instruxit*. Utroque enim studio devinctum Pium dicit Capitolinus cap. XI: *amavit histrionum artes, piscando se et venando multum oblectavit*. — *b*) Cod. *condictorem*. — *c*) Ita cod. sine diphth. — *d*) Ita schedae. Alibi *cotidie*. — *e*) Supple versus duos. — *f*) Supple tria fere verba.

1) Apte admodum Numae exemplum profertur, cui regi Pius comparatur apud Capitol. XIII. Marcus autem ab eodem rege genus ducere credebatur. Idem Capitol. in M. initio.

2) Confer Plautum capt. III. 1. 8.

3) Ebriosum hominem Laërtius Chrysippum dicit in eius vita, immo et in extremum morbum ex ebrietate incidisse. Dicit autem Fronto *Chrysippum suum*, quia hic videbatur Ciceroni acad. IIII. 24. fulcire porticum stoicorum. Stoicus vero ·M· Aurelius.

4) Hinc satis validum ducitur argumentum, ut probemus veteres et genuinas esse Socraticorum epistulas, quas [illegible] plerique omnes critici iamdiu accusabant.

Iam si bellum indixtei ludo, otio, satietati, voluptati; at tu dormi saltem quantum libero homini satis est. Intensius ad supremam . . in . . ad luminis . . *a*) An tandem si ignem de caelo nemo surrupuisset, sol non esset tibi satis ad iudicandum? Ne *b*) cum animo tuo reputes cotidiano te mendacio adstringi, cum te diem cognitioni dare ais, et nocte cognoscis 1); tum *c*) sive condemnes sive absolvas, mendax futurus. Si quempiam condemnas, PARUM CAVISSE VIDETUR 2) ais. Istuc quidem, si lucernae removeantur, nihil videri poterit. At tu, obsecro vel ioco vel serio te exorari a me patere, ne te somno defraudes, utique terminos diei et noctis serves *d*).

Agere de finibus duos *e*) claros et nobiles Vesperum et Luciferum puta *: utrique demonstrationem sui quisque limitis ostendunt: horum cognitioni interesse postulat Somnus; nam se quoque *f*) adfinem esse negotio et adtingi iniuria ait. Vellem autem tantum mihi vigoris aut studii adesse, quantum adfuit cum illa olim nugalia conscribsi, laudem fumi et pulveris 3). Ne ego Somni laudem ex summis opibus conscripsissem! Nunc quoque, si tibi fabulam brevem libenti 4) est audire, audi.

* Iovem patrem ferunt, cum res humanas a primordio conderet, aevum vi medium uno ictu percussum in duas partis undique paris diffidisse: partem alteram luce, alteram tenebris amicisse, diem noctemque appellasse 5), noctique otium, diei negotium 6), tradidisse. Tum Somnus necdum natus erat,

* *M*. De Lucifero, de Vespere, et Somno. — * *M*. Fabula de Somno.

a) In his lacunis cubant versus tres. — *b*) Ita cod. pro *nae*, ut alibi. Nisi potius est *nec*, attrita ob concursum *c*. Tunc autem interrogatio facienda esset post *futurus*. — *c*) Cod. *tuum*. — *d*) Liceret etiam pausam facere ante *utique* sic. *Utique terminos diei et noctis serves, agere de finibus* etc. — *e*) Videtur emendandum *deos*. — *f*) Legebam *quisque*. Sed *quoque* corrigit Alanus.

1) Testis huius rei Dio LXXI. 6.

2) Formulam hanc habet quoque Festus voc. *parum*. Innuit etiam Horatius poetic. v. 353. Verumtamen apud Cicer. pro Caec. XXV. *fecisse videri reum*. Apud Caium pro *videtur*, est *paret*.

3) Igitur laudem fumi et pulveris scripsit omnino Fronto ad Marcum adhuc Caesarem, id quod etiam ex opusculi initio satis cognoscitur. Et tamen in codice laus illa extat in quaternione XXXVIII, nempe post plures libros ad Marcum Augustum scriptos. Nimirum nulla ratio temporis plerumque habita est in frontonianis scriptis olim disponendis.

4) Hellenismus. Nempe ut Halicarn. hist. III. 62: ἐπειδὴ πᾶσι βουλομένοις ἦν. Confer p. 85. n. b.

5) Congruit Fronto cum nostro Moyse genes. I. 3. 4. 5.

6) Hac antithesi utitur etiam Cicero off. III. 1.

et omnes pervigiles aetatem agebant; sed quies nocturna vigilantibus pro Somno fuerat promulgata. Paulatim deinde, ut sunt ingenia hominum inquieta, agitandi ac turbandi cupida, noctes diesque negotiis exercebant, horam otio nullam impertibant. Tum Iovem ferunt, ubi iam iurgia et vadimonia nocturna sisti, et noctes quoque comperendinari videat *a*), cum corde suo agitasse de suis germanis fratribus unum praeficere qui nocti atque otio hominum curaret. Neptunum multas et graves curas maritumas causatum, ne fluctus terras totas cum montibus obruerent, neve moti venti cuncta funditus percellerent, silvas et sata radicitus haurirent. Ditem quoque patrem causatum, multa opera multaque cura templa infera aegre coerceri, amnibus et paludibus et stagnis stygiis Acheruntem aegre commoeniri: canem denique custodem apposuisse umbris territandis, quae aufugere ad superos cuperent, eique cani trinas latrandi fauces ac trinos hiatus trinasque dentium formidines 1) addidisse. Tum Iovem deos alios percontatum animadvertisse, gratiam vigiliae aliquantum pollere; Iunonem plerosque partus nocturnos ciere; Minervam artium atque artificum magistram multum vigilari velle; Martem nocturnas eruptiones et insidias mutare iuvare 2); Venerem vero et Liberum multo maxime pernoctantibus favere. Capit tum consilium Iuppiter *b*) Somni procreandi; in deum numerum adsciscit, nocti et otio praeficit *c*), eique claves oculorum tradit *d*). Herbarum quoque sucos, quibus corda hominum Somnus sopiret, suis Iuppiter manibus temperavit, securitatis et voluptatis herbae de caeli nemore advectae; de Acheruntis autem pratis leti 3) herba petita. Eius leti guttam unam aspersisse minimam, quanta dissimulantis lacrima esse solet. Hoc, inquit, suco soporem hominibus per oculorum repagula inriga: cuncti, quibus inrigaris, ilico post procumbent, protinus viribus suis immobiles iacebunt: tum tu ne timeto, nam

a) Ita cod. — *b*) In margine *Iupiter*. — *c*) Cod. *praefecit*. — *d*) In margine, ubi [illegible] repetitur, est *tradidit*; quod si praefers, revoca *praefecit*.

1) Activo sensu, ut Cicero de aere alieno Mil. V. 2. Legesis Gellii summaria libri VIII. 10, Senecam de ira II. 12, et Apuleium in apolog. (ed. Elm. p. 313.)

2) Sic Plutarchus quaest. rom. t. VII. p. 145.

3) *Letum* proprie est oblivio. Varr. LL. VI. 3, et Festus.

vivent, et paulo post, ubi evigilaverint, exsurgent. Post id Iuppiter alas, non ut Mercurio talares, sed ut Amori umeris exaptas *a*) Somno adnexuit. Non enim te solis aut talari ornatu ad pupulas hominum et palpebras incurrere oportet curruli strepitu et cum fremitu equestri, sed placide et clementer pinnis teneris in modum hirundinum advolare, non *b*) ut columbae alis plaudere. Ad hoc, quo iucundior hominibus Somnus esset, donat et multa somnia amoena, ut quo studio quisque devinctus esset: ut histrionem in somniis fautor spectaret, ut tibicinem audiret, ut aurigae agitanti *c*) monstraret: milites somnio *d*) vincerent, imperatores somnio triumpharent, peregrinantes somnio domum redirent. Ea somnia plerumque ad verum *e*) convertunt. Igitur, Marce, siquo tibi somnio hinc opus est, censeo libens dormias tantisper dum quod cupis quaque *f*) exoptas vigilanti tibi optingat.

IIII. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Modo recepi epistulam tuam, qua confestim fruar. Nunc enim imminebant officia δυσπαραίτητα. Interim quod cupis, mi magister, breviter, ut occupatus, parvolam nuntio nostram 1) melius valere, et intra cubiculum discurrere.

Dictatis his, legi litteras alsienses meo tempore, mi magister, cum alii cenarent, ego cubarem tenui cibo contentus hora noctis secunda. Multum *g*), inquis, cohortatione mea: multum, mi magister; nam verbis tuis adquievi, saepiusque legam, ut saepius adquiescam. Ceterum verecundia officii quam sit res imperiosa, quis te magis norit? Sed, oro te, illud quid est, quod in fine epistulae manum condoluisse *h*) dicis? Illatenus dolueris, mi magister, si me compotem voti *di* *i*) boni faciunt. Vale mi magister optime.

.M. FRONTONIS DE FERIIS ALSIENSIBUS *k*).

a) Ita Alanus. Legebam evidenter in cod. *umeros exaptos* — *b*) Schedae dubitanter *nec*. — *c*) Cod. *agitandi*. — *d*) Cod. *somno*, sed in seqq. *somnio*. — *e*) Cod. *adversum*. — *f*) Ita cod. 2. manu; at 1. *quoaque*. — *g*) Nempe *cubes*. Mox item subintelligitur *cubabo*. — *h*) Cod. *consoluisse*; sed optimam cl. Alani emendationem amplector, praesertim quia sequitur *dolueris*. — *i*) Supplevi *di*, nempe *dii*. — *k*) Cod. heic mendose *alsensibus*. Mox in eadem codicis pagina, in qua expliciunt epistulae alsienses, incipiunt illae de nepote amisso.

1) Confer ad ·M· Caes. V. 24, nec non primam alsiensem.

M. FRONTONIS

DE NEPOTE AMISSO 1).

I. MAGISTRO MEO SALUTEM.

Modo cognovi de casu. Cum autem in singulis articulorum tuorum doloribus torqueri soleam, mi magister, quid opinaris me pati cum animum doles? Nihil conturbato mihi aliud in mentem venit, quam rogare te ut conserves mihi dulcissimum magistrum, in quo plura solacia vitae huius habeo, quam a) tibi tristitiae istius possunt ab ullo contingere b)? Mea manu non scripsi, quia vesperi loto tremebat. Vale mi iucundissime magister.

II. ANTONINO AUGUSTO FRONTO.

Multis huiusmodi maeroribus 2) fortuna me per omnem vitam meam exercuit. Nam ut alia mea acerba omittam, quinque amisi liberos miserrima quidem condicione temporum meorum: nam quinque omnes unumquemque semper unicum amisi; has orbitatis vices perpessus, ut nunquam mihi nisi orbato filius nasceretur. Ita semper sine ullo solacio residuo liberos amisi, cum recenti luctu procreavi. Verum illos ego

a) Cod. *quae*. — b) Intellige *solacia*.

1) Ita in codice inscribitur hic libellus tam initio quam in calce. Porro, ut iam dixi incipit eadem in pagina in qua expliciunt litterae alsienses: explicit vero in ea pagina in qua exorditur lucubratio Arion: unde certo cognoscitur opusculorum horum ordo. Constat libellus duabus tantum epistulis; quarum in altera satis prolixa luget Fronto nepotem in Germania amissum, ex filia scilicet sua genitum et Aufidio Victorino. Sed enim e Frontonis nepotibus unus saltem superfuit ·M· Aufidius Fronto, qui anno urbis DCCCCLII. cum Anulino consulares fasces tenuit. Nam hic quoque filium sibi homonymum amisit, pronepotem ideo Aufidii Victorini, pronepotem Frontonis oratoris. Eius nimirum extat Pisauri sepulcrum cum inscriptione: *M. Aufidio. Frontoni. pronepoti. M. Corneli. Frontonis. oratoris. consulis. magistri. imperatorum. Luci. et Antonini. nepotis* (corr. *nepoti.*) *Aufidi. Victorini. praefecti. urbis. consulis. Fronto. consul. filio. dulcissimo.*

2) Hanc insignem Frontonis epistulam de nepote amisso conferre iuvabit, ob similitudinem, cum Quintiliani prooemio libri sexti institutionum orat., quo filii unici obitum toto lacrimarum fonte deplorat.

oleravi fortius, quibus egomet ipse solus cruciabar. meus animus memet dolori obnixus *a*), oppositus, ilitario certamine, unus uni, par pari, resistebat. At *b*) dolor dolore . . *c*) ri multiplicatur, et cumulum luctuum ferre nequeo. Victorini mei 1) lacrimis ta- conliquesco. Saepe etiam expostulo cum dis immor- et fata iurgio compello. Victorinum pietate, mansue- veritate, innocentia maxima, omnium denique opti- artium praecipuum virum, acerbissima morte fili ad- Hoccine ullo modo aequum aut iustum fuit? Si pro- res gubernantur, hoc *d*) idem recte provisum est? cuncta humana decernuntur, hoccine fato decerni *de-* Nullum ergo inter bonos ac malos fortunarum di- erit? Nulla diis *f*), nulla fatis diiudicatio est, quali is eripiatur? Facinorosus aliqui *g*) et scelestus mortalis, psum numquam nasci melius foret, incolumes liberos in morte sua superstites relinquit; Victorinus vir san- , cuius similes quam plurimos gigni optimum publi- erit, carissimo filio privatus est? Quae, malum! pro- tam inique prospicit? Fata a fando appellata aiunt: est recte fari *h*)? Poetae autem colus et fila fatis ad- : nulla profecto tam sit inportuna et insciens lanifica, ili *i*) togae solidum aut nodosum, servili autem sub- enue suptegmen neverit. Bonos viros luctu adfici, ma- familiari incolumi frui, neque mensum neque pensum lanificum duco.

schedae sine litura. Nolui autem quicquam immutare. — *b*) Supple versum. — *c*) Sup- a. — *d*) In codice fortasse corrigitur *hoccine*. — *e*) Tanta est lacuna codicis. — *f*) Sche- scribas *deis*, correxeris metathesim. — *g*) Ita pro *aliquis*, quae tulliana scriptura te fuit *alioqui*. — *h*) Nempe *ius dicere*; quam formulam cognoscimus e Svetonio sum lib. VIII. p. 793, ex Macrobio sat. I. 16, et ex Isidoro de diff. verbor. 250, er. cap. I. — *i*) Ita cod. sine adspiratione, ut etiam Cicer. de rep. I. 41.

dubio Hieronymus ep. LX. 5. nc Frontonis epistulam, dum sidium (Victorinum) inter eos bi morte ereptos fortiter luxe- et alias litteras consolatorias v. gr. XXXIX. LXVI. LXXV. VIII. Item S. Ambrosium de atris Satyri. Inter ethnicos excellit fere Plutarchus in consolatione ad uxorem suam de filia amissa. Ciceronis autem consolationem in obitu Tulliae filiae, magno cum detrimento litterarum amisimus.

2) Victorini mores egregios, qui eum Commodo ipsi venerabilem fecerunt, celebrat Dio LXXII. 11.

Nisi forte alius quidam *a*) nos error iactat, et ignari rerum, quae mala sunt, quasi prospera concupiscimus; contra quae bona sunt, pro adversis aversamur; et mors, quae omnibus luctuosa videtur, pausam laborum adfert et sollicitudinum et calamitatum, miserrimisque corporis vinculis liberatos ad tranquilla nos et amoena et omnibus bonis referta animarumque conciliabula 1) travehit. Hoc ego fas esse facilius crediderim, quam cuncta humana aut nulla aut iniqua providentia regi 2). Quod si mors gratulanda potius est hominibus quam lamentanda, quanto quisque eam natu minor adeptus est, tanto beatior et dis acceptior existimandus est; ocius corporis malis exutus, ocius ad honores liberae animae usurpandos exictus *b*). Quod tamen verum sit licet, parvi nostra refert, qui desideramus amissos: nec quicquam *c*) nos animarum immortalitas consolatur, qui carissimis nostris dum vivimus caremus. Istum statum, vocem, formam, auram *d*) liberam, quaerimus; faciem defunctorum miserandam 3) maeremus, os obseratum, oculos eversos, colorem undique deletum. Si maxime esse animas immortales constet, erit *e*) hoc philosophis disserendi argumentum 4), non parentibus desiderandi remedium. Sed utcumque sunt ista divinitus ordinata, mihi quidem neutiquam diutinam adferent sollicitudinem, cui tam propinqua mors. Sive in aeternum exstinguimur, olim cupienti mihi tandem *f*) . . . . tu acer-

a) Cod. *quidem*, quod fortasse ferri poterat. — *b*) Ita cod. fortasse pro *excitus*, vitiosa metathesi; nisi est ab *exigo* pressiore etymologia quam *exactus*. — *c*) Schedae *nequicquam*, sed superaddita *c* post *ne*. — *d*) Ita cod. 2. manu; at 1. *animam*. — *e*) In codice interpungitur post *erit;* ita ut legendum videretur *consteterit* ob continuam scripturam. Equidem *constetisset* habet pr. m. Iulius Valerius III. 13; tum *constetirit* et *extetirit* lego in antiquis fragmentis, in palimpsesto vaticano obrutis, codicis theodosiani XIIII. 15. 6, XV. 2. 2; XVI. 5. 11. et 21. Nihilominus hoc Frontonis loco legendum est *constet, erit*. — *f*) Haec pagina gravi huius opusculi damno oblitterata est, ita ut paucissima verba legantur usque ad *ac dolore*, unde incipit postica pagina.

1) De his recole, si vacat, quae retuli ex Proclo ad Cic. de rep. VI. 15. sqq. Confer etiam Cic. de sen. XXIII. (85).

2) Ita et Symmachus ep. VIII. 6.

3) Proprie loquitur Fronto. Sic enim ad illud aeneidos IIII. 20. *miseri post fata Sichaei*, Servius observat: *aut muliebriter dixit miseri; aut mortui, secundum Ciceronem, qui in tusculanis miseros, mortuos vocat*. Manet in vulgari Italorum sermone i *poveri morti*, nempe *miseri*.

4) Pro animi immortalitate saepe dixit patronus maximus Cicero de sen. XXI. sqq., de amic. III. IIII, tusc. I 15, 16, Hortens. fragm. fin. Tum Tacitus Agric. XLVI; Sallust. Iug. II; Macrobius ad somn. I. 14; Lactantius inst. VII. 8. sqq.; Euseb. praep. ev. I. 4. XI. 27. 28. Vide et quae scripsi ad Cic. de rep. VI. 7.

biora . . neque arborum, neque . . eodem tempore . . [h]eres tuus . . ad vindemiam . . isto tempore . . aspe[rius] nequivi prae fletu ac dolore. Meus etiam iam hinc me dulcissimus nepos 1), quem ipse sinu meo educo, hic est profecto qui me magis magisque lacerat prorsus et excruciat. Namque in huius facie illum amissum contemplor, exemplum oris imaginor, sonum vocis eundem animo fingo. Hanc sibi dolor meus picturam commentatur. Verum defuncti voltum ignorans, dum verisimilem coniecto, maceror. Sapiet mea filia: viro suo omnium quantum est hominum optimo adquiescet *a*): is eam consolabitur pariter lacrimando, pariter suspirando, loquendo pariter conticiscendo. Senex ego parens indigne consolabor; dignius enim foret ipsum me ante obisse. Neque ulla poetarum carmina aut sapientium praecepta tantum promoverint ad luctum filiae meae sedandum et dolorem leniendum, quantum mariti vox *b*) e carissimo pectore et *c*) iunctissimo profecta.

Me autem consolatur aetas mea prope iam edita et morti proxima. Quae cum aderit, si noctis, si lucis id tempus erit, caelum quidem consalutabo discedens, et quae mihi conscius sum protestabor. * Nihil in longo vitae meae spatio a me admissum quod dedecori aut probro aut flagitio foret: nullum in aetate agunda avarum, nullum perfidum facinus meum extitisse; contraque multa liberaliter, multa amice, multa fideliter, multa constanter, saepe etiam cum periculo capitis consulta. Cum fratre *d*) optimo concordissime vixi 2), quem patris vestri bonitate summos honores adeptum gaudeo, vestra vero amicitia satis quietum et multum securum video. Honores, quos ipse adeptus sum, numquam inprobis rationibus concupivi. Animo potius quam corpori curando ope-

* *M*. Virum bonum qualem esse oporteat. Qualis Fronto fuerit.

a) Schedae *adquiescit*. — *b*) Cod. pro *vox* habet *uxor*. — *c*) Cod. *et pectore*. — *d*) Cod. *frater*.

1) Hic est, ut puto, ·M· Aufidius Fronto, de quo dixi nuper p. 156. n. 1. De eodem loquitur Fronto in epistula ad Victorinum ad am. I. 16. Eundem intelligi opinor a ·M· Aurelio quotiens scribit ad Frontonem *nepotem saluta*. Namque illum trimulum neque Fronto umquam vidit, neque, ut opinor, ·M· Aurelius salutationis honore dignatus esset.

2) Cic. pro Rabir. perduell. V. *fratris, quicum concordissime vixerat*.

ram dedi. Studia doctrinae rei familiari meae praetuli. Pau-*
* M. Mire. perem me, quam ope cuiusquam adiutum *; postremo egere me, quam poscere, manlui *a*). Sumptu numquam prodigo fui, quaestui *b*) interdum necessario. Verum dixi sedulo, verum audivi libenter. Potius duxi neglegi, quam blandiri; tacere, quam fingere; infrequens amicus esse, quam frequens adsentator. Pauca petii, non pauca merui. Quod cuique potui, pro copia commodavi. Merentibus promtius, immerentibus audacius, opem tuli. Neque me parum gratus quispiam repertus segniorem effecit *c*) ad beneficia quaecumque possem prompte *d*) impertienda. Neque ego unquam ingratis offensior fui. Eas *e*) . . mihi . . obaeratos in re *f*) . . cum . . putavi . . Cuperem equidem . . male. Finem . . teneo . . male . . quam . . si vobis carere . . operam . . Sentio . . me proderes . . quam . . leto colens et statu mentis . . *g*) doleam . . aliud . . reperto . . apud . . tis . . sona mundum . . solver . . veritatis nostra cum ii se indigere solacio. Di . . filiam . . generum . . mes . . domo . . bis . . nunc de . . quorum . . vastitatem . .

Multum et graviter male valui, mi Marce carissime. Dein casibus miserrimis adflictus sum *h*), uxorem amisi, nepotem in Germania amisi 1) miserrume, Decimanum 2) nostrum amisi. Ferreus si essem, plura scribere non possem isto in tempore. Librum misi tibi, quem pro omnibus haberes.

Legi emendavi.

.M. FRONTONIS DE NEPOTE AMISSO.

a) Ita cod. — *b*) Ita cod. — *c*) Cod. *efficit*. — *d*) Ita cod., etsi supra videtur scribi sive *promtius*. — *e*) Heic ingens lacuna est integrae paginae, paucis verbis exceptis, usque ad *statu mentis*. — *f*) Supplendum videtur *familiari*, *pecunia mea expedivi*, ut fere apud Cic. de off. II. 21. — *g*) Hinc nova pagina pariter oblitterata, ita ut paucissima verba legantur. Et superiora quidem huius opusculi folia continuam seriem retinent; hoc vero folium, quod est opusculi extremum, utrum cum subsequente connexum fuerit, an aliis foliis interpositis, sed iam amissis, disiunctum, nescio equidem, sed mihi tamen nulla folia desiderari videntur. — *h*) Schedae su-

1) Superius ep. VIIII. ad Verum iam dixit Fronto, se uxorem, et nepotem, et quidem in paucissimis mensibus, amisisse. Ibidem hic nepos dicitur obiisse trimulus. Periit autem puer in exercitu patris contra Cattos bellantis, de qua expeditione Capitol. in Marco cap. VIII.

2) Utrum *Decimanus* nomen sit nepotis, an alterius hominis, definire non audeo. Attamen *T. Vettium Decimanum* lego apud Gruterum p. CCCCXXVIII. 10. in notis. Tum etiam *Decumium Decumanum* apud Muratorium pag. MCMLXXXIIII. 4.

·M· FRONTONIS

ARION 1).

Arion lesbius, proinde quod Graecorum memoria est, cithara et dithyrambo primus, Corintho, ubi frequens *a*) incolebat, secundum quaestum profectus, magnis divitiis per oram Siciliae atque Italiae paratis, Corinthum Tarento regredi parabat. Socios navalis corinthios potissimum delegit; eorum navem audacter re bona maxime onerat. Nave in altum provecta, cognovit socios, qui veherent, cupidos potiri *b*), necem sibi machinari. Eos precibus *c*) fatigat, aurum omne *d*) sibi haberent, unam sibi animam sinerent. Postquam id frustra orat, aliam tamen veniam impetravit, in exitu vitae quantum posset cantaret. Id praedones in lucro ducere, praeter spolia summum artificem audire, cuius vocem praeterea nemo umquam post illa autscultaret *e*). Ille vestem induit auro intextam, itemque citharam insignem. Tum pro puppi aperto maxime atque edito loco constitit, sociis inde consulto per navem ceteram *f*) dispersis. Ibi Arion studio inpenso cantare orditur scilicet mari et caelo artis suae supremum commemoramentum. Carminis fine cum verbo in mare desilit: delphinus excipit, sublimem avehit, navi praevortit, Taenaro exponit, quantum delphino fas erat, in extimo litore. Arion inde Corinthum proficiscitur: et homo et vestis et cithara *et g*) vox incolumis: Periandrum regem corinthium, cui per artem cog-

a) Cod. *sequens*. — *b*) Ita refectum est in schedis; quamquam ibidem video me dubitanter legisse etiam *auri*, et mox delevisse: quae tamen lectio percommoda foret. — *c*) Cod. *praecibus*, et inferius *depraecari*. — *d*) Cod. *omnes*. — *e*) Ita cod. — *f*) Cod. *citharam*. — *g*) *Et* a me additur.

1) Nemo putet hoc scriptum partem esse alterius cuiusvis operis frontoniani. Titulus enim ·*M*· *Frontonis Arion* hic extat spatiosis litteris, initio videlicet opusculi et in eiusdem calce. Est autem veluti exercitatio quaedam (cuiusmodi sunt apud graecos latinosque sophistas) in gratiam, ut puto, scripta discipulorum, ex fabula famigerata apud Herodot. I. 23, Pausan. III. 25, Ovid. fast. II. 93, Hygin. fab. CXCIIII, Plin. VIIII. 8, Gell. XVI. 19, Serv. ad E. VIII. 56, Liban. ed. Reisk. T. IIII. p. 1107, Augustin. de C. D. I. 14.

nitus acceptusque diu fuerat, accedit: ordine *a*) memorat rem gestam in navi et postea in mari. Rex homini credere, miraculo addubitare; navem et socios navalis, dum reciperent *b*), opperiri. Postquam cognovit portum invectos, sine tumultu accipi iubet, voltu comi, verbis lenibus percontatur, numquidnam super Arione lesbio comperissent? Illi facile respondent, Tarenti vidisse fortunatissimum mortalem, secundo rumore po*pulorum* florere, pretioque esse, *cithara* cantare. Quam diutius amore atque lucro et laudibus retineri. Cum haec ita dicerent, Arion inrupit *ita ut in puppi* steterat, cum veste auro intexta et cithara insigni. Praedones inopino *visu* Arionis territi *c*), cum *d*) neque quicquam post illa negare aut non credere aut deprecari ausi sunt. Delphini facinus *ad Taenarum* *e*) visitur, delphino residens homo 1), parva figura, [atque ut] argumento magis, quam simulacro, composita.

Legi emendavi qui supra.

.M. FRONTONIS ARION.

a) Cod. *ordinem*. — *b*) Ita sine *se*. — *c*) Schedae 1. manu mea *territi*, 2. *terreri*. Una lectio in codice sit, videndum superest. — *d*) Malim *tum*. — *e*) Heic et superius tantae [illegible] sunt lacunae codicis.

1) Pausanias loc. cit. id est lib. III. 25: ἔστιν ἐπὶ Ταινάρῳ Ἀρίων ὁ κιθαρῳδὸς χαλκοῦς ἐπὶ δελφῖνος. Idem Pausanias lib. IX. 30. in Helicone quoque statuam Arioni positam narrat, quae culpa Sacadae artificis, haud maiore longitudine erat, quam tibiae quas tenebat: Ἀρίων μεθυμναῖός ἐστιν ἐπὶ δελφῖνος· ὁ δὲ Σακάδα τοῦ Ἀργείου τὸν ἀνδριάντα πλάσας, ἐποίησεν οὐδὲν εἰς τὸ μῆκος τοῦ σώματος εἶναι τῶν αὐλῶν μείζονα τὸν αὐλητήν.

·M· FRONTONIS

AD MARCUM CAESAREM 1)

(DE ELOQUENTIA 2).)

. . . Capillus etsi non cotidie acu ornandus 3), tamen pectine cotidie expediendus est *a*) . . . fuisse Croesum et Solonem, Periandrum et Polycraten, Alcibiaden denique et Socraten. Quis dubitat sapientem ab insipiente vel praecipue consilio et dilectu rerum et opinione discerni *b*)? Ut si sit optio atque electio divitiarum atque egestatis, quamquam utraque et malitia et virtute careant, tamen electionem laude et culpa non carere. Proprium namque sapientis officium est recte eligere *, neque perperam vel postponere vel anteferre. Si me interroges, concupiscamne bonam valetudinem; abnuam equidem, si sim philosophus: nihil est enim fas concupiscere sapienti aut adpetere, quod fors fuat an frustra concupiscat; nec quicquam, quod in manu fortunae situm videat, concupiscet: tamen si necessario sit altera res eligenda, Achillei *c*) potius pernicitatem eligam, quam debilitatem Philoctetae *. Simile igitur in eloquentia servandum: non opere nimio

* *M.* Sapiens ab insipiente consilio plerumque dilectu et opinione discernitur. Proprium sapientis recte eligere.

* *M.* Sapiens nihil ex his, quae in manu fortunae videat, concu-

a) Haec una sententia legitur in oblitterata pagina. Quae sequuntur autem sunt in pagina postica. Atque ego quidem singulorum foliorum materiam probe dispositam exhibere queo; folia tamen ipsa, utpote passim abrupta et lacunis innumeris interstincta, sive huius sive sequentis libri *de orationibus*, certum vix ordinem nancisci poterunt. Quin adeo in utriusque libri materia discernenda haud semel ambiguitas est. Habes igitur, amice lector, duorum librorum frontoniana fragmenta, quae seu *de eloquentia* seu *de orationibus* praecepta perbona continent. — *b*) Cod. *discerent*. — *c*) Ita 1. manus; at 2. delevit *e*.

1) Ad Marcum *iuvenem* scribi haec de paranda eloquentia praecepta sive admonitiones, constat ex p. 164. Idem Marcus pp. 164. 168. 170. dicitur *Caesar*. Nullus autem prope dubito quin haec sit illa prima longiuscula epistula, quam se scripsisse ad Marcum vix dum pueritiam egressum ait Fronto ad Ant. imp. I. 2. p. 106, postquam Marcus orationem quandam in senatu habuerat.

2) Hic titulus in codice non legitur, ut infra dicam; rei tamen satis aptus est. Confer pp. 164. 165. 168. 169.

3) De veterum acu crinali et discriminali legesis Salmasium in exerc. plinianis p. 761.

concupiscas igitur, nec opere nimio aversere: tum si eligendum sit, longe longeque eloquentiam infantiae praeferas.

Audivi te nonnumquam ita dicentem: at enim cum aliquid pulchrius elocutus sum, placeo mihi, ideoque eloquentiam fugio 1). Quin tu potius illud corrigis ac mederis ne placeas tibi, non ut id, propter quod places, repudies? Nam, ut nunc facis, alibi tu medicamenta obligas. Quid tandem? si tibi placebis quod iuste iudicaris, iustitiam repudiabis? si placebis tibi pio aliquo cultu parentis, pietatem spernabere? Places tibi cum facundus: igitur verberantem quid facundiam *a*) verberas? Tametsi placita *b*) diceret, itaque te compellaret: O iuvenis, periculosa est tibi praepropera placendi fuga: novissimum namque homini sapientiam colenti amiculum est gloriae cupido. Id novissimum exuitur. Ipsi ipsi, inquam, Platoni in novissimum usque vitae finem gloria *c*) amiculum erit 2). Illud etiam audisse me memini, pleraque sapientes viros in scitis *d*) mentis atque consultis habere debere, quorum interdum usu abstineant; itemque interdum nonnulla in usu habere debere, quae dogmatis improbent; neque ubique rationem sapientiae rectam et usum vitae necessarium congruere. Fac te, Caesar, ad sapientiam Cleanthis aut Zenonis *e*) posse pertingere, ingratiis 3) tamen tibi purpureum pallium erit sumendum, non pallium philosophorum soloci lana *. Purpureo . . . Cleanthes aqua de puteo extrahenda victum quaerebat; tibi saepenumero curandum in theatro crocum longe adque *f*) alte exprimatur 4) *g*) . . . Diogenes cynicus non modo

piscit. In electione tamen Achilli potius pernicitatem, quam Philoctetae debilitatem praeoptet.

* *M.* Ut imperator philosophetur, ingratiis etiam *h*) purpureum erit pallium sumendum, cum philosophus habeat consucidum.

a) Cod. *facundia*, sed quoniam vox est in fine versus, fieri potest ut sit in codice lineola indicans m. Bona vero coniectura est ill. Nieb. qui in ed. berol. suspicatur emendandum [illegible] *verbera te; quid facundiam verberas?* — *b*) Corr. *placida* N. — *c*) Cod. *gloriam*. — *d*) Cod. *id inest scitis*. — *e*) Ita in schedis 2. manu; at 1. *Xenonis*. Recole p. 124. n. h. — *f*) [illegible] — *g*) Unica haec sententia legi potuit in postica pagina. — *h*) Ita hic schedae [illegible]

1) Testis sibi Marcus de reb. suis I. 7.

2) Apud Athenaeum XI. 15. Sic etiam Tacitus hist. IV. 6.

3) Purpuram suam reapse spernit M. Aurelius de reb. suis VI. 13. VIII. [illegible]

4) De croci usu voluptario Plinius XXI, 6, Apuleius metam. X. ed. [illegible] p. 255.

nullam pecuniam quaesivit, sed etiam propriam neglexit *a*)... udaque eatis . . . mensae parte . . . familia [q]uasi famu... ferae . . . sapientio[r] . . .

Immortales dei *siverint* *b*) comitium et rostra et tribunalia, Catonis et Gracchi et Ciceronis orationibus celebrata, hoc potissimum saeculo conticiscere? Orbem terrae, quem vocalem acceperis, mutum *c*) a te fieri? Si linguam quis uni homini exsecet, immanis habeatur; eloquentiam *d*) humano generi exsecari, mediocre facinus putas? Non hunc adnumeras Tereo aut Lycurgo? qui Lycurgus quid tandem mali facinoris admisit quom *e*) vites amputavit? Multis profecto gentibus ac nationibus profuisset vinum undique gentium exterminatum. Tamen Lycurgus poenas caesarum vitium luit. Quare metuendam censeo divinitus poenam eloquentiae exterminatae. Nam vinea in unius tutela dei sita; eloquentiam vero multi in caelo diligunt: Minerva orationis magistra, Mercurius nuntiis praeditus 1), Apollo paeanum auctor, Liber dithyramborum cognitor, Fauni vaticinantium incitatores, magistra Homeri Calliopa, magister Enni Homerus et somnus 2). Tum si studium philosophiae in rebus esset solis occupatum, minus mirarer quod tanto opere verba contemneres. Discere autem ceratinas et soritas et pseudomenus 3), verba contorta et fidicularia; neglegere vero cultum orationis et gravitatem et maiestatem et gratiam et nitorem, hoc indicat loqui te quam eloqui malle, murmurare potius et friguttire quam clangere. Diodori tu et Alexini 4) verba verbis Platonis et Xenophontis et Antisthenis 5) anteponis? Ut si quis histrioni *f*) studiosus, Tasurci *g*) gestu potius quam Roscii uteretur: ut si in natando, si aeque liceret, ranam potius quam delphinos aemulari mallet: cotornicum *h*) potius pinnis breviculis, quam aquilarum

a) Haec unica sententia cum paucis verbis sequentibus superest in antica pagina; postica tamen tota legitur. — *b*) In cod. videbatur *eirint*. — *c*) Cod. *mutuum*. — *d*) Cod. *eloquentia*. — *e*) Cod. *quam*. Recole p. 116. n. a. — *f*) Ita cod. Sed recte scribes *histrioniae*. Verumtamen confer Plautum mil. III. 1. 207. — *g*) Ita cod. Ceterum *Panurgus* fuit malus comoedus, licet Roscii discipulus. Cic. pro Roscio com. X. XI. — *h*) Ita schedae, non *coturnicum*.

1) Recole ad ·M· Caes. lib. III. 9.

2) Confer ad ·M· Caes. lib. I. 3.

3) Lege Hieronymum ad Amosum I. 1, 5, et ad Titum III. 9.

4) Cic. de fato VI, acad. IIII. 24, ad fam. VIIII. 4, Euseb. praep. ev. XV. 2.

5) Cic. de or. III. 17, ad Att. XII. 38.

maiestate volitare. Ubi illud acumen tuum? ubi suptilitas? Evigila et adtende quid cupiat ipse Chrysippus. Num *a*) contentus est docere, rem ostendere, definire, explanare? non est contentus: verum auget in quantum potest *, exaggerat, praemunit, iterat, differt, recurrit, interrogat, describit, dividit, personas fingit, orationem suam alii accommodat: ταῦτα δ' ἐστὶν αὔξειν, διασκευάζειν, ἐξεργάζεσθαι, πάλιν λέγειν, ἐπαναφέρειν, παράπτειν, προσωποποιεῖν *b*) 1). Videsne ab eo paene omnia oratorum arma tractari? Igitur si ipse Chrysippus 2) his utendum esse ostendit, quid ego amplius postulo, nisi ut ne verbis dialecticorum, sed potius Platonis *c*) . . .

Gladio dimicandum; sed interest, robiginoso an splendido . . . cum bon . . . Epictetum . . . sedentem . . . la placebat . . . si ausus esset, epitaphium . . . suum sub umbra . . . illam lau . . . pertulisse . . . *ni*kil *d*) unquam . . . nionis . . . tot et es . . . Si us . . . egge . . . Anaxagorae non Alexini sycophantae auditor 3) . . . conamen. Tragicus Aesopus fertur non prius ullam suo induisse capiti personam, ante quam diu ex adverso contemplaretur pro personae vultu gestum sibi capessere ac vocem . . . stillicidiis . . An maiorem tragoediam putas Amphiaraum *e*) scribere, quam de terrarum hiatu dicere? . . tu de fulmine disputas . . . bere quam . . . quando . . . *f*) dialecticorum verbis scribat: suspirantem, tussientem immo Iovem scripserit, non tonantem. Para potius orationem dignam sensibus, quos e philosophia hauries; et quanto *g*) honestius sentis, tanto augustius dicas 4). Quin erige te et extolle, et tortores istos, qui te ut abietem aut alnum proceram incurvant et ad chamaetorta *h*) detrahunt, valido cacumine tuo excute, et tenta an usquam ab [eloquentia] di-

* *M.* Mire de ingenio Chrysippi.

a) Schedae *nunc*. — *b*) Cod. προσωποιεῖν. — *c*) Quod olim heic addidi *gladio dimic.* id deest in schedis meis. Postica vero in pagina nihil legi potest praeter pauca verba usque ad *pertulisse*. — *d*) Ita in schedis *k* pro *h*. — *e*) Cod. *Amphiarum*. — *f*) Lacuna versuum est. — *g*) Sch. *quando*. — *h*) Ita cod. idque vocabulum repetitur in margine, sed sine diphth. Apud Plin. XXIIII. 15. est herba *chamaerops*; tum XIII. 4. *chamaerepes palmae*.

1) Petuntur haec e Chrysippi arte rhetorica, cuius libros quatuor memorat Laertius. Cic. fin. IIII. 3, Hieron. contra Ruf. I. 16.

2) Acutus nimirum et vanus rhetor.

3) Sermo est de Pericle. Similia habet Cicero de or. III. 34.

4) Confer ad Anton. imp. I. 2. p. 100.

scesseris. Sed comitem philosophiae . . . sermones gibberosos retortos . . . *a*) si tenueris, contemnas; quom contemseris, nescias. Dic, obsecro, mihi, de dialecticis istis ecquid tenes, ecquid tenere te gaudes? Nolo mihi dicas; aput te ipse reputa. Ego illud praedicabo, quom plurimos amicos in hac disciplina tenueris * . . .

. . . mutilum perficere, hiulcum fartis iugare . . .

Consiliario huic magis aetati opus est quam auxiliario *b*) . . . Nonne omnis oratorum copias sectavere *c*); refutandi sollertiam, augendi facultatem, eludendi venustatem, permovendi delectandique, deterrendi incitandique, ornandi, conciliandi, inflammandi *d*), laxandi audientium animos, aut alliciendi, rectam quandam in dicendo potentiam ac potestatem? Tum si quando tibi negotiis districto perpetuis, orationis conscribundae tempus deesset, nonne te tumultuaris *e*) quibusdam et lucrativis studiorum solaciis fulciebas, synonymis colligendis, verbis interdum singularibus requirendis? ut veterum kommata, ut cola *f*) synonymorum ratione converteres; ut de vulgaribus elegantia, de contaminatis nova redderes, imaginem aliquam accommodares, figuram iniceres, prisco verbo adornares, colorem vetusculum adpingeres? Haec si propterea contemnis, quia didicisti, philosophiam quoque discendo contemnes. Sed non ea sunt ista quae possis contemnere: possis sane non amare. Ut olim Crassus tristis risum oderat 2); ut nostra hic memoria Crassus 3) lucem fugitavit *; ut nostra

* *M.* Crassus tristis risum oderat; alter Crassus minor lucem fugitavat *g*), multaque loca clausa lecticula praetervehebatur *h*).

a) Lacuna versuum tredecim. — *b*) Haec una sententia, et illa hiulca praecedentia verba remanent in antica pagina; postica tamen universa legitur. — *c*) Ita cod. An pro *sectabere?* N. — *d*) Cod. fortasse *infamandi*. — *e*) Ita cod. *i* pro *ii*. — *f*) Cod. *colas*. Sic in iuris fragmentis Vaticanis *aedes sacra* pro *aede sacra*. — *g*) Ita cod. — *h*) Pars huius sententiae deest in contextu.

1) Post quaternionis XII. (p. 113.) notam, nulla mihi se obtulit alia ante hanc XXVII. In hoc igitur ingenti hiatu eadem habere putavi, praeter secundum librum ad Ant. imp., epistulas ad Verum imp., de bello parthico, alsienses, de nepote amisso, Arionem, atque, ut puto, alia deperdita scripta. Cuncti autem, quos hinc subiungam, libri vel aliquam quaternionum notam impressam habent, vel cum iis libris cohaerent qui nota non carent. Quam ob rem de ordine opusculorum in codice dubitare deinceps non licebit.

2) Plinius hist. VII. 19. Hieronymus ep. CXXX. 13. ex Lucilio.

3) Puta Crassum illum Frugi, quem reum Hadrianus noluit occidere. Spar-

itidem memoria vir consularis campos formidabat, pomtinum campum . . .

Officiorum genera duo, rationes tripertitae. Prima species substantiae, ut sit; altera qualitatis, ut talis sit; tertia rei ut re ipsa, cuius causa superiora officia suscepit, expleat . . . *dis*cendae exercendaeque sapientiae: tertiam autem hanc speciem, rei dico, ac negotiis solam terminatam, se [q]uasi contentam. Hac officiorum partitione, si tamen aut ille 1) verum aiebat, aut ego olim audita memoria retineo, ut prima homini ad sapientiam tendenti sint [moli]menta quae ad vitam salutemque pertinent [conservandam.] * Igitur et prandere et lavari et ungui et cetera eiusmodi munera, sunt sapientis officia. Quamquam neque in balneis quisquam sapientia . . . neque ut circa . . . ad mensam cenarit, prandio vomerit, sapientiam ructarit * . . . si ederis . . . nisi vixeris. Quid igitur istic admonendus es? ne tin . . hoc . . *in* prandio et mensa *a*) situm existimes. Non est sapientiae negotium vesci; sed sine vita, quae civo *b*) constat, nulla sapientia, studia nulla esse possunt. Nunc . . . vides igitur . . . officia *c*) . . .

At non aeque sequentia officia, quae sunt qualitati cuiusque accommodata *, possunt omnium esse communia, sed diversa sunt et quae communia omnibus. Aliud prandium gubernatori commune, et aliud pugili de integris tegoribus. Aliud prandendi tempus, alia lavatio, alius somnus, alia pervigilatio. Considera igitur, an in hac secunda ratione officiorum contineatur eloquentiae studium. Nam Caesarum est in senatu quae e re sunt suadere, populum de plerisque negotiis in concione appellare, ius iniustum corripere, per orbem terrae literas *d*) missitare, leges *e*) ceterarum gentium compel-

* *M*. Prima officiorum species sapientis, eorum scilicet quod ad vitam salutemque pertinent. — * *M*. Prandio comeso sapientiam ructarit.

* *M*. Secunda species qualitatis haec est.

a) Schedae *mensam*. — *b*) Ita cod. *v* pro *b*. — *c*) Supple versus septem. — *d*) Ita schedae cum unica *t*, contra morem non huius solum codicis, sed etiam aliorum veterum, quos memini me vidisse. In mediol. sane editione (codice forsitan retractato) dedi *litteras*. Et mox quibus etiam schedae habent *litteris*. — *e*) Ita cod. sed num *reges*? H.

tianus cap. V. Lege et Dionem LXVIII. 3. 16.

1) Fortasse Dionysius Frontonis magister, de quo paulo post.

are, sociorum culpas dictis coercere, benefacta laudare, seditiosos compescere, feroces territare. Omnia ista profecto verbis sunt ac litteris agenda. Non excoles igitur id quod ibi totiens tantisque in rebus videas magno usui futurum? An nihil referre arbitraris qualibus verbis agas, quae nonnisi verbis agi possunt? Erras, si putas pari auctoritate in senatu ore Thersitae verbis expromptam sententiam, et Menelai aut Ulixi orationem, quorum Homerus 1) et vultus in agendo, et habitus et status et voces [ca]noras, ac modulationum eloquentiae genera diversa no*tavit* *a*) . . . *

Quisquam vereri potest, quem inridentius quam dictorum eius causa haud] contempserit . . . Nemo tanta auctoritate est, qui non ubi peritia deficitur, ab eo qui peritior est despiciatur . . . Tibi tanta eloquentia parta est, quae ad laudem etiam supersit . . . . cum . . magno . . inquit . . ille qui . . uter contemnant . . medebor . . temnar . . gypso . . solitatim *b*) . . . ego hac re. vi cum . . eos aput . . rum . . a belo *c*) . . vis o . . neque officii obses . . quam philosopham . . concioni potes in isto que . . altius non . . cae . . here . . nihil . . ent . . *co*ercet . . quidem . . sumpsit se . . valeat. Hinc quae . . minusve . . ut principio incre*pa*ndum; ut post principia or . . candos ubi gradus . . ubi gra . . habenis eloquentia per . . dum. Quando . . Etiam Viriathus, etiam Spartacus belli scientes et manu prompti fuerunt. Sed enim omnes universos quicumque post Romam conditam oratores extiterunt, illos etiam, quos in oratore 2) Cicero eloquentiae civitate gregatim donavit, si numerare velis, vix trecentorum numerum conplebis; quom *d*) ex una Fabiorum familia treccnti milites fortissimi pro patria dimicantes uno die occubuerint. Non gentium milia . . sub pellibus . . unum etiam . . vium, quem tu prae . . .

* *M*. Quae res auctoritatem principum minuat.

a) Cod. pro *notavit* videtur habere *non denique*. — *b*) *Solitatim* est in margine, ut vox nobilis. *Solitas* pro *solitudo* scribitur ab Accio apud Nonium. Hoc autem et pauca praecedentia verba ex alio, ut arbitror, Frontonis folio sunt. — *c*) Puto mendum pro *bello* (recole p. 148.) potius quam cogitem de *Belo* rege. — *d*) Schedae *quod*.

1) Iliad. Γ. 212.

2) In opere de claris oratoribus.

Vocis modulatae amatores primas audisse feruntur aves vernas luco opaco 1). Post pastores recens repertis fistulis se adque pecus oblectabant. Visae fistulae longe *a*) avibus modulatiores . . murmurantium voculis in luco eloquentiae oblectantur. Ennium deinde et Accium et Lucretium *b*) ampliore iam mugitu personantis tamen tolerant. At ubi Catonis et Sallustii et Tulli *c*) tuba exaudita est, trepidant et pavent, et fugam frustra meditantur. Nam illic quoque in philosophiae disciplinis, ubi tutum sibi perfugium putant, Platonis *d*) fonema[ta]a erunt audienda.

Haec in eos fabula competit, qui nulla indole praediti eloquentiam desperantes fugitant. Tibi, Caesar, ut cui maxime, sublime et excelsum et amplificum ingenium ab dis datum est. Nam primi tui sensus et incunabula studiorum tuorum mihi cognita sunt. Elucebat in puero iam tunc nobilitas mentis et dignitas sententiarum, quibus sola deerant verborum lumina: ea quoque variis exercitationibus instruebamus 2). Ibi tu mihi videre mor[a tempor]ali, et laboris taedio defessus, eloquentiae studium reliquisse; ad philosophiam devertisse, ubi nullum prohoemium cum cura excolendum, nulla narratio breviter et dilucide et callide collocata, nullae quaestiones partiendae, nulla argumenta quaerenda, nihil exaggerandum * ... *e*) διασκευ[ῇ] et παρεκβάσει carendum. Enimvero ad philosophos librum legas; magistro interpretanti tacitus adtendas; intellexisse adnuas; aliis legentibus ipse plerumque dormites; audias τί τὸ πρῶτον, τί τὸ δεύτερον diu multumque numerari; εἰ ἡμέρα ἐστίν, πῶς ἐστιν, fenestris patentibus laborari 3). Se-

* *M*. Prohoemium aliquod excogitandum, narratio brevis, lucida, callida, quaestiones partiendae, argumenta quaerenda, exaggerandum.

a) Cod. *longae*. — *b*) Ita cod. etsi alibi *Lu*. — *c*) Ita cod. — *d*) Ita cod. *f* pro *ph*. — *e*) Supple versum cum dimidio, post quem cohaerere orationem censeo cum materia sequente.

1) Conferre iuvabit Lucretium V. 1378, et Cassiodorium var. IIII. 51; nec non Theophilum ad Autolyc. II. 30.

2) Recole omnino ad Ant. imp. I. 2. p. 105-106.

3) Omnino Fronto prae oculis habet mordetque Sextum empiricum Marci magistrum, cuius haec ipsa verba leguntur pyrrhon. II. 14. ff. 198, sqq. et contra log. II. ff. 418. sqq. Atque hinc confirmare licet Sextum illum chaeronensem [illegible] eundem esse atque hunc empiricum, contra criticorum dubitationes. [illegible] autem argutiarum causa ipso [illegible] cum ab aliis irrisus est tum [illegible] Avidio Cassio. Vulcatius in Cassii vita.

urus inde abeas, cui nihil per noctem meditandum aut concribendum, nihil magistro recitandum, nihil de memoria prountiandum, null[a verborum] indagatio, nullius synonymi rnatus, nihil de graeco in nostram linguam [pariter] verendum. In eos quoque meus magister Dionysius Tenuior 1) t illam compositam fabulam protulit de disceptatione vitis t arboris ilicis *.

Vitis se ante ilicem ferebat, quod suavissimum fructum ominum conviviis et deorum altaribus crearet. Idem dulce su, idem haustu iucundum. Tum se maiore cura quam Cleoatram reginam ornari, comptius quam Laidem formosam. Pampinos suos ita pulchros esse, ut necterentur ex eis Liero thyrsi, corona Sileno, nymphis bacchisque redimicula; licem esse horridam, infructuosam, inamabilem: creare boni ut amoeni numquam quicquam praeter glandem *a*) . . et in acerata. Item vos . . . Nunc ego consulto in fabulis finem acio *b*), ut siqua acrius dicta sunt, permixta fabulis molliantur.

.M. FRONTONIS

. . . 2) . . .

Legi emendavi qui supra.

* *M*. De laude vitis quam *c*) ilicis; et de disceptatione, quam sibi invicem retulerunt.

a) Periit in sequentibus lacunis laterculum unum cum dimidio. — *b*) Nescio quo pacto in prima editione edidi *desino* pro *finem facio*. — *c*) Ita cod. non praecedente *tam*.

1) Confer ad ·M· Caes. I. 12. Idem homo memoratur ab Athenaeo XI. 7, et in etymologico magno; diciturque modo λεπτὸς *tenuis*, modo ἀσκάλαφος ab ave huius nominis, quia nimirum procero erat macroque et pallido corpore.

2) Inter superiorem infimumque versum in codice spatium est in quo fuit titulus, qui tamen a me ne repetitis quidem conatibus legi potuit. Certe si haec epistula, ut iam dixi, scripta est ad Caesarem post recitatam in senatu orationem, titulus quem in prima editione feci *de orationibus* non incongruus erat, ut satis docet exemplum sequentis opusculi, quod ita in codice inscribitur. Postea tamen in titulo *de eloquentia* adquievi, quem suadet valde materia, et in ed. berol. ab. ill. Niebuhrio praelatum video. Iam ob illustrandam materiae dispositionem tam huius quam sequentis opusculi, libenter ego, si nunc codicis mediol. compos fuissem, paginarum foliorumque divisiones, his maxime fragmentis utiles, libro meo adpinxissem. Interim tamen dum impolitas et tumultuarias schedas meas ad codicem nondum exegi, abstinuisse ab hac divisionum sedulitate haud scio an aequius sit.

·M· FRONTONIS

AD ·M· ANTONINUM

DE ORATIONIBUS.

I. (ANTONINO AUGUSTO FRONTO).

. . . Pauca subnectam fortasse inepta, iniqua. Nam rusus *a*) faxo magistrum me experiare. Neque ignoras omnem hanc *b*) magistrorum vanam propemodum et stolidam esse. Parum eloquentiae *c*), et sapientiae nihil 1). Feres profecto bona *d*) venia veterem potestatem et nomen magistri me usurpantem denuo. Fateor enim, quod res est, unam solam posse causam incidere, qua causa claudat aliquantum amor erga te meus, si eloquentiam neglegas. Neglegas tamen vero potius censeo, quam prave excolas. Confusam eam ego eloquentiam, catachannae 2) ritu *e*), partim igneis *f*) nucibus Catonis, partim Senecae mollibus et febriculosis prunuleis insitam, subvertendam censeo radicitus, immo vero plautino irato *g*) verbo «exradicitus 3)». Neque ignoro copiosum sententiis et redundantem hominem esse: verum sententias eius tolutares video, quamquam quadripedo *h*) concito cursu, tenere nusquam, pugnare nusquam . . . autem studere; ut Laberius dictabolaria, immo dicteria potius eum, quam dicta, continere 4). Itane existimas graviores sententias [et eadem de re] apud Annaeum istum reperturum te *i*) quam apud Sergium 5)? Sed

a) Ita cod. 1. manu, at 2. *rursus*. — *b*) Num *turbam?* — *c*) Schedae *eloquentia*. — *d*) Cod. *buona*, sed *u* videtur deleta. Et quidem in carminibus romanis vetustissimis *duonorum* pro *buonorum* seu *bonorum*. Niebuhr. hist. ed. noviss. p. 266. — *e*) *Catachannae ritu* repetitur in marg. ut notabile dictum. — *f*) Ingeniose Buttmannus suspicabatur dicendum esse *lignéis* h. e. duris. — *g*) Cod. *trato*. — *h*) Alias *quadrupedo*. — *i*) Schedae pro *te*, habent *in*.

1) Imitatio Sallustii. Confer p. 117.

2) Confer ad ·M· Caes. II. 14.

3) Plautus mostell. V. 1. 63; ubi tamen vulgo legitur *eradicitus*.

4) Reapse Apollinaris cum Frontone loquens apud Gellium XIX. 13. ait a Laberio ignobilia nimis et sordentia verba in usum latinae linguae fuisse introducta. Sic ait etiam Macrobius saturn. II. 1.

5) De hoc homine sic iudicat Quintilianus inst. VIII. 3; multa ex graeco *formata nova ac plurima a Sergio Flavio*, quorum dura quaedam admodum *videntur*, ut *ens et essentia*.

non modulatas aeque; fateor: neque ita cordaces; ita est: neque ita tinnulas *a*); non nego. Quid vero si prandium idem utrisque apponatur; at positas oleas alter digitis prendat, ad os adferat, ut manducandi ius fasque est ita dentibus subiciat; alter autem oleas suas in altum iaciat, ore aperto excipiat, exceptas, ut calculos praestigiator, primoribus labris ostentet? Ea re profecto pueri laudent 1), convivae delectentur; sed alter pudice pranderit, alter labellis gesticulatus erit. At enim sunt quaedam in libris eius scite dicta, graviter quoque nonnulla. Etiam lamminae *b*) interdum argentiolae *c*) in cloacis inveniuntur; eane re cluacas *d*) purgandas redimemus?

Primum illud in isto genere dicendi vitium turpissimum, quod eandem sententiam milliens alio atque alio amictu indutam referunt 2). Ut histriones, quom *e*) palleolatim saltant, caudam cycni, capillum Veneris, Furiae flagellum eodem pallio demonstrant; ita isti unam eandemque sententiam multimodis faciunt, ventilant, commutant, comvertunt *f*), eadem lacinia salutant *g*), refricant eandem unam sententiam saepius quam puellae olfactariae *h*) sucina. Dicendum est de fortuna aliquid? omnis ibi fortunas antiatis, praenestinas, respicientis balnearum etiam fortunas 3) omnis cum pennis *i*), cum roteis *k*), cum gubernaculis reperias. Unum exempli causa poetae prohoemium commemorabo, poetae eiusdem temporis eiusdemque nominis; fuit *l*) aeque Annaeus *. Is initio carminis sui septem primis versibus 4) nihil aliud quam « bella plus

* *M*. Vituperat Lucanum.

a) Ita 2. manu; at 1. *atinnulas*. — *b*) Ita schedae cum duplici *m*. — *c*) Ita cod. — *d*) Ita cod. — *e*) Cod. *quom*. Recole p. 165. n. e. — *f*) Ita cod. — *g*) Num dicendum *saltant?* Inferius ad Ant. Pium ep. 3. occurrit pr. m. *salutem* pro *saltem*. — *h*) Ita schedae. — *i*) Dic *pinnis*. — *k*) Ita 1. manu; at 2. *rotis*. — *l*) Ita cod. sine *enim*.

1) Quintilianus inst. X. 1. ait Senecam puerorum potius amore quam eruditorum consensu comprobari. Revera Fronto hoc loco Senecam irridet.

2) Senecae quendam locum, in quo mutatis verbis eadem res multoties dicitur recitat Lactantius inst. II. 2.

3) Praenestinae fortunae cultu nihil notius. De antiate Hor. od. I. 35, et inscriptio apud Grut. LXXII. 3, et nummus gentis Rustiae apud Eckhel. T. V. p. 298. De respiciente Cic. leg. II. 11. De balneari inscr. Grut. LXXIII. 5.

4) Congruit huic loco erudita doctrina Scholiastae ms. ad Lucanum, cuius ego verba recitavi in meo glossario p. 76, Spicil. rom. T. IX. Nimirum dictus Scholiastes referens nescio cuius antiquioris

dixerim, de populo, sicut in bello ubi opus sit legionem conscribere, non tantum voluntarios legimus, sed etiam latentis *a*) militari aetate conquirimus; ita* ubi verborum praesidiis opus sit, non voluntariis tantum, quae ultro obvenerint, utemur sed latentia eliciemus, atque ad imperandum *b*) indagabimus. Hic illud etiam, ut ego arbitror, scite a nobis conventum 1) quibus rationibus verba quaerantur, ut non hiantes oscitantesque expectemus, quando verbum ultro in linguam quasi palladium de caelo depluat; sed ut regiones verborum et saltus noverimus, ut ubi quaesitis opus sit *c*), perviam potius ad vestigandum, quam invio progrediamur. Certa igitur loca sunt a vobis . . . In primis oratori cavendum, ne quod novum verbum ut aes adulterinum percutiat, ut unum et id *d*) verbum vetustate noscatur et novitate delectet . . . castella verborum . . . conciliabula verborum . . .

. . . ma condicio est; ubi semel patefactae *e*) sunt, facile cognitae neglegantur. Contemni denique et nullo honore esse rhetora videas: observari autem et omnibus officiis coli dialecticos, quod in eorum rationibus semper obscuri aliquid et tortuosi *f*): eoque fit ut magistro discipulus haereat semper et inserviat; vinctus perpetuis quibusdam vinculis attineatur. Dicet aliquis: tu igitur praeter ceteros nimirum verbis pulchris et insignibus utens? ego immo volgaribus et obsoletis. Quid igitur est? nisi istud saltem scirem, deterioribus uterer.

II. ANTONINO AUGUSTO FRONTO.

Pleraque in oratione recenti tua 2), quod ad sententias attinet, animadverto egregia esse; pauca admodum uno [illegible]

* *M*. In verbis non obvia, sed etiam latentia elicienda sunt et indaganda.

a) In margine *latentes*. — *b*) Prisce loquitur Fronto. Cf. Cicer. ad fam. VIII. [illegible] — *c*) Schedae heic addunt *ut*. — *d*) Num pro *idem?* — *e*) Schedae *patet* [illegible] sed [illegible] tatione *patefactae*. — *f*) Videtur addendum *sit*, quod tamen a schedis abest.

1) Videtur Fronto prae oculis habere suam epistulam ad ·M· Caes. IIII. 3, illudque praesertim latum fragmentum de verborum pariter delectu, quod est in mea editione paulo ante [illegible] L. Verum imp. p. [illegible]

2) Quam [illegible] Frontoni tradiderat.

nus verbo corrigenda; nonnihil interdum elocutione novella parum signatum. Quae melius visum est particulatim scribere: ita enim facilius perpendes singula, et satis temporis ad inspiciendum habebis, ut qui plurimis negotiis aut agendis occupatus sis aut actis defessus. Igitur in prohoemio quae egregie a te dicta putem, quaeque arbitrer corrigenda scribsi tibi 1). Scripturum deinceps pro amore in te meo confide cetera. Prima ergo pars tota mirifica est, multis et gravibus sententiis referta, in quibus eximiae sunt . . . Si recte . . . quo genere Cato . . . sertes . . . primis . . . et hoc genere . . . moderatae et . . . nonnullo . . . esse. Si parce et cum dignitate . . . Multo deinde gravior et severior subiuncta . . . Si nihil . . . nobis opinionis . . . *a*).

Tralatum, tum . . . res ita impule[rint] . . . vincas. Inesse . . . muni . . . te . . . versum e . . . ent. Alterum proprium, comes; alterum translatum *b*), opifex. Neque ulla verbis istis inter se communio inest neque propinquitas. Offendit igitur aures ingruens diversitas nat . . . sapere . . . tissim . . . Sallustius 2) . . .—quique manu, ventre, pene, bona patria laceraverat—. Vides quantum similitudine formae verborum adsecutus sit, ut postremum verbum, quamquam parum pudicum, non indecorum esse videatur: ideo scilicet, quod . . . verba similia praecedant. Quod si ita haec verba contra dixisset quique pene *c*) bona patria laceraverat, indita *d*) obscenitas verbis appareret . . . trat eis . . . [ventre], manu, venere. Ad . . . aures; tertioque . . .

. . . nullius ante, nisi unius Caii Sallustii trita solo sensum dictu periculosum et paene opstetricium pulcherrimo cultu et honestissimo ornatu protulisti. Εὔφρανας, ὑπερεύφρανας, σώζεο μοι. Quod librari *e*) manu epistula scribta est, a labore gravi digitis consului *f*), qui sunt iam in suspicione.

a) In his lacunis periit pagina prope tota. — *b*) Ita schedae *trans.*, etsi paulo ante *tral.* — *c*) Cod. videbatur ante hoc vocabulum habere *ea*. — *d*) Cod. *inedita*. — *e*) Ita cod. *i* pro *ii*. — *f*) Confer p. 155. fin. ubi codex habuit *consoluisse* pro *condoluisse*.

1) Nempe in superiore epistula, ubi nonnulla prohoemiorum genera Fronto noster ad trutinam revocavit.

2) Catil. cap. XIIII.

III. ANTONINO AUGUSTO FRONTO.

Quid . . . scrutetur qua . . . propera. Neque balbam virginem, quae vestalis sit, capi fas est, neque sirbenam 1) . . . Verba de balbutientibus ponenda varie *a*) . . . minus . . . balbuttientium *vitium* *b*) his ferme verbis significatur *: vox impedita, vox vincta, vox difficilis, vox [fracta], vox imperfecta vox absona. His contraria quaerenti tibi subvenisse certum habeo: vox expedita, vox absoluta, vox facilis, vox [perfecta] vox [amabilis]. Tua vox *c*) . . . vere . . . non his omnibus . . . percensio sit . . .

Oculos convenientes dixisti. Quis clamor iteratur? apparuit enim utrumque verbum quaesitum et inventum: quod ubi invenisti *d*), cavere pulchre sciv[isti]. Impediti voce dicuntur qui balbuttiunt, et contrarium est soluta et expedita voce; multo melius apparuit enodata. Quaesisse te arbitror ex eodem isto loco, quod est τοῦ ἐναντίου, cum imperfecta vox balbuttientium sit, potuisse dici perfectam. Quae ignoras . . *e*) oculos convenientes dixisti.. . *f*) inprobatur. Hic locus *absque* significatione est. Theodorus 2) ἀπὸ τοῦ . χῶς *g*) λέγεσθαι appellat. Nam convenire est *h*) decere *i*) et aptum esse, et quod Graeci ἡρμόσθαι *k*) appellant. Non dubito alia item verba percensuisse. Nam straboni oculi dispares sunt: potuisse te pares aut impares dicere; disconcinnos hos, illos concinnos dici potuisse; convenientes *l*) multo melius. Dicas fortasse, quid in orationibus meis novicium, quid crispulum, quid luscum, quid purpurisso litum, aut [tumidum, aut] pollutum? Nondum quicquam; sed vereor . . *m*) eas prom . . *n*)

* *M*. Quibus vocabulis appellentur sirbeni.

a) Quinque haec verba in margine sunt; neque satis constat utrum sint e textu excerpta, an potius scholii more addita; sed hoc magis videtur ob variatam orthographiam [illegible] *balbutti*. — *b*) Tantum est in codice spatium. — *c*) Supple *aliquid* ex epist. ad Ant. imp. I. 2. — *d*) Cod. *investi*. — *e*) Supple fere quinque verba. — *f*) Supple duo verba. — *g*) [illegible] πολλαχῶς, sed lacuna codicis tot litteras non capit. — *h*) Cod. *et*. — *i*) [illegible] — *k*) Cod. ηρμοστελε[ιν]. — *l*) Ita cod. — *m*) Supple quatuor litteras. — *n*) Supple [illegible] versus.

1) Consonat Gellius I. 12. in re ac formula. *Sirbenus* autem hominem significat qui confuse et incondite loquitur. Confer adagia apud Schottum Z. 6. 1. 5. 13. 1. St. 962. Vide et Athenaeum XV. 3.

2) Confer ad M. Caes. III. 8.

unt. Laudo censoris . . *a*) ludos talarios *b*) . . quod semet ipsum diceret, cum ea praeteristi. Difficile dignitati servire, quin ad modum crotali aut cymbali pedem poneret. Tum praeterea multa sunt in isto genere dicendi sinceris similia, nisi quis diligenter examinat *. - Iusque datum sceleri - ·Q· *c*) Annaeus ait. Contra Sallustius - omne ius in validioribus esse -. Gallicanus 1) quidam declamator cum Macedones deliberantis, Alexandro morbo mortuo, an Babylonem 2) . . quid si utens com . . . nes, inquit, - factum est -, eodem hoc [ver]bo . . cla[udi] ait, - factum est 3) . . . *d*) [commemo]rabile -. Tiberis est, tusce Tiberis quem iubes cludi 4). Tiber amnis et dominus et fluentium circa regnator undarum 5) -. Ennius - postquam consisti se fluvius qui omnium princeps, qui sub civilia - ait. Peritia opus est ut vestem interpolem a sincera discernas. Itaque tutissimum est lectionibus huiusmodi apstinere. Facilis ad lubrica lapsus est. Unum edictum tuum memini me enim advertisse quod . . scribseris . . *e*) lo aliquo libro; cuius edicti initium [fuisset] - florere inlibatam iuventutem - . Quid hoc est, Marce? Hoc nempe dicere vis, cupere te italica oppida frequentari copia iuniorum. Quid in primo versu et verbo primo facit - florere - ? Quid significat - inlibatam iuventutem - ? Quid sibi volunt ambitus isti et circumitiones 6)? Alia quo-

* *M.* Multa sunt similia sinceris, nisi scrupulosius examinentur.

a) Supple quatuor litteras — *b*) Supple tres litteras. — *c*) Ita legebam in codice; etsi *Marci* praenomen habuit. — *d*) His lacunis occupantur fere versus octo. — *e*) In his lacunis supple pauca verba.

1) Utrum gentile sit nomen *gallicanus* an proprium, ambigo. Ad Gallicanum patrem aut magistrum novelli oratoris scribitur epistula ult. lib. I. ad am. Favorinus item gallicanus rhetor Frontonis familiaris fuit. Gallicanus rhetor flumine submersus a Claudio imp. apud auctum a me Dionem Script. vet. T. II. p. 209.

2) Lusus quosdam rhetorum circa res Alexandri, habes apud Senecam suasor. I. et IIII. Cf. Quintil. inst. VIII. 5.

3) Vitium a Frontone notatur in repetita locutione *factum est*. B.

4) Videntur verba edicti illius quo ·M· Aurelius Tiberim inundantem coërceri iusserit. Illam certe urbanam calamitatem sub initiis imperii divorum Fratrum contigisse ait Capitolinus in Marco cap. VIII, eamque cura principum fuisse temperatam.

5) Videtur Marcus edicto suo Virgilium imitatus aen. VIII. 77: *corniger hesperidum fluvius regnator aquarum.*

6) Reprehendit in Marci edicto Fronto tumentem illam et phaleratam elocutionem, quae iam tum incipiens, mox consequentium principum edicta, leges, et epistulas occupavit: cuius rei nimis

que eodem edicto sunt eiusmodi. Revertere potius ad verba apta et propria et suo suco imbuta. Scabies, porrigo ex huiusmodi libris concipitur. Monetam illam veterem 1) sectator. Plumbei nummi 2) et cuiuscemodi adulterini in istis recentibus nummis saepius inveniuntur, quam in vetustis, quibus signatus est Perperna vel Tr[ebo] 3). Quid igitur? non malim mihi nummum Antonini, aut Commodi 4), aut Pii? Polluta et contaminata et varia et maculosa maculosioraque *a*) quam nutricis pallium 5). Omni ergo, *mi Marce b*), opera, si possit *fieri* linguam [communem] reddas: verbum aliquod adquiras non fictum a te; nam id quidem absurdum est; sed usurpatum concinnius aut congruentius -. Tantum antiquitatis curaeque pro italica gente maioribus fuit - 6), Sallustius ait. Antiquitatis verbum usitatum, sed nusquam [eo] sensu usurpatum [neque] probe adscitum. Nam volgo dicitur, quod potius sit, antiquius esse. Inde ipsa Sallustio derivata. Et quoniam minus *c*) . . et minus est verbum . . sequenti verbo [sec] tatus. Antiquitatis [eos aeque] hoc modo . . - municipes sacrorum *d*) - [actus] . . Quid . . arem . vale . . poculum . . ad hoc . . mire . . hoc genus verborum Accius Plautus sanus . . numero uno . . dere rem . . le . . *q*uae reno . . de vi re . .

Legi emendavi qui supra.

.M. FRONTONIS AD .M. ANTONINUM DE ORATIONIBUS.

.M. FRONTONIS EPISTULAE AD ANTONINUM PIUM.

a) Cod. *maculosiσremque?* — *b*) Tanta circiter est lacuna. Ita fere et in mox sequentibus — *c*) In sequentibus lacunis periit ferme laterculum. Haec tamen ipsa in pagina est huius libri clausula et initium libri ad Pium, cum utriusque libri titulo. — *d*) Haec locutio repetitur in margine ut notabilis, sed ibi singulariter *municeps*.

multa testimonia sunt in theodosiano codice, et in Cassiodorii variarum libris. Aliter antiqui principes. Exemplo sunt quae de Tiberii diligentia narrat Dio LVII. 15. 17. M. Antonii edictum putide scriptum irridet Cicero phil. III. 9.

1) Confer Plautum casin. in prologo.

2) Plumbeos nummos videtur dicere adulterinos Fronto. Reapse plumbeos nummos (de quibus Martialis I. 100, X. 74, et Plaut. cas. II. 3. 40, most. IIII. 2. 11, trin. IIII. 2. 120.) negat fuisse monetam Ficoronus praef. ad part. II. i *piombi antichi*; itemque Eckhelius T. I. p. XX, T. VIII. p. 318.

3) Nummi cum epigraphe *Perperna* vel *Trebon*. sunt revera inter goltzianos incertae fidei. *Trebo* est in genuino nummo Trebonii apud Seguinum.

4) Intellige ·L· Verum, qui et Commodus fuit.

5) Plaut. bacch. III. 3. 30.

6) Locum hunc e sexto historiarum Sallustii citat Servius G. II. 209.

ANTONINVS PIVS IMP.

EX NVMISMATE MAX. MODVLI
MVSEI CAES. REG. MEDIOL.

AD ANTONINUM PIUM 1)

EPISTULARUM INDEX.

Ut meministi, Caesar, cum tibi.
Quanta . . . .
Si evenire posset imp.
Carius vitae meae parte.
Cum bene perspectas.
Cum gravitatem 2) . .
*Om*nem 3) operam me.
. . . *a*) . . .
Accepi Caesar 4).
Castricius noster 5).
Legam, fili, libenter.
Fecisti frater Contucci.

a) Legi nequit initium unius epistulae; et quidem eius fortasse quae mihi est quinta libri primi ad Marcum Caesarem.

1) Dicet aliquis: cur tu epistulas ad Antoninum Pium collocas post illas non ad Marcum Caesarem tantummodo, verum etiam ad Marcum et Verum Augustos, qui eam dignitatem nonnisi post Pii obitum adire potuerunt? Atqui iam non semel dixi, sequi me codicis, non temporis, ordinem. Reapse autem liber epistularum ad Pium partim saltem est in codicis quaternione XXX, ut vides p. 187. Immo has epistulas ad Pium scribi in codice statim post illas de orationibus, demonstrant coniuncti tituli, et nexus membranarum.

2) Haec epistula repetitur in secundo libro ad amicos. Sed recte heic quoque collocatur argumenti sui causa.

3) Haec sunt in alio codicis mediolanensis folio. Puto tamen in prioris folii fine extitisse initium (licet nunc obscuratum) verbi *omnem*, nempe litteram *o* cum lineola superposita pro *m*. Alioqui aliud integrum folium interponendum esset, indice plenum; quod mihi incredibile est, quum tam paucas ad Pium litteras in codice invenerim.

4) Hanc epistulam etsi in indicem ad Pium relatam, idem tamen codex mediolanensis exhibet recte inter epistulas ad ·M· Caesarem. (Vide lib. I. 6.)

5) Hae quoque tres postremae epistulae tum in libro ad Pium scribuntur tum meliore iure repetuntur in codice inter illas secundi libri ad amicos. Contra deest in indice epistula *Niger Censorius*, quae quidem non sine causa occurrit in libro ad Pium ante illam *carius*. Haec indicis textusque discordia non tam librarii mendo, quam veterum exemplarium Frontonis varietate accidisse videtur.

·M· FRONTONIS

EPISTULAE

AD ANTONINUM PIUM.

I. IMPERATORI ANTONINO PIO AUGUSTO FRONTO.

Ut meministi, Caesar, cum tibi in senatu gratias agerem 1), desiderio quodam . . . quae distuler . . . dicit . . nere senatu frequentior *inter*sum. Nam . . litteras quae *eo* die recitabantur . . tes . . librum . . Dominus . . *a*) Bene vale.

II. ·M· FRONTONI ANTONINUS CAESAR 2).

Quanta . . *b*) me tuo . hercule . . optimo in tam trita et assidua tibi materia 3) invenire et posse. Sed videlicet valde potens est, quod summe efficere possis, etiam velle. Nihil istis sensibus validius, nihil elocutione, salva sanitate, civilius 4). Neque enim hoc committam, ut te iustissima laude fraudem, dum metuo ne insolenter laudes meas laudem. Bene igitur accepisti et rectissimo opere, cui plane, seposita materia, omnis honor debetur: ceterum ad ostentandum *c*) mihi animum tuum non multum egit: nam esse te benignissimum omnium factorum et dictorum meorum conciliatorem bene noveram. Vale mi Fronto carissime mihi.

Illa pars orationis tuae circa Faustinae meae honorem gratissime a te adsumta, verior mihi quam disertior visa est.

a) Prope universa periit haec epistula versuum XXV. — *b*) Perierunt versus octo. — *c*) Cod. *ostantandum*.

1) Nempe pro consulatu. Recole ad ·M· Caes. II. 4. sqq. et praeced.

2) Huius epistulae mentio est ad ·M· Caes. II. 6. Porro ad simplicem *Caesaris* titulum quod adtinet, ita se modeste voluit appellare etiam Vespasianus Augustus in epistula, apud Dionem a me auctum Script. vet. T. II. p. 220.

3) Ergo Fronto saepe publicam laudationem Pio dixerat, sicut antea Hadriano. Confer ad ·M· Caes. II. 4.

4) Num eo sensu quo Graeci dicunt λόγους πολιτικούς? Immo potius quo sensu Lucianus quomodo hist. scr. cap. 43. ait dictionem historicam debet esse σαφῆ καὶ πολιτικήν.

Iam ita se res habet. Mallem mehercule Gyaris 1) cum illa, quam sine illa 2) in Palatio vivere.

III. ANTONINO PIO FRONTO.

Si evenire posset, Imperator, ut amici ac familiares nostri nostris moribus cuncta agerent, maxime vellem: tum *a*), si non moribus, at saltem ut consiliis ubique nostris uterentur. Sed quoniam suum cuiusque ingenium vitam gubernat, fateor aegre ferre me, quod amicus meus Niger 3) Censorius testamento suo, quo me heredem instituit, parum verbis temperarit. Id ego factum eius improbus sim, si defendendo purgare postulem; immemor amicitiae, nisi saltem *b*) deprecando sublevem. Fuit sine dubio Niger Censorius verborum suorum inpos et minus consideratus, sed idem multarum rerum frugi vir et fortis et innocens. Tuae clementiae est, Imperator, unicam hominis verborum culpam cum ceteris eius recte factis ponderare. Ego quidem ad amicitiam eius accessi cum *aliis qui* rem *p*. *c*) strenua opera domi bellique promeruerant. Ut ceteros eius amicos omittam, Turboni Marcio 4) et Erucio Claro 5) erat familiarissimus: qui duo egregi *d*) viri alter equestris 6), alter senatorii *e*) ordinis primari *f*) fuerunt. Postea vero ex tuis etiam iudiciis ei plurimum et honoris et auctoritatis accesserat. Talis ego viri amicitiam appetivi. Haud sciam an qui *g*) dicat debuisse me amicitiam cum eo desinere, postquam cognoveram gratiam eius apud animum tuum imminutam. Numquam ita animatus fui, Imperator, ut coeptas

a) Schedae *tuum*, ut supra p. 153. n. c. — *b*) Ita cod. 2. manu; at 1. *salutem*. — *c*) Tantum fere spatiorum oblitteratorum in codice est. — *d*) Ita schedae. — *e*) Schedae *senator*. — *f*) Ita cod. — *g*) Ita cod. *qui* pro *quis*; ut alibi *aliqui* pro *aliquis*.

1) In quam scilicet insulam rei relegabantur. Tacit. annal. III. 68, Iuvenal. I. 73.

2) Quippe Faustina maior mortem cum vita iam commutaverat. Consul enim Fronto anno Pii imperantis sexto gratias principi in senatu egit; Faustina autem tertio mariti imperantis anno vita excesserat.

3) Consul nomine Niger occurrit annis DCCCLXX et DCCCXCI, primo videlicet et ultimo Hadriani imperantis anno.

4) De Turbone Marcio lege Dionem LXIX. 18; item Spartianum in Hadr. V, et Euseb. hist. eccl. IV. 2.

5) Ab Erucio Claro Traiani duce Seleucia capta et inflammata est. Dio LXVIII. 30. Lege et Plin. ep. II. 9, Gell. VI. 6. XIII. 17. Ad Erucium Clarum rescribit Antoninus dig. I. 15. 3.

6) Testis Spartianus in Hadr. IIII.

in rebus prosperis amicitias, si quid adversi increpuisset, desererem. Et omnino; cur enim non sententiam animi mei expromam? Ego * eum qui te non amabit, hostis numero habebo: quem vero tu minus amabis, miserum *a*) potius quam hostem iudicabo. De . . *b*) Permultum refert inprobes aliquid an oderis . . ciis et consiliis indigebat. Atque utinam Niger, sicut in plerisque mihi post paruit, ita consilium *meum in* testamen*to conficiendo ro*gasset! Haud umquam tantam maculam memoriae suae inussisset verbis inmoderatis ipsum se potius quam alios laedentibus. Nec *c*) . . intervallum intercessisset, quo . . *d*) virum *e*) illo ipso tempore quo offendit: sed amando ita offendit, ut pleraque animalia, quibus abest ars et sedulitas educandi, ova atque catulos suos unguibus aut dentibus male contrectant *f*), nec odio, sed imperitia nutricandi opterunt. Ego certe deos superos inferosque, et fidem arcanam humanae amicitiae testor me semper auctorem fuisse, cuius . . *g*) me . . animo, . . utraque causas . . et sane . . hominem . . eum incidisse magis doleas, sed fideliter quem . . in eodem [agere] velle, in quo . . et sane . . expectari poterat, in eo quem [corre]xerat. Nec . . tanta benignitas et tot beneficia . . tri tibi autem non . . equidem . . cumque habeat suum finem. Res autem istas, quas nec [tacere] voluimus, nec [negare] credimus; et, si dii aequi sunt, veras et congruentes simplicitati nostrae amicitiae semper adsequamur.

M. Panegy. l.

IIII. DOMINO MEO CAESARI 1).

Niger Censorius diem suum obiit. Quincuncem bonorum suorum nobis reliquit testamento cetera honesto, quod ad

a) Vigilanti verbo utitur Fronto. Namque Asconius ad Cic. in Verr. I. 15. *miser cum esset*, observat: *miserum pro innocente Tullius ponit. Sic alibi: et erunt qui illum, si hoc fecerit, non improbum sed miserum existimari velint.* — *b*) Lacuna versuum XVIII, excepta tamen sequente sententia, quae in margine legitur. — c) Supple fere unum versum — *d*) Lacuna versuum VIII cum dimidio. — *e*) Quod quidam berolinenses critici suspicati sunt, partem hanc epistulae pertinere ad epistulam septimam, id ratio codicis omnino non petitur. Nam quae sequuntur epistulae (quarum ordinem index docet) cum hoc fragmento copulantur; illa autem septima epistula cum octava cohaeret. — *f*) Superius p. 145. *contrectantes*. Utraque autem scriptura legitima est. — *g*) In sequentibus lacunis usque ad epistulae clausulam perierunt versus prope XXXX.

1) Haec epistula ad ·M· Caesarem etsi omittitur in indice, tamen scribitur in libro ad Pium, et quidem in eadem pagina in qua explicit illa ad Pium de Nigro. Desinit vero haec ad Marcum epistula in altera pagina, in qua luci-

verba vero adtinet inconsiderato: in quo irae magis quam decori suo consuluit. Inclementius enim progressus est in Cavium Maximum 1). clarissimum et nobis observandum virum. Ob eam rem necessarium visum scribere me Domino nostro patri tuo, et ipsi Cavio Maximo, difficillimae quidem rationis epistulas: in quibus et factum Nigri mei, quod inprobabam, non repraehendere nequibam; et tamen amici atque heredis officium, ut par erat, retinere cupiebam. Haec ego te, ut mea cetera omnia, scire volui: conatus mehercules ad te quoque de eadem re prolixiores litteras scribere: sed recordanti cuncta mihi melius visum non obtundere te, neque a potioribus avocare.

V. ANTONINO PIO AUGUSTO FRONTO.

Vitae *a*) meae parte adpicisci *b*) cupio, ut te complecterer felicissimo et optatissimo initi imperii die, quem ego diem natalem salutis, dignitatis, securitatis meae existimo. Sed dolor umeri *c*) gravis, cervicis vero multo gravissimus ita me adflixit, ut adhuc usque vix inclinare me vel erigere vel convertere possim: ita immobili cervice utor. Sed apud Lares Penates deosque familiares meos et reddidi et suscepi vota, et precatus *d*) sum, uti anno insequenti bis te complecterer ista die, bis pectus tuum et manus exoscularer, praeteriti simul et *e*) praesentis anni vicem persequens.

VI. AB AUGUSTO RESCRIPTUM.

Cum bene perspectas habeam sincerissimas in me adfectiones tuas, tum et ex meo animo non difficile *mihi* persuasi, mi Fronto karissime, vel praecipue hunc diem, quo

a) In indice *carius vitae* etc. Illud tamen *carius* haud est necessarium, et heic in ordine a librario praetermittitur. — *b*) Ita cod. pro *adipisci*. — *c*) Ita Fronto heic et alibi. Recole adnotata p. 79. n. c. Veteres parcissime *h* usos tradit Quintil. inst. I. 5. — *d*) Cod. *praecatus*. — *e*) Cod. *es*.

pist. quinta ad Pium. Igitur licet sit ad Marcum, tamen heic antiquitus collocata fuit, propter Nigri testamentum, de quo agitur, non secus atque in superiore epistula ad Pium. Sic inferius occurret in hoc libro epistula ad Cavium Maximum de eodem Nigro.

1) Cavius seu Gavius Maximus, vir severissimus, praefectus praetorii sub Antonino Pio annis XX. Vide et Gruterum inscr. CCLVIII. 8, Plinium ep. III. 2.

me suscipere hanc stationem placuit, a te potissimum vere religioseque celebrari. Et ego quidem et vota tua, et te mente, ut par erat, repraesentavi . . . *a*).

VII. (CAVIO MAXIMO FRONTO 1).

Cum gravitatem *b*) . . Dolor iracundiae coniunctus mentem hominis perturbavit . . Virtutibus ceteris iracundia venenum ac pernicies fuit *c*) . . *Sed nemo meum erga Nigrum amorem vituperet,* qui non tuum ante reprachenderit. Postremo neque ego Nigrum propter te amare coeperam, ut propter te eundem amare desinerem: neque tu me a Nigro tibi traditum amare coepisti. Quamobrem, tecum *d*) quaeso, ne quid obsit amicitia nobis, quae *e*) nihil profuit. Iam si dicendum sit, deos testor me saepe vidisse Nigrum Censorium ubertim flentem desiderio tui atque huius discidii dolore. Sed erit fortasse tempus aliud, quo *f*) ego memoriae eius placem te ac mitigem. Interim ne quid loci malignis hominibus adversus me apud aures tuas pateat . . *g*) perperam . . *h*) fidem: quam quom firmam et sinceram cum Censorio servaverim, multo magis profecto tecum perpetuam atque incorruptam retinere conitar *i*).

VIII. ANTONINO PIO AUGUSTO FRONTO.

Omnem operam me dedisse, sanctissime Imperator, et inpenso studio cupisse fungi proconsulari 2) munere, res ipsa testis est. Nam et de iure sortiendi, quoad incertum fuit,

a) Sequens pagina legi nequit. — *b*) Ex indice hoc initium suppleo. — *c*) Hae duae tantum sententiae in oblitterata pagina supersunt. — *d*) Archaismus *tecum* pro *te*. Plaut. rud III. 4. 68, Gell. XX. 1. Immo et Terent. hecyr. IIII. 4. 64, observante seu Frontone seu Mesio in exemplis elocut. voc. *orari*. Apud Iul. Valer. III. 46. *secum* pro *se*. — *e*) Schedae *qui*. — *f*) Schedae *quod*. — *g*) Supple verbum. — *h*) Supple ut supra. — *i*) Ita cod.

1) Dubitare non licet quin haec epistula sit ad Cavium Maximum de testamento Nigri Censorii, quam reapse Fronto ep. IIII. ait se scripsisse. Supplevi autem titulum non tam ex coniectura, quam ex codice libri secundi ad amicos, in quo satis legitur hoc nomen. Sane hoc fragmentum pars esse nequit epistulae III; ea enim epistula occupat in indice tertiam sedem; fragmentum autem desinit in eadem codicis pagina, in qua incipit epistula VIII. Ergo occupare debet septimum locum: ergo est clausula epistulae illius quae in indice incipit *cum gravitatem*.

2) Igitur haec epistula scripta est quinquennio post consulatum. Nam [illegible] eo elapso tempore sortiri provincias licebat ex lege Augusti apud Dionem [illegible] 14. Hinc eruitur annus quo scripta fuit a Marco Caesare ad Frontonem proconsulem epistula lib. V. 36.

sceptavi, et postquam iure liberorum 1) prior alius appa-
uit, eam quae mihi remansit splendidissimam provinciam, * Q.
:o electa habui. Post illa quae[cumque] ad instruendam * XXX. 2)
:ovinciam adtinerent, quo facilius a me tanta negotia per
nicorum copias obirentur, sedulo praeparavi. Propinquos
amicos meos, quorum fidem et integritatem cognoveram,
omo 3) accivi. Alexandriam ad familiares meos scripsi ut
thenas festinarent, ibique me opperirentur *a*), iisque grae-
rum epistularum curam doctissimis viris detuli. Ex Cilicia
iam splendidos viros, quod magna mihi in ea provincia ami-
rum copia est, cum publice privatimque semper negotia
ilicum apud te defenderim, ut venirent hortatus sum. Ex
auretania quoque virum amantissimum mihique mutuo ca-
um Iulium Senem ad me vocavi, cuius non modo fide et
ligentia, sed etiam militari industria circa quaerendos et
ontinendos latrones adiuvarer. Haec omnia feci spe fretus,
osse me victu tenui et aqua potanda malam valetudinem,
ua impedior, si non omnino sedare, cer[te] ad [maius] in-
ervallum [eius] impetus mitigare. Ita evenit ut solito diutius
ene valerem et fortis vigerem: adeo ut etiam duas amico-
um causas non minimi laboris aput *b*) te tutatus sim. Ingruit
einde tanta vis valetudinis, quae mihi ostenderet, omnem
pem illam *inritam fuisse* . . . *c*).

VIIII. (ANTONINO PIO AUGUSTO FRONTO 4).

...Amicorum meorum fecit modestia ne quid inprobe pete-
em *d*)..... Equitis romani unius contubernalis mei Sextii Cal-

a) Schedae *operirentur*. — *b*) Ita cod. At paulo ante *apud*. — *c*) Pagina sequens legi nequit.
d) Haec unica sententia legitur in oblitterata pagina.

1) Dio lib. LIII. 13.

2) Ita mihi, litteris Mediolano scri-
lis, bis confirmavit legi in codice v. cl.
'. Mazzuchellius. Et quidem folia libri
l Pium connectuntur in dicto codice
um foliis *de orationibus*, quod argu-
entum simile est illi praecedentis li-
ri *de eloquentia*, in quo est nota qua-
ionis XXVII.

3) Nempe Cirta urbe Frontonis natali.

4) Hanc epistulam heic colloco, quia est ad imperatorem, qui mihi videtur Pius magis quam Marcus aut Verus. Subsequuntur eam in codice epistulae *Castricius*, et *legam fili*, quas vidimus relatas in indicem ad Pium. Neque idcirco licet praedictam epistulam transferre cum aliis in librum alterum ad amicos: eius enim libri index docet, nihil interfuisse inter primam epistulam

purni 1) dignitatem rogatu meo exornasti duabus iam procurationibus datis. Ea ego duarum procurationum beneficia quater numero; bis cum dedisti procurationes, itemque bis cum excusationes recepisti. Supplicavi tibi iam per biennium pro Appiano amico meo, cum quo mihi et vetus consuetudo, et studiorum usus prope quotidianus intercedit 2). Quin ipsum quoque certum habeo et adfirmare ausim eadem modestia usurum, qua Calpurnius Iulianus meus usus est: dignitatis enim suae in senectute ornandae causa, non ambitione aut procuratoris stipendii *a*) cupiditate optat adipisci hunc honorem. Quom *b*) primum pro Appiano petivi, ita benigne admisisti preces meas, ut sperare deberem. Proximo superiore anno petenti mihi propitius multa respondisti: illud vero etiam comiter, futurum ut cum Appiano, me rogante, procurationem dedisses, causidicorum scatebra exoreretur idem petentium 3). Meministi etiam quem de Graecia propitius et ridens nominaveris. Sed multa [dis]tant: aetas, orbitas, cui leniendae solaciis opus est. Ausim dicere honestatem quoque et probitatem inter duos bonos viros nonnihil tamen distare: quod propterea facilius dico, quoniam illum, cui amicum meum antepono, non nominavi. Postremo dicam quomodo simplicitas mea et veritas me dicere hortantur et fiducia amoris erga te mei, profecto aequius esse illum quoque propter me impetrare. Memento etiam, domine Imperator, cum ille meo exemplo petet, me biennio hoc petisse. Igitur illi quoque, si videbitur, post biennium dato. Fecerit exemplo nostro, si ipse quoque se tibi impetraverit excusare.

a) Cod. *stipendiis*. — *b*) Cod. 1. manu *quam*; 2. *cum*. Fuit autem mendum quam pro quom; quod haud raro vidimus in hoc codice.

secreto habebo, et secundam *Castricius:* praeter quam quod epistula ad imperatorem haud recte collocaretur in libro ad amicos.

1) Ad Calpurnium est Pii rescriptum dig. XL. 1. 8. Calpurnius quidam appellatur in ep. XI. libri ad Verum: item in Faustinae epistula vit. Cass. cap. X: denique in vita Marci cap. VIII.

2) Vide Appiani et Frontonis epistulas mutuas.

3) Suum causidici officium et procuratoris augustalis memorat Appian. hist. prooem. fin.

EPISTULARUM AD AMICOS

LIBRI I. INDEX 1).

. . . .
RI[LIO PL]ARIANO.
Aquilinum.
CL. IULIANO.
emus profecto.
AVIDIO CASSIO.
Maximus.
FIDIO VICTORINO.
ius Aquila.
PASSIENO RUFO.
ius Pius.
ELIO a) OPTATO.
is Saturninus.
RONIO MAMERTINO.
is Saturninus.
VELIO RUFO SENI.
ae orationis.
JFIDIO VICTORINO.
as [quas] domine.
JFIDIO VICTORINO.
ter oculos dolui.

AUFIDIO VICTORINO.
Ad [maius] tempus.
PRAECILIO POMPEIANO.
Verum ex me.
* PRAECILIO POMPEIANO.
Lege carissime mihi.
CL. IULIANO.
Habuisti igitur domi.
* CL. IULIANO.
Nescio quo pacto fit.
FULVIANO.
Ego [genus] hoc epistularum.
SARDIO SATURNINO.
Gravissimum casum.
* IUNIO MAXIMO.
Humani casus homini.
* SARDIO SATURNINO.
Hortatus sum con . . .
IUNIO MAXIMO.
Per Ulpium nos.
SQUILLAE GALLICANO.
Tibi domine frater 2).

a) schedae; etsi alibi Fronto scribit per oe.

ephalus est hic index, propte- l pagina antica, in qua is in- gi nequit. Quia tamen liber ad plicit in huius ipsius anticae laterculo secundo, ut patet ex is, quae sola leguntur, legi si, supputato reliquo spatio cog- s, paucarum epistularum initia nempe fere earum sex quae in ione septimam illam praecedunt n quae est ad Accrilium. Iam et in his sex epistulis disponendis ipsum codicis ordinem secutus sum: sunt enim continuae graecae duae primae, tum et reliquae latinae cum quarta graeca cohaerent. Inter secundam autem et tertiam nihil licuit interponere. Quae autem desiderantur in codice, eas ego asteriscis heic distinxi.

2) Explicit index; namque hanc epistulam subsequitur infra in codice index libri secundi.

·M· FRONTONIS

EPISTULARUM AD AMICOS

LIBER I.

I. ΠΑΡΑ ΑΠΠΙΑΝΟΥ 1) ΦΡΟΝΤΩΝΙ.

Οὐδὲ σήμερον ἠδυνήθην σε ἰδεῖν, διὰ τὴν γαστέρα νυκτὸς ἐνοχλοῦσαν ἕως ἄρτι κοιμηθείς· ἃ δὲ ἀγρυπνῶν ἠπόρουν, οὐ κατέσχον οὐδ' ἀνεβαλόμην, ἀλλ' ἐκ πολλῶν ὀλίγα σοι γέγραφα· σὺ δ' εἰ μὲν δίκαιά ἐστιν, ὡς δικαίοις· εἰ δὲ σχολαστικά, ὡς ἁπλοῖς· εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἔμοιγε ὡς λυπουμένῳ καὶ παρακαλοῦντι πείσθητι καὶ εἶξον. Εἰκὸς ἕπεσθαι τοῖς κοινοῖς τὰ ἰδιωτικά· εὐθύνομεν γοῦν τὰ ἴδια πρὸς ἐκεῖνα, καὶ ὁ νόμος οὕτω κελεύει· πῶς οὖν αἱ μὲν πόλεις οὐκ ὀκνοῦσι λαμβάνουσαι παρὰ τῶν διδόντων ἀναθήματά τε καὶ χρήματα καὶ ἀργύριον αὐτὸ πολιτῶν τε καὶ ξένων, ἤδη δέ τινας καὶ αὐτοὺς [πως] ὑποδιδόντας, φίλος δὲ παρὰ φίλου λαβεῖν ὀκνεῖ παρακαλοῦντος; Καὶ οἱ θεοὶ δὲ τῷ νόμῳ τῶν πόλεων προσ-

APPIANUS FRONTONI.

Ne hodie quidem videre te potui: vexatus enim per noctem ventris morsibus, usque in hanc horam decubui. Quae vero inter vigilandum meditatus sum, ea neque mente continebo neque differam, sed pauca e multis ad te nunc scribam. Quibus tu, si ea aequa erunt, ut aequis; sin otiosa, saltem ut sinceris fidem habe: quod si nihil aliud, certe mihi ut dolenti teque exoranti crede et morem gerito. Par est privata communium exemplum sequi. Nostra igitur ad illa exigimus, quia lex quoque ita iubet. Cur porro civitates siqua dentur aut donaria aut quaevis opes, non abnuunt, pecuniamque adeo civium et peregrinorum, immo et homines ipsos, qui se tradunt, accipiunt; amicus autem ab amico orante accipere dubitat? Ac deos ipsos secundum ius civitatum dona accipere, ex deorum thesauris, qui et

1) Appiani historici haec est epistula, de cuius cum Frontone familiaritate recole epistulam ad Pium ultimam. Obtulerat autem dono Frontoni duo mancipia Appianus, quae ille recusavit maius iusto donum esse dictitans.

ίενται a) ταῦτα παρὰ τῶν ἀνδρῶν, καθ' ἃ δεικνύουσιν b) οἱ θησαυροὶ τῶν θεῶν. Καὶ οἱ φίλιοι c) δὲ ἐκ (d) τῶν διαθηκῶν λαμβάνειν οὐκ ὀκνοῦσιν 1). Καὶ διὰ τί οὖν ἐκ μὲν διαθήκης ἄν τις λάβοι, παρὰ δὲ τῶν περιόντων οὐ λάβοι, ὁπότε καὶ μεῖζον ταῦτ' ἔχει τὸ δεῖγμα τῆς προθυμίας; οἱ μὲν γὰρ ἄλλον ἄλλου προτιθέασιν, οἱ δὲ περιόντες αὐτῶν τοὺς φίλους προτιθέασιν· καὶ ἥδιον παρὰ τοῦ περιόντος λαβεῖν, ὅτι καὶ μαρτυρῆσαι περιόντι δυνατόν ἐστι καὶ ἀμείψασθαι. Πάλιν· ξένιον μὲν οὔτε θεοῖς οὔτε πόλει πέμπεται, τὰ σεμνότερα δ' ἀεὶ τοῖς σεμνοτέροις· ἀλλ' οὐκ εἰσὶ ταῦτα βαρύτερα λαμβάνεσθαι e); τί γάρ ἐστι φιλίας καὶ τιμῆς βαρύτερον, ὧν οὐδεὶς f) [ἀγνοεῖ] ὡς γ' ἄρειον οὐδέν ἐστιν; τί δὲ βαρὺ ἦν ὅλως, ἢ τί ἂν ἐγὼ βαρὺ ἔχοιμι; οὐδ' ἂν ..ὲν ἐργασαίμην οὐδὲν οὐδὲ ὀναίμην οὐδέ ποτε [δέοι ὡς ἐν τῷ θεάτρῳ] φασὶν [ὃς μὴ] μισθὸν εἶχον, ἐξ οἴκου εἰς οἶκον μέ γε τιθεῖν 2). Ἐννόησον δὲ κἀκεῖνο, ὅση μὲν ἡδονὴ τῷ πέμψαντι ληφθέντων, ὅση λύπη μὴ ληφθέντων ἐγγίγνεται. Εἰ τὸ καθα[ρόν] . . καὶ μετὰ πο . . . προσιέναι σοι. Πιστεύοις δὲ δίκαιον εἶναι τὸν νόμον τῶν τε πόλεων καὶ θεῶν

hominibus constituti sunt, patet. Tum et amicos ex testamentis aliquid accipere non piget. Cur ergo ex testamento accipiemus, a superstitibus non item? quo tempore, maiore etiam studio ac voluntate haec dari constat. Nam morientes quidem alterum alteri praeferunt, superstites autem sibi ipsis amicos anteponunt. Iam dulcius est a vivente accipere: huic enim et testificari et referre gratiam licet. Praeterea vilia munuscula neque diis neque civitati offerimus: nam splendidiora quisque apponit splendidioribus. At haec, ais, nonne gravate accipiuntur? Quid vero est, inquam, amicitia et honore gravius? quibus tamen nihil esse melius, nemo non videt. *Sed quo pacto demum lucrum vel grave reapse est, vel tale iudicandum? Nisi vero aut nihil prorsus acquirendum est, nullusque fructus percipiendus: aut plane* oportet, ut in (*theatro*) *aiunt,* me qui *nulla mercede fruar, ne de domo quidem in domum commoveri. Illud etiam cogita, quanta voluptas, si dona recipiantur, mittenti accidat, quantus maeror, si respuantur. Si purum . . . accedere ad te. Credes autem, aequam esse legem civitatum et deorum et amicorum . . amico*

a) Ita B. Sed cod. προσθεναι. — b) Ita B. At cod. καταδεικνυουσιν. — c) Ita cod. pro φιλοι. — d) Ἐκ a me additur. — e) Schedae λαμβάνειν. — f) Exin codex oblitteratus admodum est, sexque fere versus in lacunis sparsim perierunt.

1) Et quidem ipse Fronto accepit quincuncem ex testamento Nigri Censorii p. 186.

2) Sententias quodammodo similes habent Plautus truc. V. 40, Cic. de fin. V. 31.

καὶ φίλων *a*) . . φίλῳ δὲ οὐχ' ὡς τοῦτον ἐπιδεικνύντων θράσος εὐνοίας, ἀλλὰ καὶ τούτων ὑποδέουσι *b*) ἔπεμψα τὸ πρὶν ἐπιτρίψας. Σὺ δὲ μηδὲ τιμη . . ᾧγε ἔδει μηδ' ἅπαξ.

II. ΑΠΠΙΑΝΩΙ ΠΑΡΑ ΦΡΟΝΤΩΝΟΣ.

Οὐκ ἂν *c*) ἀπορησόμενος δὲ ἐκεῖνος *d*) πιθανῶν λόγων, ὃς πρὸς τὸ πρῶτον ἐνθύμημα τῶν ἀπὸ σοῦ προτεθέντων ἐνίσταιτο, ὡς μὴ δέοι ἕπεσθαι τοῖς κοινοῖς τὰ ἴδια· πολλὰ γὰρ ἔθη καὶ νόμιμα κοινὰ ταῖς πόλεσιν καὶ ἴδια τοῖς καθ' ἕκαστον εἰρήσομεν *e*) οὐχ' ὅμοια· μάθοιο *f*) δ' ἂν προσέχων ταῖς τε δίκαις καὶ τοῖς ἀγῶσι τοῖς δημοσίοις καὶ τοῖς ἰδιωτικοῖς· ἔνθα οὔτε ὁ τόνος *g*) τῶν δικαστηρίων, οὔτε τῶν δικαζόντων ὁ ἀριθμὸς, οὔτε τάξις τῶν φάσεων καὶ κλήσεων, οὔτε τοῦ ὕδατος τὸ μέτρον, οὐδὲ προστιμήματα τῶν κατεγνωσμένων ταῦτα, ἀλλὰ *h*) πλεῖστον ὅσον διήνεγκεν τὰ δημόσια τῶν ἰδίων. Καὶ ὅτι τῆς μὲν πόλεως ἀναπεπτάσθαι προσήκει τὰς πύλας εἰσιέναι τε τῷ βουλομένῳ καὶ ἐξιέναι ὁπότε βούλοιτο *i*) ἑκάστῳ δὲ ἡμῶν τῶν ἰδιωτῶν εἰ μὴ φυλάττοι τὰς θύρας καὶ πάνυ

autem non quod audacem benivolentiam ostendant . . . sed tamen haec (duo mancipia) misi, venia abs te non petita. Tu vero neque... cui oporteret, ne semel quidem.

FRONTO APPIANO.

Haud illi deerit probabilis oratio, qui primum argumentum propositionis tuae refutare adgredietur, atque illud contra adserere, non oportere privata exemplum sequi publicorum. Multas enim consuetudines legesque publicas civitatum, multasque privatas inter singulos homines proferre licebit, quae pari iure non utuntur. Id vero noveris, si ad iudicia atque ad contentiones publicas, nec non ad privatas mentem advertes: quibus in postremis neque tribunalium strepitus est, neque iudicum statutus numerus, neque ordo delationum et postulationum, neque aquae mensura, neque litis aestimationes damnatis; ita ut publica maxime differant a privatis. Praeterea portas urbis par est patere, ut ingressu et egressu quivis homo pro libito utatur: nobis autem privatis nisi domesticas ianuas ser-

a) Supple unum versum. — *b*) Ita legebam in codice. Iacobsius vero sic locum ponendum censet: φίλων δὲ, οὐ τοσοῦτον ἐπιδεικνύντων θράσος εὐνοίας, ἀλλὰ κρατούντων ὑπὸ δέους. — *c*) Deest in schedis ἄν. — *d*) Ita cod. Sed ill. N. in cd. berol. scribendum censebat: ἂν ἀπορῆσαι μὲν οὐδ' ἐκεῖνος. — *e*) Num. εὑρήσομεν? N. — *f*) L. μάθοις N. — *g*) L. τόπος N. — *h*) Cod. ἅμα. — *i*) Cod fortasse βούλοιτο.

γρηγοροίη ὁ θυρωρὸς, εἴργων μὲν τῆς εἰσόδου τοὺς μηδὲν προσήκοντας, τοῖς δὲ οἰκέταις οὐκ ἐπιτρέπων ἀδεῶς ὁπότε βούλοιντο ἔξω βαδίζειν, οὐκ ἂν ὀρθῶς οἰκουροῖτο a) τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν· καὶ στοαὶ καὶ ἄλση καὶ βωμοὶ καὶ [γυμνάσια] καὶ λουτρὰ τὰ μὲν δημόσια πᾶσιν καὶ προῖκα ἀνεῖται, τὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν ὑπὸ σιδηρῷ κλειδὶ καί τινι σύρῳ φύλακι· καὶ μισθὸν ἐκλέγουσιν παρὰ τῶν λουομένων· οὐδὲ τὰ δεῖπνα δὲ ὅμοια τὰ ἰδιωτικὰ καὶ τὰ ἐν πρυτανείῳ· οὐδὲ ὁ ἵππος ὅ τε ἰδιωτικὸς καὶ ὁ δημόσιος· οὐδὲ ἡ πορφύρα τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν δημοτῶν· οὐδὲ ὁ στέφανος τῶν ῥόδων τῶν οἴκοθεν καὶ ὁ τῆς ἐλαίας b) τῆς Ὀλυμπίασιν.

Ἀλλὰ c) ταῦτα μὲν ἐάσειν μοι δοκῶ, καὶ χαριεῖσθαί σοι τὸ δεῖν ἕπεσθαι τοῖς δημοσίοις τὰ ἰδιωτικά· κεχαρισμένος δὲ τοῦτο, οὐκέτι χαρισαίμην ἂν τοῦτο μεισ.. δεῖν .. d) ἐπιτρέπειν χρῆσθαι· ἤδη τοῦτό ἐστιν ὃ ἐγὼ φράσω· τὸ μὲν ἀμφισβητούμενον ἡμῖν οἶμαι τοῦτο ἦν, εἰ χρὴ μεγάλα καὶ πολλῆς τιμῆς ἄξια δῶρα παρὰ τῶν φίλων δέχεσθαι· ταῦτα προστάσσων, εἰς παράδειγμα ἐκάλεις τὸ τὰς πόλεις μεγάλα δῶρα παρ' ἀλλήλων προσίεσθαι, αὐτὸ δὴ τὸ ἀμφισβητούμενον σφετεριζόμενος, ὦ φιλότης· ὁ γὰρ τοὺς ἰδιώτας ἐγὼ φάσκων μὴ δεῖν μεγάλα δῶρα παρ' ἀλλήλων λαμβάνειν, τὸ αὐτὸ τοῦτο

vet ac plane vigilet custos, tum arcens ab ingressu eos qui nihil ad nos adtinent, tum servos non sinens impune, siquando voluerint, egredi; res domesticae domino non bene custodientur. Iam et porticus et luci et arae et terra universa et balnea publica, cunctis et gratis patent: at privatorum balnea clavi ferrea et syro aliquo custode servantur: quin et merces exigitur a lavantibus. Neque privatarum epularum par est condicio atque earum quae in prytaneo suppeditantur: neque eadem ratio equi privati et publici, neque purpurae magistratuum et privatorum, neque coronae ex rosis domesticis et oleaginae ad Olympiam acceptae.

Sed enim hoc mihi videor iam omittere posse, vel etiam tibi concedere, solere nimirum privata exemplum sequi publicorum. Hoc ubi largitus fuero, non illud idcirco concedam . . . sinendum esse ut homines hac consuetudine utantur. Atqui istud scilicet ego contendo. Nobis quippe controversia fuit, an magna et valde pretiosa dona ab amicis accipienda sint. Id tu fieri iubens, exemplum petebas a civitatibus, quae inter se invicem magna dona solent exhibere: atque id ipsum, quod controversum est, tibi usurpabas, o bone. Ego enim

a) Ita N. Cod. οιχυριοιτο. — b) Cod. ελαις. — c) Schedae αμα. — d) In his duabus lacunis latent paucae litterae.

ἂν εἴποιμι καὶ περὶ τῶν πόλεων, ὡς οὐδὲ τὰς πόλεις δέοι λαμβάνειν· σὺ δὲ ὡς τοῦτο προσῆκον ταῖς πόλεσιν λαβὼν, εἰς ἀπόδειξιν φέρεις τοῦ καὶ τοῖς ἰδιώταις προσήκοντος· τὸ δὲ ζητούμενον, μὴ δεῖν ἐξ αὐτῶν τῶν ἀμφισβητουμένων ἀποδεικνύειν, φήσαις ἄν· εἰ δὲ τοῦτο φῇς ὅτι λαμβάνουσιν πολλαὶ πόλεις τὰ τοιαῦτα δῶρα, φαίην ἄν, ὅτι καὶ τῶν ἰδιωτῶν πολλοὶ λαμβάνουσι τὰ τοιαῦτα· ζητοῦμεν δέ, εἰ ὀρθῶς καὶ προσηκόντως λαμβάνουσιν· τοῦτο δὲ τὸ ζήτημα ἀπὸ τῶν ἰδιωτῶν ἀρξάμενον διήκει καὶ πρὸς τὰς πόλεις· τοῦτο μὲν οὖν, δίκαια ποιῶν, ἐν ζητήματος μέρει καταλείψεις ἀμφισβητήσιμον, τὸ τῶν πόλεων λέγω· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνο σ' ἀγνοεῖν οἶμαι, ὡς αἱ πλεῖσταί γε τῶν a) ἐνδοξοτάτων καὶ εὐνομουμένων b) πόλεων οὐκ ἐδέξαντο τὰ μεγάλα δῶρα· ὥσπερ ἡ Ῥωμαίων πόλις πολλὰ πολλάκις παρὰ πλείστων πεμπόμενα οὐ προσήκατο 1). Ἡ δὲ τῶν Ἀθηναίων πόλις βαρύτερα τῶν προσηκόντων ἐκλέγουσα, οὐ πάνυ τι ὤνατο 2).

Τὸ δέ γε τῶν θεῶν παράδειγμα, ὅτι δῶρα καὶ ἀναθέματα c) θεοὶ δέχονται, καὶ πάνυ σοι διὰ βραχέων εἰρημένον, ἐν ἴσῳ τάχει ἀπολύσασθαι πειράσομαι· οὐδὲ γὰρ προσκυνεῖσθαί μοι προσῆκεν μήτε θεῷ μήτε αὖ βασιλεῖ Περσῶν ὄντι 3).

qui aio, non oportere privatos magna dona invicem recipere, idem dico ne civitatibus quidem esse recipienda. Tu autem hoc convenire civitatibus pro certo sumens, argumento uteris, ut probes, id privatis etiam convenire. Atqui tu me docebis, nullam quaestionem ea ipsa re, quae est in controversia, esse demonstrandam. Quod si dicas multas civitates reapse accipere eiusmodi dona, fatebor equidem plures etiam privatos eadem recipere. Id autem nos quaerimus, utrum recte et convenienter recipiant. Haec autem quaestio privatos aeque complectitur et civitates. Hanc igitur, inquam, controversam civitatum consuetudinem, si aequo iure vis agere, inter quaestiones relinques. Nam ne illud quidem ignorare te arbitror, plurimas nobilissimas et prudentissimas civitates magna dona non recepisse. Sic urbs Roma multa saepe a quam plurimis missa respuit: Athenarum autem urbs graviora quam par fuit colligens, non sane sibi profuit.

Iam deorum exemplum, quod hi scilicet dona et oblationes recipiunt, paucis a te propositum, pari brevitate dissolvere conabor: scilicet non oportuisse me a te coli, qui neque deus neque Persarum quidem rex sim.

a) Cod. σων. — b) Cod. συνοουμενων. — c) Ita cod. ε, non η.

1) Nota quot heic verba incipiant a π.

2) Thucydides I. 96. sqq.

3) Lege Aelianum var. hist. I. 31-33, et Senecam ep. XVII.

Πιθανώτατον δὴ νὴ Δία τὸ τῶν διαθηκῶν ὑπήνεγκας, πῶς a) δέποτε ἐκ διαθηκῶν καὶ τὰ μεγάλα λαμβάνοντες, παρὰ τῶν ζώντων τά τ' αὐτῶν ταῦτα b) οὐ προσησόμεθα· φθάνεις δὲ τὴν αἰτίαν αὐτὸς ὑποβάλλων· οἱ μὲν γὰρ, ὡς σὺ φῄς, ἄλλον ἄλλου προτιθέασιν οἱ κατὰ διαθήκας χαριζόμενοι· φημὶ δὲ παρὰ τούτων λαμβάνειν προσήκειν· οἱ δὲ αὖ ζῶντες, ὡς σὺ φῄς, ἑαυτῶν τοὺς φίλους, οἷς χαρίζονται, προτιμῶσιν· δι' αὐτὸ δὲ τοῦτό φημι δεῖν τὰ πεμπόμενα μὴ προσίεσθαι· βαρὺ γὰρ ὄντως καὶ ὑπεροπτικὸν καὶ τυραννικὸν, ὡς ἀληθῶς, τὸ δέχεσθαι τὰς τοιαύτας προτιμήσεις, ἐν αἷς ὁ τιμῶν ἕτερον, δῆλός ἐστιν αὐτὸς αὐτὸν ἀτιμάζων καὶ ἐν δευτέρῳ τιθεὶς τοῦ προτιμωμένου· οὐδὲ γὰρ ἵππον ἀναβαίην ἄν, ἀφ' οὗ καταβὰς αὐτός τις καὶ βαδίζων, ἐμὲ δὲ ἱππάζεσθαι ἀξιοίη· οὐδὲ ἐν θεάτρῳ καθεζοίμην, ἄλλου μοι ὑπανισταμένου· οὐδὲ ἱμάτιον δεξαίμην ἂν ἐν χειμῶνος ὥρᾳ, εἴτις ἀποδυόμενος ῥιγώη c) μὲν αὐτὸς, ἐμὲ δὲ ἀμφιεννύοι· οἰκειότερος γὰρ αὐτὸς ἕκαστος αὐτῷ, καὶ προτιμᾶσθαι πρὸς αὐτοῦ δικαιότερος.

Φῄς δὲ ξένια μὴ πέμπεσθαι θεοῖς· ἢ οὐχὶ ξένια ψαιστὰ, πόπανα, καὶ τὸ d) μέλι, καὶ ὁ οἶνος ᾧ σπένδομεν; ὡς καὶ τὸ γάλα, καὶ τὰ σπλάγχνα τὰ τῶν ἱερείων; καὶ ὁ λιβανωτὸς δὲ ξένιον θεοῦ.

Probabile in primis hercle fuit argumentum quod a testamentis desumptum protulisti: cur nimirum, quum grandes etiam opes testamentis legatas excipiamus, a viventibus porro amicis talia dona suscipere recusemus? Verum eius rei causam tu ipse praeoccupans subiecisti. Qui enim ex testamento largiuntur, alterum alteri, ut ipse ais; praeferunt: aio autem expedire ab his accipere. At superstites, sibi ipsis, ut ais, amicos, quibus donant, anteponunt: atque hac de causa dico oblata non esse recipienda. Grave enim et superbum et tyrannicum profecto est huiusmodi praelationes recipere. Quippe qui eximie alium honorat, is se ipsum aperte deprimit et inferiore loco ponit. Neque vero ego equum conscenderem, ex quo aliquis se demittens pedesque incedens, me ut equitarem rogaret. Neque in theatro sederem, alio mei causa adsurgente. Neque sinerem, ut aliquis hiemali tempore se exuens algeret ipse, me vero vestiret. Omnis enim homo proximior ipse sibi est, seque ipsum honorare quemque prae omnibus aequum est.

Dixisti etiam, vilia munuscula mitti ad deos non solere. Anne vilia munuscula non sunt liba et placentae et mel et vinum quo libamus? itemque lac et viscera victimarum? Ipsum tus vile munusculum Deo est.

a) Cod. πας. — b) Schedae ταυτῳ αυτα — c) Cod. ριπωη. — d) Cod. τι.

*

Ταῦτα μὲν πρὸς τὰ ὑπὸ σοῦ σοφῶς καὶ πιθανῶς πάνυ δημοσίων τε, καὶ θείων, καὶ διαθηκῶν πέρι προτεθέντα ἐνθυμήματα. Τὰ δὲ παρ' ἐμοῦ, ταῦτα εἰρήσθω διὰ βραχέων *a*). Ὅσα αἰτεῖν ἀναιδὲς καὶ φιλοκερδὲς καὶ πλεονεκτικὸν, ταῦτα καὶ παρ' ἑκόντος λαμβάνειν, ὁμοίως ἀναιδοῦς τινος καὶ φιλοκερδοῦς ἀνδρὸς καὶ πλεονέκτου· αἰτεῖν δέ γε τὰ μεγάλα ἀναιδὲς, πολὺ δὲ μᾶλλόν γε λαμβάνειν· καὶ οὐδὲν διήνεγκεν εἰ παρέχοντος λαμβάνοι τις ἢ ἀπὸ *b*) . . *c*) αἰτεῖν *d*) οὐδὲ λαμβάνειν . . αὐτὰ δῶρα χρὴ . . *e*) αὐτοὺς μὲν πέμποντας πενεστέρους ἀποδείξει, τοὺς δὲ λαμβάνοντας πλουσιωτέρους παρασκευάσει· ἑκάτερον δὲ τοῦτο ἐν τοῖς μεγάλοις δώροις ἔνεστιν· εἰ γοῦν ἀποτιμήσεις γίγνοιντο ἡμῖν, ὁ μὲν πέμψας τοὺς δύο τούτους παῖδας, μικροτέραν· ἐγὼ δὲ ὁ λαβὼν, μείζω τὴν οὐσίαν ἀποφανοῦμαι· οὐ γάρ ἐστιν εὐκαταφρόνητος οὔτε ἐν ἀποτιμήσει χρημάτων οὔτε ἐν ἀντιδόσει 1) οὐσίας, οὔτε ἐν ἀπογραφῇ τέλους, οὔτε ἐν καταβολῇ φόρου ὁ τῶν δύο δούλων ἀριθμός.

Ὁ δὲ τὰ βαρύτερα δῶρα πέμπων, οὐχ' ἧττον λυπεῖ τοῦ λα-

Atque haec a me disputata sint adversus ea argumenta, quae te satis sapienter et probabiliter a publico et a divino iure, nec non a testamentis sumpsisti. Iam et sponte mea paucis tecum agam. Quaecumque petere impudens avarum et cupidum est, haec eadem qui ab offerente accipiat, pariter impudens homo est et avarus et cupidus. Et impudentis quidem est magna postulare, longe tamen impudentioris accipere. Nihil autem interest, utrum ab *offerente an a* rogato *quis accipiat:* siquidem *eiusmodi dona* neque *postulare decet neque accipere;* ne scilicet *qui ea mittunt pauperiores relinquantur, et qui recipiunt ditiores evadant. Utraque enim haec labes magnis donis inest. Si igitur census nobis instituatur; illum qui dono misit haec duo mancipia, minores; me vero, si acceperim, maiores opes habere constabit. Neque enim contemnendus est sive in aestimatione divitiarum, sive in facultatum permutatione, sive in descriptione redituum, sive in tributi solutione, duorum servorum numerus.*

Iam qui dona graviora mittit, non minorem molestiam creat,

a) Cod. BRAXEΩN immixta littera *B* latina, seu potius ex usu saeculi; nam in columna Triopii Herodis Attici, qui fuit Frontonis nostri familiaris, scribuntur latinae litterae X et R pro graecis Ξ et P. — *b*) Pro ἢ ἀπὸ mavult αὐτὸς Iacobsius. — *c*) Supple versum cum dimidio. — *d*) Lege αἰτοίη οὐδὲ λαμβάνειν αὐτὰ δῶρα χρὴ ἃ τοὺς μὲν N. E. — *e*) Duae litterae hanc et praecedentem lacunam explebunt.

1) Respicere videtur Fronto ad facultatum permutationem ex iure attico, de qua re extat Isocratis oratio, cuius ampla additamenta nos ex graecis latina fecimus, et Mediolani olim nos [illegible] animadversionibus edidimus.

ων πέμποντος ἐπὶ τὸν συσφαιρίζοντα, ἢ μεγάλην a) κύλικα 1) προπίνοντος τῷ συμπότῃ· εἰς γὰρ μέθην, οὐκ εἰς ἡδονὴν, προπίνειν ἔοικεν· ὥσπερ δὲ τὸν οἶνον ἐν τοῖς σώφροσι συμποσίοις ὁρῶμεν κιρνάμενον ἀκράτῳ μὲν πάνυ ὀλίγῳ, πλείστῳ δὲ τῷ ὕδατι, οὕτω δὴ καὶ τὰ δῶρα [μιγνύναι] προσῆκεν πολλῇ μὲν σωφροσύνῃ, ἐλαχίστῳ δὲ ἀναλώματι· τίσι γὰρ ἂν φαίημεν ἁρμόττειν τὰ πολυτελῆ δῶρα; ἆρά γε τοῖς πένησιν; ἀλλὰ πέμπειν οὐ δύνανται· ἢ τοῖς πλουσίοις; ἀλλὰ λαμβάνειν οὐ δέονται· τοῖς μὲν οὖν μεγάλοις δώροις τὸ συνεχὲς οὐ πρόσεστιν, ἢ ἐκπεσεῖν ἀνάγκη τῶν ὑπαρχόντων, ὅστις μεγάλα πέμποι καὶ πολλάκις· τοῖς δὲ μικροῖς δώροις τό τε συνεχὲς 2) πρόσεστιν καὶ τὸ ἀμετάγνωστον τι. . b) τελέσαι μικρὰ πέμψαντι.

Ὁμολογήσαις δ' ἂν καὶ τοῦτο, ὡς εἴτις ἑαυτῷ μὲν ἔπαινον παρασκευάζοι, ἕτερον δ' ἐπαίνου ἀποστεροίη, οὐ δίκαιός [ἐστι]· σὺ μεγάλα δῶρα πέμπων, αὐτῷ μὲν ἔπαινον παρασκευάζεις, ὡς μεγαλοφρόνως χαριζόμενος, ἐμὲ δὲ ἐπαίνου ἀποστερεῖς προσίεσθαι ἀναγκαζόμενος· δόξαιμι γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς μεγαλόφρων τὰ τηλικαῦτα μὴ προσιέμενος· ἐν δὲ τοῖς μικροῖς τῶν δώρων τόσος c) ἔπαινος,

um qui gravem mittit ad collusorem in pilae ludo: aut qui ingens poculum compotori propinat; ad ebrietatem enim, non ad voluptatem, propinare videtur. Sicuti autem potum in modestis conviviis pauco mero, aqua plurima, misceri videmus; sic et dona cum multa moderatione, minimo cum dispendio, esse oporteret. Quosnam enim sumptuosa dona decere dicemus? An pauperes? at hi mittere nequeunt. An divites? at hi accipere non indigent. Praeterea magna dona perpetuitas comitari non potest: aut eum, qui grandia et saepe mittat, everti bonis necesse est. Parvis autem donis et perpetuitas comes est, et paenitentia ab iisdem abest, et cura *eum remunerandi qui parva misit.*

Porro et hoc fateberis, si quis laudem ita sibi comparet ut alium laudem spoliet, non iuste id fieri. Atqui tu magna cum cum mittis, tibi quidem laudem comparas excelso animo donans; me autem laude privas, si admittere cogas: nam et ego viderer excelso animo praeditus, si haec non admitterem. Quod si parva sint dona, aequa laus et mittentis quod non neglexit, ac recipientis quod non superbe se gessit. An ego tibi *insanire* videor, *quod* tuis donis *non utor?* siqui-

a) Ita N. Ego legebam in cod. μετα την. — b) Supple verbum. — c) Corr. ἴσος Iac.

1) Κύλιξ profundum poculum. Athenaeus lib. XI. 6.

2) Pittacus apud Corn. Nepotem in Thrasybulo cap. ult. *Parva munera, diutina; locupletia, non propria esse consueverunt.*

τῷ μὲν πέμψαντι ὅτι οὐκ ἠμέλησεν, τῷ δὲ λαβόντι ὅτι οὐχ' ὑπερηφάνησεν. Ματεῦσαι a) . . μὴ χρώμενος . . . καὶ σταυρωτοῦ τὸ δῶρον ἐμοῦ πέμψαντος οὐκ ἂν ἔλαβες . . παρὰ . . πεμφθέντας παῖδας ἡδόμενος προσέμην b) . . Γλαῦκος πάλαι c) . . ἔφης . . χρύσεα τῶν χαλκείων, καὶ τὰ ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων ἀμείβοντος· πᾶσα μὲν γὰρ ἀνάγκη τὸν ἀμειβόμενον ἢ πολὺ πλέονος ἄξια ἀντιπέμπειν, καὶ Ὁμήρῳ 1) μάρτυρι τὰς φρένας δοκεῖν ὑπὸ τοῦ Διὸς βεβλάφθαι· ἢ μείω ἀντιπέμποντα μὴ δίκαια ποιεῖν· τρίτον δὲ καὶ δικαιότατον εἰ πέμπεται τῷ αὐτῷ μικρὰ, καὶ τότε ἴσοις δώροις ἀμείβεσθαι· οὕτο δὲ ὁ ποιῶν ὁμοιότατος ἂν [ἔσται] ἐμοὶ τῷ αὐτὰ δὴ πεμφθέντα ἀποπέμποντι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν φίλῳ πρὸς τὸν φίλτατον πεπαίχθω d); [τροφεῦ] δὲ . . καὶ . . [λογιζομένῳ . μείζονα τὸν καρπὸν] αὐτὰ παρέξει e).

dem *ne* tu *quidem carnificis donum a me missum recepturus esses.* Quod si *mancipia nihilominus a te missa lubens recepissem*, quibus anxietatibus me nunc vexari par esset? Qua ratione autem te remunerarer? dum tu quidem, ut *Glaucus olim . . . aurea arma aeneis, pretiosa vilibus commutasses. Namque omnino necesse est remunerantem aut multo pretiosiora vicissim mittere, et, Homero teste, videri divinitus mente captum: aut deteriora rependere, et officio deesse. Tertium igitur reliquum est, idque iustissimum, ut parva dona mittantur, eademque paribus muneribus deinde compensentur. Hoc si tu facies, in eadem demum sententia versari videberis, in qua ego sum, qui ea quae ad me missa sunt, remittenda esse iudicavi. Sed haec hactenus amicus cum amicissimo luserit.* (*Educatori autem*) *et*. . . Porro *haec quo* tu *diligentius perpendes, eo maiorem fructum inde percipies.*

III. FRONTO CL. SEVERO 2) SALUTEM.

Commendandi mos initio dicitur benivolentia ortus, cum suum quisque amicum ali *f*) amico suo demonstratum conci-

a) Locum hiantem non incommode sanare videtur Iacobsius his verbis, quae ad codicis lacunam fere quadrant: ἀλλὰ παυσαίμην ἂν σοὶ μάρτυρι χρώμενος· καὶ σὺ γὰρ τοσοῦτο δῶρον ἐμοῦ πέμψαντος etc. — *b*) Lacuna duorum versuum. — c) Schedae [illegible] habent lacunam versuum septem. — *d*) Breves admodum sunt lacunae sequentes. — *e*) Explicit pagina non sine aliquo spatio vacuo, in quo videbar mihi (etsi dubitanter) legere [illegible]; sed evidenter legebam in fine aeque prolixae graecae epistulae ad M. Caes. I. 11. Iam sequens epistula ad Severum incipit initio alterius paginae. — *f*) Ita cod. pro *alii*, ut saepe in codice [illegible]

1) Iliad. Z. 236.

2) Claudius Severus peripateticus Marci fuit magister. Capitol. in M. III. De hoc loquitur etiam Galenus de praecogn. cap. II. et X. Severum quendam fratris honorifico nomine indigitat ipse Marcus de reb. I. 14. Severus [illegible] ris Marcum in Graeciam comitatus est,

liatumque vellet. Paulatim denique iste mos progressus est, ut etiam eos qui publico vel privato iudicio disceptarent, non tamen inproba res videretur iudicibus ipsis, aut iis, qui consilio adessent, commendare: non, opinor, ad iustitiam iudicis labefactandam, vel de vera sententia deducendam *a*); sed iste in ipsis iudiciis mos inveteratus erat, causa perorata, laudatores adhibere, qui id quod *b*) de reo existimarent, pro sua opinione cum fide expromerent. Item istae commendantium litterae laudationis munere fungi visae sunt. Quorsum hoc tam ex alto prohoemium? Ne me existimasses parum considerasse gravitatem auctoritatemque tuam commendando Corneliano 1) Sulpicio familiarissimo meo, qui propediem caussam apud vos dicturus est. Sed, ut dixi, veteris instituti exemplo necessarium meum laudare apud te ausus sum. Industrius vir est, strenuus, ingenio libero ac liberali, patriae amantissimus, innocentia fretus magis quam confidens, litterarum studio et bonarum artium elegantia mihi *acceptissimus* *c*) ... iusso * . . .

. . . iam . . . quicum mi[hi] . . . *d*) intercedit. Neque forte aut temere necessitudine ista sumus copulati, nec ultro me amicitiam Korneliani *e*) adpetisse fatear *f*). Laus ad me de ingenio eius iam pervaserat, quam veram ad aures meas accidisse usu didici multisque documentis expertus sum. Habitavimus una, studuimus una, iocum seriumque participavimus; fidei, consilii periculum fecimus; omnibus modis amicitia nostra et voluptati nobis et usui fuit. Quamobrem quantum plu-

* *M*. Iusso, non iussu, quia pluraliter his iussis facit.

a) Schedae videntur habere *deducendum*. — *b*) Schedae *quidquid ergo*, pro *qui id quod de reo*. — *c*) Ita supplet H. Postica autem pagina legi nequit. Item subsequentis folii pagina prior tota prorsus oblitterata est. Igitur huius epistulae perierunt saltem paginae duae. — *d*) In his duabus lacunis latent versus tres. — *e*) Ita cod.; at superius per *C*. — *f*) Ita cod.

teste Philostrato in Hadr. cap. IIII. Vide et Aristid. orat IIII. sacr. ed. Iebb. T. I. pag. 323; nec non Dionem Cassium lib. LXXVIIII. 5, a quo postremo Severi quoque adfinitatem cum Marco cognoscimus.

1) Corneliano huic inscribit Phrynichus eclogam suam, eumque dilaudat in prohoemio; tum eundem scribendis imperatorum litteris et universis Graecorum negotiis praepositum dicit voc. βασίλισσα et voc. πρόσωπα. Confer inferius ep. IIII, in qua Cornelianus a Frontone iisdem prope laudibus, quibus a Phrynicho, ornatur. Floruit autem Phrynichus sub principibus Marco et Commodo, teste Photio cod. 158.

rimum possum, tantum *te* quae[so] ut carissimo mihi homini in causa faveas . . . *a*) citarit ad accusationem nostri ordinis virum. Sed lectis concilii commentaris *b*) ta . . plane.. facit. . *c*) [propul]sare conisus est. Sollicitudo [animi] mea..*d*) multis *e*) eum verbis commendare: sed fidum amorem nostri spondet . . *f*) quid postulem, orationem vobis uuum meum verbum visum iri.

IIII. ΦΡΟΝΤΩΝ ΑΠ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΔΗΙ 1).

Κορνηλιανὸν Σελπίκιον φιλεῖν ἠρξάμην ἡσθεὶς τῷ τε τρόπῳ τἀνδρὸς καὶ τοῖς λόγοις· πέφυκεν γὰρ πρὸς λόγους ἄριστα· οὐκ ἂν δὲ ἔξαρνος εἴην τὰ πρῶτα παρ' ἐμοὶ *g*) φέρεσθαι τὴν ἐκ παιδείας φιλίαν συσταθεῖσαν· παιδείαν δὲ ταύτην λέγω τὴν τῶν ῥητόρων· αὕτη γὰρ δοκεῖ μοι ἀνθρωπίνη τις εἶναι *h*)· τῶν φιλοσόφων θεία τις ἔστω 2). βοήθησον οὖν τὰ δυνατὰ Κορνηλιανῷ ἀγαθῷ ἀνδρὶ κἀμοὶ φίλῳ *i*) καὶ οὐ φιλοσόφῳ.

FRONTO AP. APOLLONIDI.

Cornelianum Sulpicium amare coepi illectus hominis moribus et oratione. Est enim ingenio ad eloquentiam mirifice idoneo. Neque ego inficias eo, quin amicitia erduitionis causa suscepta primas apud me ferat. Eruditionem autem hanc dico rhetorum, quae mihi humana videtur: illa vero philosophorum sit sane divina. Tu ergo pro viribus fave Corneliano viro bono, amico meo et non philosopho.

V. FRONTO LOLLIANO AVITO 3) SALUTEM.

. De ami- Montanum Licinium 4) *; ita te reducem complectar, quo iureiurando mea tuaque salus aeque continetur! sic di-

a) Supple tres versus. — *b*) Ita cod. — *c*) Supple duos fere versus in his tribus lacunis. — *d*) Supple tres litteras. — *e*) Legebam *limitis* pro *multis*. — *f*) Supple tria fere verba. — *g*) Cod. ɛmoι immixta littera latina, ut p. 196. n. a. — *h*) Videtur addendum ἡ δὲ Ι. — *i*) Sic corr. N. Ego tamen legebam in codice Δαμοφιλῳ. Praeterea breve vocabulum supplendum heic videtur in schedis.

1) Apollonidem quendam chirurgum laudat Artemidorus, Frontonis nostri aequalis, de somn. IIII. 3.

2) Ironice dicit, aegre nimirum ferens ·M· Aurelii aulam a philosophis occupatam, et Marcum quotidie philosophantem.

3) Lollianus Avitus vir consularis apud Capitol. in Pertinace cap. I. Revera fuit consul anno post Frontonem, Pii imperantis septimo. Hic Lollianus est Apuleii (qui coram eo disseruit) apologia cognoscitur fuisse Africae proconsul. Laudes eius multae ibidem sunt. Adde Lollianum Avitum Bithyniae praesidem, cui divorum Fratrum rescriptum dig. L. 11.

4) De Montano Atticino (num. in

;o, ut non temere quemquam eorum, quiscum mihi hoitii iura sunt, Montano meo anteponam. Quotiescumque Roam venit, in meo contubernio fuit, meis aedibus usus *a*) t: una nobis mensa semper: postremo omnium paene reım consiliorumque communicatio et societas fuit. Huic tanm honorem haberi a te velim, quantum tuo *ipsius* contuernali consiliari[oque] . . *b*) tuo postulares . . *c*) Bonarum arım sectator est *meus* Montanus, tum doctrina et facundia t eleganti. Etsi sentio me meo artificio nimium favere, quod se nihil eloquentiae antetulerit *d*) . . Aput me antiquissimum cum laudis eloquentia possidet * . . . Ex summis benignitas opibus tribuas. Nihil postulavit *e*) pro sua verecundia, si quod probum honestumque sit et tibi datu et sibi poılatu . . . Venetus *f*) venalis est 1). Scis hoc perpetuum Vetis fatum esse, ut numquam venierit, veniat semper *g*) . . s curare. Rescribit mihi litteras se nullas accepisse. Tu cerım . . . loquar *h*) . . .

VI. FRONTO VICTORINO GENERO SALUTEM.

Has saltem *i*) . . . Ita instituimus amicitiam, ut haec vulıta officia neglegeremus vero amore contenti . . Cum amico mnia amara et dulcia communicata velim . . . savia . . nis. o pervenit, ut esset mihi non tantum carissimus sed paene ılus . . Frugi, probus, philostorgus, cuius rei nomen aput omanos nullum est 2) *k*) . . . Facundissimo omnium, quae ıa nobilitas est *l*) . . aegre abstractum contubernio meo,

* M. Laus eloquentiae.

a) Cod. *us* pro *usus*. — *b*) Supple unum verbum. — *c*) Supple versum cum dimidio. *d*) In posteriore universa pagina duae tantum legi queunt sententiae sequentes. — *e*) Ita cod. pro *b*. — *f*) Haec una sententia legitur in alia pagina. — *g*) Ita pro *veniat*. Sic apud Murat. ıer. MCCCXI. 2. *veniet* pro *venibit*. — *h*) Perierunt, praeter praecedentes lacunas, usque ad ıem epistulae versus XII. Neque tamen satis scio utrum praedictae lacunae omnes unam an ıres epistulas adficiant. — *i*) Duo haec verba post titulum lego in codice. Exin in hac pagina versibus XXXI. non supersunt nisi sententiae sequentes. — *k*) Haec una sententia legi potest in ıa oblitterata pagina. — *l*) Haec item sola verba leguntur in uno laterculo. Sequentibus vero ıssis occupantur versus XX, multis tamen verbis sparsim incolumibus.

ıriptum pro *Licinio?*) scelerato hoıine et antiquiore loquitur Plinius iuıer ep. VI. 22.

1) Sermo est, ut arbitror, de factione circensi veneta, cui Verus quidem imp. valde adversabatur. Capitol. cap. VI.

2) Eadem dicuntur ad Verum imp. ep. VII. p. 139.

quod pectoris valetudine correptus *levari isto* caelo posse *sibi magno*pere videatur; quod ut fiat opto. Cum *a*) eum inter paucissimos diligam, fac mihi cape . . . *b*) eum praesentem accipias, et propicia *c*) . . . iuxta . . . salutem . . cupio . . ita generatus est . . *d*).

VII. ACCR[ILIO PL]ARIANO 1) SALUTEM.

* Q. XXXII. Iulium Aquilinum 2), virum, si quid mihi credis, doctissimum *, facundissimum, philosophiae disciplinis ad optimas artis, eloquentiae studiis ad egregiam facundiam, ex iure eruditum, commendo tibi quam possum studiosissime. Decet a te gravissimo et sapientissimo viro tam doctum tamque elegantem virum non modo protegi sed etiam provehi et inlustrari. Est etiam, si quid mihi credes *e*) Aquilinus eiusmodi vir, ut in tui ornamentis ae[que ac] nostri merito numerandus sit. Non dubitabis ita esse ut dico, si eum audire [dispu]tantem de platonicis disciplinis dignatus fueris. Perspicies pro tua prudentia intelligentiaque summa maiorem *f*) fama *, luculentissimum verborum apparatu, maxima frequentia sententiarum. Quom haec ita esse deprehenderis, scito amplius esse in hominis moribus: tanta probitate est et verecundia! Maximi concursus ad audiendum eum Romae saepe facti sunt Plurimi nostri ordinis viri facundiam eius non modo probant, sed etiam admirantur. Officio necessario inductus est, ut [hinc] proficisceretur ad consolandam consobrinam suam casu gravi adflictam. Quantumcumque Aquilino meo honoris tribueris, id te mihi tribuere existimato.

* *M*. Laus Aquilini.

a) In codice pro *cum* videbar mihi legere *exim*. — *b*) Supple paucas litteras. — *c*) Hic supersunt usque ad finem epistulae versus VIIII, quorum nonnisi verba sequentia leguntur. — *d*) Spatiis supputatis, perierunt huius epistulae paginae prope duae. — *e*) Ita cod. at supra *credis*. — *f*) Cod. *minorem*.

1) Sic videtur legendum *Plariano*. Nam *Plarius* et *Plaria* occurrunt in inscriptionibus. Sed tamen inscriptio pisau. XXXIII. fit cuidam *Arrio P. F. Arriano*.

2) Iulium quendam Aquilinum legimus in inscriptione reperta haud procul Aquileia. Vide Gruterum CXV. 7, Muratorium DCCCLXXXVIII, 6.

VIII. FRONTO CL. IULIANO SALUTEM.

Cuperemus profecto, mi Naucelli 1) carissime, eo nos fato praeditos, ut si mihi liberi etiam virilis sexus nati fuissent 2), eorumque actas hoc potissimum tempore ad munia militiae fungenda adolesceret *a*), quo tempore tu provinciam cum exercitu administrares, uti sub te mei liberi stipendia mererent. Non longe aberit quin hoc, quod uterque cuperemus, evenerit. Nam Faustinianum 3) Sta[tirni] *b*) mei filium non minus diligo, neque minus eum diligi cupio, quam si ex me genitus esset. Is nunc sub te merebit. Tu *st*udium meliore bono an . . *c*). Quantum ex tua benivolentia Faustinianus ornamenti adsequetur, tantum tu voluptatis ex Faustiniani elegantia capies. Quam doctus sit, mihi crede; quam rei militaris peritus, praedicant omnes, sub quibus meruit. Sed tum demum doctrinae industriaeque suae fructum sese percepisse putabit, ubi se tibi probarit. Fac periculum * in militiae muneribus, fac periculum in consiliis iudiciariis *d*), fac periculum in litteris *e*), omni denique prudentiae et facilitatis usu vel serio vel remisso, semper et ubique eum parem sui invenies. Patrem vero eius egregium virum, nisi tute nosses, satis ego laudare non possem. Quin aliquanto minus dixerim, tametsi plurimum dixero. Prosus ego Sta[ti]rni mei filium qualemcumque diligerem tam hercule, quam Faustiniani mei patrem *f*) qualemcumque carum haberem. Nunc vero uter utri plus apud me gratiae conciliet, ignoro; nisi quod utrumque impensius alterum alterius gratia diligo.

* *M.* Laus exercitationis.

a) Tam in Frontonis codice quam in Cic. de rep. nomen *adulescens* per *u*, verbum vero *adolesco* per *o* scribitur. — *b*) Num legendum *Statiani?* vel potius *Saturnini?* Confer ep. 12. et 13. — *c*) Supple sex fere litteras. — *d*) Cod. *iudicaris*. Dic *iudiciaris* cum unica *i*, ut alibi apud Frontonem. — *e*) Hoc esse plagium ex Terentii Eunucho (III. 2. 23.) nos admonet etiam Nonius voc. *periculum*. Eodem plagio utitur Symmachus epist. I. 60. — *f*) Cod. *filium patrem*.

1) Cognomen hoc occurrit multo posterius in epistulis Symmachi. Item ad Naucellionem scribunt Alypius et Augustinus ep. LXX. Apud Caietanum Marinium in schedis a me lectis inscriptio est: *Eutychianae coniugi bene merenti Naucellius Castellarius fecit*.

2) Quinque liberos suos infantes amisisse ait Fronto de nep. am. ep. II. Erant ergo, ut hinc satis apparet, feminini generis omnes.

3) Faustinianum Cerellium occidit cum Iuliano item Cerellio, indicta causa, Severus imp. Spart. in huius vita c. XIII.

VIIII. FRONTO AVIDIO CASSIO 1) SALUTEM.

Iunius Maximus 2) tribunus, qui laureatas Romam adtulit litteras 3), non publico tantum munere strenue, sed privato etiam erga te officio amice functus est; ita de laboribus et consiliis tuis et industria et vigilantia praedicator ubique frequentissimus extitit. Ad me quidem minus valentem cum in suburbanam villam venisset, numquam cessavit in vesperum usque fabulas *a*) nectere itinerum tuorum et disciplinae ad priscum morem institutae ac retentae; tum in agmine ducendo et manu conserenda strenuissimi vigoris tui et consultissimae opportunitatis 4). Prorsus *b*) ut nullus miles plautinus de suis, quam *c*) hic de tuis virtutibus gloriatur, praedicaret: nisi quod Plautus de suo milite cum lepore, hic de te cum amore et cum summa fide. Dignus est quem diligas et suffragiis tuis ornes. Tuae propriae gloriae addideris, quantum dignitati praedicatoris tui adstruxeris.

X. FRONTO AUFIDIO VICTORINO SALUTEM.

Antonius Aquila 5) vir doctus est et facundus. Quod *d*) tu dicas, audistine eum declamantem? non medius fidius ipse audivi, sed credidi adfirmantibus id doctissimis et honestissimis et mihi carissimis viris, quos et iudicare recte posse, et ex animi sententia testimonium perhibere, certo scio. Velim, domine, ut adiuves eum, quo facilius in civitate aliqua istius provinciae publice instituendis adulescentibus adsciscatur. Impense istud a te peto: fautum *e*) enim Aquilae volo honoris eorum causa, qui pro eo studiose laborant: nec ita

a) Nempe *sermones*. Sic loquitur Spartianus in Pertinace cap. XII. — *b*) Ita cod. at supra *prosus*. — *c*) Ita cod. non praecedente *tam*; ut supra p. 171. — *d*) Ita cod. pro *quid si*. — *e*) Cod. videbatur *factum*; sed tamen vocabuli in schedis dubii recipio emendationem H.

1) Ei scilicet qui postea tyrannidem adversus ·M· Aurelium arripuit.

2) Ad Iunium Maximum scribuntur duae libri huius litterae. Recole indicem.

3) Scilicet de victoria parthica. Confer ad Ver. ep. III. p. 136, et praeterea Lucianum quomodo hist. scrib. cap. XX.

4) De his Vulcatius in Cassii vita.

5) Aquila natione galata, discipulus Chresti, rhetor probatissimus apud Philostratum in Chresto. Aquilam oratorem citat Consentius ed. Putsch. p. 2026. Aquilae denique romani habemus libellum *de figuris* etc.

i studerent profecto, nisi *a*) dignum tanto studio arbitraren-ır; nec, nisi facundiam eius magnopere probarent, tibi eum ommendare tantopere postularent, quom te gravissimum et rudentissimum iudicem 1) cum aliarum rerum, tum vel prae-ipue eloquentiae sciant. Ego vero etiam nomine hominis fa-eo*, ut sit ῥητόρων ἄριστος, quoniam quidem Aquila appellatur.

XI. FRONTO PASSIENO RUFO SALUTEM.

Aemilius Pius cum studiorum elegantia, tum morum exi-ıia probitate mihi carus est. Commendo eum tibi, frater. Iec ignoro nullum aduc inter nos mutuo scribtitantem *b*) usum uisse; quamquam ego te optimum virum bonarumque artium ectatorem communium amicorum fama cognossem, et tu for-asse aliquid de me secundi rumoris acceperis: sed nullum *c*) ıulchrius amicitiae copulandae reperire potui quam adulescen-is optimi conciliandi tibi occasionem. Ama eum, oro te. Cum psius causa hoc peto, tum mea quoque. Nam me etiam ma-;is amabis, si cum Pio *d*) familiarius egeris. Novit enim Pius ıostra omnia, et in primis quam cupidissimus sim amicitia-um quom eiusmodi viris, qualis tu es, copulandarum.

XII. FRONTO CAELIO *e*) OPTATO SALUTEM.

Sardius Saturninus artissima mihi familiaritate coniunctus st per filios suos doctissimos iuvenes, quos in contubernio ıecum adsiduos habeo. Magnopere eum tibi, frater, com-ıendo, et peto, si quid negotii eum ad te eduxerit, carissimum ıihi virum omni honore dignum iudices, et ope tua protegas.

XIII. FRONTO PETRONIO MAMERTINO 2) SALUTEM.

Sardius Saturninus filium habet Sardium Lupum, doctum t facundum virum, de mea domo meoque contubernio in

* *M*. Faveo illa re.

a) Cod. *studerent protectionis dignum*. — *b*) Ita cod. pro *scribtitandi*. — *c*) Ita cod. fortasse ıe *nihil*. — *d*) Cod. *cupio*. — *e*) Ita cod. Sed interdum *Coe*; attamen scripturam *Cae* habent tiam membranae Ciceronis vetustissimae mediolanenses.

1) Recole ad ·M· Caes. IIII. 13.

2) Pater hic fuit Petronii Mamertini, ui Marcus unam e filiabus suis in matrimonium collocavit Nisi potius est ipse Marci gener. Confer Capitolinum in Commodo cap. VII.

forum deductum, ad omnis bonas *a*) artis a me institutum, frequentissimum auditorem, tuum[que] maximum laudatorem . . *b*) minus [augerem] habuit . . *c*) egregias . . gravissim[um] . . ta mihi . . cum Sardio Saturnino, qui aliq . . . nostrae numeres ac diligas *d*).

XIIII. FRONTO VELIO RUFO 1) SENI SALUTEM.

Figurae orationis sunt quae maxime orationem ornant. Duplex autem genus est figurarum: aut enim verborum *e*) figurae sunt aut sententiarum. In figuris verborum est tropos *f*) metaphora. Hac figura usus sum cum figuram dixi de corpore, in quo neque sincerus, neque aqua pura, neque ullus umor *g*) liquidus, sed ita ut in palude corrupta omnia. Quod autem plerosque [fugit] te hominem vehementem, et cum doctrina tum multo magis natura validum [scirem artes] eius modicae . . *h*) as aliter . . . , . .

XV. (FRONTO VICTORINO *i*) GENERO SALUTEM).

Litteras [quas] domine . . .

. . . *Di, si recte* meremur, et mihi filiam et tibi uxorem, ut recte proveniat, favebunt; et familiam nostram liberis ac nepotibus augebunt, et eos qui ex te geniti sunt eruntque, tui similes praestabunt. Cum isto quidem sive Victorino nostro sive Frontone 2) cotidianae mihi lites et iurgia intercedunt. Qum *k*) tu nullam umquam mercedem ullius rei agendae dicendaeve a quoquam postularis 3), Fronto iste nullum verbum prius neque frequentius congarrit, quam hoc DA: ego contra quod

a) Cod. *bonis*. — *b* Supple breve verbum. — *c*) Exin ad finem epistulae sunt versus XVII, quorum paucissima verba aegre exsculpsi. — *d*) Postrema haec verba epistulam claudunt. — *e*) Cod *verbum*. — *f*) Cod. *topros*. — *g*) Ita cod. Confer ad Pium ep. V. Sane vidi amor etiam in pervetere codice auctorum finium regundorum. — *h*) Supple quatuor litteras. — *i*) Etsi haec epistula acephala est, eiusque inscriptio deperdita, tamen index cum foliorum ratione collatus diserte docet hanc epistulam et esse ad Victorinum, et coepisse *litteras* etc. et hac in sede collocari debere — *k*) Ita pro *cum* etiam in tertio Ciceronis de rep.

1) Hic est quem memorat Marcus de reb. XII. 27; vel is quem occidit Commodus. Capitol. cap. IIII.

2) Loquitur Fronto de Victorini generi sui filiolo, qui apud se educabatur, scilicet de ·M· Aufidio Victorino Frontone, qui deinde pater fuit, ut additur, ·M· Aufidii Frontonis, de quo vide inscriptionem pisaurensem a nobis editam p. 156.

3) De Victorini abstinentia legito Dionem LXXII. 11.

possum aut chartulas ei aut tabellas porrigo, quarum rerum petitorem eum esse cupio. Nonnulla tamen et aviti ingenii signa ostendit. Uvarum avidissimus est: primum denique hunc cibum degluttivit, nec cessavit per totos paene dies aut lingua lambere ubam *a*), aut labris saviari, aut gingivis lacessere ac ludicrari. Avicularum etiam, cupidissimus, pullis gallinarum columbarum, passerum oblectatur: quo studio me a prima infantia devinctum fuisse saepe audivi ex his qui mihi eductores aut magistri fuerunt. Senex etiam quanto perdicum studio tenear 1), nemo est, qui me leviter noverit, qui nesciat. Nullum est enim factum meum dictumve, quod clam ceteris esse velim: quin cui rei mihimet ipse conscius sim, ceteros quoque omnes iuxta mecum scire velim . . . *b*).

XVI. FRONTO VICTORINO [GENERO] SALUTEM.

Graviter oculos dolui . . *c*) nullus dolor. . . *d*) aut . . interis *e*) . . aut internati oriebantur inter nativum, Graeci ieron oston, Svetonius *f*) Tranquillus spinam sacram appellat. Ego me neque graecum neque latinum vocabulum ullius membri nosse mallem, dum istius doloris expers vitam degerem...

XVII. (FRONTO VICTORINO GENERO SALUTEM *g*).

Ad [maius] tempus . . . . .

. . . et Varianis 2) *h*) alumnis masculis feminisque sestertium deciens singulis reliquit 3) usurarium proprius *i*) quam propri[um]: nam quinquagena annua 4) ab Augusta 5) singulis dari iussit. Plerique omnes, qui eam curaverant, frustra fue-

a) Ita cod. etsi paulo ante *uvarum*. — *b*) Desiderantur ad finem epistulae versus XXII. — *c*) Desunt aliquot, ut puto, versus. — *d*) Supple unum verbum. — *e*) Desunt aliquot fortasse litterae. — *f*) Cod. *Svetonius*. — *g*) Legi nequit hic titulus propter oblitteratam paginam. Rursus quantum desit epistulae, eandem ob causam ignoro. — *h*) Vel *Vakanis*, nam dubia est lectio codicis. — *i*) Ita cod.

1) Confer ad ·M· Caes. V. 37.

2) Num filii Variae Hedonis, qui tutore utebantur Vario Hermete? Certe de Variae filio pupillo extat divorum Fratrum rescriptum dig. XL. 12. 27. Praeterea Varus consul fuit anno Pii imperantis ultimo.

3) Sermo est de hereditate Matidiae, de qua recole ad ·M· Anton. imp. II. 12.

4) Quae est usura quincunx sortis praedictae. Confer Scaevolam dig. XLVI. 3. 102. ff. 3; atque inde intellige hunc fuisse sub Antoninis usurarum modum.

5) Faustina Marci.

runt. Ne librae *a*) quidem singulis ponderatae sunt. Ausi tamen sunt nonnulli navi scilicet et strenui viri codicillos, quos iampridem Matidia inciderat, obsignare, cum illa sine sensu ullo iaceret. Ausi *b*) etiam sunt codicillos istos aput Dominum ·N· 1) ut probe ac recte factos tueri ac defendere 2). Nec sine metu fui, ne quid philosophia perversi suaderet 3). Quid ad eum de re scripserim, ut scires, exemplum litterarum 4) misi tibi.

In oratione bithyna, cuius partem legisse te scribis, multa sunt nova addita, ut arbitror, non *c*) inornate: locus in primis de acta vita, quem tibi placiturum puto, si legeris quid in simili re ·M· Tullius pro ·L· *d*) Sylla egregie scribtum reliquit: non ut par pari compares, sed ut aestimes nostrum mediocre ingenium quantum ab illo eximiae eloquentiae viro abfuat *e*).

XVIII. FRONTO PRAECILIO POMPEIANO 5) SALUTEM.

Verum ex me, mi Pompeiane, uti res est audies; velimque te mihi verum dicenti fidem habere. Orationem istam pro Bithynis 6) ante annum fere in manus sumpseram et corrigere institueram. Tibi etiam Romae tunc agenti nonnihil *f*) de ista oratione promiseram. Et quidem, si recte memini, cum sermo inter nos de partitionibus orationum ortus esset, dixeram et prae me tuleram, satis me diligenter in ista oratione coniecturam *g*), quae in crimine mandatae caedis verteretur, divisisse argumentis ac refutasse. Interea nervorum dolor solito vehementior me invasit, et diutius ac molestius solito remoratus est. Nec possum ego membris cruciantibus

a) Cod. *ne libris quidem singulis ponderati sunt. Aut si tamen ponderati sunt nonnulli etc.* — *b*) Cod. *aut si.* — *c*) Cod. *non ut.* — *d*) Ita cod. mendose *L* pro *P*. Librarius nimirum [illegible]cinatus est de L. Sylla dictatore cogitans. — *e*) Ita videtur cod. Sane novimus *fuat* pro *sit*; et quidem apud Frontonem p. 163. — *f*) Cod. *nonnihil agenti.* — *g*) Cod. *coiecturam.*

1) Dominum nostrum, nempe Marcum imperatorem.

2) De re eiusmodi citat Antonini rescriptum Caius inst. lib. II. 120.

3) Sic Cicero de Murena XXXVI. dicit perversam sapientiam stoici Tuberonis.

4) Harum scilicet habes mediocre fragmentum ad Antoninum imp. lib. II. 12.

5) De Pompeiano (sed [illegible] *Praecilio*) loquuntur epistulae ad Marcum Caes. V. 34. 35.

6) Aliae sunt causae bithynae in quibus peroravisse Frontonem (sed [illegible] seniorem) ait Plinius ep. [illegible] VI. [illegible].

operam ullam litteris scribendis legendisve impendere; nec umquam istuc a me postulare ausus sum. Philosophis etiam mirificis hominibus dicentibus, sapientem virum etiam in Phalaridis tauro inclusum, beatum nihilominus fore 1), facilius crediderim beatum eum fore, quam posse tantisper amburenti in aheno prohoemium meditari, aut epigrammata *a*) scribere. Reconciliata deinde mihi longo post tempore commoda valetudine, alias egi res potius: adversus istam orationem alienato animo fui; nec pudebit me fateri odium ac simultatem . . *b*) Redit igitur post repudium renuntiatum oratio domum meam, et mecum denuo mansitavit . . . anucella * . . .

XVIIII. FRONTO PRAECILIO POMPEIANO SALUTEM.

Lege carissime mihi . . . . . .

XX CL. IULIANO.

Habuisti igitur domi *c*) . . .

. . . *d*) omnes provinciales loqui. Multa etiam laboriosius facere, quam ipsa res postulat: acta cognitionum, epistulas omnis denique ad provinciam adtinentes. Te iuvabunt tuisque . . . con . . . adsidue . . *e*) munera obires *f*) . . *cum honore* provinciales tractare: ut verum sit quod antiqui veteres *g*) dixerunt τοῦ αὐτοῦ εἶναι καὶ παίζειν καὶ σπουδάζειν. Valerianum 2) . . bonus si . . bui . . studebam *h*) . . conclusus: nec me Valerianus noster videre potuit. A dominis nostris Imperatoribus non propter aliud amari me opto, quam ut te quoque participem mei corporis et animi diligant: et cum bonitate

* *M.* Ab anu anucella *i*).

a) Num est mendum codicis pro *epichiremata*, quoniam de orationibus sermo est? N. Ceterum Frontonis cuiusdam epigrammata duo sunt in anthologia gr. (Lipsiae MDCCCXIIII.) XII. 174. 233. — *b*) Sequens unica legitur sententia in alia pagina oblitterata. — *c*) Ex indice hoc initium sumo. — *d*) Sequentes reliquiae pertinent quidem ad epistulam scriptam Iuliano; verum utrum sint partes huius, an potius sequentis, an denique utriusque, definire non audeo. — *e*) Oblitterati sunt versus prope tres. — *f*) Supple unum verbum. — *g*) Fronto in differentiis vocabulorum: *antiquum est, quod excessit patrum memoriam; vetus annorum multorum sentit utilitatem.* Sed tamen num heic legendum *attici* pro *antiqui*? B. — *h*) In his lacunis latent versus octo. — *i*) Ita pro *anicula*, sicuti ad M. Caes. IIII. 6. est varia lectio *matercella* pro *matercula*.

1) Confer Cic. in Pis. XVIII. et alibi; et Lactant. inst. III. 27, qui id dictum diserte tribuit Epicuro.

2) Valerianum quidem Pertinacis magistrum novimus ex huius imperatoris vita cap. XII.

corpore certus sum ita fore. Quom tibi scriberem, paulo commodius valebam. Adhuc quidem eo tempore eram ex longissima mea valetudine. quam contra curam *a* . . atque *b* . . male mulcavit, recitavi in senatu satis *c* . . . repeteretur postularetur. Fac, mi Naucelli, valetudinis tuae curam agas, ut fortis ad nos venias. Di praestabunt, ut me quoque forticulum invenias. Valerianus ·N· magnus ad te plagas rettulit, quas ab omnibus *d* . . gravius eum tractavi quam Stratombian (aut Pyrallum 1). Stragula mihi linea sculpta quae germani *e* . . . Munus hoc ab ineunte aetate infrequens habui et paene neglectum: nec quisquam est hominum Romae *f*), qui rarius quam ego scripserit ad amicos aut rescripserit: nec quisquam de *g* . . quam . . noscitur . . .

XXI. FRONTO CL. IULIANO SALUTEM.

Nescio quo pacto fit . . . .

XXII. FULVIANO 2.

Ego [genus] hoc epistularum . . den . . ultro citroque . . tibi . . tas est . . te . . tamen . . amicis et comitibus . . hi . . possi . . quod . . non . . post . . quae *h*) neque duco neque umquam querar. Quid igitur? Non[ne] illud quoque evenire solet, ut is qui [diu] amaverit quem[piam] subita vel levitate morum vel copia novorum amicorum desinat amare *? Scis saepenumero hoc *i*) multis usuvenisse, sed non nostrae

* *M.* Amicorum copia veterem amicum desinat amare.

a) Supple versum. — *b*) Exin versus X. legi nequeunt. — *c*) Supple duos versus. — *d*) Supple iterum duos versus. — *e*) Supple versus decem. — *f*) Ante vocabulum *Romae* fortasse est aliqua littera. — *g*) Paginae versus extremi sex legi nequeunt. Superiora autem fragmenta partim fortasse, ut dixi, ad sequentem epistulam pertinent. Num ab illa lacuna munus *hoc* etc.? Quom tamen nullus titulus mihi in oblitteratis paginis occurrerit, haud mihi licere putavi materiam, quae unico folio contineretur, sine probabili causa separare. — *h*) Haec sola verba exsculpsi ex oblitterata pagina. — *i*) Schedae post *hoc* addunt *saepe*, etsi praecessit *saepenumero*.

1) Monstra viderentur haec vocabula, praesertim quia paginae oblitteratione sunt obscurata, nisi *Paralius* esset inter occisos a Commodo Capitol. cap. IIII; tum vero *Pyrallis* et *Pyrallus* in inscriptionibus apud Grut. et Murat. Item *Pyrallius* legitur apud Photium cod. CLXXXVII. p. 461. Sed in meo cod. dubitabam olim an legerem *Pyladem pro Pyrallum*. De *Paralio* quodam Symmachus ep. lib. II. 1. De *Paralo* Macrobius saturn. I. 1.

2) Num ille est qui olim fuit Sallustius, et sub Vero imp. militavit? Legatis ad Ver. imp. ep. III.

mensurae hominibus . . hoc . . alias . . amicis *a*) . . dilige[ntiae] . . *b*) nostrae mediocritas retinet.

XXIII. FRONTO SARDIO SATURNINO SALUTEM.

Gravissimum casum tuum * recenti malo consolari nequivi, periculosa valetudine ipse et *c*) in hoc usque tempus conflictatus *d*); cum quidem mihi languore fesso plurium aegritudinum [venit] nuntius amissi iuvenis nostri, quem tibi optimum filium fors iniqua abstulit, mihi iucundissimum contubernalem. Quam ob rem quamquam reciperata sit commoda valetudo, tristitia tamen inhaeret animo meo, magisque in dies augetur maerore Lupi ·N· 1) fratrem optimum misere desiderantis. Quom praesentem ac loquentem vix consolarer, sentio quam difficile *e*) te absentem per litteras consolari. Neque postulo ut maerere desinas; id enim frustra postulabo, sed ut moder*atius* . . . .

XXIIII. FRONTO IUNIO MAXIMO SALUTEM.

Humani casus homini . . . . .

XXV. FRONTO SARDIO SATURNINO SALUTEM.

Hortatus sum con . . . .

XXVI. FRONTO IUNIO MAXIMO SALUTEM.

Per Ulpium nos . . . . . .

. . . *ho*nestatis gravitatisque tuae praedicatorem: quem cupio ad me celeriter remittas. Neque enim cum alio ullo tanta mihi familiaritas est, aut tantus usus studiorum bonarumque artium communicandi *f*). Multo etiam mihi iucundior erit, quom sermones de te mutuo recolemus ac recensebimus.

* *M.* Consolatoriae 2).

a) In his lacunis sunt versus quinque. — *b*) Supple unum verbum. — *c*) Malim *ipsemet*. — *d*) Ita cod. — *e*) Supple *sit*. — *f*) Nota gerundii constructionem non vulgarem. Et quidem ipse Cicero phil. V. 3: *Antonio facultas detur agrorum suis latronibus condonandi*.

1) Recole ep. XIII. huius libri.

2) Nempe aliae sequebantur olim in codice integro epistulae consolatoriae, ut etiam subsequentia vestigia innuunt.

XXVII. FRONTO SQUILLAE GALLICANO 1) SALUTEM.

Mire scri- pistula. * Tibi, domine frater 2), commodius evenit, qui pro filio nostro praesens trepidaveris, quam mihi qui trepidaverim absens. Nam tua trepidatio pro eventu actionis facile sedata est; ego, quoad mihi ab omnibus contubernalibus nuntiatum est quo successu noster orator egisset, trepidare non destiti. Et tu quidem ad singulos orationis successus, prout quaeque sententia laudem meruerit, gaudio fruebare; at ego domi sedens perpetua sollicitudine angebar, ut qui periculum actoris recordarer, laudibus actionis non interessem. Tum praeterea multiplicis tu fructus abstulisti: non enim audisti tantum, sed et vidisti agentem; nec eloquentia solum, sed etiam vultu eius et gestu laetatus es; ego tametsi quid dixerit scio, tamen ignoro quemadmodum dixerit. Postremo . . *a* [cui Callistus lacrimas] . . patrem . . adeptus es . . quia . . . gaudeo . . et . . hodie . . esse si hodie . . mens . . In forum descendit natalibus nobilis, de foro rediit eloquentia quam genere nobilior.

Legi emendavi qui supra.

.M. FRONTONIS EPISTULARUM AD AMICOS LIB. I.

FRONTONIS EPISTULARUM LIB. II. *b*).

a) Exin lacuna est versuum XXVI, quorum non nisi pauca verba aucupatus sum. — *b*) In cod. omisso, hoc secundo loco, titulo *ad amicos*, et auctoris praenomine. Recole autem dicta in calce libri II. ad Antoninum imp. Iam titulus *ad amicos* rectius se habet quam ille apud Tullium *ad familiares*, quem haud veterem esse, nedum tullianum, docti critici iamdiu docuerunt. Quare propemodum auctor sum, ut in futuris Tullii editionibus frontonianus hic adsumatur.

1) Gallicanus cum Titiano consul anno Hadriani imperantis XI. Alius Gallicanus consul anno Pii imp. XIII. Postremi huius, ut puto, filium ad eloquentiam Fronto erudivit.

2) Suum quoque fratrem appellat *dominum* Fronto ad Ver. imp. ep. VII. Iam in hunc honorarium titulum festivus extat Palladae lusus in graeca anthologia X. 44. ed. Lips. MDCCCXIII.

Ἢν ὁ φίλος τι λάβῃ, ΔΟΜΙΝΕ ΦΡΑΤΕΡ εὐθὺς ἔγραψεν.
ἢν δ' αὖ μή τι λάβῃ, τὸ ΦΡΑΤΕΡ εἶπε μόνον.
ὤνια γὰρ καὶ ταῦτα τὰ ῥήματα· αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ ἐθέλω ΔΟΜΙΝΕ· οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.

Huic si quid donas, mox FRATER DOMNE *vocaris:*
Si nihil, is dicit tunc modo FRATER *ave.*
Venales tituli! Tu me vocitare caveto
DOMNUM, *nam donum porgere non habeo.*

Confer item iocantem in hoc Martialem epigr. V. 57.

EPISTULARUM AD AMICOS

LIBRI II. INDEX.

VOLUMNIO QUADRATO

Secreto habebo *a*).

VOLUMNIO QUADRATO.

Castricius noster.

VOLUMNIO QUADRATO.

Legam, fili.

CORNELIO REPENTINO.

Fecisti, frater Contucci.

[CAVIO] MAXIMO 1).

(Cum gravitatem *b*).)

ARRIO ANTONINO.

Multum amicorum.

ARRIO ANTONINO.

Sicut eos qui.

ARRIO ANTONINO.

Gratulor mihi plerosque.

* ARRIO ANTONINO.

Valerius Clitianus.

* IIIVIRIS ET DECURIONIBUS

Meae gloria totius.

IIIVIRIS ET DECURIONIBUS.

Quantae mihi curae.

. . . . 2) . . . .

) Ita legebam in indice. Mox tamen in ordine evidenter *secretum servabo*. — *b*) Hoc lui-
aud legere potui in codicis litura, sed extat in indice ad Pium.

Vix dubito quin haec fuerit illa ıla, quam dedi in libro ad Pium, illic et contenta fuit, et eam retinere propter argumenti sui naturam. Sa- : tres alias huius secundi libri ad s, in indice ad Pium memoratas ose vidimus, quas tamen illinc me- amovimus non sine codicis ipsius m heic repetentis auctoritate.

Codicis spatium obscuratum, inter epistulae *quantae mihi curae* titulum, initiumque libri, non plus capit quam quatuor aliarum epistularum titulos, si tamen id spatium totum scriptura occupatum fuit. Denique quum hunc indicem in schedis meis aliquantum differre a mediolanensi editione viderem, schedis meis autographis mihi adhaerendum putavi, quoniam nunc ad codicem ambrosianum non est aditus.

·M· FRONTONIS

EPISTULARUM AD AMICOS

LIBER II.

I. VOLUMNIO QUADRATO 1).

Secretum servabo ita ut vis: legam libenter, itaque ut soleo corrigam, quantum manus, quae infirmissimae sunt, tolerare poterunt. Ex voto studiorum cultum teneto; et, si quid vacui temporis detur, exercendo ingenio occupare.

II. VOLUMNIO QUADRATO *a*)

Castricius noster 2) libellum tuum mihi heri reddidit de balneo egredienti, ut mane ad me veniret ad rescriptum accipiendum. Per noctem ita vexatus sum tussi et vigiliis, ut necessario in quintam horam dormierim. Ita Castricium nostrum detinui. Ciceronianos 3) emendatos et distinctos habebis; adnotatos *b*) a me leges ipse; in volgus enim eos exire quare nolim, scribam diligentius.

III. VOLUMNIO QUADRATO.

Legam, fili, libenter *c*) orationem istam, quam misisti mihi, et *d*) si quid videbitur corrigendum, corrigam, sed librari manu: nam mihi manus dextera doloribus non mediocribus *e*). Cum istis tamen doloribus in circum delatus sum.

a) In foliis ad Pium tantummodo *Quadrato* tam heic quam in sequente epistula. — *b*) Sic in antiquis saepe codicibus habentur emendantium subscriptiones: *finivi emendavi, contuli, adnotavi, distinxi.* — *c*) *Libenter* abest a folio ad amicos; est tamen in folio ad Pium. — *d*) Et abest a folio ad amicos, sed est ad Pium. — *e*) Ita cod. sine verba.

1) Num est ille iuvenis Quadratus, cui Marcus partem maternorum bonorum sibi obvenientem tradidit? (Capitol. in ·M· VII). Hic etsi apud Capitol. dicitur *Mummius*, in quibusdam tamen codd. est *Muninius*, unde licet fortasse exsculpere *Volumnium* N.

2) Titum Castricium illustrem rhetorem sub Hadriano laudat Gellius I. 6. II. 27. XI. 13. XIII. 21.

3) Subintellige libros, ut apud ipsum Ciceronem de N. D. I. 30.

Rusum *a*) [enim] studio circensium teneor * *b*) . . quantum . . tuoque . . orationis . . hic cupiat . . non . . hic libel . . colat . . item composita sit rhetorico tota.

IIII. CORNELIO REPENTINO 1) FR. PR. *c*) SALUTEM.

Fecisti *d*), frater 2) Contucci 3), pro tua perpetua consuetudine et benignitate, quod Fabianum 4) spectatum in iudiciis civilibus, frequentem in forum *e*), meum familiarem, ita tutatus es, ut ei existimationem incolumem conservares. Meritis tibi parem gratiam referundam di immortales prospe *f*) . .

V. ARRIO ANTONINO 5).

Multum amicorum . . . .

. . . eram. Demonstratus est mihi a *g*) doctis et multum mihi familiaribus viris, quorum apud me voluntas ipsorum merito

* *M*. Fronto studio circensium inpense tenebatur *h*).

a) Ita cod. pro *rursum*. Varro apud Augustinum de C. D. VII. 23. appellat deum quendam *Rusorem*, ita dictum, *quod rursus* (dic *rusus*) *cuncta eodem revolvuntur*. — *b*) Exin usque ad finem epistulae sunt versus XVII, quorum pauca verba leguntur. In folio autem ad Pium ne verbum quidem legitur propter oblitterationem. — *c*) Ita legebam evidenter in codice. — *d*) In folio ad Pium tota haec epistula oblitterata est. — *e*) Ita cod. — *f*) Desideratur in codice folium, seu paginae duae; in quibus nimirum extitit finis huius epistulae, et multa pars etiam epistulae ad Gavium Maximum, quam exhibui in libro ad Pium propterea quod ibi quoque continebatur. — *g*) Cod. *ed doctis*. — *h*) Hoc lemma legitur etiam in folio ad Pium.

1) Cornelius Repentinus (sed, ut puto, iunior) gener Didii Iuliani imp. et praefectus urbi; Spartian. in Iul. cap. III. Vide et Grut. inscr. LXV. 5. Apud Nerinium in historia sacrae aedis s. Alexii cap. XXII. fistula plumbea aquaeductuum habet inscriptionem *Sex. Cornel. Repentin. PR. PR.*, quibus postremis siglis corrigenda videtur pars illa scripturae codicis ambrosiani *FR.*

2) S. Cyrillus in commentario (a nobis edito) ad Lucam XIV. 12. reprehendit *fratris* titulum amicis ex assentatione datum.

3) *Cheionio Contuccio* extat inscriptio apud Fabrettum pag. 101. Item *Contuccius* apud Gruterum T. I. XCIII. 11. inscriptio metrica, quam habet etiam Burmannus anthol. lat. T. I. p. 64. Manserunt in Italia hoc nomen et cognomen, v. gr. in Contuccio sculptore celebri et architecto, et Contuccio Contucci S. I. antiquario praef. musei collegii rom.

4) Mustium Fabianum inter nobiles a Severo imp. indicta causa occisos numerat Spartianus in Sev. cap. XIII.

5) Videtur intelligendus ille Arrius Antoninus, quem Pertinax dictus est adfectati imperii apud Commodum insimulavisse; Capitolin. in Pert. cap. III. quemque reapse Commodus occidit; Lamprid. in Com. cap. VII. (Alius igitur fuit Arrius Antoninus de quo decernit Severus imp. dig. XXXVI. 1. 37.) Is Antoninus Asiae cognoscitur fuisse proconsul e praedicto Lampridii loco, atque etiam e Tertulliano ad Scap. cap. IIII. Nunc videmus eum fuisse Venetiae praesidem, in qua urbe Concordia; nisi quis mavult de aliis Concordiis cogitare.

valet plurimum. Igitur, si me amas, tantum Volumnio 1) tribue honoris facultatisque amicitiae tuae complectendae: οἱ γὰρ φίλτατοι ἄνδρες 2) conciliaverunt eum mihi. Igitur tam comi amicitia accipias velim, quam ille Me[noctiadi] volebat *a*) ζωρότερον δὲ κέραιρε quom imperabat.

VI. ARRIO ANTONINO.

(CAUSIDICATIO PRO VOLUMNIO SERENO.)

Have mi domine fili carissime. Sicut eos, qui dicta factaque tua administranda provincia maximis laudibus ferunt, laetus ac libens audio, ita si quis quid remurmurat aut deprecatur *b*), multo scrupulosius autsculto *c*), et quo quicque modo gesseris aut iudicaveris requiro, ut qui existimationi tuae famaeque iuxta quam meae consultum cupiam.

Volumnius Serenus concordiensis, si nihil in iis, quae apud
. Veritati, rei. me commemorarunt *d*), verae rei * desit aut addidit, iure meritoque utetur me apud te vel patrono vel precatore *e*). Quod si ultra epistulae modum videbor progressus, eo eveniet, quod ea res postulat, ut cum epistula coniuncta sit quaedam causidicatio *f*). Rem omnem ita ut mihi Volumnius exposuit proponam: simul et unumquidque verum ne sit rogabo 3). Estne lege coloniae Concordiensium cautum, ne quis scribam faxit, nisi eum quem decurionem quoque recte facere possit? Fueruntne omnes et sunt ad hoc locorum *g*), quibus umquam scriptus publicus 4) Concordiae latus est, decuriones? Factusne est Volumnius decreto ordinis scriba et decurio? Pensiones plurimas ad quartam usque ob decurionatum dependit 5)? Ususne est per quinque et quadraginta annos omnibus decurionum

a) Ita videbatur codex pro *volebat Menoctiadi*. Confer p. 208, n. f. Est autem quaedam anastrophe, ut apud Cic. de rep. I. 36. — *b*) Cod. *depraecatur*. — *c*) Ita cod. heic et in Ambros. In exemplis elocutionum habes *absculto*. — *d*) Ita cod. nisi forte est mendum pro commemorant. — *e*) Cod *praecatore*. — *f*) *Causidicatio* repetitur in margine ut notabile vocabulum. — *g*) Cod. videbatur habere *locarum*.

1) Intellige Volumnium concordiensem, de quo scribitur sequens seu epistula seu causidicatio.

2) Iliad. ι. 201.

3) Est haec causidicatio carptim et κατὰ κεφάλαια, id est capitulatim scripta, quo genere ait Plinius ep. VI. 22. (ubi de eiusmodi oratione) veritatem statim ostendi.

4) Scribatus officium. Gell. VI. 9.

5) De pensionibus pro introitu in curiam loquitur Plinius ep. X. 113.

'aemis *a*) commodisque, cenis publicis? In curia, in spe-
aculis cenavitne, seditne, ut decurio censuitne? Si quo usus
it publice legando, legatusne est Volumnius saepenumero 1)?
st ne Volumnio legato perviaticum *b*) publice decretum 2)?
em legationis de re *c*) frumentaria *d*) gratis a Volumnio su-
eptae 3) estne in commentariis publicis scripta commemo-
tio? Si omnia ista, quae supra dixi, ita decreta, ita de-
ensa, ita gesta sunt; quid *e*) est cur dubites post quinque
quadraginta annos sitne decurio qui scriba fuerit, pecu-
am ob decurionatum intulerit, commoda decurionatus usur-
iverit, munia functus *f*)? Et quid est, mi fili, quid est quod
ta probari tibi plenius velis? Quoniam quae *g*) . . . sed
'o . . istum . . num . . debet . . defenderit *h*) . . pro honore
.tis *i*) non video qui possit asse[qui] non insitus. Quid quod
aperatores nostri 4) in Isidori 5) Lysiae causa ita constitue-
int? *k*) . . aut . . an legatio . . dis, pecuniam intulerit, mu-
a fecerit. Post ista ultro citroque a me rogata atque re-
ionsa, nonne etiam praeiudicium *l*) . . delatus est Volumnius
iasi in curiam inrumperet, cum ei ius *m*) introeundae cu-
ae non esset ut relegato 6), quod neque ante exilium pro
ecurionatu omnem pecuniam, neque ullam posterius intulis-
:t. Quae cum longissimis temporibus forent perorata, Lol-
us Urbicus 7), causa inspecta, nihil adversus Volumnium

a) Ita cod. — *b*) Ita omnino cod. H. mallet *semper viaticum*. — *c*) Cod. *cerem* pro *de re*. — *d*) Cod. manu *frumentarium*, 2. *frumentariam*. — *e*) Cod. *id*. — *f*) Ita cod. sine *fuerit* vel *sit*. — *g*) De-erantur huius paginae oblitteratae versus XXXVII. cum dimidio. Sunt autem in hac epistula ximae lacunae. Quippe e sex foliis ingentibus has reliquias eruimus; et alia praeterea folia for-m amissa sunt. — *h*) Haec tantum verba legebam in oblitterata pagina sequente. — *i*) Num › *satis*? — *k*) Exin legi nequiverunt versus XVIII. — *l*) Rursus non legebam versus prope inque. — *m*) Schedae *eius* pro *ei ius*.

1) Erant enim legationes munia de-
rionum. Dig. L. 7. 4. ff. 5.

2) Sic Cicero pro Flacco VIII: *spe
gationis et viatico publico prolectat.*
onfer dig. L. 7. 10.

3) De legatione gratis suscepta dig.
. 7. 11.

4) Ergo haec epistula scripta est sub
perio divorum Fratrum.

5) Isidorus quidem aegyptius rebel-
vit sub M· Aurelio. Dio lib. LXXI. 4.
ed tamen Isidorus Lysias homo alius est.

6) Hominibus ignominia censoria notatis adhuc ad honorem aditus et ad curiam reditus fuit, teste Cicerone pro Cluentio XLII. Tamen dig. L. 2. 5. ordine moti ex crimine, quod ignominiam importat, in perpetuum moventur. Ergo Volumnius ob levius crimen fuerat relegatus. Confer dig. loc. cit., itemque divorum Fratrum rescriptum leg. 13.

7) Lollius Urbicus legati munere fungens Britannos vicit, Pio imperante. Capitol. in P. cap. V.

statuit; sed loco . . tus . . simul per . . ignominia . . inuritur sempiterna. Non idem dedecus est homini solitario ignominia feriri, quantum dedecus est plena liberis ac nepotibus domo infamia notari, cuius infamiae aspergo * inquinat simul multos et dedecorat. Sicut non eadem clades est in proelio unum equitem obtruncari, et triremem frangi. Tur . . armato . . . et . . remis vero . . petierit . . Leges pleraeque poena sanciunt, ne quis felicem arborem succidat 1). Quaenam est arboris felicitas? rami fecundi et frugiferi, bacis et pomis onusti. Nemo cannam et harundinem, quamvis proceram, felicem dixerit. Aequiusne est arboribus honori adque tutelae poma et bacas esse, quam hominibus liberos nepotesque *a*)? Globus equitum romanorum, pars curiae, in uno homine dehonestatur. Raro umquam tot simul capita de caelo tacta sunt, quot tu condemnasti . . Ille qui esse quam videri bonus maluit, fortunis parum prosperis usus est . . . Verum est, illum, qui opinionem virtutis neglegat, ipsam quoque neglegere virtutem 2): neque quisquam bonas artes magno opere studet adipisci, quas adeptus necne sit, non studet scire . . * de sententia . . cumulare . . verbum quod in sententia . . curia . . . qur . . miror . . principio . . sin repudium dare, et Cneus orbari possit, id dubito. Namque id, quod longum sit, posse interdum fieri longius, altum altius, numerosum numerosius: haec et eiusmodi verba video admittere aliquod augendi laxamentum *: pleno autem plenius nihil fieri posse. Nam et poculum profecto si plenum sit, magis conpleri frustra postules, nisi effuderis *b*). Enimvero quom *c*) omnibus negotiis

* *M.* Haec aspergo numero singulari. — * *M.* Donicum pro donec *d*).

* *M.* Sunt verva *e*) pleraque quae admittunt aliquod augendi laxamentum *etc. ut in textu.*

a) Aliquod, ut puto, verbum oblitteratum heic fuit, ut spatia schedarum innuunt. Sequentes autem et praecedentes sententiae pleraeque in margine servatae sunt, quae tamen inter se ferme cohaerent. — *b*) Verbis *nisi effuderis* non videtur fuisse locus in contextu; ea tamen sunt in margine, ubi sententia repetitur. Item in mediolanensi editione subiunxi verba *prius . . post . . tam voluit existimari. Cupio item* . . quibus non est locus in schedis, neque memini cur ea heic collocaverim: alioqui videntur referri ad locum superiorem de virtute, quam neglegit ostentationem sui. — *c*) Schedae *quem*. — *d*) Hoc demonstrat in his lacunis fuisse verbum *donicum*. — *e*) Ita cod. *v* pro *b*.

1) Dig. XLVII. 7. 2, Paulus V. 20.

2) Consonat fere Cassiodorius var. VIII. 31: *Virtutibus fama tollitur, si earum merita in hominibus nesciuntur.*

[a]rtata sint tempora . . tempus alterum . . coniunctum alterum, reputes cum animo tuo an in ista causa tempus argumenti probandi careat *a*). Ante quam decurio . . per . . Creari debuit? creatus est. Usurpare honorem debuit? multifariam usurpavit. Post quam usurpavit, pensionibus inferre pecuniam debuit? quater intulit. Munia decurionatus . . et esset . . quidem . . labrum sum . . et tanta re . . dentas parum valent, quidquid huc additum fuerit, frustra abundavit *b*). Nam ubi quae ad fidem sat esse oportet, satis iudici non sunt, nullus finis ambiguitatis. Ut rectam ingressis viam certus itineris est finis ac modus; errantibus autem peragrare facilius est quam pervenire . . minores sis . . Nunc aut . . alter tentent . . quantum est, nisi quod sunt . . Lenissimum, mansuetissimum, doctissimum, piissimum, in causa non dicam bona, finge enim ambigua, tanto natu senem prohibuisse curia interim. Cui aetati omnium vacatio munerum data est 1) * . . actatem nulla lex, si sacramento adiguntur . . mei tua et aut igno . . Seni septuaginta annos egresso insignem maculam infligis, quando, oro te, abolendam? Quantulum enim vitae reliqum *c*) est ad exuendam infamiam et pristinam dignitatem recuperandam? Hoc quod vocas interim, quanti sperabit *d*)? Si tantisper [dedisset,] paulisper sperabit. Quis segeti torridae messem procrastinat? quis vindemiam maturam ac distillantem differt? quis tempus prorogat pomis mitibus, aut floribus marcentibus, aut facibus ardentibus? Etiam soli . . centi verbum est interim occi . . confestim. Vellem sicut tu senem differs, ita aetas quoque differret . . Adulescentiae *e*), iuventuti prolixa vitae curricula data sunt, sicut diebus et noctibus interdum licet esse longis: senectus crepusculum est, quod longum esse non potest . . tes metienda sunt. Proculus 2) . . . biennium

* *M*. Laus senectutis.

a) *Carere* construitur interdum cum accusativo casu. — *b*) Num pro *abundabit?* — *c*) Ita cod., contradicente tamen Martiano Capella lib. III. cap. de mutis. Sed enim ipse Frontonis codex, nedum Fronto, antiquior est Martiano. — *d*) Nisi mavis legere *quantisper abit*. Sed obstat quod mox in schedis lego diserte *paulisper sperabi*, replicato *sper*. — *e*) Ita cod. sine copula *et*; ut supra p. 172. v. 1.

1) Maiores annis LV. ad decurionatum inviti vocari constitutionibus prohibebantur. Dig. L. 2. 2. ff. 8.

2) Num ille Proculus intelligitur, ad quem rescripserunt divi Fratres dig. XXVI. 5. 24?

illud . . est . . Homini seni quidquid interim fit, iuxta interim fit . . inrogatam . . praevertit, et quinquennium in triennium artavit. Namque meum . . lata tum . . nium . . facit.. clementer. Proculus homo ingenio ad cetera remisso et delicato, sed in sententiis dicundis [ad] puniendum [paulo duri]or et infestior . . . Plerique ad cetera [minime] serii, in iudicando tamen asperi fuere; scilicet ut pro severitate, qua carebant, obtensui *a*) saevitiam subornarent. Biennium tunc de.. dem Volumnio pro . . nunc . . biennium vita . . agi a te . . entia tua res . . detrahi ignominiam *ius*seris nepotibus, genere adfinibus, quibus . . domi patrem fratre*sque* reliqueris. Subleva misericordia aetatem familiarem tibi et patritam . . et rescindas . . interim dis . . vel tutus eum si vita . . vel dolor . . decurio . . pec . . te . . meum . . in te . . neret qui.. omnem pro decurionatu pecuniam dependisset. Sibi . . ni . . num fili . . ni . quae . . quidem interdum facias *b*) . . .

VII. ARRIO ANTONINO.

Gratulor mihi plerosque . . . *c*) *in hac opinione* esse, me a te non secus quam parentem observari. Eo fit, ut ad me decurrant plurimi qui tuam gratiam cupiunt. Quos ego non temere nec sine dilectu audio, sed probe petentibus suffragium meum impertio: iis vero, qui [ut]rum probe quid a te impetratum velint, *ignoro d*), nego ut a me potius . . *e*) nec ulla me potius Baburiana 1) . . *f*) caros mihi viros et magno opere iis obsequi cupiam. Ita tamen in illa . . *g*) potissima ut iustitiae tuae ratio *h*) . . tuae humanitati congruens videbatur, desiderium Babureanae *i*) commendandum [tibi] recepi, et quam possum studiosissime commendo *k*) . . ego per . . de

a) Ita cod. in textu et in margine. — *b*) Ad finem epistulae desideratur unum verbum, quod legere nequivi. In huius autem paginae postremae lacunis latent versus XXIII; nam versu quarto et vigesimo incipit alia epistula ad eundem Arrium Antoninum. Superiorum autem paginarum lacunas haud omnes lectori metitus sum, propter earum nimium vel spatium vel numerum. — *c*) Supple tres versus cum dimidio. — *d*) Tantum fere spatii in schedis est. — *e*) Supple duos versus. — *f*) Supple unum verbum. — *g*) Vix aliqua littera desideratur. — *h*) Supple iterum duos versus. — *i*) Ita heic cod. — *k*) Exin in codice usque ad paginae finem desiderantur versus XXXVI, quorum minimam partem legere licuit.

1) Baburiae Plotiae extat Tergeste inscriptio apud Murat. MCCCXII. 10. Arrius vero Antoninus videtur [illegible] regionem iuridicus rexisse.

opere extruenda . . extructum. Videbatur . . dependi . . pronuntiasti quid ad . . quo vot[um] . . agas quod [fuit] tradendum superest quod a te . . in pauca conferam. Sententiae tuae Baburiana non aequo animo sed prompto etiam et paene . . . igitur postulat, quod tibi non ambiti[osum] concessu, Baburianae vero iucundum impetratu fuerit . . sententia tua usurarum . . penditur . . extruendo adiungatur . . hone . . quondam . . petita . . Contulisse . . infamia *a*) multata videtur. Id populo *b*) quoque . . .

VIII. ARRIO ANTONINO.

Valerius Clitianus . . . .

VIIII. IIIVIRIS ET DECURIONIBUS.

Meae gloriae totius . . .

X. IIIVIRIS ET DECURIONIBUS 1).

Quantae mihi curae . . .

2) multoque malim patriae nostrae tutelam auctam, quam meam gratiam 3). Quare suadeo vobis patronos creare et decreta in eam rem mittere ad eos qui nunc fori principem locum occupant, Aufidium Victorinum, quem in numero municipum habetis *c*) 4), si di consilia mea iuverint: nam filiam meam despondi ei 5): nec melius aut mihi posteritatem *d*),

a) Schedae *infamiam*, sequente alia *m*. Sic in antiquissimo codice concilii chalcedonensis lego *patisse* pro *pati se*. Contrarius autem error aeque in codicibus frequens est. — *b*) An *postulo*? — *c*) Emendat *habebitis* N. Sic revera infra scribitur. — *d*) Emendat *in posteritatem* H. Certe Augustinus serm. LXXXVI. 9. saepe ait consulere *in posterum*.

1) Videlicet urbis Cirtae. Cicero quoque ad fam. XIII. 76. scribit IIIIviris et decurionibus. Cirtensium res publica bis nominatur in rescripto Severi imp. dig. XXII. 6. 9.

2) Quod heic scribo fragmentum sine dubio datur ad IIIviros et decuriones; verum utrum idem ad priorem epistulam an ad hanc posteriorem pertineat, paulo incertius est. Ego posteriori attexere malui, propter illud initium *quantae mihi curae*, quia reapse Fronto in fragmento magnam curam se patriae suae gerere declarat.

3) Videntur Cirtae decuriones petivisse a Frontone ut patriae tutelam susciperet; hic vero suadere, ut alios potius patronos adsciscant aetate vegetiores et in foro romano frequentiores.

4) Quia videlicet Victorinus, ducta unica filia Frontonis, in huius familiam transibat. Quare et nepos ac pronepos Frontonis dicuntur ·M· Aufid. Front. in epp. ad amicos I. 15, et de nepote amisso p. 156. n. 1.

5) Hinc cognoscimus hanc epistulam scriptam esse haud postremis Frontonis annis.

aut meae filiae in omnem vitam consulere potui, quam cum talem mihi generum quom *a*) illis moribus 1) tantaque eloquentia elegi. Servilium quoque Silanum 2) optimum et facundissimum virum iure municipis patronum habebitis, cum sit vicina et amica civitate Hippone regio. Postumium Festum 3) et morum et eloquentiae nomine recte patronum vobis feceritis, et ipsum nostrae provinciae et civitatis non longinquae. Horum patronorum non mediocrium 4) . . *b*) familiares essent vicinia . . *c*) adesse adversus rem . . *d*) nolint . . *e*) dicam quoad aetas mihi et valetudo integra fuit negotia . . sunt . . aetate . . *f*) *coloniam* nostram 5) [forensium] et iuniorum praesidiis esse fundatam. Nec . . *g*) nere quantus . . nostra . . *h*) virum popularem habeamus, et virum consularem ius publicum respondentem. Ego quoque, ut spero, quoad aetatis vis viguit, in officiis civilibus non obscure versatus sum. Alii quoque plurimi sunt in senatu Cirtenses clarissimi viri. Postremus est honor maximus, tres vestri cives *i*) . . . sed etiam suave est *k*) . . utor quo *l*) . . sed vos melius est iam nunc interdum *m*) . . quantum *n*) . . .

a) Cod. 1. manu *cum*, tum superadditum *quam*, mendum haud infrequens in hoc codice pro *quom*. Ceterum de *quom* pro *cum* erudite Scaurus apud Putschium p. 2261. sq. — *b*) Supple ferme tres versus. — *c*) Supple unum versum cum dimidio. — *d*) Supple verbum. — *e*) Supple versum et paulo plus. — *f*) Perierunt in his lacunis ferme tres versus. — *g*) Supple duas circiter litteras; fortasse *genere*. — *h*) Lacuna versuum ferme VIII. — *i*) Lacuna versuum XIII. — *k*) Supple duo verba. — *l*) Supple verbum unum. — *m*) Supple verbum unum. — *n*) Exin ad folii usque finem obscurati sunt versus quatuor.

1) Symmachus ep. VIIII. 7: *novi futuros generos moribus aestimari.*

2) Servilium Silanum occidit Commodus (Lamprid. cap. VII.) Certe illi Silano, qui fuit consul anno Commodi imp. decimo, plerique auctores in fastorum Sigonii continuatione nomen faciunt *Servilium*. Num autem hic est auctor silaniani senatus consulti, circa quod habuit orationem divus Marcus cod. iust. VI. 35. 11? Ita fere olim existimavit Cuiacius. Vide Pitiscum voc. senatus consultum silan.

3) Festum Postumium cum Frontone nostro fabulantem facit Gellius XVIIII. 13. Lubet autem observare, Titianum illum oratorem, qui a Sidonio ep. I. 1. dicitur secta frontonianus, in inscriptione vetere (Sirmond. ibid. in not.) dici sectatorem Festi: *Postumio Titiano oratori pronepoti et sectatori M. Postumii Festi oratoris.* Fuerunt igitur, nisi fallor, nomina Titiani *Iulius Postumius Titianus*: secta autem Festi eadem fere Frontonis.

4) Merito Africa prae ceteris [illegible] dicitur a Iuvenale 148. *nutricula causidicorum.*

5) Cirta colonia fuit cognomine Sittianorum. Plin. hist. V. 2; Mela I. 6. 3. Recole dicta in praefatione cap. de vita Frontonis.

·M· FRONTONIS a)

PRINCIPIA HISTORIAE 1).

. . . Ut magnis rebus gestis historia non indiligenter scri- nonnihil studii et rumoris auctura sit; sicut ignem quanvis magnum vel levis aura si adflaverit, adiuverit. Ubi ıum frater tuus 2) commentarium miserit, rem co[piose]

ı) Deest in schedis praenomen *Marci*. Sunt autem fragmenta huius opusculi lacunis malistracta et pessumdata, quare nonnisi coniecturis, et valde quidem incertis, ea disponere d unum tuto et in hac et in vetere mea dispositione secutus sum, ne quod in singulis st, id, invita veritate, cum aliorum foliorum materia commiscerem.

Ad belli parthici divorum Fratrum ·iis gesti conscribendam historiam certatim auctores eius temporis xerunt; quos ut ineptos et insania m scribendi correptos irridet Lu- ı in opere *quomodo scribenda sit* *ia:* in his nominatim appellat mi- ı quendam civem, tum Creperium rnianum pompeiopolitanum, Callimum medicum sextae contariorum, hium quendam, Antiochianum hie- ım Apollinis, el Demetrium sagasem: quorum omnium lucubratio- erierunt. Utrum Lucianus Fronto- ɟuoque nostrum prae oculis ha- ., haud constat (immo is videtur rum tantum auctorum curam ge- : namque illum Φρόντιν, quem pro *Frontone* ait Lucianus scri- ab inficeto quodam historico, cen- otius existimandum esse Fronto- llum ·M· Claudium, bello parthico n ducem, de quo in praefatione s sum. Illam certe Fronto noster sl cap. VII. reprehensionem non ;, quod non tam belli parthici hi- a, quam romani imperatoris lauem, videtur scribere. Atqui maio- ı modum poposcerat ab eo Lucius er. imp. ep. III.) ut se in historia aret: multi enim mortales sunt, qui se cupiunt titulo etiam falsae laudis ornari; Fronto autem noster regiorum diuturnitate beneficiorum ad nimiam assentationem fuerat eruditus. Iam ad titulum *principia* quod adtinet, primum observo hanc vocem videri studiose adscitam a Frontone propter eius latinam originem prae voce *prohoemium*. Sane sic loquitur C. Iulius Victor in sua arte rhetorica a nobis edita cap. XV; nec non Quintilianus inst. IV. 1. (Certe etiam apud Graecos Demetrius phalereus scripsit προοίμιον ἱστορικὸν, teste Laertio V. 81.) Tum haud scio an Frontoni quoque Lucianus illudat, cum ait quosdam huius belli historicos prohoemia splendida et tragica exornavisse, mox tamen pusillum historiae corpus subiunxisse. Sed enim plane non constat, utrum Fronto historiam reapse postea scripserit, praesertim tam capulari et acheruntica aetate. Scripsit certe eam graece Asinius Quadratus sub Philippis clarus; quod opus, nunc deperditum, laudant Capitolinus in Vero cap. VIII, Vulcatius in Cassio cap. I, et non semel Stephanus byz. in urbibus.

2) Sic loquitur Fronto, quia scribit haec historiae principia ad Marcum Aurelium imp. Recole autem ad Ver. imp. ep III. et VIIII.

scribere adgrediemur, si tamen hoc, quod gustui mittimus a), non displicebit . . Tantas res a te gestas, quantas et Achilles gessisse cuperet et Homerus scribsisse 1) . . laborationibus . . his . . [rursus] vereor ne quando [taceo in solifundiis] *concentibus* et modis absonum quid modulatu et cantu cecinerim . .

Eorum profecto uberrima ingenia frustra fuissent, nisi magnificis se rebus scribendis occupassent: itemque nisi pro magnitudine rerum gestarum, scribtorum quoque ingenia congruerent . . . *

Herculi *b*) erumnae *c*) celebres si [non re] etiam, disciplinae . . Enimvero fandi agendique laudibus longe praestantissimus omnium Cato Porcius . . in navium . . Deus al . . . tur tuendi eius ergo denominatus: ita Cato oppidatim statuis ornandus, qui primam latini nominis sobolem et italicarum originum pueritias inlustravit . . .

. . . Imperium populi romani ad flumina hostilia porrectum 2) . . principa . . cum pueri . . et mihi . . .

Liberum amanti est inculpatum silentium. Namque ceteri mortales praesenti die mentiuntur; scribtorum mendacia tam culpam quam memoriam merent sempiternam 3) . . comminisci . . parem. Nam . . praesen*ti* die minuunt . . immo non est . . gens . . certum est . . *Romulus cum Remo* fratre * . . .

. . . Macedonum spes *d*) torrentis modo magna vi ortae

* *M.* Homerum dicit. Xenophon hic sub Cyro stipendia fecit 4).

* *M.* Ordo regnorum ante Romam 5).

a) Sic Seneca ep. CXIIII, ubi loquitur de quodam Sallustii putido imitatore, ait: *gustum tibi dare volui.* — *b*) Ita pro *Herculis*, ut alibi ipse Fronto, et saepe eiusmodi nomina apud Ce. — *c*) De *erumna* sine diphth. in prima syllaba satis dicit Forcellinus. — *d*) Ita cod. Sed hunc emendare videtur *opes* N.

1) Quamquam haec de Vero dici viderentur, nihilominus Fronto prorsus scribit ad Marcum, quem revera bella plurima gessisse constat. Nisi is forte in opere quidem adloquebatur Verum, in epistula autem praevia Marcum. Romanum imp. graecus quoque belli parthici scriptor Achilli contenderat, se autem Homero, apud Lucianum op. cit. cap XIIII.

2) Victoriae scilicet parthicae fructus fuit fuga Vologesi regis ultra Euphratem et Tigrim, observante Iamblicho apud Photium in codice XCIIII fa.

3) Polybius lib. I. 14.

4) Ergo in lacunis memoraverat etiam Xenophontem Fronto, et quidem ut puto res Cyri minoris. Nam Lucianus op. cit. cap. XXIII. meminit cuiusdam, qui belli huius historiam exorsus erat imitando xenophonteum initium τῆς ἀναβάσεως.

5) Ergo in lacunis fiebat transitus ad Assyrios, ad Persas, et ad Macedones.

brevi die occiderunt: quorum unius humanae prolis aetate imperium extinctum est. Nam illa quae Alexandri comites familiaresque tenuerunt, praefecturae magis, quam imperia, appellandae . . .

Nemini usquam oppidum neque tectum diutinum *a*) aut limen inveteratum: libertatem inopia sortiti, quia inopem subigendi sterilis fructus laboris capitur . . . Vagi, palantes, nullo itineris destinato fine, non ad locum sed ad vesperum contenditur 1) . . . *b*).

. . . *direp*tionibus clades ediderunt, latronum potius quam hostium numero duco. Soli hominum Parthi adversus populum romanum hostile nomen haud umquam contemnendum gesserunt 2). Id satis demonstrat non Crassi modo clades et Antonii foeda fuga, sed etiam fortissimi imperatoris Traiani ductu legatus cum exercitu caesus 3), et principis ad triumphum decedentis haudquaquam secura nec incruenta regressio 4).

Bella igitur duo maxima *c*) a duobus maximis 5) imperatoribus adversum Parthos nostra memoria pari eventu bellata contendere inter sese pro copiis cuiusque ducis et temporibus pergam 6): haud ignarus, fortissima facinora viventium gravatius, mortuorum gratius accipi: faveri praeteritis, invideri prasentibus 7) *d*). Namque invidia semper . . *e*) per-

a) Schedae *diutunum*. — *b*) Praecedentes sententiae pleraeque erant in margine; nam paginae ipsae legi nequeunt. Id saepe usuvenit in hoc opusculo. — *c*) Burmannus ad Quintil. I. 7. observat, Traiani aevo scribi solitum *maximus* pro *maxumus*. Confer Longum p. 2216, Scaurum p. 2259. — *d*) Ita in ordine; at in margine *praesentibus invideri*. — *e*) Hinc ad finem paginae sunt versus XVI, quorum pauca verba leguntur.

1) Sic fere Sallustius Iug. XVIII. Nam Fronto noster haud secius adhaeret Sallustio quam simius ille Arruntius apud Senecam ep. CXIIII, aut quam Thucydidi futiles illi Graeci apud Lucianum.

2) Sic Nazarius paneg. Const. cap. XXXVIII: *Persae ipsi potens natio et post romanam magnitudinem in terris secunda*. Porro ad ius triumphi romani obtinendum necesse erat ut devicta gens digna esset quae hostis populi romani diceretur, duce scilicet illustri, et nomine ac numero haud spernendo praedita; non vero quae latrociniis tantum aut excursionibus provincias p. r. infestas redderet. Cicero de invent. II. 37.

3) Maximus. Recole de bello parth. p. 144. n. 4.

4) Lege Dionem lib. LXVIII. 29.

5) Traianus et Verus dicuntur *maximi* in inscriptionibus et in nummis.

6) En propositum huius opusculi frontoniani.

7) Innuit criminationes adversus Verum in Syria luxuriantem iactatas, quas inferius etiam excusare nititur Fronto.

sistere . . de . . in . . docebit ut dempta visque [extra] posse [quo] bi . . an . . [ecce] . . visui . . Ubi primum magnum ducem res publica poposcit 1), omnibus arpinati paupertate, aut nursina duritia ducibus 2) bellicosior extitit . . Parthos romano sanguine inpiatos . . tranquillus . . oratoribus * . . atque . . † olim adversus Romanos intentum et infestum, et in-
Q. XV. 3) structum 4), bellis exercitatum . . ab insidiis ad . . ratum . . ad omne facinus audendum praeceps agebatur, nullo iam scelere, quod atrocius auderet, reliquo. Tum praeterea . . no datum . . trato bellum . . randum . . Ad hoc . . in bellum profectus est cum cognitis militibus hostem parthum contemnentibus, sagittarum ictus post ingentia Dacorum falcibus inlata volnera despicatui habentibus *. Multos militum imperator suo quemque nomine proprio 5) atque castrensi cognomine [io]culari appellabat. Pigros . . vel corniculo vel [aureo] vel partim . . cuiusque . . tores triumphus . . disset. Lucio milites aut dilectu novo tirones sumendi fuerunt, aut . . et molli militia corrupti. Namque post . . tratae. Hadriano * principe regundis et facunde appellandis exercitibus suis inpigro, sed a summ . . bellorum. Hadrianus *a*) provincias manu Traiani captas omittere maluit, quam exercitu retinere 6). Eius

* *M*. Panegyricus Vologesi *b*) 7).

* *M*. Parthorum sagittas militibus nostris post ingentia Dacorum falcibus inpacta vulnera contemnentibus. — * *M*. De Hadriano.

a) *Hadrianus* est ex margine; nam in contextu locus huic verbo non est. — *b*) Ita hic cod. rectius sine diphth. At contra idem cod. p. 130 Est autem nota haec varietas et lis.

1) Prorsus ex Plutarcho in Mario cap. XI. ἅμα τὸ πρῶτον ἐν χρείᾳ μεγάλου στρατηγοῦ γενέσθαι καὶ περισχέψασθαι τὴν πόλιν.

2) Intellige Marium et Vespasianum. Marius dicitur *hirtus* a Paterculo lib. II. 11. Tum de arpinate severitate Cic. de leg. I. 1.

3) Ita lego in schedis meis. Ceterum ex urbe Mediolano scriptum mihi olim fuit, videri, etsi dubie, XXXVI.

4) Nempe bellum Vologesus paratum sub Pio, Marci et Veri tempore indixit. Capitol. in M. VIII.

5) Confirmat hoc de Traiano Plinius paneg. cap. XV.

6) Spartianus in eius vita cap. V; Augustinus de C. D. IIII. 29.

7) Recte Fronto Vologesi virtutem bellicam laudavit, ut inde gloriam victoris exscalperet. Contra fecerat ineptus quidam historicus apud Lucianum cap. XIIII. Vologesum hunc vocat Perozem Samuel aniensis in chronico a nobis Mediolani edito, deque eodem ad an. Ch. CLII. notabile hoc scribit: *Perozes Vologadius, nempe victor, idcirco vocitatus est, quia Romanos invasit.*

itinerum monumenta videas per plurimas Asiae atque Europae urbes, et regum . . exercitus . . suum . . neminem umquam post vidit nem[ine] apstinendo *a*) uni omnium romanorum principum Numae regi aequiperandus 1) * . . pertum est da . . his *rem* publicam sibi administrandam . . sis a patria . . nec belli adversus Parthos instaurandi [auc]tor 2) . . *b*) ta longa desuetudine bellandi miles romanus ad ignaviam redactus. Nam cum omnibus artibus tum praecipue rei militari desidia noxia est. Per . . est . . experiri, et . . milites in campo exercere. Corruptissimi * vero omnium syriatici milites 3), seditiosi, contumaces, apud signa infrequentes . . praesidiis vagi . . ac palantes de meridie . . *c*) temulenti; ne armatu quidem sustinendo adsueti, sed inpatientia laboris armis singillatim omittendis in velitum atque funditorum modum seminudi 4). Praeter huiuscemodi dedecora malis proeliis ita perculsi fuerunt, ut ad primum Parthorum conspectum terga verterent, tubas quasi fugae signum canentis *d*) audirent. Tantam militaris disciplinae labem coercuit, industria sua ad militandum exemplo proposita 5). Primus ipse in agmine haud saepius equo

* *M*. Qualis Antoninus fuerit.
* *M*. Vituperatio syriatici exercitus corrupti.

a) Per *aps*, non per *abs*, diserte indicat scribendum esse hoc verbum Curtius Valerianus grammaticus in Putsch. p. 2289. — *b*) Supple dimidium versum. — *c*) In his lacunis pauca verba perierunt. — *d*) In margine *canentes*.

1) Frontonem imitatur Capitolinus in Pio cap. ult.

2) Lucius idcirco Traiano melior, quod Traianus gloriae cupiditate auctor fuit belli parthici instaurandi, contra Lucius inlatum retudit.

3) Confer ad Ver. imp. ep. I. p. 133.

4) Confer Livium XXIII. 18. de Poenis ad Capuam; Dionysium hal. in hist. supplementis, quae nos edidimus Script. vet. T. II. p.489, de Gallis in agro albano.

5) Quae sequitur descriptio boni laboriosique ducis, videtur quidam communis locus in quo historici aeque ac rhetores pro suo libito exsultaverunt. Sic nimirum loquitur de Hannibale Livius XXI. 4; de Hadriano Dio LXIX. 9; de Corbulone Tacitus annal. XIII. 35. Idemque de Vespasiano hist. II. 5; de Traiano Plinius paneg. cap. XIII. sqq. et Ausonius in gratiar. act. n. 76, de Iuliano Mamertinus gratiar. act. cap. XI. sqq.; de Valentiniano seniore Symmachus laud. pr. cap. XIIII; ne Africani apud Appianum, et Metelli apud Sallustium, descriptiones commemorem. (Confer etiam Frontonem ad Ver. ep. I. p. 134) Igitur et Fronto hanc sibi boni ducis imaginem deesse noluit; quamquam, ea Lucio Vero, molli et inepto imperatori, minime conveniebat. Itaque, ut verbis Lactantii utar, leonis laudibus murem non ornavit sed obruit et obtrivit. Sic apud Lucianum cap. XV. Creperius belli parthici scriptor, non verba solum a Thucydide sed res etiam mutuatus dicitur.

vehi, quam pedibus fatisci: tam solem torridum facile, quam diem serenum ferre: pulverem confertum pro nebulis pati: sudorem in armis, ut in ludicris, insuper habere: caput apertum 1) soli et imbribus et grandini et nivibus, neque *a*) adversus tela munitum praebere: spectandis in campo militibus operam dare, et aegros intervisere: non incuriose per militum contubernia transire; sed forte temere Syrorum munditias introspicere *et b*) Pannoniorum inscitias: de cultu cuiusque ingenium arbitrari. Sero ipse post decisa negotia 2) lavari *c*): mensa sobria, victu in castris plebeio: vinum loci, aquam temporis bibere: primam vigiliam facile vigilare, postremam iamdudum expergitus opperiri *d*): labore magis, quam otio laetari; otio ad laborem abuti: vacua militaribus tempora civilibus negotiis occupare. In paenuria subita ramis nonnumquam et frondibus pro supellectile usus est, caespitem interdum ut torum incubans. Somnum cepit labore paratum, non silentio quaesitum. Graviora [de]mum perverse facta severe animadvertit, leviora sciens dissimulavit: locum paenitendi reliquit. Nam delicta sua plerique, dum ignorari putant, corrigunt; ubi manifesta sciunt, inpudentia obfirmantur 3) . . . certaminis . . necessita[tis] . . visset providere per tot opsidionum, proeliorum acrium *e*), stationum, castellorum excidendorum aperta discrimina, curas et *animum* dispergere non . . ducem tametsi . . pore . . num consentirem . . * . . gnarus . . portare . . *lon*gior mora . . impe. * . . quamobrem . . etiam tum iunioris decere . . [qu]ominus ad trium*phum* * . . habitus. Quantum a stipendiis ocii datum, in venando occupatus . . * pauculis diebus in fascis tenentur, illi in pannis sunt omnem aetatem. Itaque bonus ille imperator . .

* *M*. De legibus [amoris]. — * *M*. Cuiusmodi sint hostes Parthi. * *M*. Panegyricus Traiani imperatoris. — * *M*. De Parthorum belli more.

a) Heic videbar mihi legere interpositum *se;* quod si ita est, mutare oportet in praecedentibus interpunctionem. — *b*) Addo *et*. — *c*) Cod. videbatur habere *lavat et*. — *d*) Cod. quibus ut p. 187. — *e*) Ita cod. Sed dic *arcium*, praeposita interpunctione.

1) Praeceptum platonicum hoc est, observante Hieronymo comm. in Matth. I. 10. 10.

2) Ex Horatio, ut certe videtur, epist. I. 7. 59.

3) Sic ait Dio lib. LII. 26.

venire captivos iubebat . . sint ingratiis quid ego, quippe cui . . sin . . num me . . Piscibus in caudis est, avibus in pinnis, anguibus serpendi vi . . quod quis . . . spectes, Lucius consiliorum sollertia longe . . Sciret catafractos *a*) similes esse beluis piscibus, eas eludere alto mari cernuantis . . magn[as personare] . . * . . Equi lubrico instabiles, manus frigore irritae, arcus imbribus enerbes . . . litteras ultro dederat, bellum, si vellet, condicionibus poneret: dum oblatam pacem spernit barbarus, male mulcatus est 1). Ea re diluoide patet, quanta Lucio cura insita sit militum salutis, qui gloriae suae dispendio redimere cupiverit pacem incruentam. Traiano suam potiorem gloriam in sanguine militum futuram, de ceteris eius studiis multi coniectant 2). Nam saepe Parthorum legatos pacem precanteis *b*) dismisisse *c*) inritos 3). Iustitiae quoque et clementiae 4) fama apud barbaros sancta de Lucio: Traianus non omnibus aeque purgatus. Regnum fortunasque suas in fidem Luci *d*) contulisse neminem paenituit: Traiano caedes Parthamasiri regis suplicis *e*) haud satis excusata. Tametsi ultro ille vim coeptans tumultu orto merito interfectus est, meliore tamen Romanorum fama impune supplex abisset, quam iure supplicium luisset 5). Namque talium facinorum causa facti latet, factum spectatur: longeque prae-

* M. Laus Traiani.

a) Olim edidi *catafractos equos*, sed enim *equos* deest in schedis, nec non in textu Nazarii, qui etiam scribit *ph* pro *f*. — *b*) Ita cod. 1. manu; at 2. *praecantis*. — *c*) Ita cod. — *d*) Ita cod. pro *Lucii*. — *e*) Cod. heic et p. 137. cum unica *p*; sed mox infra cum duabus.

1) Nazarius paneg. Const. cap. XXIIII: *Antoninus* (nempe .L. Verus Antoninus) *imperator, in toga praestans et non iners nec futilis bello, cum adversum Parthos armis experiretur, visis cataphractis, adeo totus in metum venit, ut ultro ad regem conciliatrices pacis litteras daret: quas cum rex immodicus animi respuisset, insolentia barbari debellata est.* Neque sane dubito quin Frontonem Nazarius legerit: rei certe huius nusquam alibi mentio esse videtur.

2) Testes Dio LXVIII. 17, et Victor XLVIII. 10; contradicente nequicquam laudatore Plinio paneg. cap. XVI. XVII.

3) Dio loco citato.

4) L. Veri clementia diserte laudatur a Spartiano in Aelio Vero cap. ult.

5) Parthamasirem Armeniae regem a Traiano occisum tradit diserte cum Frontone Eutropius hist. VIII. 2. Xiphilini quoque excerpta ex Dione LXVIII. 18. Παρθαμάσιριν ἐτιμωρήσατο. Quamquam autem in excerptis ursinianis rex ille dicitur dimissus incolumis a Traiano, tamen Frontoni potior fides habenda est.

stat secundo gentium rumore iniuriam neglegere, quam adverso vindicare. Bello parthico utroque consulares viri duo exercitum utrique ducentes obtruncati 1): Severianus quidem Lucio ab urbe nec dum etiam tum profecto. Enimvero cum praesens Traianus Euphrati *a*) et Tigridis portoria equorum et camelorum trib[uta onera] . . *b*) cer *c*) caesus est. Illud eti[am] *d*) *commune utrique est vitio da*tum bello [incipiente] histriones ex urbe in Suriam accisse 2). Sed profecto sicut arborum altissimas vehementius ventis quati videmus, ita virtutes maximas invidia criminosius incessit. Ceterum bello an pace clarior Traianus imperator existimandus sit, in ambiguo quidem pono: nisi quod armis etiam Spartacus et Viriathus aliquantum potuere 3); pacis artibus vix quisquam Traiano ad populum, nisi qui adaeque, acceptior exstitit. Ipsa haec cum pri . . *e*) ae nonne illis optrectationibus faces sunt? Ex summa civilis scientiae ratione sumpta videntur, ne histrionum quidem ceterorumque scaenae aut circi aut harenae artificum indiligentem principem fuisse 4), ut qui sciret, populum romanum duabus praecipue rebus, annona et spectaculis, teneri 5): imperium non minus ludicris quam seriis probari: maiore damno seria, graviore invidia ludicra neglegi: minus acribus stimulis congiaria quam spectacula expeti: congiariis frumentariam modo plebem singillatim placari ac nominatim, spectaculis universum . . Quod . . se oporteat . . Namque ut

a) Ita cod. ut supra pp. 78. 129. 224. — *b*) Supple paucas litteras. — *c*) Ita legebam in codice. Atqui hoc loco *Maximus* scribi debebat vir consularis qui periit bello Traiani parthico, ut dixi in notis ad ep. de bell. parth. — *d*) Exin suppleo in cod. versum cum dimidio. Id autem supplementum mihi dant schedarum mearum liturae. — *e*) Supple paucas litteras.

1) De Maximo quidem recole bell. parth. p. 144. n. 4. Ad Severianum quod adtinet, eum fuisse natione gallum docet nos Lucianus pseudomant. cap. XXVII: tum q. hist. scrib. cap. XXI. et XXV. ridiculas de mortis eius genere narrationes memorat ineptorum historicorum. Re autem vera Severianus sub initiis parthici belli cum integra legione, mala pugna pugnata, caesus est.

2) De Traiani theatro in Syria lege Dionem LXVIII. 24; de Lucii Veri theatrali insania Capitolinum.

3) Sic Fronto etiam superius ep. de eloq. p. 169.

4) Theodoricus tamen rex apud Cassiodorium var. I. 20. partem hanc dicit minimam regalium sollicitudinum.

5) Notum est Iuvenalis X. 78. de populo romano sollemne dictum: qui dabat olim — imperium, fasces, legiones, omnia; nunc se — continet, atque duas tantum res anxius optat, panem et circenses.

famem . . plane. Neptunum Martemque mole[stias] illas sibi . . est arceant non . . magis aut . . avis [votum] . . quam ludeis *a*) spectaculorumque caerimonieis placarei. Ei rei pompas et carpenta et tensas et exsuvias a maioribus dicatas, elephantos . . populus romanus usus sit spectaculeis de[serti] . . constrepi aut linguis pluribus omina[ri]. Haec a me refutanda 1) . . sunt. Ceterum . . Lucius *b*) . . in lo . . quid . . litteris diserte ad significandum . . compositis, ut qui facundiam inpenso studio . .

. . . *c*) *Com*parata si quis leget, seu proavus seu pronepos virtute praestare videbitur, comparationis quidem discrimen in familiae nomine permanebit 2).

Legi emendavi qui supra.

FRONTONIS *d*) PRINCIPIA HISTORIAE.

.M. FRONTONIS LAUDES FUMI ET PULVERIS

ITEM LAUDES NEGLEGENTIAE.

a) Ita 1. manus *ei* pro *i* hic et in seqq. At 2. fecit *i*. — *b*) Schedae *luctus*; sed puto scriptum in codice *Lucius*, praesertim quum incipiat maior periodus in codice, et fieri videatur mentio litterarum Lucii eloquenter scriptarum. — *c*) Pagina antica legi nequit. Haec autem clausula est in postica. — *d*) Deest heic in schedis praenomen *Marci*.

1) Ex his coniicias, Frontonem sine dubio refutasse, quod iam retro innuimus, hoc opusculo tecte saltem et oblique, publicas accusationes contra Veri luxum voluptarium in Syria, timiditatem eius, theatrique et histrionum atque scurrarum studium, morum denique varia flagitia, quae imperatorem, praesertim gravissimi belli tempore, minime decebant.

2) Traianus Hadrianum, hic Pium, hic cum Marco Lucium Verum adoptavit. Ergo una familia est a Traiano (immo a Nerva) ad divos Fratres (immo usque ad Commodum). Vere itaque, eleganter et ingeniose Fronto comparationem Lucii Veri cum Traiano, in parthico bello gerendo, concludit dicens, nullum invidiae aut aemulationi locum esse uter utri praestet, quia rei decus in eadem familia totum permanebit.

·M· FRONTONIS

LAUDES FUMI ET PULVERIS 1)

ITEM LAUDES NEGLEGENTIAE.

CAESARI SUO FRONTO.

Plerique legentium forsan rem de titulo contemnant, nihil serium potuisse fieri de fumo et pulvere: tu pro tuo excellenti ingenio profecto existimavis *a*) lusa sit opera an locata. Sed res poscere videtur de ratione scribendi pauca praefari, quod nullum huiuscemodi scriptum romana lingua extat satis nobile, nisi quod poetae in comoediis vel atellanis adtingerunt *b*). Qui se in eiusmodi rebus scribendis exercebit, crebras sententias conquiret, easque dense conlocabit 2), et subtiliter coniunget, neque verba multa geminata supervacanea inferciet: tum omnem sententiam breviter et scite concludet. Aliter in orationibus iudiciariis, ubi sedulo curamus ut pleraeque sententiae durius interdum et incautius finiantur 3). Sed contra istic laborandum [ut] ne quid inconcin-

a) Ita cod. *v.* pro *b.* — *b*) Ita cod. Sic in fragmentis orationis Cic. pro Tullio cap. VI. *relinquissent.* Et sic alia exempla in codicibus priscis.

1) Haec nugalia, laudem fumi et pulveris, magno se studio et vigore vegetioribus annis scripsisse ait Fronto de fer. als. p. 153. Notissimum est, in his ludicris paradoxis multos veteres ingenia libenter exercuisse. Namque egestatem laudavit Xenophon sympos. cap. IIII. 29, salseque Catullus carm. XXIII. Febris quoque et podagra et caecitas et surditas, Thersitae etiam deformitas, laudatores nactae sunt, Favorinum scilicet ac Platonem apud Gell. XVII. 12, et sophistam quendam apud Philostratum vit. Apollon. IIII. 30. Quid? Dio chrys. nonne culicem laudavit, Lucianus muscam, Synesius calvitium? Nonne divus Augustinus de vera relig. ff. 77. ait: *cineris et stercoris laudem verissime atque uberrime plerique dixerunt?* Quare et mediocre corpus scriptorum de ludicris habemus. Lusus huius frontoniani magnam quidem partem adhuc desideramus; sed tamen, praeter operis fragmenta, prooemium prope integrum mediolanensis palimpsestus nobis suppeditavit, in quo tradit auctor gravia et seria praecepta de hac levi et ludicra ratione scribendi. Iam neglegentiae quoque laudem ad idem fere tempus pertinere existimo. Certe utriusque opusculi tituli in codice coniunguntur.

2) Sententiarum densitatem etiam in ludicris frontonianis de amore laudat ·M· Aurelius ad ·M· Caes. I. 10. p. 18.

3) Seneca ep. CXIIII. de variis com-

num vel hiulcum relinquatur; quin omnia ut in tenui veste oris detexta et revimentis *a*) sint cincta. Postremo ut novissimos in epigrammatis versus habere oportet aliquid luminis, sententia clavi aliqua vel fibula terminanda est 1). In primis autem sectanda est suavitas. Namque hoc genus orationis non capitis defendendi, nec suadendae legis, nec exercitus adhortandi, nec inflammandae contionis scribitur, sed facetiarum et voluptatis *b*). Ubique vero ut de re ampla et magnifica loquendum, parvaeque res magnis adsimulandae comparandaeque. Summa denique in hoc genere orationis virtus est adseveratio *c*). Fabulae deum vel heroum tempestive inserendae, item versus congruentes et proverbia accommodata et non inficete conficta mendacia 2), dum id mendacium 3) argumento aliquo lepido iuvetur *. Cum primis autem difficile est argumenta ita disponere, ut sit ordo eorum rite conexus *d*). Quod ille Plato Lusiam culpat in Phaedro, sententiarum ordinem ab eo ita temere permixtum, ut sine ullo detrimento prima in novissimum locum trasferantur, et novissima in primum 4). Eam culpam ita devitabimus, si divisa generatim argumenta nectemus, non sparsa nec sine discrimine aggerata, ut [ea] quae per saturam feruntur, sed ut praecedens sententia in sequentem laciniam aliquam porrigat * et oram praetendat; ubi prior sit finita sententia, inde ut sequens ordiatur: ita enim transgredi potius videbimur quam transilire *e*). Verum

* *M*. Mendacium argumento aliquo lepido iuvandum.

* *M*. Praecedens sententia in sequentem debet aliquam particulam *porrigere*, quod amabitur *f*) si argumenta nectantur.

a) *Revimentum* est fimbria. Namque in glossario Philoxeni *revimentum* explicatur παραστροφή. Tum in Cyrilli lexico παραστρέφω redditur *rebio*. Intellige autem *revio*, ibidemque pro *redimentum* scribe *revimentum*. — *b*) Ita cod. omisso vocabulo *causa*, ut haud semel apud alios veteres. — *c*) Nempe severitatis simulata species, ut observavit apud Tacitum annal. IIII. 19. el. Eichstaedtius. — *d*) Ita cod. cum unica *n*, prope constanter in codd. — *e*) Sequentis laterculi, nempe versuum XXIV, pauca verba leguntur. — *f*) Ita cod.

1) Hieronymus epist. LXVI. 9: *nec* [continued from previous page] positionum generibus: *quidam asperam compositionem probant; disturbant de industria, si quid placidius effluxit: nolunt sine salebra esse iuncturam; virilem putant et fortem, quae aurem inaequalitate percutiat.*

more puerorum argutas sententiolas in clausulis struis.

2) Sic ait et Cicero de orat II. 59.

3) Nota enallagen numeri. H. A.

4) Plato in Phaedro ed. Steph. T. III. p. 264. Cf. Dionys. halic. rhet. X. ff. 6, iudic. de Isocr. cap. XII.

hi non . . Variatio vel cum detrimento aliquo gratior est in oratione, quam recta continuatio . . ria austere formanda . . dicenda *a*) . . Modo dulce illud incorruptum sit et pudicum tusculanum et ionicum, id est Catonis et Herodoti . . . In omni re facilius est rationem docendi nosse, quam vim agendi obtinere 1) . . est multus . . sic est qui . . sicuti bene velle ac bene precari *b*), quae res voce animoque sine opibus *c*) perpetrantur 2). Igitur ut quisque se benignissimum praestabit, ita is plurimos laudabit. Nec tantum eos, quos alii quoque laudibus ante decoraverint, verum conquiret deos et *d*) homines a ceterorum laudibus relictissimos, ibique signum benignitatis expromet. Ut agricola agrum intactum si conserat, laboriosus est; sacerdos si aput fanum desertum et avium sacrificet, religiosus est.

Laudabo igitur deos infrequentes quidem a laudibus, verum in usu cultuque humano frequentissimos, fumum et pulverem, sine quis neque asae *e*) neque foci nec viae, quod volgo aiunt, nec semitae usurpantur. Quod si quis hoc primum ambigit *f*) habendusne *g*) sit fumus in numero deorum, cogitet ventos quoque in deum numero haberi: quaeque sunt fumo simillimae, nebulas nubesque putari deas 3), et in caelo conspici; et, ut poetae ferunt amiciri deos nubibus 4), et Iovi Iunonique cubantibus nubem ab arbitris obstitisse 5). Quod nunc *h*) divinae naturae proprium est, nec fumum manu prehendere nec solem queas, neque vincire neque verberare neque detinere, neque, vel minimum rimae si deposcat, exclu-
Q. XVIII 6) dere * . . . .

a) Sententia poscere videtur (neque codicis spatia vetant) *iocularia austere formanda, austera dicenda ilocaliter*. E. B. — *b*) Cod. *praecari*. — *c*) Ita in textu; at in margine, ubi repetitur sententia, scribitur *opere*. — *d*) *Et* deest in schedis. — *e*) *Ass* pro *ara* Gell. III. 2, Macrob. saturn. III. 2, Servius ad aen. IIII. 219. — *f*) Cod. *abicit*. — *g*) Cod. *habendusque*. — *h*) Ita cod.

1) Theoretici nimirum homines saepe a practicis valde differunt; illi facile declamant, hi agendi difficultatem experiuntur.

2) Hoc item saepe usuvenit, verba pro factis.

3) Exempli gr. apud Aristophanem in fabula cui titulus *nubes*.

4) Horat. od. I. 2. 31

5) Iliad. Ξ 350. 351.

6) Quum inter p. 226. et hanc 234. intercesserint quaterniones tres (aut duo, confer adn. 3. p. 226.) licet fere aestimare quanta materiae pars in lacunis perierit.

LAUDES NEGLEGENTIAE *a*).

Agitavi laudes neglegentiae conscribere quas *b*) cur nondum *c*) conscribserim, ut res est, id quoque neglegi *d*) . . Nam qui nimis anxie munia conficiunt, parum amicitiae confidunt . . *e*) temperantia coercetur. Volgo etiam laudata indulgentia promptam peccatis hominum veniam dare: nisi delicta facile neglegas *f*), parum clementer indulgeas. Quod autem quis intutam et expositam periculis neglegentiam putet, mihi omne contra videtur, multoque diligentiam magis periculis obnoxiam esse *g*). Namque neglegentiae haud quisquam magnopere insidias locat, existimans etiam sine insidiis semper et ubique et ubi libeat neglegentem hominem in proclivi fore fallere: adversus diligentis vero et circumspectos et exsultantis opibus, fraudes et captiones et insidiae parantur. Ita ferme neglegentia contemtu tutatur, diligentia astu oppugnatur. Et erratis neglegentia venia paratior datur, et bene factis *h*) gratiis gratia habetur. Nam praeter opinionem gratum est, ceterarum rerum indiligentem, bene facere in tempore haud neglexisse. Iam illud a poetis saeculum aureum memoratum, si cum animo reputes, intellegas neglegentiae saeculum fuisse *, cum ager neglectus fructus uberes ferret, omniaque utensilia *i*) neglegentibus nullo negotio suppeditaret.

Hisce argumentis neglegentia bono genere nata, dis accepta, sapientibus probata, virtutum particeps, indulgentiae magistra, tuta ab insidiis, grataque bene factis, excusata ingratis et ad postremum aurea declaratur 1). [Multa certe

* *M.* Saeculum illud aureum, saeculum neglegentiae fuit.

a) Hic titulus est in margine. — *b*) Cod. *quae*. — *c*) Cod. *nondam etiam id*. — *d*) Ita schedae *neglegi* pro *neglexi*. Cf. alia exempla apud Forcellinum. — *e*) Lacuna duarum saltem paginarum, quae legi nequeunt. — *f*) Cod. *intellegas*. — *g*) In codice repetuntur mendose duo versus. — *h*) Cod. *befactis*. Sed recte infra. — *i*) Cod. *utens ille*.

1) En capitula ferme novem huius opusculi, quorum quinque posteriora, utcumque supersunt, vel potius quasi epilogo recensentur. Priora vero iacent demersa in duarum saltem, ut dixi, paginarum lacuna. Iam haec priora quibus argumentis probaverit Fronto, quis nunc divinet, praesertim in re nugali, quae pro scribentis vel iocantis lubentia tractatur atque exornatur? Primum tamen

certe] de Favorini nostri 1) pigmentis fuci quisnam appingeret? [Vide]licet ut quaeque mulier magis facie freta est, ita facilius cutem et capillum neglegere; plerisque autem ut sese magnopere exornent, diffidentia formae diligentiae inlecebras creari. Myrtum buxumque ceteraque tonsilia arbusta atque virgulta, summa diligentia et studio radi, rigari, comi solita, humi reptare aut ibidem haud procul a solo cacumina erigere: at illas intonsas abietes neglectasque piceas caput aemulum nubibus abdere 2). Non aeque diligentes ad quaerendum victum et comparcendum cibum leones ut formicas esse: texendi vero araneas diligentiores esse quam Penelopem ullam vel Andromacham 3). Et omnino tenuibus ingeniis et *a*) . . hoc . . quas . . neve ob . . et voluntaris *b*) quod vel praecipuum vero . . tis amicitias . . . diligentiam interdum . . . nerent deos . . cui res . . . non ex pro . . ex ser . . . Quota, oro te, portio Lucullanae . . Caesum aureo . . . *c*).

a) Pagina sequens legi nequit. — *b*) Ita cod. *i* pro *ii*. — *c*) Haec minutiora et sine sententia fragmenta e variis, quantum memini, paginis misere oblitteratis collegi.

capitulum de neglegentiae genesi fortasse contexuerat Fronto ex festiva aliqua fabula, cuiusmodi illa est de somni nativitate apud eundem in scripto de feriis alsiensibus p. 154. Num autem in secundo diis gratum et rerum infra lunam negligentissimum otium ac securitatem commemoraverat, quae in impia epicureorum sententia beatitas summa fuit? Tum in tertio dixerat fortasse auctor, veros sapientes reip. regimen ambitionemque negligere, divitiarum studium omittere, maledicta etiam et insectationes malivolorum pensi non habere etc. Quomodo demum virtutum participem neglegentiam quarto in capitulo demonstraverit, haec sophistici ingenii non minus opera quam divinatio tota est. Neque ego plura addam vel imaginabor de re incertissima, in qua nihil probabile aut verisimile me dixisse, vel, si pergam, dicturum esse confido.

1) Num hic Favorinus philosophus, Frontonis familiaris, ἀδόξων scriptor, Gell. XVII. 12? An potius aliquis pigmentarius? Sed philosophum malo prorsus intelligere qui, ut mox videbimus, subtiliter disputavit de coloribus, id est pigmentis coram nostro Frontone. Fortasse igitur post auditam illam Favorini de pigmentis disputationem, recente adhuc rei memoria, haec dixit Fronto in laudibus neglegentiae. Porro huius Favorini vitam habemus a Philostrato lib. I. 8; plurimique veteres de eo loquuntur, ut loco cit. in scholiis adnotatur.

2) Similia dicit Fronto ad Marcum Caes. I. 2. p. 4.

3) Iliad. Z. 491, X. 440. Virg. aen. III. 483.

NOTITIA FRAGMENTI FRONTONIANI

in palatino vaticanae bibliothecae palimpsesto reperti.

Actum agerem, si de palatino rescripto codice XXIIII. generatim loquerer, ad quem complures docti homines satis abundeque commentati sunt. Messe enim iam peracta, mihi postremo accidit ut spicum unum forte nanciscerer in duobus eius codicis foliis 46. et 53, in quibus ob gravissimam oblitterationis vim nihil adhuc lectum fuerat. Neque id mirum; nisi enim eiusmodi catillum, ut cum Horatio loquar, Evandri manibus tritum satis lente et curiose perlustravissem, numquam quicquam in eo vidissem. Foliorum horum pagellae binis constant laterculis, quorum singula versus habent 26, excepto, quod brevius est, ultimo laterculo. Quia tamen superior foliorum pars attonsa est, dubitare licet, num aliquot fortasse amissi sint versiculi: quae res haud foret ambigua, si orationis filum per spatiosas lacunas retinere liceret. Scripturae formam pulcherrimam et a bobiensibus Frontonis palimpsestis valde discrepantem in excuso specimine exhibui: titulus vero et auctor operis more sollemni veterum codicum in calce scribuntur, nempe in altero paginae 46. b. laterculo. Res autem haec perpusilla nihilominus me delectavit, tum propter notitiam alterius codicis frontoniani, forma atque aetate diversi, qui olim Heidelbergam usque migraverat, et deinde Romam cum ceteris palatinis redierat; tum quia Fronto novi atque inauditi scripti titulo, cum eiusdem particula, augetur. Re tamen vera fragmentum ita est exiguum (quia scilicet pars minima oblitteratorum foliorum legi potest) ut oratoriae Frontonis eloquentiae specimen vix aut ne vix quidem haberi queat. Iam ad argumentum quod adtinet, non est credo dubitandum quin Fronto romano imperatori ob Carthaginis instaurationem gratias agat. Namque eius urbis forum magno incendio arsisse sub Pio, tradit in huius vita Capitolinus cap. VIIII; ab eodem autem Pio Carthaginis aedificiis fuisse subventum, docet Pausanias VIII. 43. Rhodum quoque urbem motu terrae fuisse disiectam, atque a Pio refectam narrant praedictis locis Capitolinus et Pausanias: itaque et rei rhodiensis mentio aliquanta est in fragmento palatino. Porro quod Victor in Caesaribus carthaginiensis incendii damna a Marco reparata ait, valde ego dubito falli Victorem, et pro Pio Marcum nobis obtrudere: quia scilicet veteres, ad quorum scripta Victor respexit, utrumque imperatorem Antonini nomine indigitant; quo fit ut utriusque res gestae interdum permisceantur *a*). Quamobrem si recte coniecturam facio, Fronto non apud Marcum gratiarum actionem dixit sed apud Pium. Rem tamen in incerto pono. Quin adeo ex iis quae in fragmento dici videntur de Faustinae, iam tum mortuae, pudicitia et honoribus, suspicio mihi nunc oriebatur hanc esse gratiarum actionem, quam Fronto ep. I. ad Pium ait se in senatu recitavisse. Certe Fronto illam aliam orationem pro consulatu appellat laudes ep. 2. lib. II. ad Ant. imp.; edicto autem se gratias eo tempore egisse ait ep. 4. lib. II. ad ·M· Caes. Sed missa hac controversia, certe Carthaginienses neminem aptiorem habuerunt, qui publico urbis eorum nomine verba faceret, quam Frontonem, patria afrum, oratorem sui temporis principem, et apud Caesares summa gratia atque auctoritate florentem.

a) Confer verbi gr. ad Ant. imp. I. 2. p. 107. n. 1. Praeterea Pium pro Marco inculcat non semel Themistius, nempe ed. Petav. or. XV. p. 191. XVIIII. p. 229, et or. de praefectura suscepta, ante hos annos a nobis Mediolani ac Romae edita, cap. VII.

·M· FRONTONIS

GRATIARUM ACTIONIS IN SENATU PRO CARTHAGINIENSIBUS

FRAGMENTUM.

P. 53. b.

lat. 1.	*lat.* 2.
9 videatur . . quae . .	3 ob . . .
12 . . . non . .	7 in . .
13 . . . . illae . .	8 hac protinus . .
14 quid . .	17 spatio . .
18 que divisae . .	19 romana . .
19 namque . .	21 seditionibus 2) orbi . .
22 . . na aut aliena	22 magistratibus
23 maria Carthaginem	23 obsistunt ma . . .
24 aut imperium 1) . .	26 domant venant . .

P. 53. a

lat. 1.	*lat.* 2.
. . . .	14 . . Antonius *a*) . .

P. 46. b

lat. 1.	*lat.* 2.
4 domo interroga . .	17 vitam . .
13 hoc . . et sine periculo	18 hoc sine multa . .
14 illo et . .	22 delubrum hoc ipso
23 . . ac pudice 3)	23 in tempore 4) et in . .

a) Mallem *Antoninus*; praesertim quia in codicibus haud raro haec nomina permutantur.

1) Duo vetera Carthaginis decora, scilicet navigationes, ut ait Augustinus in ps. XLVII. 6, et (Africae atque insularum) imperium.

2) Rebelliones, quae sub Pio eruperunt, memorat Capitolinus in P. cap. V.

3) Num commemorat Fronto Faustinae iam mortuae pudicitiam? Confer dicta ab ipso Pio ep. ad Front. p. 182.

4) Intellige templum Faustinae seniori post fata delatum; quae quum anno Pii tertio obierit, annum tamen videmur quo haec oratio recitata est. Templi eius grandes reliquiae cum Faustinae et Antonini inscriptione in romano foro adhuc supersunt. De eo templo disserit docte more suo Nibbius Rom. ant. part. II. p. 631. seq.

P. 46. a

lat. 1.

1 *si*cut Rhodum
2 *cond*idisti. Ceteros
3 *om*nium populorum
4 *at*que omnium
5 *ur*bium deos 1) precor *a*)
6 *qu*aesoque ut
7 *sal*utem tuam qua
8 *im*perium populi R.
9 *n*ostraque salus et
10 *p*rovinciarum et
11 *o*mnium gentium
12 *ac n*ationum libertas
13 *dig*nitas 2) securitas
14 *ni*titur in longa
15 *te*mpora protegant
16 *et di*uturnius
17 *te* salvom *b*) sistant
18 . . *at*que urbes
19 . . aut incolumes
20 . . nt iu . . imum
21 . . . . . . restituas
22 . . atque praecipuas
23 *vi*rtutes conservent
24 . . latini nominis
25 . . ornamentum
26 . . causa tem . .

lat. 2.

1 nostrarum variarum
2 fortunarum
3 subsidium.

.M. FRONTONIS
GRATIAR. ACTIO
IN SENATU
PRO CARTHAGINIENSIB.
c)

a) Cod. *praecor.* — *b*) Ita cod. — *c*) Heic, ut vides in excuso specimine, notae quinque sunt tironianae, quarum interpretationem nec olim adtemptavi, et nunc etiam Oedipo alicui libenter permitto.

1) Sic fere ad .M. Caes. III. 9. p. 54. *initi diem, natalem salutis dignitatis*
2) Fronto ad Pium ep. V: *imperii* (*tui*) *securitatis meae existimo.*

·M· CORNELII FRONTONIS

FRAGMENTA MISCELLA.

Ex Charisio.

In Putschio p. 111. 43. PARENTUM. Fronto pro Ptolemaeensibus. *Parentum tuorum.*

177. 34. COTTIDIANO. Fronto quoque ad Marcum invicem IIII. *a*) *Satis abundeque honorum est, quos mihi cottidiano tribuis.*

197. 31. USQUEQUAQUE. Fronto ad Marcum invicem. *Adest etiam usquequaque tibi natura situs lepos et venustas*

198. 6. VESPERI. Fronto ad Antoninum quinto 1): *ad eum vesperi b*) *in triduum mittam.*

Ex P. Consentio.

2031. 16. Fronto ait. *Et illae vestrae Athenae Dorocorthoro.* Apparet nominativo casu posuisse *Dorocorthoro.*

Ex Servio.

Ad aen. I. 409. Sunt multae unius partis utrique sufficientes elocutiones, ut *tenemur amicitiis:* ridiculum enim est, si addas *mutuis*, cum *amicitiae* utrumque significent, sicut Fronto testatur.

Ad aen. VII. 30. HUNC INTER. Per hunc. Terentius. *Dum rus eo, coepi egomet mecum inter vias.* Est autem crebra Frontonis elocutio.

445. ARDEO IN ILLAM REM. Est specialis Cornelii elocutio 2).

688. FULVOSQUE LUPI DE PELLE GALEROS. *Galerus* genus est pilei, quod Fronto genere neutro dicit, *hoc galerum.*

Ex Planciade Fulgentio voc. iustitium.

Fronto oratione pro Nucerinis ait. *Denique iustitium plebi indicitur* 3).

a) Utor bonis aliquot, quas Neapoli ad me olim misit ill. Niebuhrius, lectionibus codicis charisiani. Sic ergo corrige etiam p. 120. n. 4. — *b*) Etiam ·M· Aurelius de nep. amiss. ep. I. *vesperi*, sive sexto casu sive, ut credit Charisius, adverbialiter. Sic ergo scribe etiam p. 18. n. 4.

1) De libro ad Antoninum quinto dixi in praef. ubi de operibus Frontonis deperditis.

2) Cornelium Frontonem rectissime heic intellexit Dorvillius. Notandum etiam Servii vocabulum *elocutio* bis iam usurpatum cum sermo de Frontone est. Porro in exemplis elocutionum Frontoni inscriptis, et a me primo editis, occurrunt reapse verba *ardeo in illam rem.*

3) Videtur Fronto commemorare gravem aliquam Nuceriae calamitatem.

Ex Isidoro, Etym. XV. 2. 46.

CARCER est a quo prohibemur exire, et dictus *carcer* a *coercendo*. Hinc Fronto: *ut pergraecari potius amoenis locis, quam coerceri viderentur* 1).

Ex Minucio Felice cap. VIIII.

Et de convivio notum est; passim omnes loquuntur. Id etiam Cirtensis nostri testatur oratio 2). « Ad epulas sollemni die coëunt, cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis homines et omnis aetatis. Illic post multas epulas, ubi convivium caluit *a*), et incestae libidinis ebrietate *b*) fervor exarsit, canis, qui candelabro nexus est, iactu offulae ultra spatium lineae, qua vinctus est, ad impetum et saltum provocatur: sic everso et extincto conscio lumine, impudentibus tenebris nexus infandae cupiditatis involvunt per incertum sortis: et, si non omnes opera, conscientia tamen pariter incesti; quoniam voto universorum adpetitur, quidquid accidere potest in actu singulorum 3). »

a) Ms. apud Wowerium *incaluit.* — *b*) Al. *ebrietatis.*

1) Num loquitur Fronto de christianorum martyrum hilaritate? Nisi vana mea suspicio est, particulam habemus ex eius oratione (de qua mox) adversus Christianos. Certe horum in cruciatibus et nece constantia atque alacritas praecipue urebat oculos ethnicorum. Confer Minucium cap. VIII, .M. Aurelium de reb. XI. 3, ibique alia testimonia in adn. Gatakeri.

2) Quod sequitur fragmentum utrum ad verbum Frontonis sit, an tantummodo eius sententia a Caecilio recitetur apud Minucium, aliquantulum ambigebam: sed tamen priorem sententiam prae se ferunt maurini scriptores historiae litterariae gallicanae tom. I. part. I. p. 286. Frontonis autem nostri aliorumque ethnicorum seu calumnia seu error (qui nempe Gnosticos cum veris Christi asseclis permutavisse videntur) satis refutatur ab eodem Minucio, aliisque ecclesiae Patribus, quorum locos congerit Natalis Alexander hist. eccl. saec. II. synops. cap. 3. ff. 3.

3) Hanc Frontonis adversus Christianos caecam iniquitatem satis coarguit apud Minucium cap. XXVIII. de se ipso confitens Octavius: *quam iniquum sit, inquit, in incognitis et inexploratis iudicare, nobis ipsis paenitentibus credite.* Sed audiamus Tertullianum Frontoni apertius respondentem apol. cap. VII: *dicimur sceleratissimi de sacramento infanticidii et pabulo inde; et post convivium incesto, quod eversores luminum canes, lenones scilicet, tenebras, tum et libidinum impiarum inverecundiam procurent. Dicimur tamen semper, nec vos quod tamdiu dicimur, eruere curatis* etc. Confer etiam cap. XXIII. Denique lege Lactantium inst. VII. 26.

·M· CORNELII FROTONIS

DISPUTATIONES GRAMMATICAE

APUD GELLIUM SUPERSTITES.

De generibus colorum vocabulisque eorum graecis et latinis.

l. II. 26. 1) Favorinus philosophus, cum ad ·M· Frontonem consularem pedibus aegrum visum iret *a*), voluit me quoque ad eum secum ire: ac deinde cum ibi aput Frontonem plerisque viris doctis praesentibus sermones de coloribus vocabulisque eorum *b*) agitarentur, quod multiplex colorum facies, appellationes autem incertae et exiguae forent; plura sunt, inquit Favorinus, in sensibus oculorum, quam in verbis vocibusque colorum discrimina. Nam ut alias eorum concinnitates omittamus, simplices isti et rufi et virides colores, singula quidem vocabula, multas autem species differentes habent. Atque eam vocum inopiam in lingua magis latina video, quam in graeca: quippe qui rufus color, a rubore quidem appellatus est: sed cum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum, aliter crocum, has singulas rufi varietates latina oratio singulis propriisque vocabulis non demonstrat, omniaque ista significat una ruboris appellatione, quum tamen ex ipsis rebus vocabula colorum mutuetur; et igneum aliquid dicit, et flammeum, et sanguineum, et croceum, et ostrinum, et aureum Russus enim color, et ruber nihil a colore rufi differunt, neque proprietates eius omnes declarant; ξανθός autem et ἐρυθρός, et πυῤῥός, et φοίνιξ habere quasdam distantias coloris rufi videntur vel augentes eum, vel remittentes, vel mixta quadam specie temperantes. Tum Fronto ad Favorinum; Non inficias, inquit, imus, quin lingua graeca, quam tu videre legisse, prolixior fusiorque sit, quam nostra: sed in iis tamen coloribus, quibus *c*) modo dixisti, denominandis, non proinde inopes sumus, ut tibi videmur. Non enim haec sunt sola vocabula rufum colorem demonstrantia, quae tu modo dixisti; *rufus* et *ruber*; sed alia quoque habemus plura, quam quae producta abs te graeca sunt. Fulvus enim, et flavus, et rubidus, et phoeniceus, et rutilus, et luteus, et spadix, appellationes sunt rufi coloris, aut acuentes eum, quasi

a) Ita cod. pal. At edd. *viseret*. — *b*) Hactenus fragmentum codicis palatini. — *c*) Hellenismus.

1) Huius capitis partes aliquot contuli cum antiquissimo fragmento palatini palimpsesti litteris uncialibus scripti, eiusque varietates adscribo. De palimpsesto illo, ad Gellii fragmenta quod adtinet, satis dixi ad Cic. de rep. III. 21.

incendentes; aut cum colore viridi miscentes, aut nigro infuscantes, aut virenti sensim albo illuminantes. Nam phoeniceus, quem tu graece φοινικοῦν dixisti, noster est, et rutilus, et spadix phoenicei συνώνυμος, qui factus graece noster est, exuberantiam, splendoremque significat ruboris; quales sunt fruetus palmae arboris, non admodum sole incocti, unde spadicis et phoenicei nomen est. Spadica enim Dorici vocant avulsum e palma termitem cum fructu. Fulvus autem videtur de rufo atque viridi mixtus, in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habere: sicut poëta verborum diligentissimus 1), *fulvam aquilam* dicit et *iaspidem, fulvos galeros*, et *fulvum aurum*, et *arenam fulvam*, et *fulvum leonem*. Sic ·Q· Ennius in annalibus *aere fulvo* dixit. *Flavus* contra videtur ex viridi et rufo et albo concretus; sic *flaventes comae*, et quod mirari quosdam video, *frondes olearum* a Virgilio dicuntur *flavae*. Sic multo ante Pacuvius *aquam flavam* dixit, et *flavum pulverem;* cuius versus, quoniam sunt iucundissimi, libens commemini:

Cedo tamen pe a)dem lymphis flavis: fulvum b) ut pulverem.
Manibus isdem, quibus Ulixi saepe permulsi, abluam;
Lassitudinemque minuam manuum mollitudine.

Rubidus autem est rufus atrior et nigrore multo inustus *c*). *Luteus* contra rufus color est delutior; inde ei *d*) nomen quoque esse factum videtur. Non igitur *e*), inquit, mi Favorine, species rufi coloris plures aput Graecos, quam aput nos nominantur. Sed ne viridis quidem color pluribus ab illis, quam *f*) a nobis, vocabulis dicitur. Neque non potuit Virgilius, colorem equi significare viridem volens, caeruleum magis dicere equum, quam glaucum: sed maluit verbo uti notiore graeco, quam inusitato latino. Nostris autem Latinis veteribus caesia dicta est, quae a Graecis γλαυκῶπις, ut Nigi *g*)dius ait, de colore caeli, quasi caelia. Postquam haec Fronto dixit, tum Favorinus scientiam rerum uberem, verborumque eius elegantiam exosculatus; absque te, inquit, uno forsitan lingua profecto graeca longe anteisset: sed tu, mi Fronto, quod in versu homerico est, id facis:

Καὶ νίκην ἐπ' ἀρετῇ ἀμφήριστον ἔθηκας.

Sed cum omnia libens audivi, quae peritissime dixisti, tum maxime quod varietatem flavi coloris enarrasti, fecistique ut intelligerem verba

a) Ab hac versus divisione incipit aliud fragmentum codicis palatini. — *b*) Edd. *flavum*. — *c*) Edd. aliquot male *mixtus* pro *inustus*, quae praeclara emendatio est. — *d*) Cod. *ind.ei*; edd. *unde*. — *e*) Edd. *ergo*. — *f*) In cod. pal. desunt verba *ab illis quam*. — *g*) Heic desinit fragmentum palatinum.

1) Virgilius. Et notemus Frontonis iudicium de Virgilii elocutione, quo minus miremur hunc ab illo fuisse dignum iudicatum cuius elocutiones ad exemplum sibi excerperet. Idem Virgilius a Quintiliano inst. I. 7. dicitur amantissimus vetustatis. Quare hoc quoque nomine Frontoni placuit.

illa ex annali quartodecimo Ennii amoenissima, quae minime intelligebam:

Verrunt extemplo placide mare marmore flavo,
Caeruleum spumat mare conferta rate pulsum.

Non enim videbatur caeruleum mare cum marmore flavo convenire. Sed cum sit ita ut dixisti, flavus color viridi et albo mixtus, pulcherrime prorsus spumas virentis maris flavum marmor appellavit.

Quod 1) *Quadrigarius*, cum multis mortalibus *dixit; an a*) *quid et quantum differret si dixisset*, cum multis hominibus.

XIII. 28. *b*) Verba sunt Claudi *c*) Quadrigarii ex annalium eius XIII. *Contione dimissa, Metellus in Capitolium venit cum mortalibus multis: inde domum proficiscitur: tota civitas eum reduxit.* Cum is liber, eaque verba ·M· Frontoni, nobis, ei, ac plerisque aliis adsidentibus legerentur; et cuidam haud sane viro indocto videretur, *multis mortalibus* pro *hominibus multis*, inepte frigideque in historia, nimisque id poëtice dixisse; tum Fronto illi, cui hoc videbatur, Ain *d*), tu inquit, aliarum homo rerum iudicii elegantissimi *mortalibus multis* ineptum tibi videri et frigidum? Nil autem arbitrare causae fuisse, quod vir modestus, atque puri ac prope cotidiani sermonis *mortalibus* maluit, quam *hominibus* dicere? eandemque credis futuram fuisse multitudinis demonstrationem, si *cum multis hominibus*, ac non, *cum multis mortalibus* diceret? Ego quidem, inquit, sic existimo, nisi si me scriptoris istius, omnisque antiquae orationis amor atque veneratio caeco esse iudicio facit, longe atque longe esse amplius, prolixius, fortius, in significanda totius prope civitatis multitudine *mortales* quam *homines* dixisse. Namque multorum hominum appellatio intra modicum quoque numerum cohiberi atque includi potest; *multi* autem *mortales*, nescio quo pacto et quodam sensu inenarrabili, omne fere genus, quod in civitate est, et ordinum, et aetatum, et sexus conprehendunt. Quod scilicet Quadrigarius, ita ut res erat, ingentem atque promiscuam *e*) multitudinem volens ostendere, *cum multis mortalibus Metellum in Capitolium venisse* dixit ἐμφατικώτερον, quam si cum *multis hominibus* dixisset. Ea nos omnia, quae Fronto dixit, cum ita, ut par erat, non adprobantes tantum, sed admirantes quoque audiremus; videte tamen, inquit *f*), ne existimetis semper atque in omni loco *mortales multos*,

a) Deest *an* in edd. aliquot. — *b*) In codice vat. XV. 24. — *c*) Ita cod. pro *Claudi*. — *d*) Cod. *an*. — *e*) Cod. *promiscam*. Alibi etiam ita scriptum memini me videre. — *f*) Deest *inquit* in cod.

1) Sequentia capita contuli cum pervetere codice vaticano, saeculi XI, acephalo, nempe incipiente a lib. VIIII. 13. Idem continet etiam capitum summaria: quae tamen nescio quo pacto desiderantur in codice ad librum XVIIII, seu XXII, ut ibi inscribitur. In inscriptionibus autem manifesto scribitur *A. Gellius* non *Agellius*. Namque A. litera singularis puncto utrimque concluditur.

pro *multis hominibus* dicendum *a*), ne plane fiat graecum illud de Varronis satura proverbium, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον. Hoc iudicium Frontonis, etiam de *b*) parvis minutisque vocabulis, non praetermittendum putavi, ne nos forte fugeret, lateretque subtilior *c*) huiuscemodi verborum consideratio.

An harena, caelum, triticum *pluralia inveniantur? Item* quadrigae, inimicitiae, *nonnullaque praeterea alia vocabula, an singulari numero comperiantur?*

Adulescentulus Romae, prius quam Athenas concederem, quando erat a magistris auditionibusque obeundis otium, ad Frontonem Cornelium visendi gratia pergebam, sermonibusque eius purissimis bonarumque doctrinarum plenis fruebar. Nec umquam factum est, quotiens eum vidimus, loquentemque audivimus, quin rediremus fere cultiores doctioresque, veluti fuit illa quodam die sermocinatio illius, levi quidem de re, sed a latinae tamen linguae studio non abhorrens. Nam cum quispiam familiaris eius bene eruditus homo, et *e*) tum poëta inlustris, liberatum esse se aquae intercutis morbo diceret, quod harenis calentibus esset usus: tum adludens *f*) Fronto, Morbo quidem, inquit, cares, sed verbi vitio non cares. Gaius enim Caesar ille perpetuus dictator .Gn. Pompei socer, a quo familia et appellatio Caesarum deinceps propagata est, vir ingenii praecellentis, sermonis praeter alios suae aetatis castissimi, in libris quos ad ·M· Ciceronem de analogia conscripsit, *harenas* vitiose dici existimat *g*), quod *harena* numquam multitudinis numero appellanda sit, sicuti neque *caelum*, neque *triticum*. Contra autem *quadrigas*, etiam si currus unus equorum quattuor iunctorum agmen unum sit, plurativo semper numero dicendas putat, sicut *arma*, et *moenia*, et *comitia*, et *inimicitias*, ni quid contra ea dicis, poëtarum pulcherrime, quo *h*) et te purges, et non esse id vitium demonstres. De *caelo*, inquit ille, et *tritico* non infitias eo, quin singulo semper numero dicenda sint, neque de *armis*, et *moeniis*, et *comitiis*, quin figura multitudinis perpetua censeantur; videbimus autem post de *inimicitiis* et *quadrigis*. Ac fortassean de *quadrigis* veterum auctoritati concessero; *inimicitiam* tamen, sicut *inscientiam i*), et *inpotentiam* et *iniuriam*, quae ratio est quam ob rem ·C· *k*) Caesar vel dictam esse a veteribus, vel dicendam a nobis non putat? quando Plautus, linguae latinae decus, *deliciam* quoque ἑνικῶς dixerit, pro *deliciis?* Gell. XVIIII. 8. *d*)

Mea, inquit, *voluptas*, *mea delicia.*

a) Edd. *esse dicendum.* — *b*) Deest *de* in cod. — *c*) In cod. utraque lectio est *sub* et *sup.* nimirum ex emendatione. — *d*) Cod. XXII. 8. Scilicet ibidem etiam liber XX. dicitur XXIII. — *e*) Deest *et* in edd. nonnullis. — *f*) Edd. *illudens.* — *g*) Edd. nonnullae *existimabat.* — *h*) Cod. *quod.* — *i*) Edd. aliquot *inscitiam.* — *k*) Ita heic. *C.*; at supra *Gaius.*

Inimicitiam autem ·Q· Ennius in illo· memoratissimo libro dixit:

Eo, inquit, ingenio natus sum: amicitiam
Atque inimicitiam in fronte promptam gero.

Sed enim *harenas* parum·latine dici, quis, oro te, alius aut scripsit, aut dixit? ac propterea peto, ut si Gai Caesaris liber prae manibus est, promi iubeas: ut quam confidenter hoc dicat, aestimari *a*) a te possit. Tunc prolato libro de analogia primo, verba haec ex eo pauca memoriae mandavi. Nam cum supra dixisset *b*), neque *caelum triticumve*, neque, *harenam* multitudinis significationem pati: *Num tu*, inquit, *harum rerum natura accidere arbitraris, quod unam terram, et plures terras, et urbem et urbes, et imperium et imperia dicamus, neque quadrigas in unam nominis figuram redigere, neque harenam in multitudinis appellationem convertere possimus?* His deinde verbis lectis sibi, Fronto ad illum poëtam, Videtur ne tibi, inquit, ·G· Caesar de statu verbi contra te satis aperte, satisque constanter pronuntiasse? Tunc *c*) permotus auctoritate libri poeta, Si a Caesare, inquit, ius provocandi foret, ego nunc ab hoc Caesaris libro provocassem. Sed quoniam ipse rationem sententiae suae reddere supersedit, nos te nunc rogamus, ut dicas, quam esse causam vitii putes, et in *quadriga* dicenda, et in *harenis*. Tum Fronto ita respondit. *Quadrigae* semper, etsi multiiugae non sunt, multitudinis tamen numero tenentur, quoniam quattuor simul equi iuncti *quadrigae* quasi *quadriiugae* vocantur. Neque debet prorsus appellatio equorum plurium includi in singularis numeri unitatem. Eandemque ibi *d*) rationem habendam, sed in specie dispari: nam cum *harena* singulari numero dicta, multitudinem tamen, et copiam significet minimarum, ex quibus constat, partium; indocte et inscite *harenae* dici videntur: tamquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine, cum ei singulariter dici ingenita sit naturalis sui multitudo. Sed haec ego, inquit, dixi *e*) non ut huius sententiae legisque fundus subscriptorque fierem, sed ut ne Caesaris, viri docti, opinionem ἀπαραμύθητον destituerem. Nam cum *caelum* semper ἑνικῶς dicatur, *mare* et *terra* non semper, et *pulvis*, et *f*) *ventus*, et *fumus* non semper; cur *inducias*, et *caerimonias g*) scriptores veteres nonnumquam singulari numero appellaverint *h*)? *ferias*, et *nundinas*, et *inferias*, et *exequias* numquam? Cur *mel* et *vinum*, atque id genus cetera, numerum multitudinis capiunt, *lac* non capiat? Quaeri, inquam, ista omnia et enucleari, et excuti ab hominibus negotiosis in civitate tam occupata non queunt. Quin his quoque ipsis, quae iam dixi, demoratos *i*) vos esse video, alicui, opinor, negotio destinatos. Ite ergo nunc, et quando forte erit otium, quaerite an *quadrigam*, et *harenas* dixerit e cohorte illa

a) Edd. aliquot *existimari.* — *b*) Edd. *quum praedixisset.* — *c*) Edd. tum. — *d*) Deest ibi in cod. — *e*) Deest in edd. *dixi*, quod a codice egregie suppletur. — *f*) Deest et in cod. — *g*) Cod. *cerimonias.* — *h*) Cod. *appellaverunt.* — *i*) Cod. *demoratus.*

dumtaxat antiquiore vel oratorum aliquis, vel poëtarum, id est, classicus, adsiduusque aliquis scriptor, non proletarius.] Haec quidem Fronto requirere nos iussit vocabula: non ea re, opinor, quod scripta esse in nullis *a*) veterum libris existimaret, sed ut nobis studium lectitandi in quaerendis rarioribus verbis exerceret. Quod unum ergo rarissimum videbatur, invenimus *quadrigam* numero singulari dictam, in libro saturarum ·M· Varronis, qui inscriptus est *Exdemetricus*. *Harenas* autem πληθυντικῶς dictas minore studio quaerimus: quia praeter ·C· Caesarem, quod equidem meminerim, nemo id doctorum hominum dedit.

Verba praeter propter, *in usu vulgi prodita, etiam Ennii fuisse.*

Memini me quondam et Celsinum Iulianum numidam ad Frontonem Cornelium, pedes tunc graviter aegrum, ire et visere: atque ibi, qui introducti sumus, offendimus eum cubantem in scimpodio graeciensi, circum undique sedentibus multis doctrina aut genere aut fortuna nobilibus viris. Adsistebant fabri aedium complures balneis novis moliendis adhibiti, ostendebantque depictas in membranulis varias species balnearum. Ex quibus cum elegisset unam formam speciemque veris: interrogavit, quantus esset pecuniae conspectus ad id totum *b*) opus absolvendum. Cumque architectus dixisset, necessaria videri esse sestertia ferme trecenta; unus ex amicis Frontonis, et praeter propter, inquit, alia quinquaginta. Tum Fronto dilatis sermonibus, quos habere de balnearum sumptu instituerat, aspiciens ad eum amicum, qui dixerat quinquaginta esse alia opus *c*) praeter propter, *d*) * quid hoc verbi esset, *praeter propter* interrogavit. * Atque ille amicus, Non meum, inquit, hoc verbum est, sed multorum hominum, quos loquentis id audias. Quid autem id verbum significet, non ex me, sed ex grammatico quaerundum est: ac simul digito demonstrat grammaticum haud incelebri nomine Romae docentem, sedentem. Tum grammaticus usitati pervulgatique verbi obscuritate motus, Quaerimus, inquit, quod honore quaestionis minime dignum est: nam nescio quid hoc praenimis plebeium est, et in opificum sermonibus quam *e*) * in hominum doctorum * notius. At enim Fronto, iam voce atque vultu intentiore, Itane, inquit, magister, dehonestum tibi deculpatumque hoc verbum videtur, quo et ·M· Cato, et ·M· Varro, et pleraque aetas superior ut necessario et latino usi sunt? Atque ibi Iulius Celsinus admonuit in tragoedia quoque Enni, quae Iphigenia inscripta est id ipsum de quo quaerebatur, scriptum esse, et a grammaticis con- Gell. XVI

a) Cod. *ullis*; absorpta fortasse *n* a praecedente. — *b*) Edd. aliquae *ratum* pro *totum* — *c*) Deest *opus* in cod. — *d*) Verba asteriscis inclusa absunt a cod. — *e*) Rursus verba asteriscis inclusa absunt a cod.

taminari magis solitum, quam enarrari. Quocirca statim proferri Iphigeniam ·Q· Enni iubet. In eius tragoediae choro inscriptos esse hos versus legimus:

Otio qui nescit uti, plus negotii habet,
Quam quum est negotium in negotio.
Nam cui quod agat institutum est, in illo negotium a),
Id agit: studet ibi, mentem atque animum delectat suum.
Otioso in otio b) animus nescit quid velit.
Hoc idem est: neque c) domi nunc nos, nec d) militiae sumus,
Imus huc, hinc, illuc: cum illuc ventum est, ire illinc lubet e):
Incerte errat animus: praeter propter vita f) vivitur.

Hoc ubi lectum est: tum deinde Fronto ad grammaticum iam labentem, Audistine, inquit, magister optime, Ennium tuum dixisse *praeter propter*, et cum sententia quidem tali, quali severissimae philosophorum esse obiurgationes solent? Petimus igitur dicas quoniam de enniano iam verbo quaeritur quid sit notus g) huiusce versus sensus?

Incerte errat animus: praeter propter vita vivitur.

Et grammaticus sudans multum, ac rubens multum, cum id plerique prolixius riderent, exsurgit: et abiens, Tibi, inquit, Fronto postea uni dicam, ne inscitiores audiant, ac discant. Atque ita omnes, relicta ibi quaestione verbi, consurreximus.

Quos pumiliones *dicimus*, graece νάνους appellari.

ell. XVIIII. . h) Stabant forte una in vestibulo palatii fabulantes Fronto Cornelius et Festus Postumius 1) et Apollinaris Sulpicius, atque ego ibi adsistens, cum quibusdam aliis, sermones eorum, quos de litterarum disciplinis habebant, curiosius captabam. Tum Fronto Apollinari, Fac me, inquit, oro, magister, ut sim certus, an recte supersederim *nanos* dicere parva nimis statura homines, malnerimque eos *pumiliones* appellare? quoniam hoc scriptum esse in libris veterum memineram: *nanos* autem sordidum esse verbum, et barbarum credebam. Est quidem, inquit, hoc, Apollinaris i), in consuetudine inperiti vulgi frequens, sed barbarum non est, censeturque linguae graecae origine: νάνους enim Graeci k) vocaverunt brevi atque humili corpore homines l) paullum supra terram extantes: idque ita dixerunt, adhibita quadam ratione etymologiae 2), cum sententia vocabuli competente; et si me-

1) Postumium Festum oratorem numidam, commemorat Fronto noster ad Am. II. 10. p. 222.

2) Aristoteles de part. anim. IIII. 10. νανῶδές ἐστιν οὗ τὸ μὲν ἄνω μέγα, τὸ δὲ πεζεῦον μικρόν.

a) Edd. *nullo negotio*. — b) Cod. *initio*. — c) Cod. *est cum neque*. — d) Cod. *de* [illegible]. — e) Cod. *iubet*. — f) Cod. *vitam*. Ita et infra. — g) Cod. *notus*. — h) Cod. XXIII. 13. — i) In cod. cum anastrophe pro *hoc*, *inquit Apollinaris*. — k) Cod. *graece*. — l) Cod. *hominis*.

moria, inquit, mihi non labat, scriptum hoc est in comoedia Aristophanis, cui nomen est Ἀκαλίς *a*). Fuisset autem verbum hoc a te civitate donatum, aut in latinam coloniam deductum, si tu eo uti dignatus fores; essetque adinpendio *b*) probabilius, quam quae a Laberio ignobilia nimis, et sordentia in usum linguae latinae intromissa sunt 1). Tum Festus Postumius grammatico cuipiam latino, Frontonis familiari, Docuit, inquit, nos Apollinaris *nanos* verbum graecum esse; tu nos doce in quo de mulis aut eculeis humilioribus vulgo dicitur, anne latinum sit? et apud quem scriptum reperiatur? Atque ille grammaticus, homo sane perquam in noscendis veteribus scriptis exercitus, Si piaculum, inquit, non committitur, praesente Apollinare *c*), quid de voce ulla *d*) graeca latinave sentiam *e*) dicere; audeo tibi, Feste, quaerenti respondere, esse hoc verbum latinum, scriptumque inveniri in poëmatis Helvi Cinnae *f*) non ignobilis neque indocti poëtae, versusque eius ipsos dixit; quos, quoniam memoriae mihi forte aderant, adscripsi:

At nunc me geniana g) per salicta
Bigis h) rheda i) rapit citata nanis.

1) Par de Laberio iudicium est Frontonis in ep. I. de orationibus p. 172.

a) Ita codex consentiens cum gelliana Stephani editione. — *b*) Ita cod. Tum ibidem in margine scribitur *adimpendio* (cum *m*) ut vox notabilis. Edd. *id impendio*. — *c*) Edd. *Apollinari*. — *d*) Edd. *illa*. — *e*) Cod. *sententiam*. Sed ita delendum esset *quid*. — *f*) Cod. *Cinnae*. — *g*) Cod. 1. manu *genum ana*. — *h*) Edd. *binis*. — *i*) Cod. *raeda*.

INDICES VARII AD FRONTONEM.

I. INDEX PERSONARUM.

Acilius censor p. 92.
Achilles 10. 163. 174. 224.
Acrilius Plarianus (scriptura dubia) 202.
Aderbal 129.
Aedo 174.
Aemilius Pius 205.
Aesopus tragicus 166. 10.
Africanus 134.
Agamemnon 6.
Aiax 174.
Albinus Auli frater 118. 119.
Alcibiades 59. 152. 163.
Alexander macedo 179.
Alexandri comites 225.
Amasis aegyptius 145.
Amphiaraus 166.
Andromacha 236.
Anicetus Marci librarius 43.
Antoninus Pius 180. Numae aequiperandus 227. Palaestrae, piscationis, theatrique studiosus 152. Eius laudes 29. 36. 37. sqq. 52. 95. 104. 144. 152. 178.
Antoninus Marci filiolus 103 108.
Antonius a Parthis fugatus 225.
L. Antonius 118.
Apelles 38. 124.
Apolaustus 142.
Apollinaris Sulpicius 248. 249.
Ap. Apollonides 200.
Apollonius M. Aurelii in philosophia magister 94. Apollonius filius 95.
Aridelus 95.
Arion 161. Eiusdem simulacrum ad Taenarum 162.
Arrius Antoninus 215. 216. 220. 221.
Arsaces 129.
Asclepiodotus 120. 141.
Aspasia 152.
Augustus 131. 152.
Avidius Cassius 204.
Baburiana 220.
Caelius Optatus 205.
C. Caesar 152.
Calamis 123.
Callistus (scriptura dubia) 212.
Catulus 130.
Cavius Maximus 185.
Calpurnius 141.
Calpurnius Iulianus 188.
Calliopa Homeri magistra 165.
Calvilla Marci Caesaris mater, *saepe*. Eius infirmitates 88. 98. et fortasse 28.
P. Calvisius M. Aurelii avus, cuius in domo eruditus fuit Herodes 48.
Camillus 134.
Canachus 123.
Castricius 214. 181.
Catilina 118.
Cephalus Lysiae pater 17.
Charilas libertus 143
Chrysippus philosophus quotidie madescere solitus 152.
Cleopatra regina 152. 171.
Clitomachus 125.
Cneus 218.
Commodus 180.
Cornelianus Sulpicius 199.
Cornelius Repentinus Contuccius 181. 215.
Cornificia Marci filia 103. Marci soror (v. adn.) 87.
Crassus a Parthis caesus 225.
Crassus lucifugax 167.
Crassus tristis ibid.
Croesus 163.
Curius 134.
Cyrus 224.
Decimanus 160.
Dionysidorus coquus 149.
Dionysius pictor 124.
Domitianus 91.
Egatheus Antonini libertus a codicillis 121. (v. adn.)
Erucius Clarus 183.
Euphranor 124.
Fabianus 215.
Fabii trecenti 169.

230. philosophus 242.
:arci filia 80.
ii seu senior 182.
unior, Marci uxor, *saepe*.
is 203.
:er oratoris 41. 69. 77. 159.
210.
arco geniti 110.
'4.
arus 138. 139.
ntonis filia 45. 77. 81. 87. 93.

ontonis uxor 33. 37. 42. 45.
'9. 84. 141. 160.
a Frontone saepe laudatus,
en amatus 35. Eius facundia,
im per Europam et Asiam mo-
. 226. Musicae et prandiorum
m studiosus 152. Provincias
i barbaris dereliquit 226. Exer-
is a Iudaeis et a Britannis cae-

134.

:0. 174. 224.
tticus 9. 49. 50. 68. 120. 141.
juidam 9. 44.
rsiae causa sub divis Fratri-
.
7. 68. Iulianus Celsinus, vel
'elsinus 247.
us Naucellius 203. 209. 210.
nex 187.
ximus 204. 211.
Pontius 133.

ontonis quinque in infantia de-
156.
.
rbicus 217.
us tribunus pl. 92.
erus imp. simplex, benivolus
mens, iustus, fidelis 229. Ae-
raviter 137. Eius prudentia mi-
34. Reditus a parthica expedi-
37.
trhax 165.
69.
urelius vehementer virtuti stu-
dens ob libros ethicos Aristonis 83. gloriae fugitans 164. ad philosophiam mature divertit 170. Eloquentiam segnius colit 105. Amicos suos concordia inter se copulare solitus 67. Eius philosophia 80. 88. Natura pituitosus 76, et multi somni 101. Ingenio summo praeditus 105. 170. 232. Vox eius lepida et liquida 111. Iudicia exercet Centumcellis 101. Marci iuvenis severa gravitas displicebat Frontoni 801. Exscribit et recitat Frontonis orationem 10. sqq. et litteras 37. Recusat nomen Armeniaci, tum recipit 128. Marci laudes 105. sqq. 110. sqq. et alibi.
Martius Verus 136.
Matidia 114. 121. 122. 208. Matidiae funus publicum a M. Aurelio decretum 122. Eius hereditas 121.
Mecenas 27.
Menelaus 125. 169.
Metellus 119. 134.
Mithridates 129.
Montanus Licinius 200.
Nealces 124.
Nepos Frontonis trimulus extinctus 140. 141. 156. sqq.
Nerva verbis rogaticiis facta sua in senatu commendavit 131.
Nicias dux 129.
Nicias pictor 124.
Niger Marci augusti anagnostes 150.
Niger Censorius 183. sqq.
Numa 152. 227.
Ocha coquus 149.
Oroctes perses 146.
Orpheus 31. 66.
Pacorus regno privatus 130.
Parrhasius 124.
Parthamasiris rex a Traiano caesus 229.
Passienus Rufus 205.
Patricoles 10. Idem Menoetiades 216.
Pausias 124.
Penelope 136.
Periander 163. rex Corinthi 161.
Perperna 180.
Phaeder 16.
Phalarides 209.
Phidias 38. 123.

Philocteta 10. 164.
Polemo adulescens 27. 44.
Polio 9. 44.
Polycletus 123.
Polycrates 146. sqq. 163. Eius filia 146.
Pompeius Falco 44.
Pompeius 129. 245. non ita suis virtutibus ut Ciceronis laudibus Magnus cognominatus 148.
Postumius Festus numida orator 222. 248. 249.
Praecilius Pompeianus 208. 209.
Proculus 219.
Protogenes Ialysum pingit undecim annis 31.
Pylades histrio 141.
Pyrallus (scriptura dubia) 210.
Remus 133.
Romulus 133. 152.
Roscius comoedus 165.
Rusticus romanus M. Aurelii amicus 106.
Saenius Pompeianus 94.
Sallustius idemque Fulvianus 118.
Sardius Lupus 205 211.
Sardius Saturninus 205. 206. 211.
Sempronia 119.
Severianus in Armenia occisus 231.
Cl. Severus 198.
Sextius Calpurnius 187.
Sohaemus rex Armeniis datus a L. Vero 130.
Solo 163.
Spartacus 169. 230.
Squilla Gallicanus 212.
Statirnus (scriptura dubia) 203.
Stratonabias 210.
Sulla Faustus 150.
L. Sylla (corr. P.) 208.
Tasurcus malus comoedus 165.
Tereus 165.
Themistocles quidam 94. 95.
Thersites 169.
Tiberianus bibliothecarius 76.
Tiberius augustus 132.
Trebo . . . 180.
Traianus 144. 152. 226. 230. histrionibus et vino delectatus 152. gloriae nimis cupidus, nec omnibus purgatus 229. bello et pace clarus 230. Amittit duces in Dacia et in Mesopotamia 165. 230.
Turbo Marcius 183.
Valerianus 209. 210.
Valerius Antonius 142.
Valerius Clitianus 221.
Variani alumni 207.
Velius Rufus Senex 206.
Ventidius 131.
Verus, id est Marcus Aurelius, adhuc Veri nomine utens 40. et fortasse 126.
Vespasianus 132.
Victorinus Fronto nepos oratoris 116. 120. 206.
Victorinus C. Aufidius umber 26. 28. 82. Frontonis gener 221. *et alibi*. Fit municeps cirtensis ob ductam unicam Frontonis filiam ibid. Eius eloquentia et virtutes ibid. et 157. 206.
Viriathus 169. 230.
Vologaesus 226.
Vologaesus Armeniae regno spoliatus 130.
Volumnius Serenus concordiensis 216. sqq.
Ulixes 5. 169.
Ulpius 211.

II. INDEX SCRIPTORUM.

Accius p. 70. 124. 150. 170.
Aelius 11.
Aeschines 125.
Albucius 124.
Alexinus 165.
Anacharsis 33.
Anaxagoras 166.
Antias 124.
Antisthenes 125. 165.
Antonini Pii oratio 96. [illegible] larum fragmenta duo 182. [illegible]
Antonius Aquila rhetor 204.
Apollonii, qui Argonautas [illegible] hoemium 174.

Appiani graeca epistula cum Frontonis responso 131. 192. Idem Frontonis familiaris, quo petente procurationem a Pio impetravit 188.
Aristonis libri ethici 83.
Aristophanes in comoedia 'Ακαλέϛ 249.
Atellanae 44. 115. 232.
Athenodotus exemplorum atque imaginum auctor, et Frontonis magister 24. 80. 125.
Atta 70.
Attici scriptores. 16.
Atticus 11.
Baius 56.
Bruti liber, qui ad Ciceronem corrigendus missus fuit 58.
Caecilius emendator et scholiastes codicis frontoniani 64.
Caecilius poëta 41. 70.
Caesaris oratio 15.
C. Caesaris scripta militaria, et tres libri de analogia 147. 246. Eloquentia eiusdem laudatur 132. et latinitas 245.
Calvus orator 171.
Capreolus causidicus 50.
Cantilenae eroticae 20.
Cato 11. 38. 39. 41. 46. 61. 63. 70. 120. 101. 114. 124. 125. 165. 170. 177. 247. Catonis agricultura 76. Oratio adversus Galbam 63. Oratio de bonis Dulciae, et alia qua tribuno diem dixit 75. Contra Cornelium 109. Adversus Lepidum 149. Fragmentum ex oratione de sumptu suo 109. Fragmentum de exercitatione militari 134. Origines 224. Eloquentia eius laudatur 170. 224.; eadem culpari videtur 172.
Causidici 22. 46.
Chrysippi rhetorica 101 166.
Cicero 11. 51. 101. 165. Ciceronis orator (seu potius Brutus) 169. Oratiunculae 83. Oratio pro L. (corr. P.) Sylla 208. Pro Caelio 117. Pompeiana 148. Oratio quaedam 114. Sermones 150. Epistulae 27. 58. 117. Epistulae electae totae vel dimidiatae 116. Epistularum ad Brutum libri duo, ad Axium unus 117. Cicero epanaphora figura usus 117; pulcherrime elocutus, sine tamen scrupulosa verborum inquisitione 70. Ciceronis laus 70. 117. 122. 129. 148.
Claudius historicus 124.
Cleanthes 164.
Coelianum excerptum 15.
L. Coelius poëta 70.
Coelius quidam auctor 114.
Coelius historicus 124.
Comoediae 61. 115. 232.
Demosthenes 38.
Dio philosophus 125.
Diodorus dialecticus 165.
Diogenes cynicus 59. 125. 164.
Dionysius rhetor, cognomento Tenuior, Frontonis magister 24. 171.
Encomiographi 40.
Ennius 6. 7. 11. 42. 61. 70. 73. 114. 124. 150. 165. 170. 179. 246. Eius annales 81, quos a somnio exorsus erat 6. 243. Carmina ex Telamone 144. Sota 69. Iphigenia 248.
Epictetus 125. 166. servus et claudus 126.
Euphrates philosophus 125.
Euripides 78.
Excerpta Ennii et Lucretii 114.
Fronto orator et epistulographus. *De hoc copiose satisque diximus in praefatione.*
Gaius poëta 87. (nisi forte emendandum est *gratus*, intelligendusque Homerus.) Certe pro *Caius* in codice est *Gaius.*)
Galbae orationes 63.
Gallicanus (nisi est nomen gentile) declamator 179.
Gracchus 11. 61. 124. 129. 114. Eius orationes 52. 62. 69. 165.
Grammaticus quidam 247. 248.
Helvius Cinna 249.
Heraclitus 175.
Herodotus 234.
Hesiodus 6.
Homerus 5. 30. 34. 165. 169. 198. 216. 224. 234. Eius prohoemia 174. 243.
Iulii Aquilini disputationes platonicae 202.
Laberius 11. 40. 70. dictabolariorum, creator 172. 249.
Lampadio 11.

Legum excerpta 43. 44.
Levius 8.
Lucanus 173.
Lucilius 70. 124.
Lucii Veri gratiarum actio ad Pium 96. Orationes ad senatum, adlocutiones ad exercitum (quarum testes sunt nummi) et sermones cum barbaris habiti 131. 136. Commentarius de bello parthico ibid. et 141. 223. Orationes 105. 129. Litterae de bello gerendo 135; ad senatum 127. sqq.; laureatae 204; ad Parthorum regem 127. Eius eloquentia prolixe laudatur ibid. sqq. 95. Epistularum sex in codice frontoniano partes 134. sqq.
Lucretius 70 114. 124. 150. 170.
Lysias Cephali 17. Sententiarum apud eum perturbatus ordo 233.
Marcianus causidicus 50.
Marcus Aurelius εἰκόνας scribit 51; et causas 82. 91. sqq.; et locum communem 101. Gnomas convertit aut scribit 55. 101. Excerpta facit 43. Verborum studium negligit 72. Dictat epistulas prope ad XXX. sine intermissione 77. Eiusdem edictum, cuius locutiones aliquot reprehendit Fronto 178. Gratiarum actio et laudes ad Pium 52. Orationes 46. 61. 62. 73. 87. 105. 106. 128. 134. 177. 178. (Quaedam Marci orationes citantur etiam in fragmentis iuridicis vatic.) Oratio cyzicena, in qua figura paralempseos usus fuerat 178. 179. Scriptum graecum 15. Scriptum quoddam 91. Hendecasyllabus 40. Versus 28. 43. 48. 55. Marcus se historiae scribundae praeparat 181. Legit orationes in senatu 86. Marci studia litterarum passim. Eiusdem eloquentia laudatur 14. 107. sqq.
Metelli numidici orationes 11.
Musonius philosophus 125.
Naevius 37. 43. 70.
Nepos Cornelius 11.
Nigidius 243.
Novianae 44.
Novius 70. 77.
Oratio centumviralis 92.
Orationes ornatae et pompaticae 61.
Oratius (sine adspir.) Flaccus in secundo sermonum 36. 27.
Orator atticus quidam 83.
Oratores veteres 61.
Pacuvius 124. 243.
Paterculus (scriptura dubia) inornalius scripsit 130.
Pictor historicus 124.
Plautus 37. 70. 72. 150. 180. 245. In Colace 43; in Milite glorioso 204.
Plato 16. 17. 125. 164. 165. In Phaedro 233.
Poëta histrionum 83. anonymus 215.
Polemo 44. declamator 39; rhetor 27. De eius eloquentia iudicium 40.
Polus sophista 59.
Pomponius poëta 70.
Protagoras sophista 59.
Pythagoras 125.
Quadrigarius in annalibus 244.
Quintus poëta 68. Vide adn.
Sallustius 46. 55. 70. 101. 114. 117. 118. 129. 170. 177. 180. Eiusdem oratio deperdita a Ventidio triumphatore in senatu recitata 131. Epistula apud Sallustium Catuli deperdita 129. 130 Sallustii verba duo recuperantur 119.
Scipionis orationes 11. 44.
Scripta amatoria 21.
Scriptores artium 118.
Seneca Annaeus vituperatur 150. 172.
Sergius 172.
Servilius Silanus orator 222.
Sisenna 70. 124. 125.
Socrates 16. 78. 59. 163. Aspasiae discipulus, Alcibiadis magister 152. Princeps sapientiae atque eloquentiae, et ironiae auctor 59. Eius πολιτεία ibid.
Socraticorum symposia, dialogi, epistulae 152.
Staberius 11.
Svetonius Tranquillus 126. 207.
Sibylla 4. Sibyllini libri 129.
Theodori rhetoris loci 53. 179.
Theopompus Graecorum disertissimus 44.
Thrasymachus sophista 59.
Thucydides 129. Idem seu potius Theophrastus (v. adn.) 61. Thucydidis [illegible]

ía 136.
ıtes philosophus 125.
oëta 11.
116.
iac 61.
ıI· 247. in satura 245.
us orator 221. Eius actio foren-
sis 98. Eius eloquentia laudatur 222. Omnium optimarum artium praecipuus 157.
Villianus causidicus 50.
Virgilius 243.
Volumnii Quadrati scripta 214.
Xenophon 125. 165. 224.
Zeno seu Xeno philosophus. 124. 125. 164.

III. INDEX RERUM.

ıratio virtus summa nugalium scri-
m 11. 233.
insula 51 53. 53. Ibi lacus cum
ı 52.
pii templum in Pergami arce 54.
ia 151.
147. sqq.
rerno tempore movere et machi-
:onsulto 100.
ıpitalis 37, ex Naevio.
rtuitus praestat rationabili 2. sqq.
vituperatio 17. sqq.
ıe descriptio 74.
orum imagines frequentissimae,
ıssa saepe Minerva 81. seq.
estum post relatum, axioma ta-
iorum 112.
m aureorum modii tres cumulati
Carthaginem post cannensem cla-
146.
ı felicem succidere vetitum ple-
e legibus 218. Quaenam sit arbor
ibid.
paupertas 226.
a a L. Vero capta 128.
m graecorum proprietates 123.
nses graviora tributa exigentes
non bene gesserunt 194.
graecum 209.
liuturnus Ulixi labyrinthus 5.
n calidi specus 3.
ıeca Apollonis 75.
ım officia 168. seq.
formidabat vir quidam consula-
bid.
ıa de Henone et Aedone 174.
ınnae arboris natura 44. 172.
Cato Hispaniam recuperat 129. Eius imago de senatu proferri solita 134.
causidicorum uxores feruntur multi cibi 42.
Centumcellae 63. 101.
cholerae morbi graphica narratio 96.
Christiani calumniosa oratione a Frontone appetiti 240.
Ciceronis epistulas omnes legendas censebat Fronto magis quam omnes eius orationes; et epistulis Ciceronis nihil esse perfectius 117. De Cicerone iudicium Frontonis 95. 124. 129. Nominatim de eius oratione pompeiana 147. 148.
Cirta Frontonis patria 221.
Cirtenses plurimi clarissimi 222.
codicum nobiliorum scriptores veteres 11.
colorum genera et vocabula 242. sq.
commendandi mos unde ortus 198.
Concordiensium colonia 216.
consul quidam leonem quinquatribus percutit. Idcirco apud censores expostulat 90. seq.
consulatus eiuratio 42.
convolvoli corpus directim fertur 30.
cursim scribendo fiunt infirmiores litterae (quae est scriptura vulgo dicta cursiva) 69.
daduchi eleusinii 129.
Dausara a L. Vero capta 128.
de decurionatu doctrina varia 216. sqq.
dialecticorum vituperatio 166. Honor iis sub Marco habitus 176.
Dii viales et promarini 54.
doli feminei vituperatio 34.
Dorocortoro Athenae gallicae 240.

dona esse recipienda 190. sqq. recusanda, si magna sint 191. sqq.
ducis praeclari forma 227. seq.
eloquentiae laus 130. 131. 163. sqq. et alibi. Eloquentia primorum Caesarum 131. Ea generatim est officium Caesarum 168. Eloquentiae genus summum quod sit 131.
exercitus syriatici vituperatio 133. 227.
fabulae - fraudis femineae 35. - heliotropii 22. - Leandri 57, - Orphei 31. 66. - Polemonis 27. - vitis et ilicis 171. - de origine eloquentiae 170. - de origine somni 153.
fata a fando appellata 157.
Faustinae iunioris partus 98, infirmitas 88. 89. 91.
feminarum virtutes propriae 34.
fides arcana humanae amicitiae 184.
formulae - condemnandi 153. - in multis iudiciariis 113. - in delationibus 82. - petendi veniam in relationibus 113. - praeconum in ludis (graece) 31.
fortunae appellationes variae 173. Eidem fana et delubra passim dicata 4.
ficus pompeiana 40.
fumi laudes 233.
gloriae cupido aegerrime exuitur 164.
Gracchus locat Asiam, et Carthaginem viritim dividit 129.
Gyari 183.
historicorum latinorum proprietates 124.
holus aricinum 40.
horti mecenatiani Frontonis 27.
hyaenae collum rigidum 29.
iaculi serpentes nonnisi directim feruntur 30.
Ialysus Protogenis 31.
Ilissus 23.
imaginum plena epistula 29. sqq.
imaginum qui sit usus 52. seq.
immortalitas animorum 158.
infantia Caesarum Tiberio et Vespasiano interiectorum 132.
invidiae indoles 67. 225. 230.
ius liberorum in sortiendis provinciis 186. (Confer Dionem lib. LIII. 13, et fragmenta vat. iuris civ. p. 49.)
lac nutricis medela infantium 108.
laudes principum servabantur in actis senatus 36.
legibus permittendum nonnumquam dormire 83.
lex falcidia 121.
linea margaritarum famosa, ex hereditate Matidiae 121.
lineae rectae laus 30.
loci argumentorum 53
Lorium 46. 63. 87. 103. 110. 148. 151. Inter Lorium et Romam clivi ardui et via lubrica 110.
ludi circenses Frontonis consulis 35.
magistratus eiurabantur pridie 42.
magistrorum vulgarium vituperatio 171.
M. Aurelii infirmitas 28.
masuriana deleramenta 41.
Minerva artes omnes complexa; musae singulae singulas 34.
multas inrogari antiquitus mos fuit mille minus dimidio 113.
municipes sacrorum 180.
neapolitani caeli inconstantia 41.
neglegentiae laudes 233.
Nicephorum a L. Vero captum 128.
Nili caput 4.
nota delatoria 150, censoria 92.
nugale scriptum romana lingua nobile nullum erat ante Frontonem, exceptis comoediis aut atellanis 232. Nugalium scribendorum praecepta 233.
nummi Antonini, Commodi, Pii, Perpernae, Trebo . . . 180.
nummi plumbei 180.
nursina duritia 226.
orationis suasoriae artes 59. 60. Ad orationem faciendam plerumque versus, ad versificandum oratio magis adiuvat 61.
orator debet esse audax ex Ennii sententia 73. Summus a mediocribus in quo differat 108. Populi auribus serviat 25. 26.
oratorum latinorum proprietates 124.
ostentis formicularum et apicularum res maximae portendi dicuntur 140.
paraleipseos figura nemo graecus aut romanus orator elegantius Catone usus est 109.

ıanuleis laxioribus usi 73. Soli
um adversus Romanos hostile
ı numquam contemnendum ges-
225. Eorum bellandi mos 227.
bella Traiani et L. Veri inter se
rantur 225. 231.
es orationum 208.
is taurus 209.
ıattunt 61.
a disciplina in Marci oratione
rabatur 61.
n rex donis coli solitus 194.
ıorum graecorum proprietates

hi irridentur 200. 209.
ımentaria 230.
is samii historia 145.
n et Afrorum clades suprema 147.
ıtini in quo quisque verborum
excelluerint 70. Eorum proprie-
24. 147. 148.
m 10.
ı - Amici morem non odisse sed
cere 29. - alibi medicamenta obli-
84. - dentes adprimere (si tamen
verbium) 86.-niti adverso flumi-
ı. - cursoris 36 - rostro non su-
es facienda 112 - scurrarum (seu
rusticorum) 8. - de Pyrrhaeis 28.
is tenediae 15. - Grec. cum pro-
81.
tia divina 157. 158.
ı Africae redimebatur sub Pio 94.
aalae a Romanis pugnatae 144.
laudes 233.
versicolorum discursus 7.
mviri libros (sibyllinos) adeun-
ı.
ria in Albano 91.
ec simulacrum nec ara usquam
rata 4.
sub Marco contempti 176.
stauratio 239.

Roma saepe magna dona oblata respuit 194.
romanus populus duabus praecipue rebus, annona et spectaculis, tenebatur 230.
rosa tarentina 40.
rusticatio M. Aurelii μετὰ πολιτείας 116.
saviandi mos honori eloquentiae datus 140.
scriptum lymphis aut volcano dicandum 103.
secta oratoria Frontonis 105.
seditiones sub Pio 230.
senator gradu maior 138.
senectuti omnium vacatio munerum data est 219.
signinae vitis proprietas 75.
somni accusatio 5. sqq. origo et laudes 153. sqq. Somnus Ennii magister 165.
somnium filiae Polycratis 145.
Socrates in carcere dolorem constricti vinculi voluptate resoluti compensabat 78.
spina sacra, ἱερὸν ὀστοῦν 107.
statuae positae effeminatis qui magiras faciebant 149.
stoicorum dogmatum accusatio 163. sqq.
superstitiosi stella visa ieiunium polluebant 42.
testamentorum apud veteres custodiae 14.
testamenta transmarina Romam mittenda ex decreto proconsulis 14.
theatri cura pertinet ad civilem principis scientiam 230.
venetus circensis venalis 201.
verborum delectui quinam latini auctores studuerint 70. Verborum studium vetusioribus inusitatum ibid. De verborum copia et delectu 175. et alibi.
verum dicere res diis (ethnicorum scilicet) hominibusque ardua 56.
vestalis neque balba neque sirbena capiebatur 178.
vina faustiana 150.
vivarii dedicatio 63.
vocis epitheta varia 178.

IV. INDEX VOCABULORUM

vel novorum vel nunc certa auctoritate confirmatorum.

Admurmuror *deponenti forma* p. 25. v. 8.
altipendulus 77. v. 6. *Sic* altipetax (*cucurbita*) *apud Strabonem Gallum.*
amplificus, a, um, certa auctoritate nunc firmatum vocabulum 170. v. 13.
anucella 209. *in margine apud Varronem LL.* VIII. 45. anicella.
apopsis 151. v. 8.
atellaniola 44. v. 1.
bibliothecarius 76. v. 1. *nunc satis vetere exemplo firmatum vocabulum: Quare apud Forcellinum deinceps non erit collocandum in expulsis, quod caesarea Marci auctoritate in patrium Latium iam revocatur.* (*Confer item Isidori glossarium.*) *Profecto exquisitae vir doctrinae Forcellinus nimis multa posuit in expulsis, partim quidem desiderio exemplorum partim nimia severitate. Atqui crescentibus in dies classicorum auctorum copiis, complura vocabula dignitatem suam recuperant. Et quidem in ipso Frontone alia fortasse nova erunt; praeter haec quae a me recensentur:*
catachanna *arbor* 44. v. 12; 172. v. 10.
causidicalis 76. v. 7.
causidicatio 216. v. 16. *Est in Labbei glossariis.*
chamaetortus 166. v. 28.
commoenio 154. v. 14. *Confer Gellium* XVII. 11.
conchim *adverb.* 77. v. 3. *Nempe plenis conchis, seu copiose.*
congarrio 206. v. 23. *Habet Forcellinus in expulsis ex Io. Saresberiensi policr.* V. 6.
consucidus 184. *in marg.*
cordax *adiectiv.* (*nam subst. extat.*) 173. v. 1.
daduchus 129. v. 10. *Habet Forcellinus in expulsis.*
deliberamentum 11. v. 2.
desiderantius *a* desideranter 143. v. 16.
dicia (*nisi est mendum*) 60. v. 21. Dicia *est rete apud Carpentarium, id quod ad rem nostram non attinet.*
dictabolarium 172. 16.
disamo 50. v. 1. (*nisi forte mendum est.*)
disconcinnus 17. v. 22.
eductor 207. v. 8.
encomiographus 40. v. 25.
erastes 15. v. 1. a fin.
esor 152. v. 4.
exemplaris *cas. nom. subst. masc.* 117. v. 2.
fidicularius *adiect.* 165. v. 22.
fonema (*seu* phonema) 170. v. 9.
genum *genere neutro* 97. v. 24. Genus *genitivo casu* 87. 98. 100. *Casum hunc alia cognita exempla confirmant.*
gnome 55. v. 7. et 18. *Habet Forcellinus in expulsis. Et quidem ego apud Festum malim legere cum aliquot criticis* gnoma *quam* groma.
hastula 174. v. 24. f. *Confirmatur vocabulum, de quo dubitant Gesnerus et Forcellinus, ita ut hic postremus collocet etiam in expulsis.*
inluculasco 113. v. 15.
impoene *pro* impune 110. v. 12. *ex Catone.* Impoenitus *quidem bis apud Gell.* XI. *ult.* XII. 7.
inornatius *ab* inornate 130. v. 6.
inridentius *ab* inridenter 169. v. 11.
insolutus *adiect.* 97. v. 9. *Hinc confirmantur auctoritates vel immerito dubiae vel paene improprii significatus Senecae atque Aggeni.*
instructura p. 26. v. 9.
invio *adv.* 176. v. 11. Invius est in ss. Bibliis et apud Cangium atque Carpentarium.
invocatus, us *subst.* 125. v. 6.
laboratio 224. v. 3. *Utitur s. Hieronymus, ut observat Gernerus. Est etiam apud Cangium.*

libator 224. v. 3.
liniteus *adiect*. 74. v. 8. f. (*nisi forte* linitei *est pro* liniti, *ut* prunuleis *pro* prunulis.) Linetum *subst. est apud Carpentarium*.
ludicror 207. v. 6.
magira, ae 149. v. 11. *Nisi forte in cod. mendum est pro* magida.
masurianus *adiect*. 41. v. 18,
matercella 77. *in marg*.
meteoria 78. v. 2. *Svetonius Claud. cap*. 39. *scribit graece*.
mucculentior *comp. gradu* 76. v. 11.
nudiustertianus *adiect*. 101. v. 6. *Est in Labbei glossariis*.
obtensus *pro* obtentus 220. v. 8.
olfactarius *adiect*. 173. v. 19.
opisthodomus 14. v. 10. f.
pannychius *adiect*. 50. v. 17. Pannychismus *quidem est apud Arnobium*,
passercula 77. v. 2. 11,
pedetemptius 48. v. 6.
pelluo 72. v. 3. *Gesnero videtur idem ac* perluo. *Secus mihi respicienti ad* pelluvium *et* pelluviae. *Est in Labbei glossariis*.
peratticus 26. v. 8.
percensio 178. v. 9.
perfrictiuncula 76. v. 17.
philostorgus 201. v. 22.
pinguiculus 82. v. 14. *Apud Solinum legitur* pinguiusculus.
poeto 40. v. 12. *Est apud Cangium*.
praeoleo 7. v. 17.
prodormio 8. v. 9. (prodormivi 76. v. 17. prodormii. 84. 90.)
promarinus *adiect*. 54. v. 15.
promulgator 152. v. 17. *Est in Labbei glossariis, et apud Forcellinum in expulsis*.
prunulus (*vel alia terminatione*) 172. v. 11.
quadripedus *adiect*. 172. v. 15.
quadrupedo *adv*. 26. v. 22. (*nisi potius subintelligitur* gradu).
rapinatio 45. v. 9,
revelatio 80. v. 24. *Habent Octavius Horatianus* I. 9, *et Cangius atque Carpentarius*.
revimentum 233. v. 2. *Est in Labbei glossariis*.
rixatorius *adiect*. 81. v. 12.
rogatorius *adiect*. 131. *in marg*. Confer *Cangium*.
rogaticius *adiect*. 131. v. 20.
scriptus, us. 216. v. 21. *Confirmatur vocabulum controversum. Item est apud Victorem rhetorem a nobis editum cap. IIII*. 7.
semidivinus 8. v. 15,
semiperitus 69. v. 17.
sirbenus 178. v. 2.
solifundium 224. v. 4. (*scriptura dubia*.)
solitatim 169. v. 19.
spernor, aris 164. v. 9.
studiolum 76. v. 6. *Pro conclavi quidem ubi studetur, est apud Cangium*.
subringo 45. v. 9. *Passive Cicero ad Att*. IIII. 5.
subsentator 43. v. 5. *ex Plauto*.
supervacaneo *adv*. 73. v. 3.
sume samentum 74. v. 10. f. *lingua hernica pellicula de hostia* (1).
synonymon 167. v. 16; 171. v. 3. *Forcellinus ponit in expulsis*.
tardiuscule 87. v. 1. f.
tolutaris *adiect*. 172. v. 14. *Agnoscit Gesnerus, sed sine exemplis. Hinc in Labbei glossariis* tolutiloquentia.
trigemino, as 175. v. 27.
voluptativus 119. 19. (*scriptum* voluptatiba).

1) De vocabulo *sume*, quod est etiam in tabulis eugubinis, legatur Lanzius L. E. in tertio indice locisque ibidem laudatis. Ceterum in codice *sume* superponitur 2. manu τῷ *samentum*; de quo postremo vocabulo nihil iudico, si certe *sume* hernicum nomen, non verbum latinum est.

V. INDEX LATINITATIS 1).

Abfuat 208. v. 15. *Fuat.* 163. v. 12.
ad Novium, idest *apud Novium*, 76. v. 1; 6. *ad fratrem*, i. e. *apud* 142. v. 12.
adsiduus opponitur *remissiori* 27. v. 4.
adtingerunt 133. v. 7.
aestum suspendere dicitur vitiosa locutio 73. Sed defenditur a nobis in adn.
aestus depulsio quot locutionibus significetur 73.
Afuit pro *abfuit* 16.
agnasco 6. v. 13.
alienus cum dativo 27. v. 12.
aliqui pro *aliquis* 157. v. 15.
aliquo pro *aliquanto* 102. v. 11.
amare et colere gravius magno pondere 63. v. 4. Cf. Cic. de off. III. 8.
amorem sibi ingurgitare 67. v. 20.
animadverto, id est *punio*, cum acc. sine *in* 228. v. 18.
arbor quam ille suum nomen catachannam nominabat 44.
antiqui veteres 209. v. 17. (sed vide adn.)
asa pro *ara* 234. 17.
atque pro *et* amant repetere Fronto et Marcus saepe, ex Catone videlicet Cf. 46. v. 4.
atque videtur poni pro *neque* 78. v. 3- f. (Cf. Forcell.)
aspersus paululum pluviae 74. v. 2.
averto sensu neutro 70. v. 1.
augere magnis auctibus 151. v. 21.
autem sunt pro *sunt autem*, in adfirmatione 49. v. 12.
baluceis 91. v. 7. Num vox corrupta? Certe *baluca* in lexicis notionem habere videtur huic loco alienam.
bona volentia 140. v. 17.
careo cum accus. casu 219. v. 3.
casus sextus in nomine graeco 53. v. 20. Quintil. I. 4. §. 164: *quaerat etiam, sitne apud Graecos vis quaedam sexti casus.*
causa vocabulum per ellipsim omittitur 7. v. 5; 233. v. 7.
celocas acc. plur. terminatione graeca 107. v. 2.
circumitio pro *circuitio* 179. v. 1. f.
claudo familiare est Frontoni pro *claudico.*
collos acc. pl. 122. v. 5.
consulere posteritatem pro *in post.* 221. v. 1. f (nisi est mendum).
conticinnum 41. v. 11.
converto sensu neutro 115. v. 17. 155. v. 13. (Sic in Frontonis seu Maii exemplis elocutionum delebat pronomen *se* Garatonius praef. ad tom. VII. or Cic. p. IX.) Tamen *convertar* passive 82. v. 4.
et copula omittitur 159. v. 11; 172. v. 1; 219. v. 4. f. 228. v. 8.
crocus 7. v. 16. f. *crocum* 164. v. 25.
crucians sensu neutro, ut videtur 206. v. 26.
curare cum dativo casu 154. v. 8.
decem partibus malle 75. v. 22.
decem tanta te amo 99. v. 10.
delere ad lignum 110. v. 8, ex Catone.
delictum miti sensu pro *mendum* 60. v. 8.
desiderantissimus passive 9. v. 9; 40. v. 13.; 96. v. 23; 137. v. 2.
detracto pro *detrecto* 72. v. 3. f.
dicia pro *dica* 6. v. 3. f.
dictionem pro *oratione* reprehendit Fronto 87. v. 5. f. defensurus erat M. Aurelius ibid. v. 7.
dinoscere 175. v. 25.
dolere animum 158. v. 3. *dolere oculos* 189. v. 20. pro *ab animo*, *ab oculis*.
dolere inguina 90. v. 9.
duint. 75. v. 7.

1) Boldettus in coemeteriis christianis lib. II. 8. magnum congerit numerum vocabulorum et archaicarum scripturarum ex epigraphis christianis, ex Goltio thes. antiq. rom. aliisque; quod capitulum cum fructu leget philologus.

dum pro *dummodo* 28. v. 12. 23. v. 13.
duum 13. v. 4. f. p. 151. n. e.
ea fine heres fuit, ut 139. v. 6.
effectum opus i. e. *omnibus muneris absolutum* 88. v. 15.
esse pro *prodesse* 68. v. 6.
ex forma 95. v. 12.
exadvorsum 110. v. 4. f.
exictus 158. v. 13.
expergitus 228. v. 12.
exradicitus 124. v. 12. Et sic scribendum est apud Plautum.
feriae feriatae 149. v. 1.
fauces miseras habere 100. v. 12.
favere illa re 205 in marg.
focilo 96. v. 17, unde confirmatur unicum controversumque exemplum apud Forcellinum.
garravi pro *garrivi* 77. v. 8.
gaudeo cum quarto casu 57. v. 4. f.
genitivus casus graecorum nominum *Achilli, Alcibiadi, Euphrati, Herculi, Polycrati, Ulixi.* (Sed p. 174. v. 2. f. *Achillis*).
gerundii constructio insolita 211. v. 3. f.
hora tangit 4. v. 3. f.
horribiliter (id est *mirifice*) *scripta oratio* 39. v. 10.
ieiunium polluere 42. v. 2.
imperandum passive pro *parendum* 176. v. 5.
inguem pro *inguen* 98. v. 2. Hoc aeque miror atque illud Prisciani apud Cassiodorium 2319: *sanguis in prima syllaba per m scribendum in nominativo casu; in ceteris autem casibus per n.*
impliciscar 58. v. 4.
imposivi 109. v. 4. f, ex Catone.
inpraesentiarum 78. v. 10.
intenditus 151. v. 15.
ipsus 92. v. 10.
irascor sensu, ut videtur, passivo 91. v. 6.
ironia est *inversa oratio* 59. v. 6.
iuvare ad aliquem modum 40. v. 8. f.
laetandae res 127. v. 10.
lavare, verbum quot varietates patiatur, una syllaba commutata 72.
legere duplici sensu 74. v. 1. f.
litterator, nempe qui pueros legere docet 113. v. 9.
magiras facere 144. v. 11, ex Catone.
mare ablativo casu 57. v. 1. f.
margaritum et *margarita* 122. in marg.
materia cruenta 15. v. 11, elocutio notabilis. Confer adn.
meus vocativo casu 15. v. 16; 63. v. 1. f.
miserere, formula obsecrandi vel petendi officiose veniam Frontoni familiaris nec non M. Aurelio.
modestus cum genitivo 57. v. 13.
modifico 72. v. 19. Sed *modificor* 137. v. 5. f.
morsus ventris 99. v. 5. f.
neglegi pro *neglexi* 135. v. 2.
nos ceteri 112. v. 4. Ita etiam me legere memini apud s. Ambrosium.
nox, quae sequitur, fac placide quiescas 104. v. 2.
noxit pro *noceat* 68. v. 5.
nullum substantive vel cum ellipsi 205. v. 12.
oboedire cum accus. casu 138. v. 9.
obsecro de diis dicere non licet 108. v. 2. f.
occupare in aliqua re, pro *aliqua re* 40. v. 2.
octavidus pro *octavo idus* 63. v. 9.
omnes universi 169. v. 8. f.
praedam a *manubiis* distinguit Cato 109. v. 1. et 2. f.
panegyricus subst. genere femineo 112. in marg.
cum pennis, cum gubernaculis p. 173. v. 5. f. Corrigebam *pinnis*. Sic autem Nonius voc. bipennis: *nonnulli gubernaculorum partes tenuiores ad hanc similitudinem pinnas vocant eleganter.* Sed confer Quintil. I. 4.
perfungor cum acc. 139. v. 8.
pellam dare 7. v. 2. f.
possidere in amando vim 37. v. 7.
potest pro *potest fieri* 55. v. 12.
praeditus, i. e. *praepositus* 55. v. 10; 165. v. 16.
precor quaesoque 239. v. 5. Extat apud

Catonem RR. cap. 141. in formula precum ad Martem.
proclivus, nisi est mendum, 60. v. 6.
proinde quod 161. v. 1.
promovere neutro sensu 68. v. 15.
prothymia explicatur *delectatio* 37. in marg.
pseudomenus accus. plur. terminatione graeca 165. v. 21.
Pythagora nom. casu bis sine *s* 125. Cf. Quintil. I. 5. 280.
quam, non praecedente *potius* 82. v. 5. f. 130. 2. f. Non praecedente *tam* 171. v. 2. f.
querella corpusculi 100. v. 6.
qui pro *quis* 183. v. 3. f. Sed *quis* in eiusdem modi elocutione 72. v. 16.
quicquam constanter scribitur apud Frontonem, non *quidquam*, secundum videlicet Papiriani, Prisciani, Victorini, Bedaeque praeceptum in Putsch. 2291. 2319. 2343. 2460. Ita *quicque* 219. v. 9. Sed v. 18. *quidque*. Certe apud Quintilianum I. 7, et Caprum 2241. docemur scribere *quicquid non quidquid*.
quid horae pro *qua hora* 122. v. 4. f.
quis pro *si quis* 132. v. 9. vel potius *quod* pro *quod si*, ut 204. v. 16. Sic in fragm. vat. iuris p. 71.
quis quisquam 10. v. 6.
quo pro *quod*, ut videtur 60. v. 15; 66. v. 3. f.
quo pro *quom* 89. v. 2. f.
quod pro *ex quo* 99. v. 5. f.
quoi 62, *quoius* et *quoiusque* 54.
quom salubri tibi est 99. v. 1. *Si tibi libenti est audire* 153. v. 19.
recipio neutro sensu 75. v. 20; 162. v. 3.
remissius, i. e. *hilarius* 87. v. 2. fortasse etiam 27. v. 5.
sanus omnium rerum 28. v. 11.
sipunculus, non *siphunculus* 174. v. 1. f.
sipharus recte scribitur pro *supparus* 106. v. 1. f.
spero cum indicativo modo 4. v. 10.
strepo cum accus. casu 54. v. 5. f.
structe, id est *ornate*, 124. v. 7.
studivi 75. v. 13. Sed *studui* 77. v. 7.
sumptu dativo casu? 160. v. 3.
suscenseo constanter.
symbolus genere masc. 110. v. 4, ex Catone.
synchysis elegans. *Illa quae Alexandri comites tenuerunt, praefecturae magis, quam imperia, appellandae* 225. v. 2.
tam pro *tamen* 127. v. 10. (Nisi forte est mendum ut p. v. 92. 2. *tam* pro *notam*).
tecum pro *te* accus. cas. 186. v. 10.
tegora pro *tergora* 168. v. 23. Cf. Varr. LL. IV. 22.
terra Graecia 41. v. 2. Cf. Gellium XI. 1. XVIIII. 9.
tutatur passive 135. v. 13.
vera res pro *veritas* 216. v. 13.
verba aliquot dimidiata 151. 152.
veriloquus 56. v. 9.
ventio ·M· Aurelii vocabulum ex Plauto 46. v. 2. f.
usque istuc 110. v. 8, ex Catone.
usum scribtitantem pro *usum scribtitandi* 205. v. 9.
verum pro *aequum* 49. v. 2.

VI. INDEX ORTHOGRAPHICUS.

Ad servat *d* saepissime in compositionibus v. gr. *adcensus*, *adcommodare*, *adfabilis*, *adfari*, *adfatus*, *adgnoscere*, *adpingere*, *adpropinquare*, *adrogare*, *adsequi*, *adsidue*, *adtamen*, *adtemptare*, *adtinere*, *adtribuere*, *adponere*. (Hoc postremum diserte praefert Isidorus loco infra citando.) Tamen legitur etiam *accommodare* p. 98, *appingere* 178, *attinet* 176. Item *atpropinquat* 47. prima manu.
ad pro *at* p. 3. Contra 90. *Adque* pro *atque* 68. 71. 105. 170. 218. Saepius tamen *atque*.
adsiduus pro *assiduus* 27. contra [illegible]

Victorini sententiam apud Put-
p. 2318. 2457.
pro e, *interpraetor*, *praecor*
. Contra e pro *ae*, *erumna* 224.
cenare. Sed *caena* 126. Item
10. 230, *taeter* 117, *phenuria*
erere et *herere* variant. Item
s et *Nevius*; *Vologaesus* et
us.
s, *maeror* 156, *paenitet* 228.
rivatis.
, et *afuisse* 70.
139, *apsque* 94, *apstinere* cum
s 2. 137. 179. 227. Confer Cur-
il. 2289.
put; *illud* et *illut*; *haud* et
uit pro *quid* 80; *aliquit* 80;
id; *set* pro *sed* interdum.
, *autscultare* 161. 216.
et vice versa *v* pro *b* saepissi-
gr. *vibo* 15, *velua* 52, *berva*
his peculiariter scripsit Mar-
Sed ad Frontonem afrum quod
, egregius est Isidori locus in
aph. ed. Areval. t. III. append.
4. *birtus*, *boluntas*, *bita*, *vel*
ilia, *quae Afri scribendo vi-*
omino reiicienda sunt, *et non*
sed per v scribenda.
scribsi, *scribtor*, non tamen
ter. Contra *p*. pro *b*. *supteg-*
7, *suptilitas* 166. Tamen *sub-*
7. Scaurus ait p. 2253: *credidi*
obis p. deesse, *et hanc b di-*
In his discordiam scripturae ab
notat Quintil. I. 7; sicuti etiam
et *inm*.
2. Haec aphaeresis frequens in
Ciceronis de re p., perquam rara
frontoniano.
at, *ancxius* 58. 71, *devincxe-*
quincius 146. (Sic apud Cic.
I. 16. *quinctilis*. Ita Isidorus
I. 2. scribit *Quinctilianus*. Ita
scribit Capella lib. III. cap. de
c.) Tamen *anxius* 59. 65, *an-*
106. Deest constanter in *arta-*
tior, *artissimus*, *arte*, *artavit*.
us, *aecus* pro *aequus* 69; *anti-*
cus pro *antiquus* 174; *ecus* pro *equus*
45. (Et quidem unicam *u* pronunciari
hoc in nomine ait Longus 2223.), *obse-*
cuntur 138, *oblicus* 59. Atque hic etiam
archaismus est; nam *q* recentior est
quam *c*. Contra *q* pro *c*; *quoi* 62.
quoiquoimodi prima manu 136; *quo-*
iusquam 95; *quoiusque* 54. *quoi* pro
cui, se puero, scribi solitum ait Quin-
tilianus I. 7. *Quom* saepissime; *qur* 132.
147. 174. 218. (Idque probat Isidor.
ed. Arev. tom. cit. p. 508.); *qum* 129.
206. Lege Papirianum 2290. Et quidem
nonnulli apud Longum 2219. scripse-
runt etiam *qae* et *qid*, ut hodie Hi-
spani pronunciant.
c. recte pro *cc*. *baca* 218; *sucus* 154.
180; *sucinum* 179.
Caius et *Gaius* variant. Quintilianus I.
7. ait scriptum quidem *C*, pronuncia-
tum autem *Gaius*. Et sic *Cneus* seu
Gneus, uti apud Front. p. 218.
Caudex pro *codex*, ex Catone 109.
Coelius et *Caelius* variant.
com pro *con*. *comfestim* 123, *comflicta-*
tus 211, *comfutare* 131, *comveniens*
171, *comvertere* 173. (eiusmodi est
volumtarius 126; sed *voluntarius* 125.
176.) Neque haec menda sunt; namque
Victorinus 2464. diserte iubet scribi
comfert, *comvellit*, et alia eiusmodi,
non per *con*. Contra *con* pro *com*:
conparare 25, *conperire* 71, *conper-*
tum 69, *conplecti* 69, *conpositus* 71.
Con retinet *n*, v. gr. *conlaudare* 71,
conlocare. 70. 71, *conroborare* 4. Sed
collocare 175.
conm et *comm*. variant.
condicio per *c*, *contio* per *t*, quantum
memini constanter scribuntur.
cotidie et *cottidie* variant. Semper ta-
men (except. p. 152.) *co* pro *quo*, etiam
in derivato *cotidianus*. De vocis *coti-*
die scriptura contrariae sententiae sunt
Longi 2237, et Cornuti 2283. Item quae-
stio fit apud Quintil. I. 7. Sed Beda 2344.
diserte praefert *c*.
Conitor, *conisus*, *conexus*, cum unica
n constanter.

Contrectare et *contractare* variant.

de pro *di*, v. gr. *degredi*, *devertere*, *deminuere*, *destillare*, *destringi*, *devolsus*. Item *deligere* 93. pro *diligere*, *amare* (Cf. p. 36. 37.) *demiseris* 15. pro *dimiseris*, etiam *dismisisse* 229. quod postremum scribi vetat (rectene an secus?) Caper 2242. Contra *dilectus* pro *delectus* 163. 220. 226; *dilibutus* 129, quod postremum malvut Caper 2246.

defetigo 76.

defrudo 112.

defetiscor 146.

delenimentum 11. 107.

deleramentum 41.

di et *dii* et *dei* variant.

disdidi 110, ex Catone.

e pro *a* *aequiperare* 4. 41. 95. 227, *tripertitus* 168. Contra *a* pro *e* *ostanto* 182. mendose. Nam *ostento* 137.

e pro *i* *hersutus* 133, *Babureana* et *Baburiana* 220, *deleramentum* 41. De huius postremi vocabuli scriptura quaestio est apud Putsch. Longi 2233, et incerti auctoris 2783. Utramque probat Caper 2248. *Intellegere*, *intellegentia*, *neglegere*, *neglegentia*, constanter. Adde *interemere* 58; *Mauretania* 187; *phrenetis* pro *phrenitis* 132.

ei pro *i* archaismus frequentissimus a prima manu, quem secunda passim convertit in *i*. Hunc archaismum placuisse in primis Lucilio, docent Longus 2220, et Scaurus 2255; eundemque diutius duravisse ait Quintilianus I. 7.

ens pro *es*, *deciens* 207, *milliens* 173, *quotiens* 140, *totiens* 169. Sed *quinquies* 175. Caper 2241. malvult etiam *decies* et *millies*.

exim pro *exin*. 41.

exstiti et *extiti* variant.

exsuviae 231.

f et *ph* in graecis nominibus variant.

fraglare 2. 37. 43. *fraglanter* 56. (Alibi tamen *flagrare* 51. 87. 107). Nihil porro est aliud quam litterae transmutatio, de qua Quintilianus I. 5.

h additur, *harena* 14, *holus* 10. (sed in marg. *olus*, *olusculum*) 151, *hii*. *Harenam* quidem adspirare iubet grammaticus quidam apud Putsch. 2786. Contra subtrahitur in *erilis* 157. (*erus* sine adpir. Isidor.) *Oratius* 27, *umor* 206, *umerus* 79. 80. 100. 155. 185, *arcium* pro *archium* 14, *pyrrica* 7, *Demostenen* 38. Transfertur, *inchoo* et *incoho* 113. 117. *Pulchrum* et *pulcrum* variant. Vide Longum 2230.

hellenismus, *Apollonis* 75.

i pro *e*, *argentiola* 172. et alibi, *conticiscere* 159. 165, *delitiscere* 70, *luciscere* 113. (sed ibid. *lucescere*), *malivolentia* 66, *benivolentia* 2. 38. 198. De his postremis duobus consentit Beda 2331. *Liniamentum* 105, sed *palleolatim* 173, *adoria* 145, *vinia* 59. 149. De *vinia* et *vinea* Cornutus 2284, qui differentiam scripturae improbat.

i pro *ii*, *ali* 198, *commentaris* 200, *egregi* 183, *fascis* 228, *isdem* 94, *librari* 215, *praemis* 217, *precaris* 60, *primari* 183, *Tulli* 147. 170. (sed *Tullii* 101.) *tumultuaris* 167, *voluntaris* 236. Alibi fere *ii*. Rursus *i* pro *ii* constanter in compositis a *iacio*, *adicere*, *inicere*, *subicere*.

i subtrahitur, *plebeus* 10. *Audacter* et *audaciter* variant 55. 106, quorum postremum praeferunt Caper 2246, et Beda 2328.

in pro *im* v. gr. *inbecillus*, *inbutus*, *inlitus*, *inmemor*, *inmodicus*, *inperdere*, *inpetus*, *inpetrare*, *inpudens*, *inridere*, *inridentius*, *inrisus*, *inritatus*.

k pro c, *kommata* 167, *Kornelianus* 199. (sed ibid. etiam *Cornelianus*) Cf. Longum 2218, et Scaurum 2253. Rarum huius litterae usum suadet Quintil. I. 7. *Karus* et *carus* variant. *Karthago* in cod. Cic. de rep. variat, *k* nempe et c. in Frontone 202. 146. 239. scribitur per *c*, quod postremum videtur melius Bedae 2338.

kh, *kharites* 38.

l. pro *ll*, *belua* et *ilico* et *mille* constanter. (Sed *mille* et *milliens*). Etiam

belum pro *bellum* 148. *Paulum* item pro *paullum* 89, *paululum* 83. 114, contra Scauri praeceptum 2256, qui scribi iubet cum duplici *l*. Contra *ll* pro *l*, *querella* 100. 142, *sepellitur* 14. *Querella* recentius scribi putat Papirianus 2290, improbat Beda 2343.

mm pro *m*, *comminus* 152, *lammina* 173.

m. pro *n*, *exim*, *temptare*, *pedetemptim volumtarius*. (Cornutus quidem 2285, et Caesellius 2314, et Isidorus orig. I. 27. iubent scribi *tamtus* et *quamtus*).

n. pro *m*. *redentus* 219.

n redundat *manlui* 169. (Et quidem *malui* 140). Porro apud interpretes Virgilii a me editos Aen. IX. 361. *malluit*. Sic legimus *Manlius et Mallius*. *Thensaurus* 121. Postrema vox constanter ita scribitur in antiquis codd. contradicente nequicquam Capro 2239. Donatus item ad prolog. Eunuchi ait veteres scripsisse sine *n*.

n. in quarto casu primae Graecorum, *Alcibiaden* 59. 163, *Apellen*, *Nealcen*, *Nician* 124, *Demosthenen*, *Phidian* 38, *Socraten*, *Polycraten* 163, *Ulixen* 6.

o non eliditur in *magno opere*, *maximo opere*, *quanto opere*, *tanto opere*; pro *magnopere*, *maximopere* etc. Haud tamen constanter.

o pro *u*, *tropos* 206, *volgus* 26, *tempestivom*, *divom*, *avom* 35, *Gradivom* 36, *quom* 38. et alibi, *volt* 46, *coturnix* 165.) Caper tamen 2248. scribit *cuturnix*.) *Volpes* 11. 151, cui favet etymologia *volupedes* apud Caprum 2250. *Locretius* 170. (sed alibi *Lucretius*.) Vide de his Putsch. 2216. 2289, et Quintil. I. 4. Ceteroqui Longus 2222. monet, veteres etiam cum per *o* scriberent, per *u* tamen enuntiavisse. Siccine ergo infimo aevo *epistula* scribebatur per *o*, pronuntiabatur per *u*?

oe pro *e*, *oboedire* 138.

ob pro *op*, et vice versa, *obtabilis* 10, *obtio* 52, *opsidio* 228, *opsignatus* 138, *opstetrix* 133, *opstetricium* 177, *opterere* 184, *optinere* 139, *optingit* 155, *optrectatio* 160. Tamen 234. *obstiti*.

odos pro *odor* 119, ex Sallustio. Antiquatam illam terminationem dicit Quintilianus I. 4.

p. additur, *temptare* 69. 184, *pedetemptim* 137. *Iuppiter* et *Iupiter*, *repperio* et *reperio* variant. *Hiemps*. 13, de qua scriptura quaestio est apud Scaurum 2256. 2261, et apud Papirianum 2292.

p detrahitur, *paralemsis* 107. (sed *paralempsis* 109,) *contemtus* 234, *promtus* 160, *promtior* 118. (Sed *promptissimus* 125, *prompte* 128,) *sumtus* et *sumptus* 109, *suplex* et *supplex*, *suplicavi* et *supplicavi*, *operiri* et *opperiri* eodem sensu expectandi.

promiscus scribitur apud Frontonem, improbatur apud Victorinum 2457.

porgere pro *porrigere* 116.

prendere 173, sed *reprehendo* 51. (*repraehendere* 51. 61) Utramque scripturam agnoscit Papirianus 2291. Sed *prendere* videtur scribi elegantius et emendatius Longo 2229. 2234.

Patricoles pro *Patroclus* 10, *quattuor* constanter, *quattriduum* et *quatriduum* variant 139. 148.

quom comitatum significans 1. 129. 139. 205. 222. Variat 66. *Nequom*, *tequom* apud Scaur. p. 2262.

r detrahitur *prosum*, *prosus*, *rusum*, *rusus* 72. 96. 125. 172. Sed non semper v. gr. 105. 110. 168. Sic Priscianus 2319. *sursum* et *susum*.

R. latinum pro P. graeco occurrit mendose in Frontonis codice mediolanensi. Quod idem prorsus observatur in graeca inscriptione, ut dixi p. 196. n. a.

ss. pro *z* *gargarisso* 76, ex Novio. Reapse vetustiores pro *z* scripsisse *ss*, observant Curtius Val. 2289, et Cornutus 2286. Sed Longus 2216. negat prorsus latinam se agnoscere litteram *z*.

s redundat, *noxsit* 58. *Tussicula* et *tusicula* variant 79. 109. Item *exstitit*

et *extitit*. Contra *diffisus* 140. pro *diffissus*.

t pro *c*, *setius* recte pro *secius* 105.

t pro *d*, *illut*, *aput* non semel.

tt. pro *t*, *quattuor* 45, *friguttire* 105, *gluttire* 96, *cottidie* 9, *degluttire* 207, *rettuli* et *retuli*, *balbuttire* et *balbutire* variant.

tra et *trans* variant, *tralatus* 131, *tralatus* et *translatus* 177, *tramisimus*, *transmisisse* 40. 89, *travehit* 158, *transdidi* 104.

u pro *i* *optumus* 15, *aestumare* 60, *proxumus* 101. 107, *carissumus* 122, *maritumus*. 154, *miserrume* 160. Haec ipsa tamen variant v. gr. 15. 78. 160. Contra *i* pro *u* *reciperare* 78. 96. Alibi vero *recuperare*. Vide Longum 2216, et Scaurum 2259.

u pro *o*. *adulescens*, *adulescentia* constanter. Sed tamen aeque constanter *adolesco* verbum. Contra *u* pro *o*, v. gr, *epistula* constanter. Mendose autem *cluacas* 173, *corpuris* 140, *tulerare* 138. Recte vero *Acheruntis* 154.

u pro *y*, *inclutus* 126, *sumposium* 132. *Suria* 139. 230. Variant *Sulla* et *Sylla* 139. 208, *Lusias* et *Lysias* 217. 233. *Suria* nominatim retinetur a Cornuto 2286: videtur autem archaismus eidem Cornuto; contra vero Bedae 2346. archaismus *Syria*.

vo pro *vu* vel *uu* saepissime, *aequom*, *equom*, *parvolus*, *quom*, *salvom*, *salvos*, *Volcanus*, *volgo*, *volgaris*, *volsus*, *devolsus*, *voltus*. Legitur tamen etiam *equum* 133, *intempestivum* 128, *novum* 93, *salvum* 137, *servum* 126, *vultus* 140. Scriptura per *vo* dicitur antiquior a Quintil. I. 7. et a Scauro 2251; sed displicet Longo 2292.

ungui pro *ungi* 146. 168, contradicentibus Longo 2223, et Beda 2349.

u pro *uu*, *extinguntur* 4, *obsecuntur* 138, *reliqum* 219, *qum* 129. 206.

x pro *ss*, *Ulixes* constanter.

Symmachi palimpsestus bobiensis – ambrosianus

ꝝq. aur. rummachii. uc. laud. IN ualN. rEN. aug. I ꝝ

Incredibiliprouidentiautrumq·complexar

necuiutinuunorperrtaretimperiiautinduobur

e ecclesiasticedefinita hicquaenezulaniter

Symmachi palimpsestus bobiensis vaticanus

Urgeor

augusteuenerabilistemihitecumquemal

quodlumenuarti·orumportepriuastaurexuauer

·Q· AURELII SYMMACHI ·V·C·

OVEM ORATIONUM

PARTES

EX PALIMPSESTIS ERUIT
ADNOTATIONIBUS INSTRUXIT
ET EDIDIT

A. M.

ROMAE

TYPIS S. CONSILII PROP. FIDEI.

M.DCCC.XLVI.

Nullo veterum minor Symmachus.
Macrobius Saturn. V. 1.

EDITORIS PRAEFATIO

AD SYMMACHUM.

I. Romani oratoris stirpe, eloquentia, magistratibus gestis inclyti reliquias editurus, rem lectoribus ut spero iucundam, historiae civili utilem, aeternae urbi non ingratam fecero, si familiae eius, quae diu multumque tamquam sidus in patria eluxit, stemma narravero. Quintus Aurelius Symmachus Romae natus est generosa gente Aureliorum. Avus eius, vel potius abavus, ille ut arbitror fuit Symmachus vir clarissimus, vel ut alii legunt vicarius, ad quem Achaiae proconsulem leges duae Constantini magni anno ·CCCXVIIII· missae fuerunt 1). Idem consul fuit anno ·CCCXXX· dicebaturque Lucius Aur. Symmachus. Pater autem Lucius Aurelius Avianius Symmachus sub Constantio consecutisque Caesaribus quantus vir fuerit, declarat luculenta inscriptio in Capitolio olim, deinde post varios casus in atrio Iuliano vaticani palatii ante fores bibliothecae vaticanae cum innumeris aliis posita, ubi a me diligenter relecta est, mendis aliquot exclusis, quibus artifices tingendis rubrica litteris adhibiti hunc et alios titulos (quod utiliter sit monitum) perturbaverunt 2). Atque ut Symmachi patris notitiam absolvam, is praefecturam urbis suscepit anno ·CCCLXIIII·, ut principum constitutiones ad eum missae demonstrant. Consul suffectus fuit circa annum ·CCCLXXVI·, rogante senatu 3): praefectus autem praetorio in Italia eodem fuisse anno videtur quo lapis ille positus est, quandoquidem extat lex Augustorum eo anno data ad Symmachum PP.; quamquam alii legunt ad Gracchum 4). Quin adeo etiam filius, patre superstite, se praefectum praetorio in oriente nuncupat 5): *at mihi castrensem quod mordet fibula vestem, - aurorae in populis regum praetoria rexi.* (Namque a Constantino summam illam dignitatem in quatuor praefectos, Orientis videlicet, Illyrici, Italiae, atque Galliarum distinctam fuisse constat 6).) Et quidem orator dicitur praefectus praetorio etiam in codice vetere vaticano, etsi ibi is titulus recentiore manu adpictus est. Parentis variam litteraturam praedicat amans filius 7); eloquentiam vero Libanius, ob quam graecae metropoleos

1) Cod. theod. II. 4. 1. et tit. 15. — 2) Habes hanc epigraphem infra p. 36. — 3) Argum. orat. pro patre. — 4) Cod. iust. XII. 1. 10. — 5) Ep. I. 1. — 6) Zosim. hist. II. 23. — 7) Ep. I. 3. sqq. et 44, et in orat. pro Trygetio cap. I.

*

oculos atque admirationem in se unum convertisse Symmachum ait 1). Denique Ammianus 2) cum inter praecipua nominat doctrinarum exempla atque modestiae, quo praesidente aeternam urbem otio copiisque abundantius solito fruitam ait.

Symmachus orator.

II. Hoc ortus parente noster Quintus, non in Libanii disciplinam traditus fuit, neque in Graeciam amandatus, quod olim in votis sibi fuisse pater dixit 3). Praedicat enim ipse orator 4) se quicquid sciret, caelo gallico debere, sub quo senex quidam Garumnae accola puero sibi praecepta rhetoricae immulsisset. Est igitur Galliarum alumnus Symmachus. Quin adeo per gallum rhetorem liberos suos nepotesque erudiendos curavit 5). Et quidem gallicanae scholae celebritas quanta tunc esset, vel unus Ausonius et ipse gallus docet in opere de professoribus; tum notissima sunt testimonia aequalium hominum, nempe divi Hieronymi 6), et principum ea aetate regnantium 7). Atque illo saeculo nullum tempus in vetere Gallia fuisse doctius, recte adfirmant litterariae Gallorum historiae auctores 8): iidemque observant Symmachum nostrum cum praecipuis Galliae sapientibus familiaritate fuisse coniunctum, id quod eius epistolae ostendunt: vicissimque ab iis Symmachum obsequio cultum laudibusque elatum videmus, praesertim ab Ausonio, qui senex tironem illum in castris gallicis agnitum 9) immenso ac nimio praeconio obruit. Quo firmior autem cum Gallis amicitia Symmachi fuit, eo cum Graecis fragilior: nam etsi duae Libanii epistulae 10) amicitiam eius cum Symmacho significant (sectae fortasse causa; namque ut ille apud Graecos, sic iste apud Latinos retinendi deorum cultus antesignanus et auctor erat) postea tamen adeo videntur necessitudini vale dixisse; ut mutuis se maledictis aperte prosciderint 11); quae iurgia etsi inter homines doctos minime rara sunt, eaque labes quaedam et ignominia litterarum est; tamen, si minus Libanium, certe Symmachum miror, cuius in epistulis tanta animi benignitas inesse videtur.

Eius dignitates.

III. Symmachi oratoris dignitates et officia in antiquo lapide recitantur 12), cui titulo praefigitur Eusebii nomen, sive quia lapidis al-

1) Liban. ep. gr. 923. — 2) Lib. XXVII. 3. — 3) Apud Liban. l. c. — 4) Ep. VIIII. 88. — 5) Ep. VI. 34. VII. 9. — 6) Ep. CXXV. 6. et contra Vigil. cap. 1. — 7) Cod. th. XIII. 3. 11. — 8) Tom. I. part. 2. initio. — 9) Auson. inter ep. Symm. ep. I. 32. Confer etiam laud. II. in Val. sen. cap. VI. — 10) Ep. gr. [illegible] lat. III. 342. — 11) Liban. ep. lat. I. 82. — 12) Quamquam Symmachi [illegible] in eo lapide reticentur, attamen multas ipse orator commemorat ep. III. 52. [illegible] 9. 31. V. 95. VII. 13. VIII. 21.

quando possessor fuerit, sive quia titulum scripserit, quamquam ipsum lapidem filius Symmachi dedicavit. Fuerunt Eusebii tres oratori Symmacho familiares; primus qui merebat inter notarios 1); alter militaris et palatinus 2); tertius archiater seu medicorum potissimus 3). Ex his unus graeca doctrina et facundia clarus fuit, testimonio Macrobii 4), apud quem in saturnalibus disputans illustre dat testimonium symmachiano eloquentiae generi, ut infra narrabimus. En autem titulum 5). Quaesturae suae praeturaeque meminit ipse orator in epistulis 6). Ad correctorem vero Lucaniae et Brittiorum Symmachum datur lex Augustorum anno ·CCCLXV· 7). In pontificatu gravem exercuit auctoritatem; nam Vestalem in incesto deprehensam ex priscarum legum severitate cum eius corruptore puniendam iudicavit 8). Maior autem pontifex Symmachus, quia de classe patriciorum sacerdotum fuit post auctum a Sylla collegium. Comitatus vero gradus, quorum in tertio Symmachus substitit, primus distinxit Constantinus, si tamen fides Eusebio biographo est 9): namque eius rei antiquiora vestigia in inscriptionibus extare videntur. Ad Symmachum Africae proconsulem datur lex Augustorum anno ·CCCLXXIII· 10): cuius dignitatis facit mentionem ipse orator ep. X. 3; et quidem libri VIII. epistulam decimam scribit Carthagine, cuius urbis iudicio et erga se amore gloriatur: vicissimque ipse caram Africam habere ep. II. 63, seque ibi laudabiliter versatum, id est de ea bene meritum, dicit 11). Publico quoque statuarum honore ibidem auctus fuit, etsi has deinde aemulorum livor deiecit, quam ipse iniuriam philosophico contemptu fregit 12). Tunc Symmachus paterna veluti benignitate complexus videtur divi Ambrosii fratrem Satyrum, quem hortabatur ne ex Africa in Italiam bello ardentem decederet 13). Et magnum quoque Ambrosium sine dubio Symmachus non semel Mediolani postea vidit. Quin immo inclytum Mediolanensium antistitem in iis epistulis valde agnoscimus, quas noster Ambrosio scribit 14). Namque eum et patria romanum esse significat, et sanctis moribus praeditum; et dum ei quendam commendat, hoc merito utitur, quod idem, dum olim Ligu-

1) Symm. ep. V. 54. — 2) Ep. VIIII. 55. X. 69. — 3) Ep. ep. II. 18. V. 36. Ad Eusebium quendam scribit s. Ambrosius librum de institutione virginis, nec non epistulas aliquot. — 4) Saturn. I. 6. — 5) *Eusebii. Q. Aur. Symmacho . v.c. quaest. praet. pontifici . maiori . correctori . Lucaniae . et . Brittiorum . comiti . ordinis . tertii . procons. Africae . praef. urb. cos. ordinario . oratori . disertissimo . Q. Fab. Mem. Symmachus . v.c. patri . optimo.* — 6) VIII. 14. VIIII. 119. 125. — 7) Cod. th. VIII. 5. 25. — 8) Ep. VIIII. 128. 129. — 9) Vit. Const. IIII. 1. — 10) Cod. th. XII. 1. 73. — 11) Ep. II. 63. VIII. 5. — 12) Ep. VIIII. 115. — 13) Ambr. de excessu Satyri I. 32. — 14) Ep. III. 30-37.

riam gubernaret *a*), Ambrosii sibi amorem conciliavisset. Theodosianis vero temporibus ob novam provinciarum terminationem Liguriae metropolim fuisse Mediolanum, compertum est 1). Urbana Symmachi oratoris praefectura anno ·CCCLXXXIIII· suscepta nihil est celebrius, in qua quid gesserit, liber decimus epistularum demonstrat. Non tamen silentio premendum est insigne exemplum modestiae eius. Nam quum superiorum praefectorum ambitio peregrini ac superbi vehiculi usum a principibus impetravisset (quod quidem vehiculum cognoscitur fuisse argenteum cum ex epistula Symmachi 2), tum etiam ex epigrammate Palladae 3) qui id in Themistio oratore, et eodem anno novae Romae praefecto, irrisit) noluit Symmachus tamquam alter Salmoneus tam iactanter per urbem vehi, scriptisque ad Theodosium litteris 4) honorem qui Camillo olim nocuerat, romuleique populi oculos laeserat, deprecatus est, seque moribus potius quam insignibus aestimari praefectum voluit. Titulum quoque *magnificentiae* recusavit Symmachus 5), immo nec aliis generatim uti solebat 6): et cum ipse modeste de se loquebatur, tum laudes ab amicis blandis ob eloquentiam sibi oblatas plerumque respuebat. Denique et illa laus praefecturae symmachianae adiicienda est, quod is divum Augustinum oratione proposita et coram se recitata probatum, rhetoricae magistrum impertita evectione publica misit Mediolanum 7).

Symmachus or. ethnicus.

IV. Ad religionem quod adtinet, Symmachus quidem nullam non habuit; nam et ab illorum opinione dissentire se aiebat 8), qui nihil curare caelestes existimabant: ceteroqui superstitionis ethnicae tenacissimus fuit; quamquam, observante Prudentio 9), divisque Ambrosio 10) et Hieronymo 11), iam tum nobilissimi Romanorum proceres Annii, Probi, Anicii, Olybrii, Paulini, Bassi, Gracchi, aliique cum maxima senatus parte et cum innumero populo non romano solum sed barbaro in fidem Christi transiverant. Quin adeo caeco in Christianos odio aestuans Symmachus tragicas de iis quaestiones in praefectura sub aliis obtentibus exercuisse dictus est: quo ipse crimine laboriose admodum atque excandescens se purgat apud Augustos 12), testimomonio, ut ait, fretus Damasi papae qui Christianos nihil a

a) Si apud Symmachum legas *gubernares*, recte intelliges ipsum Ambrosium, quem ante episcopatum gubernavisse Liguriam scimus.

1) Lege Oltrocchium eccl. mediol. hist. ligust. prohoem. p. XXIII. sqq. — 2) Lib. X. 40. — 3) Anthol. XI. 292. — 4) Ep. X. 24. — 5) Ep. IIII. 42. — 6) Ep. II. 35. — 7) S. August. confess. V. 13. — 8) Ep. VIII. 6. — 9) Contra Symm. I. 545. sqq. — 10) Ep. I. contra relat. Symm. — 11) Ep. LX. 4. CVII. 1. — 12) Ep. X. 41.

praefecto passos adfirmaverat. Sed quia Damasus eo anno obiit, Symmachi autem zelus ethnicus multis occasionibus patuit, (veluti cum Maximi tyranni panegyricum scripsit ac recitavit 1), et cum Praetextatum tot laudibus extulit 2), hominem sacrilegum, ut ait Hieronymus 3), idolorum immo et obscenorum sacrorum tutorem acerrimum, atque idcirco a Zosimo 4) Ammianoque 5) ethnicis historicis commendatum; et cum Flavianum rebellem ethnicum 6) prae cunctis se diligere passim declaravit) suspicari adhuc licet eum reapse ad vexandos Christianos magistratu suo fuisse abusum: quam ob rem principes orthodoxi asperis illum edictis increpuerunt. Sed nihil aeque ostendit fanaticam Symmachi superstitionem, quam relatio illa celebris de restituenda ara Victoriae; repetito et casso semper conatu, cui nimirum obstiterunt statim Ambrosius, pauloque post Prudentius; ille prosa oratione, hic carmine; summis uterque eloquentiae viribus, contra quos Symmachus disertissimus nihil hiscere ausus est 7): hac praeterea poena multatus quod a principis christiani aspectibus pulsus, ultra centesimum lapidem rheda non strata deportatus fuit. 8) Nimirum quo tempore Libanius in oriente pro templis ethnicorum frustra pugnabat, ut eius oratio ostendit, olim hians, sed ex vaticanis a me codicibus demum expleta, eodem Symmachus in occidente mala causa cadebat.

Basilica s. Pauli sub Symmacho or. aedificata.

V. Porro orator uterque congruas crimini poenas dedit, quod nimirum Libanius Serapeum illud maximum a Christianis in Aegypto mox dirutum esse audivit; Symmacho autem sine dubio cor doluit, cum divi Pauli basilicam hoc ipso temporis articulo apud urbem romanam mirando opere fundari vidit. Praefecturam, ut dixi, Symmachus anno ·CCCLXXXIIII· iniit, sequente tenuit, quo desinente vel certe initio tertii, idest anno ·CCCLXXXVI· eiuravit; successoremque habuit Sallustium, quae scilicet aera, multoque magis haerens animo dolor, facit ut damnum dierum nostrorum taeterrimum commemoremus. Legem e vetere codice vaticano Baronius protulit augustorum Valentiniani iunioris, Theodosii senioris, et Arcadii, ad Sallustium urbis praefectum anno ·CCCLXXXVI· scriptam, quae tanti templi auspicia mandat 9). Nam quum magnus Constantinus sexa-

1) Hist. trip. VIIII. 28 — 2) Ep. X. 30-32. — 3) Contra Ioh. hierosol. §. 8. et ep. XXIII. — 4) Hist. IIII. 3. Ibi narrat Zosimus Praetextatum impetravisse a Valentiniano, ut obscena Graecorum sacra nocturna, quae nuper lege vetuerat, perseverare sineret, dummodo haec vetere et patrio more peragerentur. — 5) Hist. XXVII. 9. — 6) Rufin. hist. XI. 33. Sozomen. hist. VII. 22, et Paulin. in vit. s. Ambr. §. 26. — 7) Paulinus in vita s. Ambrosii §. 26. — 8) Auctor operis de promiss. Dei part. 3, prom. 38. — 9) Quantum temporis in paulinae basilicae ae-

ginta fere ante annos basilicam divi Pauli reditibus quidem et copia vasorum regaliter instructam, ceterum modica in area circumscriptam aedificavisset, non tulerunt piissimi principes, ut gentium apostolus et romanae fidei alterum lumen restrictiore lare habitaret: tantamque molem attolli curarunt, quantam orbis christianus ad annum usque ·M·DCCC·XXIII· admiratus est: donec adfuit feralis nox idibus iuliis, qua concitatis miserabili casu flammis singulare antiquitatis ac magnificentiae christianae monumentum, quod ·XIIII· saeculis steterat, quinque horis absumptum est. Refugit animus commemorare vim innumeram marmorum partim in cinerem redactorum, partim ustulatorum atque effractorum: musiva opera ambusta, tabulas concrematas, absidem undique depopulatam, chalcidicum devastatum, tectum adeo tabularum compagine mirum, nunc deiectum passim atque destructum: fores denique anaglyptico metallo Constantinopoli iamdiu elaboratas et titulis atque historiis inscriptas, grandi strage diffractas atque liquentes. Quid dicam Pontificum seriem veterem, quorum vultus non tam artificio quam memoria hominum et temporum delectabant? Haec quoque partim flammis evanuit, partim caeli inclementiae ac pluvialibus austris in regione prope maritima soloque humente obnoxia est. Tanto excita casu Roma omnis ad deplorandam Pauli basilicam effusa est, declaravitque romanus populus, quam merito olim a divo Apostolo fides eius prae cunctis commendata sit, dum tantum quisque maerorem contraxit, quantum fere nemo ob larium eversionem pignorumve amissionem prae se tulisset. Sed enim fieri non poterat ut Pauli basilica in cineribus diu subsideret: namque eam grandi ausu Leo XII. P. M. restituere coepit; Gregorius XVI. catholici orbis romanisque praecipue subsidiis magnam partem aedificavit; Pius denique IX. P. M. quem Deus diutissime sospitem servet, coronidem operi impositurus est.

nmachi or. …s urbana.

VI. Sed redeamus ad Symmachos, quorum gens ethnicis tenebris diu circumsepta veram denique evangelii lucem aspexit, ut postea dicam, ac christianarum virtutum radiis multo plus claruit, quam eloquentiae splendoribus et consulatibus. Domus Symmachi in Caelio monte 1) fuit. Et sane in hortis Casaliorum caelimontanis ad s. Stephani rotundi inventus fuit ibique adhuc servatur oratoris lapideus

dificatione consumptum sit, nescimus: sed ea certe anno ·CCCCVIII· absoluta vel certe utibilis erat, quandoquidem Bonifacius eo anno pontifex factus ad s. Paulum processit. Symmach. iun. ep. X. 73. — 1) Non de nihilo est (propter scilicet peculiarem magnitudinem) quod Caelius in auctoribus classicis semper fere, quod meminerim, dicitur mons, ceterae vero urbanae summitates appellantur colles.

titulus quem supra adscripsi, itemque alius infra a me recitandus. Tum certissimus testis ipse orator est ep. VII. 18. *de formiano regressus in larem Caelium.* Adde etiam testimonia ex ep. III. 12. 88. (Atque heic obiter moneo, Marcum quoque Aurelium imp. natum esse in Caelio 1), ibique ante regiam adoptionem habitavisse, sed tamen paulo ulterius prope aedes Laterani: utrumque vero ad gentis aureliae stemma pertinere.) Ergo in area ubi nunc ill. Casaliorum domus est, editissimo ferme Caelii loco, regione salubri et urbis despectu amoena, magnifici olim Symmachorum lares fuerunt: quam ego sedem identidem perlustrans, priscorum dominorum memoria non mediocriter commovebar: praesertim dum ibi titulos familiares in lapidibus legerem; scilicet, praeter praedictos, Aureliae Anthidis, Aureliae Callityches, Aureliae Soteridis, Aurelii Successi. Est autem ibi proxima Aniciorum domus, nempe ad s. Gregorii, cum qua gens Symmachorum necessitudinis vinculis implicita fuit. Ceteroqui Symmachus pater in tractu transtiberino pulcherrimam domum habuit, quam plebs romana ob nebulonis calumniam quandam inflammavit 2). Et quidem plures domos in urbe habuit orator, quas hospitibus suis decernebat 3). Certe in Urbis regionariis domus Symmachi praefecti memoratur. Extra urbem autem memorat ipse praetoria sua capuanum, apulum, puteolanum 4), et neapolitanum 5): quare et necessitatem suam semper aliquid aedificandi fatetur 6).

VII. Res Symmachi familiaris prope immensa fuisse videtur: commemmorat enim ipse possessiones suas, praeter suburbanas, aquileiensem 7), apulam 8), samniticam 9), campanam 10), siciliensem 11) et in caesariensi Mauritania 12). Rura etiam aedificata ubique possedit; suburbana saltem quatuor, nempe in via appia, in via ostiensi ad Tiberim, vaticanum, arabianum 13): tum in provinciis tiburtinum, praenestinum, coranum, laviniense, laurentinum, formianum, puteolanum, lucrinum, baianum, baulinum, atque cumanum 14). Ceteroqui Symmachus rusticans egregium moribus suis dat testimonium ep. VIII. 23: *non vereor ne me lascivire in tanta locorum amoenitate et rerum copia putes. Ubique vitam* Symmachi opes.

1) ·M· Aur. ad Front. ed. rom. II. 9. Capitol. in ·M· cap. I. — 2) Amm. Marc. XXVII. 3. Symm. ep. I. 44. — 3) Ep. III. 14. — 4) I. 10. II. 26. VI. 66. VIII. 2. X. 13. — 5) II. 60. VIIII. 111. — 6) I. 10. II. 60. VII. 77. VIIII. 47. — 7) Ep. IIII. 68. — 8) VI. 12. — 9) VI. 11. — 10) II. 3. 26. 30. VI. 75. — 11) II. 30. VI. 66. — 12) Ep. VII. 66. — 13) Ep. I. 6. II. 57. 59. III. 55. 82. VI. 58. 60. 61. 66. 72. VII. 21. — 14) Ep. I. 1. 8. II. 5. 3. 4. 26. III. 50. IIII 44. VI. 61. 75. 81. VII. 15. 26. 35. 37. 69. VIII. 23. VIIII. 69. 83. 98.

agimus consularem, et in Lucrino serii sumus. Nullus in navibus canor, nulla in conviviis helluatio, nec frequentatio balnearum, nec ulli iuvenum procaces natatus 1). In publicis tamen voluptatibus magnificus erat Symmachus, qui videlicet in ludorum editionibus ob suos vel filii magistratus ex cunctis romani imperii provinciis genus omne ferarum, equorum, aurigarum, et gladiatorum Romam accire solitus fuit, ita ut in una filii praetura duo millia auri librarum insumpserit, teste apud Photium 2) historico Olympiodoro. Atque ex Symmachi epistulis morem quoque vigentem cognoscimus nobiles amicos e longinquis etiam regionibus convocandi ad gratulandam dignitatem, pompamque editionum cohonestandam: praeter quam quod dona quoque et sportulae a candidato offerebantur.

Symmachi or. uxor et liberi.

VIII. Oratoris uxor Rusticiana fuit 3), Orfiti filia, viri, ut gener eius loquitur, memoriae illustrissimae, urbique praefecti, qui annis quindecim ante ipsius generi praefecturam obiit 4). Avum maternum Acyndinum, matrem clarissimam feminam, fratres, sororem, nepotesque in eius epistulis noscimus 5). Proles oratoris gemina: filia quidem, ut reor, natu maxima, prisca virtute locuples patrique carissima 6), quam in Nicomachi domum transire nuptum voluit. Hinc tot epistulae ad Nicomachi filios, ad nepotes nimirum aut generum eiusque fratres Nicomacho maiore genitos. Etsi autem Symmachus cum morbis suis saepe expostulat in epistulis, nihilominus eum senectutem attigisse certum est 7). Neque tamen quo anno mortem obierit, liquet. Ceteroqui anno ·CCCIC· Theodoro consulatum 8), anno autem ·CCCCII· Decio praefecturam gratulabatur 9). Tum Prudentius, qui de sententia cl. Arevali 10) anno ·CCCCIIII· poëma in Symmachum edidit, cum vivente adhuc loquitur.

Symmachi or. filius.

IX. Oratoris mascula proles Quintus Fabianus 11) Memmius Symmachus, quem ipse pater graecis litteris imbuit 12), quique quaestor et mox praetor patre incolumi fuit, ut in epistulis legimus. Et quidem quaesturam parvulus adeptus est 13). Hic autem iunior Symmachus uxorem duxit e Nicomachi domo (patre suo adhuc superstite, ep. VIIII. 107.) cuius rei fidem facit inscriptio in caelimontano item

1) Lege etiam ep. I. 3. — 2) Cod. XXX. p. 198. — 3) Symm. ep. X. 54. Sidon. ep. II. 10. — 4) Ep. X. 54. — 5) Ep. I. 1. 101. II. 17. IIII. 68. VI. 32. 40. VII. 49. 72-80. VIIII. 40. — 6) Ep. VI. 67. 79. 80. — 7) Ep. IIII. 18. 32. VIII. 48. — 8) Ep. V. 10. — 9) Ep. VII. 50. — 10) In prudentianis cap. LIIII. — 11) Ita explicate *Fabianus* scribebatur in vetere quodam optimo codice epistularum, teste Iureto. Ita marmor infra citandum. Quare error videtur aliorum codicum, in quibus dicitur *Flavius*. — 12) Ep. IIII. 20. — 13) Ep. V. 22.

Symmachorum lare reperta 1). Hi Nicomachi quum familiariter Symmacho uterentur, adiutores eius studiorum erant, eique libros emendabant, ut codicum aliquot T. Livii vaticanorum subscriptiones declarant: *emendavi Nicomachus Flavianus ter praefect. urbis apud Hennam* (in Sicilia scilicet.) *Victorianus ·V·C· emendabam dominis Symmachis.* Porro Symmachus iunior paterna vestigia persequens proconsulatum Africae rexit anno ·CCCCXV· 2). De consulatu nihil certi habeo compertum. Sed diligenter admodum notandum est, iuniorem quoque Symmachum fuisse urbi praefectum, ab anno scilicet ·CCCCXVIII: nam neque Gothofredus ea de re, quantum memini, quicquam dicit; neque Corsinius in praefectorum catalogo duos diserte distinguit homines; Theotiscus denique epistularum interpres manifesto errore laborat, dum relationes de schismate Eulalii (quod fuit anno ·CCCCXVIII·) Symmacho oratori tribuit: qui vetus error omnium quoque Symmachi editorum videtur, nec non clarissimi Oltrocchii in ecclesiae mediolanensis historia ligustica 3), quorum nemo, quod sciam, iunioris scripta a superioris epistulis distinguenda esse monuit. Verum enimvero trium omnino Symmachorum tres fuerunt praefecturae urbanae; avi anno CCCLXIIII; filii an. ·CCCLXXXIIII·; nepotis an. ·CCCCXVIII· Quis enim facile credat, Symmachum oratorem anno simul ·CCCLXXXIIII·et·CCCCXVIII·, nempe annis·XXXIIII· interiectis, praefecturam urbis tenuisse 4)? Rectissime ergo Sirmondus V·C· e soc. Iesu in notis ad Ennodium ep. VII. 25. Symmachi scripta in causa schismatis ad filium retulit. Quod cum ratione temporum evidens est, tum etiam inde arguitur, quod in Symmachi epistulographi exemplaribus mss. haec scripta prorsus desiderantur; quae primus ex antiquo codice vaticano pontificiarum et imperialium epistularum supra citato Baronius evulgavit 5), atque inde primum a Iureto in parisiacam anni ·MDCIIII· epistularum Symmachi patris editionem translata fuerunt. Neque tamen ipse Baronius quicquam, ut puto, ait, quo significet duos sibi Symmachos fuisse compertos. Iam quum Baronius Symmachi iunioris relationem sine clausula ediderit (quam omissionem indicavit sollemni illa nota *etc*; hinc acci-

1) *Virio. Nicomacho. Flaviano. v.c. quaest. praet. pontif. maiori. consulari. Siciliae. vicario. Africae. quaestori. intra. palatium. praef. praet. iterum. cos. ord. historico. disertissimo. Q. Fab. Memmius. Symmachus. v.c. prosocero. optimo.* — 2) Cod. theod. XI. 30. 65. — 3) In indice. — 4) Tamen Val. Maximus ait lib. VII. 13. 1. inter Corvini primum et sextum consulatum annos ·XLVI· intercessisse. — 5) Ad an. Ch. ·CCCCXVIII· Baroniani autem textus discrepantias a codice vaticano scripsi in calce superioris editionis orationum Symmachi.

riam gubernaret a), Ambrosii sibi amorem conciliavisset. Theodosianis vero temporibus ob novam provinciarum terminationem Liguriae metropolim fuisse Mediolanum, compertum est 1). Urbana Symmachi oratoris praefectura anno ·CCCLXXXIIII· suscepta nihil est celebrius, in qua quid gesserit, liber decimus epistularum demonstrat. Non tamen silentio premendum est insigne exemplum modestiae eius. Nam quum superiorum praefectorum ambitio peregrini ac superbi vehiculi usum a principibus impetravisset (quod quidem vehiculum cognoscitur fuisse argenteum cum ex epistula Symmachi 2), tum etiam ex epigrammate Palladae 3) qui id in Themistio oratore, et eodem anno novae Romae praefecto, irrisit) noluit Symmachus tamquam alter Salmoneus tam iactanter per urbem vehi, scriptisque ad Theodosium litteris 4) honorem qui Camillo olim nocuerat, romuleique populi oculos laeserat, deprecatus est, seque moribus potius quam insignibus aestimari praefectum voluit. Titulum quoque *magnificentiae* recusavit Symmachus 5), immo nec aliis generatim uti solebat 6): et cum ipse modeste de se loquebatur, tum laudes ab amicis blandis ob eloquentiam sibi oblatas plerumque respuebat. Denique et illa laus praefecturae symmachianae adiicienda est, quod is divum Augustinum oratione proposita et coram se recitata probatum, rhetoricae magistrum impertita evectione publica misit Mediolanum 7).

Symmachus or. ethnicus.

IV. Ad religionem quod adtinet, Symmachus quidem nullam non habuit; nam et ab illorum opinione dissentire se aiebat 8), qui nihil curare caelestes existimabant: ceteroqui superstitionis ethnicae tenacissimus fuit; quamquam, observante Prudentio 9), divisque Ambrosio 10) et Hieronymo 11), iam tum nobilissimi Romanorum proceres Annii, Probi, Anicii, Olybrii, Paulini, Bassi, Gracchi, aliique cum maxima senatus parte et cum innumero populo non romano solum sed barbaro in fidem Christi transiverant. Quin adeo caeco in Christianos odio aestuans Symmachus tragicas de iis quaestiones in praefectura sub aliis obtentibus exercuisse dictus est: quo ipse crimine laboriose admodum atque excandescens se purgat apud Augustos 12), testimomonio, ut ait, fretus Damasi papae qui Christianos nihil a

a) Si apud Symmachum legas *gubernares*, recte intelliges ipsum Ambrosium, quem ante episcopatum gubernavisse Liguriam scimus.

1) Lege Oltrocchium eccl. mediol. hist. ligust. prohoem. p. XXIII. sqq. — 2) Lib. X. 40. — 3) Anthol. XI. 292. — 4) Ep. X. 24. — 5) Ep. IIII. 42. — 6) Ep. II. 35. — 7) S. August. confess. V. 13. — 8) Ep. VIII. 6. — 9) Contra Symm. I. 545. sqq. — 10) Ep. I. contra relat. Symm. — 11) Ep. LX. 4. CVII. 2. — 12) Ep. X. 41.

praefecto passos adfirmaverat. Sed quia Damasus eo anno obiit, Symmachi autem zelus ethnicus multis occasionibus patuit, (veluti cum Maximi tyranni panegyricum scripsit ac recitavit 1), et cum Praetextatum tot laudibus extulit 2), hominem sacrilegum, ut ait Hieronymus 3), idolorum immo et obscenorum sacrorum tutorem acerrimum, atque idcirco a Zosimo 4) Ammianoque 5) ethnicis historicis commendatum; et cum Flavianum rebellem ethnicum 6) prae cunctis se diligere passim declaravit) suspicari adhuc licet eum reapse ad vexandos Christianos magistratu suo fuisse abusum: quam ob rem principes orthodoxi asperis illum edictis increpuerunt. Sed nihil aeque ostendit fanaticam Symmachi superstitionem, quam relatio illa celebris de restituenda ara Victoriae; repetito et casso semper conatu, cui nimirum obstiterunt statim Ambrosius, pauloque post Prudentius; ille prosa oratione, hic carmine; summis uterque eloquentiae viribus, contra quos Symmachus disertissimus nihil hiscere ausus est 7): hac praeterea poena multatus quod a principis christiani aspectibus pulsus, ultra centesimum lapidem rheda non strata deportatus fuit. 8) Nimirum quo tempore Libanius in oriente pro templis ethnicorum frustra pugnabat, ut eius oratio ostendit, olim hians, sed ex vaticanis a me codicibus demum expleta, eodem Symmachus in occidente mala causa cadebat.

Basilica li subcho orcata.

V. Porro orator uterque congruas crimini poenas dedit, quod nimirum Libanius Serapeum illud maximum a Christianis in Aegypto mox dirutum esse audivit; Symmacho autem sine dubio cor doluit, cum divi Pauli basilicam hoc ipso temporis articulo apud urbem romanam mirando opere fundari vidit. Praefecturam, ut dixi, Symmachus anno ·CCCLXXXIIII· iniit, sequente tenuit, quo desinente vel certe initio tertii, idest anno ·CCCLXXXVI· eiuravit; successoremque habuit Sallustium, quae scilicet aera, multoque magis haerens animo dolor, facit ut damnum dierum nostrorum taeterrimum commemoremus. Legem e vetere codice vaticano Baronius protulit augustorum Valentiniani iunioris, Theodosii senioris, et Arcadii, ad Sallustium urbis praefectum anno ·CCCLXXXVI· scriptam, quae tanti templi auspicia mandat 9). Nam quum magnus Constantinus sexa-

1) Hist. trip. VIIII. 28. — 2) Ep. X. 30-32. — 3) Contra Ioh. hierosol. §. 8. et ep. XXIII. — 4) Hist. IIII. 3. Ibi narrat Zosimus Praetextatum impetravisse a Valentiniano, ut obscena Graecorum sacra nocturna, quae nuper lege vetuerat, perseverare sineret, dummodo haec vetere et patrio more peragerentur. — 5) Hist. XXVII. 9. — 6) Rufin. hist. XI. 33. Sozomen. hist. VII. 22, et Paulin. in vit. s. Ambr. §. 26. — 7) Paulinus in vita s. Ambrosii §. 26. — 8) Auctor operis de promiss. Dei part. 3, prom. 38. — 9) Quantum temporis in paulinae basilicae ae-

hic autem amitae nomen in filia, ut fit, de qua loquimur renovavit. Gallam Symmachi patricii filiam auctores duo maxime claram fecerunt, sanctus nimirum Fulgentius afer episcopus, qui ob vandalicam Transamundi regis persecutionem in Sardinia exulans luculentam epistulam ad illam dedit, consolandi gratia in viri obitu, laudandique statum devotae viduitatis; deinde sanctus Gregorius ·M·, qui Gallae ipsius obitum prodigio quodam nobilitatum scripsit 1). Ex his cognoscimus « Gallam florenti aetate consulari marito traditam, eodemque intra annum orbatam, abiecto saeculari habitu, ad omnipotentis Dei servitium sese apud beati Petri apostoli ecclesiam monasterio tradidisse, ibique multis annis simplicitati cordis atque orationi deditam, larga indigentibus eleemosynarum opera impendisse: nihil sibi de nobilitate generis adsignantem, quamquam avo, patre, socero, marito consulibus pridem fuisset inter saeculares illustris. Apostolorum denique principe per visum praesente, mortalis vitae finem fecisse »

Proba Symmachi patricii fi-

XV. Gallae soror Proba fuit, virginitatis gloria multisque aliis virtutibus praedita, ad quam duae extant s. Fulgentii epistulae, praeter alios duos desideratos libros, quos ab eo ad eandem fuisse scriptos, perspicuum est 2). Placet ex ipso Fulgentio ad Gallam scribente notitiam Probae audire. « Disponimus ad sororem tuam sanctam Christi virginem Probam, quam Dominus hoc tempore praecipuum in urbe Roma dare dignatus est virginitatis et humilitatis exemplar, de ieiunio et oratione aliquid scribere, sicut in epistula, quam ad eam nuper dedi, mea pollicitatio continetur: cuius tibi praecipue sancta conversatio est in omnibus imitanda: quae cum sit avis atavisque 3) nata consulibus, et deliciis regalibus enutrita 4), tanta illi est humilitas dono gratiae caelestis infusa, ut amore subiectionis et usu serviendi, dominam se aliquando fuisse iam nesciat, cum omnes dominos habere, delectatione sanctae servitutis, affectat. Scit enim a Domino, cui virginitatem vovit et cordis et corporis *etc.* Delicias vero corporis quanta virtute contemserit, et quomodo suam famem satiandis faciat deservire pauperibus; nec ob aliud ipsa vilibus tegatur indumentis, nisi ut et humilitatis propositum impleat, et vestiendis pauperibus iugem curam sanctae pietatis impendat, ple-

1) Dialog. IIII. 13. — 2) Fulgentius ep. ad Gallam, et Fulgentii biographus cap. XXVIII. apud Bolland. die prima ianuarii. — 3) Intellige ipsum oratorem eiusque patrem: quin etiam avum seu abavum qui consul fuit cum Gallicano an. CCCXXX. — 4) Intellige Symmachi patris opes maximas, de quibus Cassiod. var. IIII. 51.

nius ipsa videndo cognoscis, quam ut id a me velis audire, quod minus possum sermonibus explicare »

S. Symmachus papa.

XVI. Sanctus Symmachus pontifex maximus, qui Petri sedem ab anno ·CCCCIIC· ad ·DXIIII. tenuit, utrum in patricia Symmachorum gente numerandus sit, dubitare parumper licet, tum quia ab Anastasio bibliothecario dicitur ex patre Fortunato genitus, tum quia in quibusdam sive Anastasii sive aliorum biographorum codicibus natione sardus perhibetur. Rei vero momentis perpensis, haud scio an quisquam existimabit, Symmachum papam haud fortasse recto stemmate a Symmachorum domo procedere; cum iis tamen adfinitate vetere, ac iure aliquo sanguinis, ideoque et honore nominis, fuisse coniunctum. Pro Valerio Fortunato causam olim dixit orator Symmachus, ut fragmentum in vaticano palimpsesto inventum docet. Ad Valerium (intellige Fortunatum) idem scribens ep. VIII. 57, ait se in puerum quendam sibi personam parentis arrogare, in quem Valerius (Fortunatus) ius affinis exercebat. Symmachorum igitur cum Fortunatis constat adfinitas. Quod autem Symmachorum nomen aliquando ab adfinibus seu consanguineis revera adsumptum sit, patet ex illo Boëthii filio, anno ·DXXII· consule, cui idcirco nomen Symmacho factum a parentibus fuit, quod eum Boëthius ex filia Symmachi patricii susceperat. Et quoniam per id tempus summa erat in urbe gentis huius potentia et gloria propter Symmachi patricii opes innumeras et apud regem Theodoricum summam gratiam, hinc etiam facile adducor ut credam, Symmachum qui romanum pontificatum adeptus est, eumdemque Theodorici regis auctoritate contra schismatis vim tenuit, reapse in illa luce symmachianae familiae fuisse versatum. Item opinioni meae favet, quod Avitus viennensis Symmachi papae causam, calente schismate, Symmacho illi patricio per litteras commendavit 1). Rursus denique favet, quod Symmachus, ut ipse ait 2), catholicam fidem veniens ex paganitate susceperat: Symmachorum autem, recens reapse erat, ut supra dixi, ad Christi partes transitio. Porro quod adtinet ad Sardiniam patriam, primum aio in priscis duabus Anastasii editionibus moguntina atque parisiaca non sardum domo dici hunc pontificem sed romanum. Tum nihil vetat quin hic Fortunati filius in Sardinia sit natus 3), cum qua insula nullam non fuisse Symmachorum consuetudinem probe scimus. Orator enim ep. II. 83. III. 19. fratrem appellat hominem

1) S. Avit. ep. XXXI. — 2) In apolog. adversus Anastas. imp. — 3) Eadem fere quaestio fit in vita S. Gregorii magni, cuius maiores partim romani fuerunt partim samnites.

quendam qui Sardiniam rexisse videtur vicarius. Item ep. VIIII. 42. alium quendam, qui annonae in Sardinia praefuerat, filium vocat. Immo in caelimontano Symmachorum lare, de quo supra locutus sum, inscriptionem ego legebam a Fortunato quodam vicario positam. Hinc papa Symmachus subsidia quotannis in Sardiniam ad deportatos ex Africa Transamundi regis tyrannide episcopos cum litteris consolatoriis mittebat. Hinc divus Fulgentius ex ea insula ad Symmachorum matronas virginesque scribebat: quae consanguinei pontificis liberalem animum aemulantes pecuniis pariter praedictos exules recreabant, ut Fulgentii epistulae docent. Iam vero Symmachus fortissimus pontifex, cuius tot et tanta pro ecclesia Dei gesta fuerunt, Symmachorum sine dubio gloriae culmen imposuit. Is ambitum gravi lege compescuit, ecclesiae patrimonium firmiter adseruit a), fundamenta ecclesiasticae potestatis altius egit, leges Odoacris canonico iuri infensas sustulit, nefarias sectas urbe expulit earumque libros incendit, Anastasium caesarem disertissimo libello ab haereticorum societate atque ab odio in apostolicam sedem dehortatus est, rei sacrae in oriente turbatae pro sua suprema auctoritate consuluit. Primus item pallium sacrum philosophico substituit in vestibus pontificalibus 1), urbanas basilicas partim auxit partim exornavit, sex saluberrimas synodos celebravit, innocentiam demum suam iudicio licet indebito pro sua magnitudine animi tradidit expendendam 2). Tum vero contigit inclytum illud atque omni aetate memorabile gallicanae ecclesiae decretum, quo definitum est, nemini licere, ne episcoporum quidem quibusvis synodis, de romano pontifice, utpote omnium apice, iudicare 3). Tunc etiam Theodorici,

a) Legenti mihi in vaticanis codicibus scripta Symmachi papae varietates aliquot occurrebant, praesertim in antiquissimo palatino saeculi VII. veteres canones continente; quarum varietatum gustum praebebo in tribus editi textus manifestis emendationibus.

In decreto de conservandis bonis ecclesiae §. 6.

Ed. concilior. Coleti tom. V. p. 475.	Cod. palat.
Quicumque tamen obligatus, Dei, et decreti huius immemor.	*Quicumque oblitus Dei, et decreti huius immemor.*

In epistula ad Caesarium p. 425.

§. 1. *Clericis honorum meritis.*	*Clericis emeritis.*
§. 5. *Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasteriis aetatem peregisse contigerit.*	*Similiter professas virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis etc.*

1) Marangonius in descript. imag. PP. in templo S. Pauli p. 29. — 2) Concil. Tom. V. ed. Coleti p. 458. Calumnias autem in Symmachum cognoscimus e mendaci quadam vita eius a schismaticis conficta, quam e prisco codice repertam vulgavit Blanchinius vit. Pontific. rom. tom. IIII. p. LXIX. — 3) S. Avitus vir

ariani licet regis, religiosa modestia inclaruit, qui non suum iudicavit de ecclesiasticis aliquid censere negotiis, quorum nihil ad se, praeter reverentiam, pertinere amplissimis verbis testatus est 1).

XVII. Symmachorum gens Constantinopoli quoque versata est. Symmac mani in o Inde enim Romam venit legatus Symmachus anno ·DXVIIII· in Eutharici consulatu, cuius rei Cassiodorius, ut supra dixi, in chronico meminit. Is est autem Symmachus, de quo Constantinopoli demorante loquitur s. Hormisdas papa Symmachi successor ep. XXXVII. et LXVI. Eundem denique Symmachum (aut paulo iuniorem) senatorem praefectumque castrensem bello vandalico in Africa sub Iustiniano Procopius memorat 2): atque huius Symmachi, dignitate exconsulis, aedes Constantinopoli arsisse in illa maxima contra praedictum Iustinianum seditione, ex chronico paschali exploratum est.

XVIII. Centum fere post Symmachum papam annis occurrit nobis in litteris magni Gregorii 3) Symmachus alter in Corsica defen- Symmac aevo s. G magni. sor (qui fuit temporum illorum magistratus quidam). Hic autem sine dubio ex ea nobilissima domo fuit; namque a Gregorio appellatur *vir magnificus domnus Symmachus* 4). Quin adeo quum retro dixerim Rusticianae nomen avitum esse in Symmachorum familia, ecce nobis in Gregorii litteris aliam Rusticianam nobilissimam feminam, dignitate patriciam, quam Gregorius *excellentiae* titulo (non secus atque reginas) semper ornat. Matronam hanc fuisse de genere Symmachorum vel inde cognoscimus, quod praedictus Symmachus Rusticianae litteras Gregorio tradidit, et quod absentis matronae mandata cum eius universa familia Romae exsequutus est, pompa scilicet, ut illa iusserat, ad s. Petrum deducta 5). Clientem se Rusticianae

nensis in epistula, quam communi episcoporum Galliae nomine scripsit contra synodum, quae ad iudicandum de Symmacho convenerat, haec inter alia complura ait: *dum de causa romanae ecclesiae anxii nimis ac trepidi essemus, utpote nutare statum nostrum in lacessito vertice sentientes. - Non facile datur intelligi qua vel ratione vel lege ab inferioribus eminentior iudicetur. - Quid in principatum generalis ecclesiae criminationibus licere censendum est? - In sacerdotibus ceteris potest, si quis forte nutaverit, reformari: at si Papa urbis vocatur in dubium, episcopatus iam videbitur, 'non episcopus, vacillare.* Tum principes viros adhortans ait: *in conspectu vestro non sit ecclesiae minor, quam reip. status -. Nec minus diligatis in ecclesia vestra sedem Petri, 'quam in civitate apicem mundi. - Nostis bene inter quas haeresum tempestates fidei puppem ducamus. - Expedit ut gubernatorem vestrum participato labore tueamini.* Parem eodem tempore exhibuit honorificentiam ac patrocinium romanae cathedrae gallus Ennodius in luculento, qui extat, pro Symmachi causa libello apologetico. — 1) Concil. praedict. pp. 459. 466. et alibi. — 2) Bell. vand. II. 16. — 3) Lib. I. 52. — 4) Lib. XI. 44. — 5) Lib. XI. 44.

fuisse ante episcopatum narrat Gregorius 1); sibique ab ea commendari nutricem suam libenter tulit 2): et pro missis ad se redimendorum captivorum causa decem auri libris, et beato Petro donariis, et s. Andreae monasterio subsidiis 3) gratias egit; eiusque versantis Constantinopoli magnum esse in romana urbe desiderium testatus est 4). Nobilissimas quoque Rusticianae neptes Romae degentes memorat Gregorius 5): quarum una fortasse erat Italica patricia, ad quam bis scribit Gregorius 6): namque et Italicam seniorem Symmachi oratoris sororem novimus 7).

Symmachi oratoris scripta.

XVIIII. Quum tot fuerint in Symmachorum gente clarissimi homines, nemo tamen parem famam oratori illi veteri consecutus est, ad quem denuo sermo meus deflectit: de cuius scriptis ut pauca cursim dicam, horum genera duo novimus, epistulas videlicet et orationes. Non est instituti mei multa verba de epistulis facere, quarum tamen posthumi libri a filio in vulgus dati adeo nostris eruditis placuerunt, post Politianum et Laetum a quibus primo eximie laudati fuere 8), ut decem saltem eorum editiones extent cum doctissimorum hominum commentariis: et quidem Romae vernacula idiomate non ingloriam interpretationem curatam video, atque aliam ineditam latere scio. Ceteroqui vulgandarum Symmachi epistularum parva, ut solet, initia fuerunt. Nam princeps veneta Cynisci amerini editio in pontificatu Iulii II. typis curata, adeo tenuis vulgoque incognita est, ut eam Fabricius Maittairius atque Panzerius ignoraverint, quamquam neque in vaticana bibliotheca deest, neque olim Iuretum latuit. Item mutila est secunda argentinensis, quam praedicti triumviri primam existimant; donec paulatim auctae sunt Symmachi epistulae in basileensi, messiensi, et parisiaca editionibus, ex codicibus multo plenioribus, quorum tempestive Cuiacius notitiam vulgaverat 9). Atque ut Symmachi adhuc epistulae codicibus inspectis augeri possint, magnopere vereor: mihi certe complura earum mss. volumina, et quidem vetera, manu versanti, nihil se novi obtulit, praeter variarum lectionum atque emendationum copiosam segetem. Neque tamen infitias eo quasdam nos latere Symmachi epistulas: nam certe ornata illa epistula, et quidem latina, quam Libanius 10) a se receptam narrat valdeque dilaudat, in edi-

1) XI. 44. — 2) IIII. 46. — 3) XI. 44. — 4) VIII. 22. — 5) XIII. 22. — 6) IX. 69. VIIII. 123. — 7) Symm. ep. VIIII. 40. — 8) Forcellinus contraria iudicia colligit, id quod ego nihil moror. Sed tamen peccat ibi certe Forcellinus, qui Ammiani verba de patre Symmacho, intelligit de oratore. Nam qui praefectus Aproniano (seu Volusiano) successit, et cuius domus incensa fuit, is pater oratoris erat. Amm. XXVII. 3, Symm. ep. I. 44. — 9) Observ. lib. V. 7. — 10) Ep. 923.

tis non occurrit. Sed multa praeterea sunt incommoda codicum a me observatorum: nam hi neque in libros distribuuntur, neque vulgatum ordinem servant epistularum, neque cunctas continent, neque nomina personarum plerumque exhibent: ita ut conferendi cum editis, praeter temporis iacturam, taedium ingens et labor fuerit. Igitur de orationibus dicendum superest, quarum ante aetatem nostram fama quidem ingens erat, nihil tamen, ne perpusillum quidem, extabat: donec ante hos annos Mediolani in ambrosianae bibliothecae palimpsesto octo mihi orationum partes apparuerunt; posterius autem in vaticano item rescripto codice fragmenta tria; quorum primum ad laudes priores in Valentinianum seniorem pertinet; alterum ad orationem pro Synesio; tertium frustum est orationis pro Valerio Fortunato, cuius nec res nec titulus in mediolanensi codice erat. Novem itaque Symmachi orationum in editione hac nostra partes sunt. Sed enim orationes eius multo plures desideramus, quarum ingentem fuisse numerum Socrates et Callixtus tradunt in testimoniis infra laudandis. Deperditarum certe nonnullarum orationum tituli ab ipso auctore obiter memorantur in epistulis hi.

Panegyricus Theodosii senioris, quo laudes eius civiles et bellicas stili honore percurrerat, legesque ab eo latas nominatim commendaverat. Ep. II. 13.

Panegyricus Maximi tyranni; quo victo, in maiestatis crimen vocatus Symmachus ad Christianorum ecclesiam supplex confugit. Socrat. hist. V. 14.

Apologeticus, seu defensio praedicti panegyrici, ad Theodosium qui eum crimine clementer absolverat. Socrat. ibid. et Symm. ep. II. 31.

Oratio de abroganda censura. Ter hanc memorat ipse auctor orationem suam, quam deinde opere etiam largiore propagavit. Et modestus alioqui orator tantum ei tribuebat, ut a legentibus adsensum se confideret extorturum. Profecto utilissimum historiae esset scire causas omnes, quibus motus senatus id demum priscae severitatis tribunal sustulit. *Plures* (inquit Symmachus cum familiari loquens) *utilitatis et honestatis assertiones in ipso corpore orationis invenies*. Rursusque: *in oratione nostra non leves causas evitatae huius potestatis invenies.—Nam solis quaedam speciosa nominibus, usu et experiundo plurimum nocent*. Reiectam denique decreto senatus censuram ait, *ne sub specioso nomine fores impotentiae ambire solitis panderentur*. Symm. ep. IIII. 29. 45. V. 9.

Oratio de Polybii filio ep. IIII. 45. Polybium quidem ipsum, qui in Africa proconsularem iurisdictionem egregie repraesentaverat,

laudat divus Ambrosius ep. clas. II. 87, sibique summa gratia devinctum ait.

Oratio contra Gildonem habita in senatu quo die is hostis publicus declaratus fuit. Ep. IIII. 4.

Gratiarum actio, ut videtur, Honorio pro Decii urbana praefectura, quam hic anno ·CCCCII· administravit. Ep. VII. 50. Fortasse tamen non oratio fuit sed epistula, sicut illa ad Rufinum pro Flaviani, qui Decium praecessit, praefectura. Ep. II. 22. III. 81.

Praeter epistulas et orationes, carmina Symmachum factitavisse compertum est. In his fuit poëtica Baulorum historia. Ep. I. 1.

Symmachi historiam prosa oratione scriptam laudat Iornandes de reb. get. cap. XV, atque ex eius quinto libro copiosum fragmentum recitat de rebus a Maximino ante imperium gestis. Utrum vero Symmachus orator, an quivis homonymus, historiae illius conditor fuerit, merito ambigitur. Symmachi denique (graeci ut puto) historias assyriacas et medicas citat Agathias lib. II. ed. paris p. 62.

De Symmachi stilo.

XIX. Eloquentiae suae Symmachus laudatores multos habuit, et quidem vel contemporales vel certe veteres, quos in testimoniis infra scribam. Unum tamen paulo accuratius heic expendam Macrobii dictum, in quo nobis exhibetur Symmachus sectae peculiaris oratoriae auctor, seu certe plinianae instaurator. Sic ergo Macrobius Saturnal. V. 1. *Quatuor sunt genera dicendi; copiosum, in quo Cicero dominatur: breve, in quo Sallustius regnat: siccum, quod Frontoni adscribitur: pingue et floridum, in quo Plinius Secundus, et nunc nullo veterum minor noster Symmachus luxuriatur.* Re tamen vera haud tanta est Macrobii, boni licet et sobrii scriptoris, auctoritas, quin adhuc meminisse liceat dicti quintilianei 1): *unicum apud nos specimen orandi docendique oratorias artes M. Tullius* 2). Quid sua aetate faceret Symmachus, quum iam pluribus ante saeculis tot latina eloquentia quateretur erroribus, quot ille auctor dialogi 3), quot Seneca 4) et Fronto 5) et Quintilianus 6) in cassum reprehenderunt, nec ipsi satis vitare potuerunt? Quamquam igitur esset Symmachus monetae veteris spectator aequus et iudex 7), nihilominus temporis sui usibus victus 8) dabat sedulo operam ut poëtico descriptionum nitore, crebritate sententiarum, altitudine sensuum, translato-

1) Inst. III. III. 1. — 2) Miror Ciceronem dicentem de off. II. 19. aetate sua intermissam, ne dicam mortuam, eloquentiam rom. fuisse. (Cicero igitur vel de se non cogitabat, vel potius se unum excipiebat.) — 3) De causis corr. eloq — 4) Ep. CXIIII. — 5) De eloq. et de orat. et ad ·M· Caesar. lib. II. 1. p. 25-26. — 6) Inst. VIII. 5. — 7) Ep. III. 11. — 8) Ibid.

im licentia, plurimo denique ingenii acumine, acclamationem au-
lentium peteret. Quare et filium erudiens, scintillare acuminibus
ique sententiis scripta eius gaudebat 1). Profecto sententiosum
ymmachiani eloquii genus per id tempus maxime viguit. Namque
; divus Hieronymus de sancti Paulini ad Theodosium panegyrico
quens 2) *librum tuum*, ait *quem pro Theodosio principe prudenter*
nateque compositum transmisisti, libenter legi: ipsum genus elo-
uii pressum est et nitidum; et cum tulliana luceat puritate, cre-
rum est in sententiis 3). *Iacet enim, ut quidam ait, oratio in qua*
ntum verba laudantur. Felix Theodosius qui a tali Christi ora-
re defenditur! Idem Hieronymus ep. LII. 4: *ne a me quaeras sen-*
ntiarum flosculos, verborum lenocinia, et per fines capitulorum
ngulorum acuta quaedam breviterque conclusa, quae plausus et cla-
iores excitent audientium. Sed enim quid opus est de Symmachi stilo
iitorem laborare? satis enim scimus, quarti saeculi hominem, quam-
uam singulari mentis flagrantia vividisque et grandibus eloquen-
ae coloribus praeditum, cum augustei aevi scriptoribus non esse
omparandum. Sed tamen in antiquitatis thesauro omne genus ar-
ficiorum studiosi homines libenter spectare soleat. Et quidem in
ymmacho multa sunt adiumenta ad historiam romani imperii plenius
ognoscendam. Nam tres laudes augustales totae historicae sunt: in
eteris orationibus, non solum historica lumina, sed ius illorum tempo-
um, curiae potestas, honorum cursus, notitia hominum ac digni-
itum et consuetudinum passim elucent. Certe Gothofredus in suis
gregiis ad ius romanum lucubrationibus epistulas Symmachi, quae
ilae tunc extabant, saepenumero et insigni cum fructu consuluit.
orsinio quoque ad perscribendos urbis aeternae praefectos non par-
am noster auctor symbolam contulit. Sed enim Symmachi multi-
lices et perbonas utilitates, ne sim nimius, lectorum curioso inge-
io et considerationi permittere satius est.

XX. Superest ut de Symmachi codice, unde has imperfectas ora- De Symma palimpsesto.
ones excussi, pauca dicam. Is idem est bobiensis palimpsestus, sub
uo Fronto latuit, quique partim Mediolani partim Romae servatur,
ua super re in praefatione romana Frontonis satis disserui. Cete-
oqui Mediolani pars ingens Symmachi est, Romae autem duo tan-
im paria foliorum inveni, nempe quartum seu intimum quaternio-
is primi mediolanensis, in quo scribitur supplementum laudum
riorum in Valentinianum: rursusque alterum folium par, cuius duae

1) Ep. VII. 9. — 2) Ep. LVIII. 8. — 3) Hoc genus Fronto solet dicere *sen-*
ntiarum densitatem.

paginae habent incrementum orationis pro Synesio, totidem aliae continent fragmentum inauditae orationis pro Valerio Fortunato. Circa quaternionum autem rationem, propter folia plus solito hiantia, disputare vix licet; priore excepto, cuius evidenter superest secundum quartumque folium, et primi pars posterior, nempe quaternionis paginae postremae duae. Alterius quaternionis paginae tantum quatuor desiderari videntur, sex autem tertii. Reliqua folia omni prope vinculo ac serie carent. Symmachum Mediolani quum ederem, deque codicis aetate quaererem, hunc quidem vix uno saeculo post ipsius auctoris obitum scriptum esse existimavi 1): quod nunc iudicium adeo non improbo, ut luculento testimonio, seu potius exemplo, comprobare queam. Est in tabulario vaticanae basilicae venerandus codex, fama et admiratione hominum iamdiu celebris, divi Hilarii scripta aliquot continens. Iam codicis huius scriptura tam similis symmachianae est, quam specimen a me olim expressum et cum symmachiano comparatum docet. Porro in huius codicis pagina 288, diversa ac deteriore scripturae specie, minutis ductibus, legitur haec autographa, ut reor, subscriptio: *contuli in nomine domini Iesu Christi aput Kasulis* 2) *constitutus anno quarto decimo Transamundi regis*. Is est autem annus post Christum natum ·DVIIII· Ergo et ipse Hilarii textus post hunc annum scribi non potuit. Atqui Symmachus certe anno adhuc ·CCCCIIII· vita fruebatur, ut supra demonstratum est. Porro hoc exemplum ad recte iudicandum de aetate scripturae generis symmachiani (quod genus in compluribus vaticanae bibliothecae mss. superest, puta in Eugippii et concilii chalcedonensis codicibus, de quibus alibi nosmet loquimur) maxime idoneum, antiquarii non contemnent. Quod si haberemus alium Hilarii codicem abs Hieronymi manu circa eandem aetatem apud Treviros descriptum (Ep. V. 2.), vix dubito quin huic africano valde similis videretur.

1) Praef. ed. mediol. p. XIII. — 2) Provinciae byzacenae oppidulum. Ad presbyterum casulanum scribit Augustinus ep. 36.

TESTIMONIA VETERUM

DE SYMMACHO ORATORE.

1. LIBANIUS epist. 923. *ad Symmachum.* Κεχαρίσθαι ἐν τούτῳ σε τοῖς λογίοις θεοῖς, ἐγείραντα τοὺς νέους ἐπὶ τοὺς λόγους. *Gratiam a diis eloquentiae praesidibus iniisse te, iuvenes ad eloquentiae studium excitando.*
2. SOCRATES hist. eccl. V. 14. Σύμμαχος πρῶτος μὲν ἦν τῆς ἐν Ῥώμῃ συγκλήτου· ἐθαυμάζετο δὲ ἐπὶ παιδεύσει λόγων ῥωμαϊκῶν· καὶ γὰρ αὐτῷ πολλοὶ λόγοι συγγεγραμμένοι τῇ Ῥωμαίων γλώσσῃ τυγχάνουσι. (*Item Cassiodorius hist. trip. lib. IX.* 23.) *Symmachus romani senatus princeps, latina eruditione admirabilis erat: nam et multae eius habentur Romanorum lingua scriptae orationes.*
3. CALLIXTUS hist. eccl. XII. 21. Σύμμαχος πολλοὺς καὶ ἄγαν ἀρίστους λόγους τῇ σφετέρᾳ γλώσσῃ ἐξέδοτο. *Symmachus multas optimasque orationes patria lingua edidit.*
4. AUSONIUS *inter epistolas Symmachi lib. I.* 32. Suavissimus ille floridus tui sermonis afflatus. Haud quisquam ita nitet, ut comparatus tibi non sordeat.
5. SANCTUS AMBROSIUS *epist.* 2. *adv. Symm. de eius relatione pro ara Victoriae.* Aurea est lingua sapientium litteratorum *etc.*
6. PRUDENTIUS *adv. Symm. I.* 633. O linguam miro verborum fonte fluantem—romani decus eloquii—os dignum aeterno tinctum quod fulgeat auro! *Et paulo infra de scripto Symmachi:* illaesus maneat liber, excellensque volumen—obtineat partam dicendi fulmine famam. *Denique in praef. libri* 2. *de Symmacho ait:* quo nunc nemo disertior—exultat, fremit, intonat—ventisque eloquii tumet.
7. AUCTOR operis *de promiss. D. part.* 3. *prom.* 38. Symmachus ille mirabili eloquio et scientia praeditus.
8. SIDONIUS *ep. lib. I.* 1. Symmachi rotunditatem vestigiis praesumptiosis insequuturus. *Et ep. ad Felicem cons.* Quos multo minor ipse plus adoro—Paulinum, Ampeliumque, Symmachumque.
9. CASSIODORIUS *ep. var. XI.* 1. Retinetis facundissimi Symmachi eximium dictum.
10. MACROBIUS *Saturn. V.* 1, *ut nos iam scripsimus in hac praefatione cap. XIX.*

ARGUMENTUM

LAUDUM PRIORUM IN VALENTINIANUM SENIOREM.

Hac priore acephala laudatione commemorat primum Symmachus Valentiniani pueritiam atque adulescentiam, qui in pluribus mundi plagis cum Gratiano parente apud exercitum versatus fuerat: vices eius sic fortuna moderante, ut notitiam totius orbis mature nancisceretur, qui futurus erat omnium dominus. Exin breviter laudatur Gratianus pater ob sobolem ad tantum culmen apte educatam. Obiter etiam mentio fit iunioris Gratiani Valentiniano geniti, qui admodum puer Augustus creatus est. Hactenus primum folium mediolanense. Exin post unius folii hiatum locus est vaticano fragmento foliorum duorum continuorum, in quo primum loquitur orator de militari quadam seditione, ex qua Valentinianus adhuc privatus evasit incolumis: quam rem inlustrat Marii exemplo, cui Minturnis capto pepercit inmissus percussor. Sublimiore deinde ingressu, multoque ingenii acumine utens, describit Symmachus Valentiniani inviti ac reluctantis ad imperium evectionem in comitiis militaribus. Haec paulo fusius in sequentis amissi folii spatio prosecutus fuerat orator; itemque dixerat de Valente fratre ad imperii societatem adsumpto, cuius narrationis pars in secundo folio mediolanensi superest. Iam quum fratri Valentinianus regiones orientis regendas commisisset, ipse in Gallias ad continendas Germanorum irruptiones se recepit: ibidemque sub pellibus, barbaro in agro, caeloque inclementi, tuendi imperii causa diu versatus est. Interim rebelles in oriente motus (duce nempe Procopio) extitisse ait orator, qui quum citius reprimi possent a coniunctis utriusque imperatoris viribus, noluit tamen Valentinianus, rebus Germaniae nondum compositis, in orientem signa transferre. Adlocutiones etiam innuuntur, quibus exercitum suum Valentinianus ad bellum potius germanicum quam civile persequendum hortatus est. Tum et ipse Valens breviter commendatur, qui parta de perduellibus victoria non est crudeliter usus. Laudatur denique civilis administratio Valentiniani, qui fugato ambitu dignitates virtuti tribuendas curaverat, ac felici concordia togatos magistratus cum sagatis ordinibus implicuerat.

Plane autem mihi persuadeo hanc priorem laudationem dictam esse a Symmacho in primo lustro imperialium Valentiniani annorum. Nam lustrum quidem peractum memorat infra orator. Id autem contigit anno post Ch. N. CCCLXVIII. in secundo Valentiniani consulatu. Iam laudationem alteram (quam mox subiungemus) recitavit Symmachus in Valentiniani consulatu tertio (ut ex ea lecta cognoscitur) id est anno Ch. CCCLXX; sequitur ergo ut hanc priorem recitaverit anno vel CCCLXVIII. vel CCCLXVIIII. Sed illud probabilius propter quinquennalium celebritatem et ipsum Augusti secundum consulatum. Accedit, quod apud Graecos Themistius in quinquennalibus Valentis, anno nempe eodem CCCLXVIII, recitavit Marcianopoli eam orationem quae in editione harduiniana octavum locum obtinet. Eadem igitur de causa eodemque anno apud Lutetiam Symmachum in castris gallicis recitavisse hanc laudationem coram Valentiniano arbitror. Erat autem eo anno plane iuvenis Symmachus, quod constat ex Ausonio (in epistulis symmachianis lib. I. 32.) qui ait Symmachum secutum esse tironem castra; et quidem, ut docebit laudatio altera cap. VI, Valentiniani. Quare et oratio iuvenili vigore exultat et floret.

.Q· AURELII SUMMACHI ·V· ·C· a)

L A U D E S

IN VALENTINIANUM SENIOREM 1) AUGUSTUM I. b).

. . . I. Item totius orbis estis indegenae c); alibi fructum lucis, alibi usum laboris indepti. An non ipsam quoque Africam iure patriam tuam dixerim, quae te prima in contubernio parentis edocuit 2) qualis d) princeps esse deberes e) 3)? Nec umquam te existimes aliis militasse futurus Augustus. Sibi quaesivit quidquid ante defendit, servavit f) tenera aetas quod regeret matura felicitas. Ibi primum tolerans solis et pulveris esse didicisti g), cuius dudum cunabula Illyriae nives texerant 4), qui caesam glaciem paulo ante potaveras. Ita veluti

Desidei
paginae
duae.
non puto.

a) In codice scribitur saepe *Summaci*, raro *Summachi* (quam nos postremam emendatiorem lectionem sequimur); numquam vero scribitur *Symmachi*. Scripturam huius nominis, per *u* et sine *h*, idonee confirmat inscriptio nuper detecta Romae, nostri oratoris consulatum habens: *Ti. Tatiano et Quinto Aur. Summaco viris clarissimis ego Zita locum* etc. Eadem aetate scribebatur *Porfurius*. (Legesis arcadicum diurnale an. 1821. mense octobri p. 93-94.) Nimirum quum *y* pronunciaretur *u* (qua de re Cornutus et Papyrianus apud Putsch. p. 2286. 2292.) facile contigit ut scriptura saepe cum pronunciatione congrueret. Notandus etiam titulus *vir clarissimus*, qui in codice nostro significatur siglis *v. c.* Et quidem apud S. Augustinum ep. 182. 183. modo scribitur explicate *vir clarissimus* modo *v. c.* Item Iulii Valerii, qui de Alexandro scripsit, titulus in ambr. codice est *v. c.* Diserte vero grammaticus quidam apud Putsch. p. 2775. ait: *v adiuncta c, cum virga iacente superposita, vir clarissimus*. Fuisse autem hunc titulum senatorii hominis, nemo non novit. — b) Sic in codice apponitur nota numeralis non vocabulo *laudes*, sed post *Augustum*, in summis membranarum oris: et tamen nota pertinet ad vocabulum *laudes*. Illud etiam moneo, capita scilicet orationis carere quidem in codice nota numerali, sed relicto ampliore spatio satis indicari. — c) Ita cod. *indegenae*. Est autem peculiare fere genus scripturae symmachiani codicis, et perfrequens litterarum praesertim vocalium inter se commutatio. — d) Cod. *quales*. — e) Cod. *deberis*. — f) Cod. *servubit*, *b* pro *v*. — g) Cod. *dedicisti*.

1) Idem dicitur *maior* ab Augustino de C. D. XVIII. 52; *magnus* autem a Nicephoro in chronographia.

2) Gratianus Valentiniani pater post dignitatem protectoris atque tribuni (ut narrat Ammianus Marcellinus lib. XXX. 7.) comes praefuit rei castrensi per Africam. Iam Valentinianum pluribus esse versatum in bellis ante initum imperium narrat Zosimus hist. III. sub finem. Meruisse in Gallia sub Constantio et Ioviano, testis est idem Ammianus XVI. 11. XXV. 10. Contra Persas autem ab eodem Constantio missum ait Philostorgius VII. 7.

3) Sic fere loquitur de Traiano Plinius paneg. cap. XV, et de Constantio Iulianus orat. I. p. 5-6.

4) Valentinianus natus creditur apud Cibalas, quod dicunt Pannoniae oppidum Ammianus XXX. 7. aliique, sed a Symmacho tribui videtur Illyriae.

ad alia elementa translatus arentis Libyae *a*) sitim patientia *b*) temperabas. Prosus *c*) quasi ad *d*) ipsius mundi gubernacula destinatus, mutando varias caeli plagas, usum tibi omnium cardinum vindicasti. Merito non potest hodie obesse provinciis tam longa absentia tua, quas tuetur prima notitia *e*). Similior *f*) princeps est Deo pariter universa cernenti, qui cunctas partes novit imperii 1).

II. « Si litteras, inquit Tullius 2), graecas Athenis non » Lilybei *g*), latinas Romae non in Sicilia didicisses; » videlicet ex locorum ingeniis adprobans ea nescire Caecilium, quae eum dicit ubi innata non erant adsecutum 3). Sola est enim disciplinarum magistra natura regionum. Tibi ardores Getuliae aestivam consuetudinem: tibi Illyriae pruinae brumalis horroris *h*) tolerantiam tradiderunt: genitus in frigoribus, educatus in solibus, ante fortunae munera totius mundi exempla sumpsisti. Quare seu in Aethiopas atque Indos, contra externum militem solo calore munitos, felicia signa contuleris; frustra ad aestuantes recessus ac torrida astra confugient. Cito enim terrarum talium dominus eris, qui vim siderum non timebis. Seu in scythia regna frigentia Tanainque glacialem fines ponticos proferre censueris, ibi quoque naturam patriae recognoscens, fugaces incolas per dorsa fluminum consequeris. Vicisti experientiam singulorum qui habes omnium. Privatae hoc industriae tuae debeo quod te *i*) dignum reddidit principatu *k*). Cum tantum munus acceperis ut nihil tibi possit adici, tantum meriti pertulisti, ut nullum praemium tibi debeat inputari.

III. Meruisti quondam, inclute Gratiane 4), meruisti ut de

a) Cod. *Lybiae*. — *b*) Cod. *patientiam*. — *c*) Cod. *pronsus*, tum factum *prosus*, antiqua orthographia, etiam apud Frontonem, pro *prorsus*. — *d*) Cod. *ab*. — *e*) Cod. *notia*. — *f*) Cod. videtur habere *simillior* aut *similiter*. — *g*) Ita cod. *Lilybei* sine diphth. — *h*) Cod. *errores*. — *i*) Legebam *quo die*, et sic est etiam in schedis. Sed ita corr. H. — *k*) Cod. *principatum*.

1) Sic loquitur etiam Ausonius in grat. act. sub initio.

2) Divinat. in Verr. cap. XII.

3) Hoc ipso Caecilii exemplo utuntur Hieronymus ep. XLVI. 9, et Cassiodorius var. VIII. 12; ita ut ambo ad Ciceronem, si minus ad Symmachum, respexisse videantur.

4) Gratianus senior, etsi ignobili stirpe ortus, singulari tamen corporis robore et militaribus gestis viam sibi ad magnos honores munivit: eiusque aestimatio plurimum valuit ad Valentinianum filium, qui deinde fuit Augustus, apud principes et exercitum commendandum. Ammianus XXX. 7.

te sacra germina pullularent, ut esses seminarium principatus, ut fieres *a*) vena regalis. Erudisti liberos, parentes omnium mox futuros: in quos tantum frugis bonae institutio privata congessit, ut fortuna hodie clarior nil requirat. Hinc factum est quod primaevum nepotem 1) castrensia decreta legerunt. Cum familiae vestrae natura promitteret, ut cautela patris in puero nil timeret, cur tardaret aetas quem tot exempla generis adserebant 2)? Praeiudicata bona in examen vocare *non interest*... Desider paginae d

IIII.... aut licentia *b*) poetarum, dearum aliquam dixerim districtos *c*) a vitalibus tuis detorsisse mucrones 3): neque *d*) te quadrigis pernicibus, diva aurigante, simulabo subtractum: nec cavae *e*) nubis infusa circa te narrabo velamina. Sint haec figmenta carminum; nos habeamus exempla fatorum. Haesit ante te maestior rebellis instinctus 4): et, si mihi credis, Auguste, tibi magis quam sibi timuere dementes *f*). Nec ignorabant hoc ipso crimen suum posse cumulari, quod solum principis *g*) socerum dignum caede credederant *h*); iam nec furoris nomine et defensione *i*) purgandi, qui ab alterius nece consilio temperabant. Pars vati

V. Credamus historiis minora iactantibus, quae ferunt Gaium Marium pressum labe fortunae, obiectu quodam prioris evasisse reverentiae. Cum secundis, inquiunt, rebus eius in adversa mutatis, virum toto orbe victorem minturnensis carcer includeret, percussoris ictum, qui iussus inruperat, maiestate suspendit 5), quae ei sola restabat; stetit pro sene vetus gloria, nec valuit carnifex inpia manu ferire, quem necesse habebat agnoscere. Quae, rogo, sunt maiora miracula? ministrum

a) Cod. *feris*, ut paulo ante *deberis*. — *b*) Cod. *ligentia*. — *c*) Cod. *districtus*, u pro o; ut saepe in huius aevi codd. — *d*) Ita cod. 2. manu; at 1. *quae*. — *e*) Cod. *cave*. — *f*) Ita 2. manu; at 1. *dementis*. — *g*) Ita 2. manu; at 1. *principes*. — *h*) Ita cod. — *i*) Cod. *defensionem*; tum ibidem expuncta *m*.

1) Gratianum iuniorem Valentiniani primogenitum ex Valeria Severa coniuge, quem pater octennem renuntiavit Augustum in castris apud Ambianos.

2) Nempe avi et patris.

3) Iliad. Γ. 363. sqq.

4) Sermo est de militari apud Remos seditione, de qua sic Ammianus XXV. 10: *turbo militaris acerrime concitus Lucillianum et Seniauchum occidit. Valentinianum enim, paulo postea principem, trepidum et quo confugeret ambigentem, Primitivus hospes tutius amandarat*. Erat autem Lucillianus Ioviani tunc imperantis socer, Valentinianus tribunus.

5) Rem narrat Plutarchus in Mario cap. XXXVIIII.

*

irascentis inhibere, an ipsos qui irascuntur obtundere? Unus, cui parcit, agnoscit *a*); multi metuunt quem tuentur. Iuvenem terror excusat, senem miseratio. In illo recolebatur, in te sperabatur imperium. Non sunt paria *b*) exempli utriusque momenta: Mario adhuc supererat fulgor occidui sideris, in te iam radiabat flamma nascentis.

VI. Ecquis est motus animorum vel ordo vivendi, qui pro vicissitudine temporum et mutatione causarum non aliquando varia iactatione quatiatur? Fuerit aliquis in pace iucundus, sed idem rebus trepidis parum felix: hunc timuerint factiosi, sed despectui habuere concordes: hunc violandum nemo credidit *c*), non tamen etiam sublimandum aliquis aestimavit: illi honorem regium decrevit exercitus, sed idem latuit ante privatus. Te unum timent rebelles, eligunt iudicantes: quem nemo audax in furore contempsit, nemo consultus in honore praeteriit. Quid interest saeviat miles an sapiat? ubi ira est, tu solus evadis; ubi consilium est, tu solus eligeris.

VII. Urgeor, Auguste venerabilis, ut mihi tamquam aliquod lumen astrorum post privatas exuvias iam purpuratus in oratione *d*) nascaris: sentio divinae lucis adflatum, ut ferme adsolet cum iuvar *e*) emicat et mundi splendor aperitur, aut cum solis emergente purpura ruborem ducit aurora. Tandem rogatus exorere *f*), sideri novo similis, quod in rediviva diei erumpentis officia perfusum sacris undis adtollit oceanus: procedat imperii candidatus, insignis suis armis ante quam publicis: nam semper enituit, qui electioni omnium solus occurrit: galea diademate, sceptris pila mutentur, auri praemium ferri labore meruisti. Haec in te mutari sola potuerunt: nam quod spectat ad mores, unum hoc tibi fortuna addidit ut plura curares.

VIII. Excesserat divus Iovianus e terris ac se inproviso subtraxerat 1). Maestum omnium repente iustitium, nec ulla, ut adsolet, murmura factionum: cessabat ambitus, quia dignus

a) Cod. *ignoscit*. — *b*) Cod. *parta*. — *c*) Ita cod. — *d*) Cod. *horatione*, sed una littera deletur. — *e*) Ita cod. pro *iubar*. — *f*) Duplici sensu praeditum verbum: videlicet aut ab *exorior* aut ab *exoror*.

1) Elegans repentini obitus reverensque et ingeniosa narratio!

extabat. Eequis miratur non ilico in te conversa suffragia? nulla causa properandi est, ubi non est suspecta dilatio: et saepe minuit boni facti laudem quisquis ei obesse existimat tarditatem. Ergo servatus es iudicio multitudinis, ne quis te putaret praeiudicium captasse paucorum. Nihil circa honorem tuum sibi adsumit eventus: ab his imperator electus es, qui deliberarunt. Agimus gratias consilio longiori 1): sic de te diu tractatus est habitus, ut palam constet quod dignior non sit inventus.

VIIII. Et iam concilii dies certus instabat: aderat exercitus ex omni robore romanae pubis electus. Digna plane comitia tanti imperii principatu! decernebant liberi, cui deberent esse subiecti. Tibi *a*) habe, vetustas *b*), redemptas saepe centurias, et gratiosas Quiritium classes, et tribus plerumque venales. Negotia mandare nesciunt otiosi: emeritum bellis virum castrensis senatus adscivit: noti testimonio, ignoti suffragio proveuntur *c*). Ubi hic equinus hinnitus persici quondam lector imperii 2), et adfectata ad regnum via libidine *d*) pecudis concubitum gestientis *e*)? Qualis ille dominus fuit, de quo inprudens animal iudicavit? Remove hinc prisca miracula et theatralibus praestigiis digna conmenta. Armati censeant cui potissimum regenda arma credantur. Ars est boni militis ducem nosse deligere. Merito nunc quoque certatim in omnibus parent, libenter obtemperant; neque enim tantum imperio tuo, sed etiam iudicio suo militant.

X. Vellem nunc tecum civica expostulare pietate: cur in medium invitus existi 3)? cur diu obluctatus? cur sero mollitus es? An et hoc maiestati tuae debebatur, ut semper invictus, in accipiendo tantum imperio vincereris? Periclitati

a) In cod. interpungitur mendose post *tibi*. Confer autem orat. in patres cap. III. — *b*) Vocativo casu singulari. — *c*) Ita cod. sine adsp. Sic in vaticanis fragmentis iuris *proibere*. — *d*) Cod. *libidinem*; sed mox ibidem deletur *m*. — *e*) Ita 2. manu, at 1. *gestientes*.

1) Quippe, ut ait Ammianus XXVI. 1, ab obitu Ioviani ad susceptam a Valentiniano dignitatem, *diebus decem nullus imperii tenuit gubernacula*.

2) Herodotus III. 85. sqq.

3) Testis Victor epitom. XLV: *Valentiniano imperium resistenti oggeritur*. Ipse Valentinianus in concione apud Ammianum XXVI. 2. sic loquitur: *exsulto et prae me fero semperque laturus sum, nec speranti nec appetenti moderamina orbis romani mihi, ut potissimo omnium, vestras detulisse virtutes*.

sumus, ne te superiorem faceret excusatio. Maiore beneficio praestitisti coactus adsensum, quam adeptus es probatus imperium; quae res invitamento omnibus est; nam res p. vehementius delectatur invitis. Nemo plus dignitati tuae adfuit, quam qui non paruit voluntati. Stabat ante nobilem candidatum aula viduata: erat quidem verecundiae tuae ut repugnares, sed non minus devotionis ut cederes. Prodest nonnumquam militaris inprobitas. Hodie bo . . . 1) .

Hactenus pars vaticana.

Desiderantur paginae duae.

. . . . XI. incredibili providentia utrumque conplexus, ne aut in uno spes staret imperii, aut in duobus esset causa certandi 2). Huc accedit quod cum duo sint in imperio gradus 3), ilico in germanum et pariter contulisti, quod noveras bis posse praestari. Adeo gratiam quidem captas, ut a perfectis beneficiis semper incipias. Exigui animi vices munerum partiuntur, tua liberalitas desideriis nihil reliquit: maximeque in imperatorem *a*) faciendo magnitudinem regiae largitatis minui crededisti *b*), si cum insperata concederes, adhuc speranda differres *c*). Ergo Augustum pari iure confirmas. Curasti ne umquam tibi suspectus esset, cui non reliquisti quod ultra optare deberet.

XII. Hinc plerique principum, quos secundos creaverant, quasi aemulos mox timebant. Urget enim potissimum expectatio proximorum: semperque similis invidenti est, cui superest quod requirat. Nec istud nimium gratiosa aut populari festinatione fecisti: iamdudum cuncta expertus in fratre, quae diu explorantur in Caesarem *d*). Dubitaretur de iudicio tuo, nisi ab inmodicis inchoasses. Statim perspeximus qualem principem legeres, postquam cognovimus quod nihil tibi quasi sollicitus reservares.

a) Ita cod. Sed corr. *imperatore* H. — *b*) Ita cod. *crededisti*. — *c*) Cod. *differis*. — *d*) Num pro *Caesare*? H.

1) Haud longiorem uno folio, sive duabus paginis, hanc esse lacunam tum ex quaternionis natura tum ex eo patet, quod in sequentibus sermo est de Valente ad imperium sociato, quae res peracta fuit paucis diebus post ipsius Valentiniani comitia.

2) Quum Valentinianus adigeretur ab exercitu ad socium imperii adsciscendum, deliberavit num extraneum an fratrem sibi sociaret (Am. XXVI. 2. et 4.) Fratrem autem praeoptavit: sic enim nec in uno spes staret imperii, nec in duobus esset causa certandi.

3) Nempe Caesaris et Augusti. Ab illo ad hunc gradum perveniebatur.

XIII. Siqua inter cognatas caelitum potestates huiusmodi esset aequatio, paribus cum sole luminibus globus sororis *a*) arderet: nec radiis fratris obnoxia precarium *b*) raperet luna fulgorem 1): iisdem curriculis utrumque sidus emergeret, pari exortu diem germana renovaret, per easdem caeli lineas laberetur: nec menstruo pigra discursu aut in senescendo *c*) varias mutaret effigies *d*), aut in renascendo parvas pateretur aetates. Ecce formam beneficii tui astra nesciunt aemulari: illis nihil est in mundana luce consimile, vobis totum est in orbe commune.

XIIII. Nondum adulta rerum a te gestarum profano monumenta. Iam cedo primitus faciam quod usuvenire nobis in prolixo itinere solet, ubi qui ad destinata *e*) properant, non omnes obvios consalutant. Ergo in duas curas dividis orbis excubias: invictum fratrem reliquens orienti, ipse supra inpacati Rheni semibarbaras ripas 2) raptim vexilla *f*) constituens, et provincias luxu superiorum deditas *g*) veteris ignaviae pudore defendens, princeps creatus ad difficilem militiam revertisti. Statim itinera, statim proelia 3): et primus in aciem purpuratus, et regalis aula sub pellibus, somnus sub caelo, potus e fluvio, tribunal in campo 4). Haec imperio quidem nova, sed tibi cognita. Docuisti magis fortunam regiam quid virum facere conveniret, quam didicisti ab ea quid imperatores ante fecissent.

XV. An exiguum virtutis et patientiae tuae specimen arbitraris, quod rerum summa fastigia et romani nominis apicem consecutus, inter tot provincias partim situ amoenas, partim pace iucundas, aut urbium maiestate mirabilis *h*), aut populorum copiis redundantes, sedem quodammodo in ea parte po-

a) Cod. *sorores*. — *b*) Cod. *praecarium*. Et quidem *precor* ab eoque derivata constanter scripta video cum diphthongo in antiquissimis mss. — *c*) Cod. heic *renascendo*, sed mox *senescendo* quae mihi invertenda visa sunt. — *d*) Cod. *etfegies*. — *e*) Cod. *distinata*. — *f*) Cod. *vixillas*; sed tamen inferius recte *vexilla*. — *g*) Num corrigendum *desides*? — *h*) Ita cod. *i* pro *e*.

1) Sic fere loquitur Mamertinus genethl. Maximian. cap. XIII.

2) Ita etiam Hieronymus ep. III. 5. *ad Rheni semibarbaras ripas*.

3) Valentiniano nuper ad imperium evecto, Alamanni bellum gallicis Romanorum provinciis intulerunt, quod sui legati vilibus donis affecti fuissent, et ab Ursacio officiorum magistro superbius appellati. Ammianus XXVI. 5.

4) Confer quae scripsi ad Frontonem ed. nov. p. 227. n. 5.

suisti qua totius rei publicae ruina vergebat 1)? Tales sibi terras eligunt, qui ut subveniant eliguntur. Nondum degustatis imperii bonis, solas difficultates de honore sortiris. Tandiu non tenerent Galliae, si placerent.

XVI. Iactet se punicis Africanus exuviis, sed diu in Sicilia palliatus erravit 2). Mithridaticis *a*) spoliis Lucullus exultet, sed diu in pontico luxu paene victor languit 3). Orientis tropea *b*) ostentet Antonius, sed inter aegyptias taedas regio amore diffluxit insano 4). Illi triumfalis *c*) viri, delicatis *d*) negotiis frequentibus occupati, amoena litorum terrarumque opima sectantes. Vis petam proximae aetatis exempla? Ecce Baias sibi Augustus a continuo mari vindicat, et molibus lucrinis sumptus laborat imperii 5). Tiberius in devorsoriis insularum 6) natans et navigans adoratur. Pius otia caietana persequitur 7). In lycio *e*) et academia remissior Marcus auditur 8). Tibi nullae sunt feriae proeliorum: maximeque hoc in Galliis delegisti, quod hic non licet otiari. Tibi nulla necessitas remittit indutias. Lustrum imperialium condis annorum 9) ubi caelo et terris horror aequalis est, sub crassa nube, iugi frigore, feroci hoste, latissima vastitate. Quietem tibi negas, quam ceteris

a) Cod. *mitharidaticis*. — *b*) Ita cod. sine diphthongo *tropea*. — *c*) Ita cod. *triumfalis*, et mox *triumfum*. Iam terminatio *is* pro *es* etiam in primo plurali casu mihi saepe occurrit in antiquis codd., contradicentibus licet grammaticis. — *d*) Cod. *dilicatis*. — *e*) Ita cod. pro *lyceo* habet *lycio*, uti Gellius XX. 5, et Cic academ. I. 4. ac de oratore I. 21. in aliquot edd.

1) Symmachus imitatur Ciceronem, qui eadem de ·C· Iulio Caesare in Galliis degente ait in orat. de prov. consul. XII.

2) P. Scipio Africanus maior quum exercitum in Africam traiicendum diutius in Sicilia instruere videretur, diffamatus Romae est, tamquam is cum militibus luxuriaretur. *Ipsius* (inquit Livius XXVIIII. 19.) *imperatoris non romanus modo sed ne militaris quidem cultus iactabatur: cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio* etc. Idem aiunt Valerius Max. III. 6, et Dio in fragmentis valesianis LXIV.

3) Lucullum item incusatum a senatu quod mithridaticum bellum diutius iusto protraheret; eiusque exercitum publica auctoritate dissolutum, narrat Appianus bell. mithr. XC.

4) Apud Cleopatram.

5) *Augustus* (inquit Svetonius cap. XVI.) *portum Iulium apud Baias, immisso in Lucrinum et Avernum lacum mari, effecit*. Et nota reprehensionem sumptus nimii operum publicorum.

6) Nempe Capreis.

7) Pii rusticationes memorat non semel Capitolinus in eius vita. Quia et inter eius opera Caietae portum recensuit cap. VIII.

8) Singulare ·M· Aurelii philosophandi studium, tum ex Frontone cognoscitur, tum aliunde notissimum est.

9) De primo lustro seu quinquennalibus Valentiniani recole argumentum.

praestas. Inter tot milia laurearum nondum digrederis ad triumfum: et cum sis maior Augustis, delegisti tibi provinciam, de qua Caesares 1) querebantur.

XVII. Et tu quidem bellico intentus operi dudum ferocis Alamanniae terga vertebas. Sed parte alia fraterni inperii *a*) liberam pacem rebellis exul inruperat 2). Quod cum ad te primum pernices nuntii et fideles litterae pertulerunt, quis non congruum iudicavit ut a caede barbarica in facinus civile arma torqueres?

XVIII. At tu rei p. plus timebas: et inter duas causas hinc intestinam *b*) inde finitimam, malebas potentia tua *c*) interim frui aemulum, quam longa inpunitate vicinum. Nec ita turpe duxisti plures tecum esse principes, quam terras imperii breviores. Frustra tunc tibi perduellis motus optavit Alamannia, cui tantum miseriae invexit conflictus tuus, quantum proeliis debebatur ambobus. Probasti animum constantissimi ducis *d*) minus tibi consulendo quam ceteris. Tutior aput te fuit tuus, quam noster inimicus *e*). Non uno igitur beneficio Gallias obligasti quibus pariter a te utrumque delatum est, et sui periculi cura et tui neglegentia 3).

XVIIII. Quid ipsas contiones tuas et humanis sensibus celsiora retexo conloquia? Huc, inquis *f*), fidissimi commilitones, adversum truces populos et Reni *g*) feroces indegenas vexilla conferte: hic communis hostis *h*) est, ille privatus 4): prima

a) Ita heic schedae; at alibi *n*. — *b*) Cod. *hi ostentinam*. — *c*) Sic corrigitur in codice; quum antea scriptum esset *potentiam tuam*. — *d*) Cod. *duces*. — *e*) Cod. *inimicos*, vetere item orthographia. — *f*) Cod. *inquid*. — *g*) Ita schedae *Reni*. At superius cum adspir. Eadem varietas est in voc. *Remi* et *Rhemi* urbis. Ceteroqui Varro in Putsch. p. 2286. negat esse adspiranda eiusmodi nomina, ut *Rodum*, *retorem*. — *h*) Cod. *hostes*.

1) Intellige ipsum ·C· Iulium Caesarem: et confer Cicer. in oratione praedicta de prov. cons. loc. cit.

2) Procopius cilix, Iuliani imperatoris propinquus, post huius fata primum a Ioviano copiam impetravit ad suos lares secedendi. Mox a Valentiniano et Valente imperatoribus exagitatus, usque ad tauricam Chersonesum exul profugit (Zosim. hist. IIII.) Tum et de fide incolarum eius loci addubitans, Constantinopolim clam venit, ubi rebellione conflata imperatorem se dixit anno Ch. CCCLXV. Sed anno sequente a Valente oppressus poenas adtemptati latrocinii luit.

3) Galliae nobiles urbes legationibus missis Valentinianum, quominus in orientem adversus Procopium pergeret, exoraverunt: quod si fecisset, Gallia Germanorum incursibus patuisset. Ammianus XXVI. 5.

4) Effatum hoc Claudii quoque gothici fuit circa suae dignitatis aemulum Posthumum, teste Zonara XII. 26.

victoriae publicae, secunda vindictae meae causa est 1): alio bello petitur nostra dignitas, hoc vestra possessio. Quid plura? contra te suadendo vicisti: tantumque valuit auctoritas tua, ut dissimularetur iniuria. Putasses praeceptum tuum parvi habitum, si quis te vindicasset invitum. Quisquam ne neglectum sui postulat? et devotionem putat, si se nemo defendat? En animus maior imperio, sub quo maiestas neglegitur *a*), et eruptio vindicatur.

XX. Quid quod vis ista naturae est, ut ea sint unicuique ad sensum doloris prima quae propria? nec quisquam, se ipso iudice, inpune laedatur? Tu in casibus tuis clemens, severus in publicis, turpe existimas principi motus odii habere privati. Merito ergo a nobis amplius amaris, quia pro te minus irasceris. Nescis uti regia manu contra domesticas simultates. Si erubescis tuas iniurias ultum ire, audi, imperator, quod te acuat: nostri inimici sunt qui rebellant.

XXI. Sed illius latronis iustus occasus venerandi fratris tui laudibus cum ceteris orientis adoreis reservetur. Unum tamen hoc praelibasse sufficiet: cum diu anceps bellum fuerit, sic victoriae moderatus est, quasi contra se nemo pugnarit 2).

XXII. O mira inter vos similitudo pietatis! Tu nescis civile certamen adripere, ille non potest vindicare. Quamquam illa dissimulatio tua non caret honore germani: satis idoneus tibi ad vincendum visus est, cui auxilium non tulisti. In magna fiducia minor cura est. Merito illi captivus rebellis in deditionem datus est, merito usurpator tanti nominis oblatus ad poenam 3). Consilio quippe tui numinis *b*) factum est, ut

a) Cod. *neglegetur*. — *b*) Cod. *nominis*. Sed bene nos emendasse *numinis*, cognosces e Marcellio de stilo lat. inscr. lib. II. cap. 2. §. 1.

1) Valentinianus (inquit Ammianus loc. cit.) *replicabat aliquoties, hostem suum fratrisque solius esse Procopium; Alamannos vero totius orbis romani: statuitque nusquam interim extra confinia moveri Gallorum.*

2) Valentem clementer victoria usum aiunt oratores Symmachus, et Themistius orat. VII, nec non Libanius orat. de vita propria ed. Reisk. T. I. p. 112. Sic vetus inscriptio: *maximo . principi . indulgentissimo domino . Valenti* etc. Sed contradicunt aperte historici Ammianus XXVI. 9-10, et Zosimus IIII.

3) Procopius a suis proditus et Valenti oblatus capite truncatus est. Ammianus loc. cit. Hinc vetus inscriptio: *extinctori . tyrannorum . ac . publicae . securitatis . auctori . D. N. Valentiniano*. etc.

imperio indicaretur indignissimus, qui ne hoc quidem meruit, ut ei videreris infensus.

XXIIII. Inter has belli artes externosque procinctus, et semper de hostibus novis novas *a*) laureas, civilium rerum nulla cessatio. Possum dicere, fugato ambitu, virtuti redditas dignitates: nec iam ad honorum infulas opibus viam patere, sed moribus 1): castrorum curiaeque parem nunc esse fortunam, cum videas praetorianas cohortes parere nobilibus, et ante emeritos *b*) duces urbana insignia gestare lictores. Togas paludamentis saepe mutamus; armatis trabeas frequenter in*duimus umeris c*) . . .

a) Cod. *novas* bis; quod vel frustra geminatum fuit, vel certe corruptum. — *b*) Cod. *emeritus*. — *c*) Ita scribo, frontoniano et symmachiano more, sine *h*.

1) Ab Ammiano XXX. 9. dicitur Valentinianus scrupulosus in deferendis potestatibus celsis: nec, imperante eo, provinciam a nummulario rectam, aut administrationem venumdatam. Eadem fere dicit Suidas voc. Οὐαλεντιανός. Confer eundem etiam voc. Μαναΐμ. Item Zonaram XIII. 15. Hinc vetus inscriptio: *legum . domino . romanarum . iustitiae . aequitatisque . rectori . D. N. Valentiniano*. etc. quae regnatoris sine dubio summa laus est.

ARGUMENTUM

LAUDUM POSTERIORUM IN VALENTINIANUM SENIOREM.

In primis celebrat orator tertii consulatus honorem a Valentiniano Augusto initum. Pergit deinde ad bellica eiusdem Augusti gesta, cuius auspicio, Rhenum multis munimentis coronatum et navali ponte iunctum, Nigrum a castris romanis submotum, portumque fluviatilem effectum ait: barbaros vero populos alios proeliis fusos, alios pace et foederibus conciliatos. Denique etiam eloquentiam foro redditam ab Augusto gratulatur: tum quod Gratianum puerum imperii socium sibi Valentinianus adscivisset, id ab oratore ingeniose ac luculenter ornatur.

·Q· AURELII SUMMACHI ·V· ·C·

LAUDES

IN VALENTINIANUM SENIOREM AUGUSTUM II.

iderantur
e saltem
inter hu-
tionis ini-
et praece-
finem.

. . . I. solvitur pro labore. Fastidium te forsitan caperet *a*) iterati praemii et saepe repetendi, nisi nobis consuleres ne videamur ingrati. Honor tibi summus in viribus est, honor plenus in moribus 1). Tuas veras secures non lictorum umeri *b*) sed cervices gentium ferunt. Reges decreta custodiunt: castella pro fascibus eriguntur. Tu inter obsides victoris iure disceptans: nam iubens ire quos reddis, et redire quos suscipis. Ambiat licet sacros umeros gemmarum coherentium *c*) velamen opulentum *d*), et trabeam consularem discolora serta praetexant; ille tamen ornatus insignior est quem Renus *e*) meruit, quem limes accepit 2). Beneficia tua devotione mulcere, rei publicae 3). Quae sumis annua sunt, quae condis aeterna.

II. Nolumus, invicte moderator, tantis negotiis parem non esse mercedem. Idem tibi praemium plerumque decernitur, cum a te diversa praestentur 4). Si non congruit meritis quod solutum est, honor vincitur non voluntas. Nam quid tibi adicit consulatus *f*), cum felices *g*) annos imperii tui de aetatibus novarum urbium calculemus 5)? Aliorum tempora

a) Cod. *teaperet*. — *b*) Ita cod. sine adspiratione, quod vidimus non semel etiam in Frontone. — *c*) Ita schedae sine diphth. — *d*) Cod. *optulentum*, tum emendatum *opitulentum*: nos damus *opulentum*. — *e*) Ita schedae sine adspir. — *f*) Cod. *consolatus*. — *g*) Cod. *filices*.

1) Gloriosum Valentiniani moribus dat testimonium Ammianus XXX. 9. his verbis: *omni pudicitiae cultu domi castus et foris, nullo contagio conscientiae violatus obscenae, nihil incestum: hancque ob causam tamquam retinaculis petulantiam frenarat aulae regalis*. Eumdem ibidem dicit corpore lacertoso et valido.

2) Valentinianus dicitur ab Ammiano loc. cit. oppidorum et limitum conditor tempestivus. Tum XXVIIII. 6. studio muniendorum limitum flagrans.

3) Nempe sententia videtur esse: *rei publicae est tua beneficia devotione mulcere*.

4) Confer quae de repetitis Traiani consulatibus ait Plinius paneg. LVIII sqq. et LXXVIIII.

5) Turres seu castella in limite in-

fastis numerata sunt, vestra victoriis. Hoc unum tamen rite curavimus, ut in oppidis nuper erectis primum discerent consulem conditorem.

III. Inauguremtur *a*) inclutis triumfalia castra nominibus 1). Fuit evidens causa, qua fasces sumere tertio cogereris: etenim ne magistratus romanos proxime adiuncta terra respueret, ab eo sumptum est principium, qui timetur 2). Nihil ante *b*) prioribus gestis, Auguste, decerpimus, si recentia sola repetamus. Stupeo non minus illa *c*) quae comperi, sed haec magis diligo quae probavi. Adque *d*) utinam modicum ingenii mei saltem nota conmendem *e*)! Adempta mihi est honesta defensio: quae ipse non videram, venia maiore laudabam. Quisquis arcana naturae scrutari postulat, te sequatur. Non fluminum meatibus, non obiectu montium, non itinerum errore tardabitur. Omnia adversum barbaros patent, quae sunt munita pro nobis. Scit bicornis iste vicinus succunbendum *f*) esse rostratis, ne ei necesse sit viam praebere vestigiis. Cui possibile est fluenta contegere *g*), ludus est navigare. Nec arduis locorum obicibus inpedimur. Testis est haec ipsa ripa barbariae, cui altitudo nomen inposuit 3), imis summa cessisse: ascendentem fugere nuper exercitum, qui occurrere per plana potuerunt. Et tu quidem bello vincere maluisses; sed gloriosius factum est, ut ferox natio videret Alamannia . . .

a) Ita cod. cum *m* pro *n*; ut alia eiusmodi in cod. Cic. de rep. et in Front. — *b*) Ita cod. Sed corr: *a te*. — *c*) Cod. *illa sunt*; sed enim *sunt* videtur obtrusum a librario. — *d*) Ita cod. *adque*. — *e*) Ita prorsus se habet locus in codice. — *f*) Ita cod. cum *n* pro *m*. — *g*) Cod. *contengere*.

perii quotannis condi iubet Valentinianus cod. theod. XV. 1. 13. Eadem fere cautela utebatur in orientali imperii parte Valens, teste Themistio orat. X. p. 137. ed. Hard.

1) Faciunt fortasse hunc ad locum ea quae dicit scholiastes a me editus ad orationem Tullii *pro Scauro* (AA. class. T. II. p. 303-304.) de more apud antiquos ex nominibus fausta significantibus, praesertim belli tempore, auspicia sumendi. Videlicet utriusque Augusti, Valentiniani et Valentis, nomina commoda erant ad omen, ut Valerii apud scholiasten.

2) Ammianus XXX. 8. ait: *ideo Valentinianus merito timebatur, quod et exercitus auxit valido supplemento, et utrubique Rhenum celsioribus castris munivit atque castellis.*

3) Altaripa oppidum Nemetum et praesidium ad Rhenum prope Nigri (seu Nicri) confluentem. Hoc in oppido, anno certe ante hunc panegyricum recitatum, versabatur Valentinianus: ex eo enim emisit legem 4. tit. 31. lib. XI. cod. theod., cui legi ita subscriptum: *dat. XIII. kal. iul. Altaripa, Valentiniano nobilissimo puero et Victore conss.*

IIII. Nec op *a*) . . civitatibus obsidentur. Verum est quod saepe n . . credidi otium locis . . haberi qualem te, inhospita regio, nuper invenimus. Ignaras vetustatis arb[ores] . . si regeis *b*) domibus teneretis herb . . s indecoram probes f . . tibi exprobro quod victa es tum . . ciis . . ntus pingeris felicior principi meo . . ùnt quam repetunt . . haec quae . . er adiunxit, conferantur int . . patet illuc . . ncet haec defensa quae capta sunt. Audite quae vera ads . . gesta nescitis sponte . . tenda et novos conser . . nis ad . . credo . . quae . . graviora. Superat omnem fidem [prope]modum qui contra huiusmodi praestat officium. O pulchra admodum pompa fortunae! Servitus misera quodam *c*) . . ruebat. Prospexerant forte finitimi, ne quod sibi relinqueretur, instaurare *d*) victor optaret. Urebant consciam latrocinii nationem quondam romanae coloniae antiqua vestigia, et tituli sceleris proditores. Obsequio reddidit quod norat gladiis vindicandum. Quaeri . . animus victoris apparuit receptae urbis reliquias transferentis. Ostendit enim se potuisse reparare, quae licebat evehere. Familiare est magnis animis repudiare conpendia. Incaute positam civitatem probarat amissio 1). Ex . . eam solvimus . . eram conderemus antiquatas urb . . runt . . rpite nam . . sare . . neglegenter facta cor . . condicionem venit ad . . ra mittere fateretur se nostra tenuisse.

V. C[unc]ta Gotysiorum 2) [quam vincis] glaebis . . vena opulentus in[pert]it . . in ve . . cet exempli . . haec eorum arma populo ter . . ta est. Nec otiosos ospites *e*) . . us ambitum definitum aut . . [extre]mitas *f*) conpulit breve spatium postulari; sed quo magis fieret turre *g*) conmercium. Didus circumcisi tergoris ausit dedecus emptionis: tibi succumbunt regna, non veneunt. Nec urbium tuarum fata trutinata sunt. Sic omnia ingrederis, quasi ad propria revertaris. Non ferro

a) Hae sunt lacunae breviores. — *b*) Ita cod. pro *regis* vel *reges*. — *c*) An *quondam*? — *d*) Cod. *instauraret*. — *e*) Ita cod. sine adspiratione. — *f*) His lacunis quarti et quinti capitis foedantur paginae codicis prope duae. — *g*) Num *turpe*?

1) Confer Ammianum XXVIII. 2. Fortasse enim innuit Symmachus munimentum, cuius constructionem trans Rhenum a Valentiniamo imperatam, barbari, caesis romanis militibus, impediverant.

2) Gothinorum certe meminit Tacitus de mor. Germ. XLIII.

pellimur, non auro aut aere fraudamur. Idem metus avaritiam cohercet hostis, qui conpescit audaciam. Sublata fiducia certaminis, nullus locus est pactionis. Aestimet tibi terras [suas] barbarus, si audet obsistere. *Magn*um a te munus sumit Alamannia, *quod* nonnulla interim relinquis intacta.

VI. Invideant novis moenibus ceterae civitates, quas manus designavere privatae: si quae sunt cognitionis *a*) princi*palis*, livore aemulo mordeantur. Habent *condit*ores inclutos; numquid artificis *b*) *imperatores?* Interfui, Auguste venerabilis, *cum posi*tis armis fundamenta describ*eres*, *et* felicem dexteram fabrilibus [laboribus] *occu*pares. Hinc ego oppidis tuis perennem promitto for*tunam*. *Quae* Deo proximus auspicatur, aeterna sunt. Hactenus syracusani Archimedis stetit gloria: docuit namque exitus nihil valuisse pro civibus conmenta prudentis. Qui nequivit clausa protegere, quando potuisset aperta munire? Peritius urbes construunt qui tuentur. Sed quid *c*) prius mirer, ignoro. Ceteris *d*) ab usu *e*) fabricationis, te solum scisse quid conderes? an sub te uno magistro omnis ilico qui aderant institutos 1)? Nullus inde abiit in . . prudens praeterea quod aliis . . curantibus . . *so*lis aut imbrium ing*entium taed*ia pertulisti. Quanto tibi [lubet] . . semper otio vindicata solos opi . . bus vexillis adduxit exercitum et ore . . Dedalus *f*) grassatorem Cecropiae 2) nobili [cavea] inclusit. Quid expectavit Alamannia . . m totus exercitus et mancipare no . . et claudere *g*)?

VII. In quod periculum . . prolapsus est? Formam cognitio *h*) . . nec describere audeo nec tacere . . in nos fidei quae suadet *i*) audacia . . naturae munus occur . . oli tribunal . . duorum fluminum . . gnara dedecus . . *k*) manus geminas aggerum institutiones mole vallavit 3). Succedit scaena

a) Ita cod. *cognitionis*. Num corrigendum *conditionis?* H. — *b*) Schedae *arteficis*. — *c*) Cod. *quit*. — *d*) Ita cod. *ceteris*. — *e*) Nisi mavis legere *abusu*. Cl. quidem Heind. scribendum conliciebat: *ceteros ab usu fabricationis, te per te solum scisse quod conderes.* — *f*) Ita cod. sine diphth. — *g*) Heind. supplebat: *quid expectavit Alamannia, nisi ut ipsam totus exercitus et mancipare nobis vellet et claudere?* — *h*) Dic *conditionis*, ut supra in notis. H. — *i*) Cod. *suadit*. — *k*) His lacunis sexti et septimi capitis occupatur pagina codicis plus dimidia.

1) Similia dicit Themistius Valentem laudans or. X. p. 137.

2) Minotaurum.

3) Loquitur orator, ut puto, de illo

murorum tantum ex ea parte declivis, qua margines turrium fluenta perstringunt. Nam bracchiis *a*) utrinque Rhenus urgetur, ut in varios usus tutum praebeat commeatum. Ipsa illa, quae propugnaculis ambiuntur, opere suo decenter armata *b*) sunt. Ita crebris hiatibus destricta coniunctio pandit exitum clandestinis *c*) iactibus sagittarum. Stat mediae arcis aurata sublimitas, et tecto comitur pro tropeo: cui perardui et in prona declivis *d*) levis plumbi lorica subtexitur. Quem tibi, Auguste, animum cum haec conderes fuisse credamus? quasi sollicitus munita fecisti, quasi securus ornasti.

VIII. Prodidit vetus fabula, gigantum manum quondam montanas turris intulisse sideribus 1). Talia forte temptavit: neque enim terregenas licet iuvenes Peliona adque Ossam convexisse credibile est. Dum solitis maiora conantur, infirma moliti sunt: sed fama auxit invidiam, ut fragilitas operis neglegentius conlocati, simulata numinum conspiratione, culpa careret incuriae. Aut si rerum talium fides constat, habes testimonium grande meritorum, cum tanto caeli favore ista perfecta sunt, quanto illa odio corruerunt. Obsedetur oculis subiecta barbaria, et intellegit sibi libertatem pro parte sublatam, cui non licet habere secretum 2). Non ego montium speculas aut decisa aegyptiis rupibus procera miracula, vel pyramidum vertices angulosos, fastigiis celsae urbis aequaverim. Regis *e*) ipsos si quis interroget, laudabunt mehercule quod institui noluissent. Ipse in hostibus depraehendi *f*) ambigua signa formidinis et stuporis. Ita conspicuam moenium dignitatem vario interpretantur *g*) adfectu, ut adhuc diu iudicare non possint, utrum eam mirari magis debeant an vereri.

VIIII. Dixi, Auguste venerabilis, negotiis tuis auxilio fuisse caelestis. Facilis adsertio est, cum Rheno teste nitimur, qui

a) Ita cod. cum duplici *c*, ut in aliis antiquis codd. — *b*) Ita schedae. Olim edidi armata. — *c*) Cod. *glandestinis*. — *d*) Cod. *declives*. — *e*) Ita cod. pro *reges*. — *f*) Ita cod. cum diphth. — *g*) Cod. *interpraetantur*.

munimento celso et tuto, quod a Valentiniano prope Nigrum fluvium conditum narrat Ammianus XXVIII. 2.

1) Obiter moneo, Themistium in oratione XIII, quae est de pulchritudine Gratiani (edit. Hard. p. 176-177.) commemorare pugnam gigantum aerea imagine expressam ante curiam Constantinopolitanam.

2) Ammianus XXVIIII. 4. ait: e *speculis*, *si quis hostium se commovisset*, *desuper visus obruebatur*.

alpinae nivis defluo liquore cumulatus, cum ripae utriusque confinia cogeretur excedere, maluit ad victoris iura transire: aversatus est solum barbarum, totumque principi agmen exposuit, more migrantium perfugarum. Non fuit ille, si credis, hostilis *a*) excursus: lento per aperta processu venit similis supplicanti. Deditionem vidimus fluentorum, Nili eruptionibus proximam, quibus arens Canopus *b*) et menfitica *c*) glaeba pinguescit. Et ille 1) ut obsequatur, egreditur; cessit alius 2) *d*), quo magis hoc amice fieri crederemus. Quod Nigrum fluvium quasi quoddam pignus accepimus, iam minus mirum est quod tibi regum liberi pro foederibus offeruntur. Nec Renus, ut ita dixerim, romana pace gauderet, nisi amnem convenam, velut obsedem, tradidisset.

X. Ventilemus prisca monumenta, scrutemur annales: invenies vetustatem paene ignaram fluminum quae tenetis. Ipsi illi vates exoticis nominibus licenter ornati, cum ad indicum Gangen et Borysthenen scythicum carmen extenderint, Nigrum parem maximis ignoratione siluerunt 3). Nunc primum victoriis tuis externus fluvius publicatur. Gaudeat servitute; captivus innotuit. Elementis quodammodo ditatam cerno rem publicam, cui amnes incogniti mancipantur, longinqua terra coniungitur. Dum orbis terminos quaeris, gentium sustulisti. Parum quiddam naturae superest, quod adhuc Romanus inquirat. Relabi credis imperium, nisi semper accesserit.

a) Cod. *hostiles*. — *b*) Cod. *Caponus*. — *c*) Ita cod *f* pro *ph*. — *d*) Cod. *aliut*, quod fortasse refertur ad fluentum.

1) Nempe Rhenus.

2) Scilicet Niger fluvius. Sic autem rem narrat Ammianus XXVIII. 2. *Cum reputaret Valentinianus munimentum celsum et tutum, quod ipse a primis fundarat auspiciis, praeterlabente Nigro fluvio, paullatim subverti posse undarum pulsu immani, meatum ipsum aliorsum vertere cogitavit, et quaesitis artificibus peritis aquariae rei, copiosaque militis manu, arduum est opus adgressus. Per multos enim dies compaginatae formae e roboribus coniectaeque in alveum, fixis refixisque aliquotiens prope ingentibus stilis, fluctibus erectis confundebantur, avulsaeque vi gurgitis interrumpebantur. Vicit tamen imperatoris vehementior cura, et morigeri militis labor, mento tenus dum operaretur saepe demersi: tandemque non sine quorumdam discrimine castra praesidiaria inquietudine urgentis amnis exempta, nunc valida sunt.*

3) Nigri tamen meminere proximi Symmacho scriptores Vopiscus in Probo cap. XIII. Eumenius pan. Constantini cap. XIII, Ausonius in Mosella v. 423.

XI. Quid si impetus tuos institutio moenium non teneret? Nescis transire deserta: diligentiam iactantiae praetulisti. Nam celeritas, famae commoda est, munitio firmitati. Quererer *a*), consul invicte, necdum tibi parere omnia, nisi ea, quae adiuncta sunt, scirem facta meliora.

XII. Consulto multa praetereo, ne in poeticos flatus rerum ingentium cothurnus *b*) erumpat. Unum e pluribus trita insinuatione contingam; Rhenum *c*), numquam antehac temere navigatum, tumentibus aquis itinera tuta portasse. Ita in morem nexa navigia constrato desuper solo riparum extima *d*) momorderunt 1). Unius diei negotio pendentis machinae ordo convaluit. Ludo iocoque certatum est ex qua parte velocius in amnem medium contextio perveniret. Eat nunc troiani carminis auctor inlustris, et pro clade popularium Xanthum fingat iratum 2): armatas cadaveribus undas scriptor decorus educat. Nescivit flumina posse frenari. Tantumne valuit rivus iliacus, ut in auxilium Vulcani flamma peteretur? Profundus didicit, quid parvus evaserit? Defensio ipsa caelestium tuo operi non meretur aequari. Fluvium incendisse vindicta est, calcasse victoria.

XIII. Ut video, aeterne 3) defensor, conscientia tua maior est consulatu. Habes, quod tibi alter praestare non possit, animum praemio certiorem *e*). Nec ideo putes ingratam esse rem publicam: hoc est in ornamentis civilibus maximum, quod tuis meritis fatemur angustum. Sat est ad remunerationem beneficii, ut cum digna rependi nequeunt, vel summa solv*antur* . . . . . .

iderari vi- r paginae

. . . XIIII. tenere secreta. Itaque Crassus percontanti filio quid noctis moveri castra iussisset; vereris, inquid *f*), ne tuas aures forte non penetret occentatio bucinarum 4)? No-

a) Cod. *quaererer*. — *b*) Cod. *coturnus*. — *c*) Ita cod. etsi paulo ante sine adspir. — *d*) Cod. *existima*. — *e*) Num pro *celsiorem*? H. — *f*) Ita cod.

1) Rhenum navibus a Valentiniano iunctum narrat Ammianus XXVIIII. 4, si tamen tempora congruunt. Confer eumdem etiam XXV. 1. 10.

2) Celeberrima haec exstat narratio Iliad. Φ. 212-385. Eodem autem Xanthi exemplo utitur Themistius or. X. ad Valentem p. 133. Omnino Themistius haud semel conspirat cum suo contemporali Symmacho.

3) Sic vetus inscriptio: *aeternis . venerandisque . principibus . DD.NN. Valentiniano . et Valenti . victoribus* ac

4) Idem narrat Frontinus strateg. I. 1.

bis satis est curare praesentia, futuros exitus tecum fortuna disponat. Num ambiguum est semper barbaros suspicari quae saepe perpessi sunt? Sed inexplorata veritas magis anxios effecit, quam paratos Sciunt quid cavere? Altitudo principis utrumque providit, ut et illorum circumspectio falleretur qui numquam mente securi sunt, et nostrorum animus integer perveniret *a*), qui ante solliciti non fuerunt.

XV. Quid ego in te peritiam bellicae rei 1)? quid usum ducendi agminis? quid locorum notitiam, temporum demensiones, laborem sine pernicie, curam sine maerore *b*) conlaudem? Vidi fidissimos *c*) comitum tuorum solito laetiores, cum ad destinata *d*) praemissi, quae videbant prae ceteris se tantum meruisse cognoscere, gauderent *e*) cum omnibus etiam ante nescisse. Praestitum sibi utrumque dicebant, cum eos iudicio elegeres et auspiciis adiuvares.

XVI. Nec dubitabant principem protinus adfuturum, qui inter divisas cohortes diversasque legiones et illorum coeptis inprovisus interfuit, et nobis praestitit quod resedit. Ita nulla pars questa *f*) est vel cito abisse ductorem vel sero venisse. Divina consilia post terminum patent. Intellegimus te ideo praemisisse nonnullos, ne esset tarda victoria; ideo plerosque tenuisse, ne esset multitudo suspecta. Ante Alamanniam mancipasti, quam interiora quaereres. Vides nihil esse prolixum magna curantibus: nec remanentem relinquis *g*), nec a praecedente desereris. Ignosco iam desidiae barbarorum. Quid iuvat quaerere ubi potissimum degas, cum ubique semper appareas?

XVII. Cedo mihi, imperator, belli iliensis historiam: probabo Graeciam parva mentitam nec magnitudini servisse nec fidei. Aiunt heroas ad Troiam classe delatos ignoti litoris timuisse contactum, donec formidata responsa vel strenuus temeritate iniret 2), vel fraude versutus eluderet. Nolo dolos,

a) Ita cod. *perveniret*. Sed dic *permaneret*. H. — *b*) Ita Cod. *merore* absque diphthongo. — *c*) Codex primum *fiducissimos*, tum emendatum *fidissimos*. — *d*) Cod. *distinata*. — *e*) Cod. *cognoscere gaucere gauderent*. — *f*) Cod. *quaesta*. — *g*) Cod. *relinquens*, deiu factum *relinques*.

1) Militares Valentiniani virtutes, quae sane insignes fuerunt, saepe commorat Ammianus, et praesertim XXX. 9.

2) Nempe Protesilaus, qui primus quum e navibus in troianum litus excendisset, ab Hectore occisus est.

nolo conmenta. In exercitu principis mei certatum est quis primus exiret: necdum extrema riparum navalia rostra pulsaverant, et iam miles inpiger desilibat. Sub tali duce tuta devotio est: magis unusquisque curavit ne quis anteiret, quam ne quis occurreret.

XVIII. Plus videris mihi egisse *a*), quam cuncti, qui fortunam singulis praestitisti. Non harenis inmersa haesere vestigia, nec tardior nisus per vada *b*) cunctatus est. Mitiora omnia visa sunt quam fuerunt: Rhenus placidus cum aestuaret, terra stabilis cum dehisceret, ripa planior cum tumeret.

XVIIII. His virtutis excursibus non obreptioni via quaeritur, nec repentinae caedi insidiarum. Haud placet ferire praeventos *c*). Exaturat *d*) animum gloriosum fortunata velocitas. *Sinebas e*) abire cum liberis: et quo magis cognoscerent bella exigi, patiebaris et a barbaris arma transferri. Nemo vilibus culminibus *f*) contecta gurgustia internecivo igne populatus est: nec indormientes lectulis feras matres antelucanus raptor extraxit. Vix desudata in diem crapula et refrigeratis cubilibus fugam veniae miscuerunt. Ut dammis pernicibus campus aperitur, ut agmina ignava cervorum latibulis emota silvestribus in plana coguntur; ita gratius visum est discurrentem barbarum spectare quam caedere *g*). Triumphi *h*) speciem vicit inpunitas. Si bene aestimo rigidum nationis ingenium, vitam credit infamem, cui contemptus ignoverit. Numquam paeniteat pepercisse metuentibus. Laus certaminum fortuita est, certa clementiae. Qui odium hostile non meruit, par esse desivit. Alterum necesse est de miserabili populo; suscipimur, si adficitur: indulgentia tua, mihi crede, punitus est: si gratulatur, obnoxius est *i*).

XX. Dicam quod nulla monumenta testantur: tibi incola vivit Alamanniae: quos ferro subtrahis, addis imperio. Sat est quod mores gentium parcendo mutasti. Quid illis remansit inmane, quorum salus mancipata est beneficiis tuis, et

a) Cod. *egesse*. — *b*) Cod. videtur habere *udave*. — *c*) Cod. *appecit ferire praeventos*. — *d*) Ita cod. non *exsaturat*. — *e*) Hoc vocabulum a me additur, quamquam in schedis mihi est lacuna. — *f*) Cod. *culminis*. — *g*) Cod. *cedere*. — *h*) Cod. *triumphis*; et nota hoc loco aspirationem. — *i*) Heind. sic scribebat: *alterum necesse est de miserabili populo suspiremur: si adficitur indulgentia tua, mihi crede, punitus est: si gratulando adicitur, obnoxius est.*

terra castellis? Tute interim liberi sunt, sed iam pudore captivi. An ad longinqua diffugient, quos non vexilla tantum tua, verum etiam nova oppida persequntur *a*)? Exclusit cultus indigenas *b*), et quasi iam vacantibus mediis ulterior accola romanum foedus efflagitat. Non est, ut auguror, otiosum, quod Burgundionum crebra legatio concordiam postulavit 1). Aut arma principis sentiuntur, aut iam celsa eminus castrorum tecta rutilarunt. Optant cohaerere victoribus prius pace, quam limite. Si ulla tibi in otio esset aetas, preces *c*) forsitan distulissent. Quidquid interiacet, ornando *d*) iungetis. Accessu, ore, rogans tota consumitur. Ubi illi *e*) sunt qui dudum Germaniae civitates obsidio*ne* . . .

. . . XXI. *A*b ortu in oceani ostia riparum margines operum corona praetexit 2). Quis credat hoc quoque esse curatum, ne portibus indigeret? Nam qua regio Nemetensis extenditur, recessum fluminis murorum ambitus vindicavit, parvo aditu nec satis libero, ut stationis exitus propugnaculis desuper protegatur. Habent sua quodammodo castra rostratae, et intro *f*) conclave Rheni regia classis armatur. Fallit eminus intuentis theatrum *g*) consaeptum, qui cum videant per summa *h*) discurri, per ima nesciunt navigari.

XXII. Supererant, Auguste, plura quae dicerem: sed inter tot scriptores rerum tuarum, nolo ceteris universa decerpere. Debent tibi ingenia omnium *i*) quod locuntur *k*). Sonet apud te libertas forensis eloquii, quam dudum exulem tribunalibus reddidisti. Ruri emeritus torpebat orator 3): quibus facundiam natura dederat, officium vis negabat. Nusquam

a) Ita cod. — *b*) Notemus *indigenas*, quum alibi viderimus *indegenas*. — *c*) Cod. *praeces*. — *d*) Num pro *orando*? II. — *e*) Cod. *illis*. — *f*) Ita cod. — *g*) Cod. *theatra*. — *h*) Cod *summam*. — *i*) Num pro *oratorum*? — *k*) Ita cod.

1) Burgundiones Valentinianus excitavit in Alamannos Romanorum hostes perpetuos, spondens se illis auxilio futurum. Et Burgundiones quidem fide habita foedus cum Romanis inierunt; sed Valentinianus pactis non stetit. Ammianus XXVIII. 5.

2) *Valentinianus* (inquit Ammianus XXVIII. 2.) *Rhenum omnem a Raetiarum exordio ad usque fretalem oceanum magnis molibus communiebat, castra extollens altius et castella per habiles locos et opportunos, qua Galliarum extenditur longitudo: nonnumquam etiam ultra flumen aedificiis positis subradens barbaros fines.*

3) Confer inferius orationem Symmachi pro Trygetio cap. I.

maius silentium, quam in sacrariis litterarum. Idem varias aetatis tacendi morbus urguebat: cùm incipientium studia brevis finis artaret, peritiam veterum desuetudo longa conrumperet. Exitum litium regebat eventus. Quid enim de auctore a) praesumeres b), in quo haec tantum spes erat, quod cum peiore certabat? Nec dubitabamus eum plus in negotiis prosequendis habere prudentiae, qui soleret consilium a desinentibus postulare. Haec alieni temporis vulnera in alamannicis contenplantur c) excubiis. Cum alligares manus hostium, solvisti vincla linguarum

XXIII. Congruebat hoc gloriae tuae, congruebat vigiliis curisque sollertibus, ut campi pariter ac fori laude fruereris. Nullae artis d) silent, nulla friget industria: vacant ora legibus, arma limitibus. Par fuit ut eloquentiae usum redderes, cum iam totiens scribenda gessisses. Silentium magnis rebus inimicum est. Quid est gloria, si tacetur? Habes tot testimonia, quot e) ingenia liberasti. Invenisti, principum maxime, genus aliut laurearum. Dum orbis f) secreta rimaris, dum in medulliis g) barbarorum non tentoria h) sed tecta constituis, triumfum pacis egisti. Canant alii quae i) supersunt: ego testis fungor officio. Ibo per urbes, ibo per populos iactantior victore laudato. Dicam senatui plebique romanae, fasces in provincias novas mittite, trans Rhenum iudices praeparate k).

XXIIII. De te autem, Gratiane venerabilis, narrabo grandia, sed spondebo maiora 1). Sciet r. p. geminis se custodibus esse munitam, sed quasi uni esse munificam: sub communi stipendio duos principes militare: plures necessitatis l) laborum esse quam sumptuum. Felicis m) saeculi ista commoditas est, obsequia utrique iuncta praebere, et beneficia divisa percipere. Moderatum est quod penditur 2), quia si-

a) Ita cod. *auctore* pro *actore*. — b) Cod. *praesumeris*. — c) Ita cod. — d) Ita cod. tamettsi est primus casus. — e) Cod. *quod*. — f) Cod. *urbes*. — g) Ita cod. *medulliis*. — h) Cod. *sertoria*. — i) Cod. *que*. — k) Cod. *tae*. Sed et infra legitur *spontae*. — l) Ita cod. — m) Cod. *felim*

1) Undecimum scilicet agebat aetatis annum Gratianus in consulatu tertio parentis Valentiniani, a quo dictus erat Augustus tribus ante annis, nempe octennis.

2) Hanc laudem aperte Valentiniano tribuit Ammianus XXX. 9: *in provinciales parcus, tributorum ubique molliens sarcinas*. Aliter tamen se gessit extremo sui imperii tempore Valentinianus, testibus eodem Ammiano XXX. 5. et Zosimo IIII.

mul sumitis; amplissimum quod geritur, quia certatim ambo praestatis *a*).

XXV. Quanto parcior vestri numinis cultus est quam deorum! Illis singula templa fundantur, et sua cuique locantur altaria. Inde, ut arbitror, maluerunt dispares ritus, ne in consortium cogerentur. Nulli cum altero fas est dicare pulvinar. Hunc frygius antistes placat *b*), hunc pontifex. Illas castae matres *c*) tuentur aras, has infulata virgo custodit. Sumpserunt nomina diversa tot flaminis *d*), ne possent dis pluribus esse communes. Ipsas nobilium divisere gentes. Pinarios Hercules occupavit 1): idea *e*) Mater legit hospites Scipiones 2): veneriis sacris famulata est domus Iulia. Orbem paene *f*) ipsum sumptus defecit, quia cultus inplevit. Vestri imperii iuncta frugalitas est, discreta maiestas *g*). Unum *h*) quodammodo in vobis putamus esse qui regimur, cum duos sentiant qui resistunt 3).

a) Cod. *praestates*. — *b*) Cod. *nunc frigius antistes plagat*. — *c*) Cod. *matris*. — *d*) Ita cod. pro *flamines*. — *e*) Ita cod. sine diphth. — *f*) Cod. *pene*, sed idem infra *paene*. — *g*) Cod. *magis casu*, cui videbatur supponendum *maiestas*. H. — *h*) Cod. *nam*.

1) Aur. Victor. orig. gent. r. VIII.

2) Intellige Scipionem Nasicam.

3) Quippe Gratianum Valentinianus bellicarum expeditionum socium habebat. Am. XXVII. 10. Sic autem fere loquitur de Maximiano et Constantino coniunctim imperantibus incertus laudator in paneg. sub fin.

ARGUMENTUM

LAUDUM IN GRATIANUM AUGUSTUM.

Gratianum celebrat Symmachus primum quidem quod plane puer voluntate exercitus et patris sapientia Augustus creatus sit: id autem constat Gratiano octenni accidisse. Addit orator exempla aliorum, qui pueri regnum adepti sunt. Innuit deinceps studia litterarum, quibus in primis Gratianus deditus erat. Rursus Gratianum illustrat Pompeii magni exemplo, qui adulescens iam gloriosissimus erat. Tum eidem Gratiano sibyllina seu virgiliana oracula accommodat. Denique totum orbem Gratiano subiectum iri vaticinans innuit. Dicit autem Ammianus XXVII. 6. post electum a patre Gratianum « consurrectum esse in laudes maioris principis » et novelli: maximeque pueri, quem oculorum flagrantior lux commendabat, » vultusque et reliqui corporis iucundissimus nitor, et egregia pectoris indoles ». Tunc igitur fortasse Symmachus hanc laudationem dixit; qui certe se versatum in exercitu Valentiniani ait in eiusdem laudatione altera cap. VI. Mirari autem licet Symmachi ingenium in re ardua feliciter exsultans. Namque, ut ait Cicero (apud Servium ad aen. VI. 877, sive apud nos de rep. V. 10. p. 208.) « causa difficilis laudare puerum; non enim res laudanda, sed spes est. »

·Q· AURELII SUMMACHI ·V·C·

LAUDES

IN GRATIANUM AUGUSTUM.

. . . I. sollemnibus copulare 1). Sed prima mihi devotionis causa peragenda est. Libens aurea sume munuscula, qui talia tempora praestitisti. Salve nobis saeculi spes parata *a*). et in gremio r. p. nutricis adolesce, laetitia praesentium, securitas posterorum. An ego vereor ne in adulescentem gratiosus existimer, cuius primum est stipendium principatus? Tuis certe auspiciis disci semper trium*ph* . . . .

Desiderari videntur paginae duae.

II. Te imperii candidatum toga picta vestivit 2). Neque enim aliud expectare iam poteras qui a perfectis honoribus inchoabas. Vidimus in sellis curulibus novum lumen, clementiae auspices incruentas secures, virtutis omina in fascibus laureatis, maiestatis augurium *b*) in aquilis scipionum 3). Tunc primum forensis industria *c*) lege quondam silentii *d*) subiugata liberos oculos ad tuum tribunal erexit. Cum in amplissimo magistratu inlustre quiddam et dulce resonantia decreta sancires 4), sensim intelleximus ad honesta officia facundiam posse remeare, quam videbamus in consule.

III. His ad imperium lectus auspiciis praerogativam consulis ad comitia purpurae detulisti. Errat quisquis ideo censet aetatem. Pro senibus puer dimicans *e*), pro liberis nostris aequaevus insudas. Tu nempe es *f*) quem paene intempestive putabamus electum?

a) Cod. *perata*. — *b*) Cod. *maiestatis aurium in aliquilis*. — *c*) Cod. *industria*. — *d*) Cod. *silentiis*. — *e*) Ita cod. — *f*) Cod. *est*.

1) In qua pagina desinunt laudes posteriores in Valentinianum, in eadem incipiunt laudes in Gratianum, sed mutilae a principio, quia scilicet amanuensis litteris maioribus ac fortasse aureis vel certe coloratis exordiri scriptum cogitabat. Eius generis lacunas saepe vidi in antiquis codicibus. Ceterum paucos versiculos laudationis exordientis deesse, ipsa codicis, ut dixi, pagina docet.

2) Loquitur Symmachus de primo Gratiani consulatu, quem gessit septennis anno Ch. CCCLXVI, nempe anno ante initum imperium.

3) Eburneus scipio, aquilam gestans, consulatus insigne fuit.

4) Gratiani eloquentiam laudat Symmachus etiam epist. lib. I. 13.

IV. O militum sincera suffragia! Scit iudicare devotio. Fortunae publicae fuit, ut qui genuerat *a*), parciora promitteret; et qui necdum noverant, felicius iudicarent. Quis umquam de indole pueri cum parente contenderet? et tamen fiducia non peccat exercitus. Sic electus es re probatus *b*).

V. Quis mihi Zeuxydis *c*) coloriis *d*) ceris haec comitia spectanda digereret? Si quis appelleus *e*) imitator illud caeleste iudicium verisimili adfectu artis animaret, viserent posteri vix credenda miracula. Hinc Augustum, inde legiones, et inter hos medium regni impuberem candidatum. Anceps diu utrimque certamen: et cunctis alacri fronte plaudentibus, patrem sero cedentem 1): turmas supplices, cuneos anbientes *f*). Digna tabula saeculis! digna pictura temporibus! quibus magis utiles videmus eligi quam volentes.

VI. Decuit annis florentibus omnium favere iudicia: melius unumquemque officii usus exercet *g*). Sic Antiocho ante robur aetatis Syria sponte *h*) subiacuit 2). Pelleum ducem praecox fortuna delegit. Ptolemaeo *i*) inter prima rudimenta lactantis infantiae regnum Roma reparavit 3). Et mehercule tenacius rapit inperii disciplinas teneritudo primaeva. Virtus, cum cito inchoat, diutius perseverat. Nempe virentibus ramis artifex rusticandi alienum germen includit, ut novella prae-

a) Cod. *tenuerat*. — *b*) Ita lego, non *reprobatus*. — *c*) Ita cod. — *d*) Codex videtur habere *coloribus*. Esset autem *color* adiectiva forma pro *coloratus*. De cereis imaginibus saepe loquuntur prisci auctores. — *e*) Ita cod. cum duplici *p*. — *f*) Ita cod. — *g*) Cod. *exercit*. — *h*) Cod. *spontae*. — *i*) Cod. prima manu *Ptolemaeo*, tum scriptum *Ptolomaeo*.

1) Nempe videtur Valentinianus more gratiosorum hominum Gratiani pueri dignitatem rogatus comprobavisse. Id confirmat etiam Zosimus IIII, qui ait Valentinianum exoratum a proceribus tandem adsumpsisse Gratianum. Notae sunt Tiberii strophae recusantis imperium. Ceterum Ammianus XXVII. 6. refert immo Valentiniani sermonem, quo is exercitum orat, ut Gratianum Augustum lubens veneretur.

2) Intellige Antiochum V, seu Eupatorem, qui novem annos natus regnare coepit, sicuti Gratianus octennis. Vide Appianum de bell. syr. XLVI.

3) Mortuo Ptolemaeo IIII. Philopatori successit filius Ptolemaeus V. Epiphanes quinquennis (seu quadrimus ut ait Hieronymus in Danielem cap. XI. 14) Puero Epiphani senatus romanus, petentibus Alexandrinis, tutorem misit ·M· Aemilium Lepidum, qui regnum administraret. Rem vide apud Valerium Max. VI. 6. 2. Iustinum XXX. 3, Tacitum annal. II. 67. Lis tamen apud criticos extitit, cuinam ex tot Ptolemaeis tutor Lepidus datus sit: quam controversiam videsis apud Eckhelium doctr. num. vet. tom. V. in gente aemilia, ubi et nummus Lepidi tutoris.

segmina coagulo libri ubidius *a*) inolescant. Audio in edomandis equis, equitis *b*) inscios aptius essedis colla subiun*gere*... ... VII. *ty*rannos vinces officiis. Servetur tibi aliquod opus virtutis in posterum, cui nihil iam remansit ignotum. Quas habes laboris indutias, tropeis et litteris occupatus 1)? otiosa cum bellicis negotia miscuisti. Agnosco in te non adumbrata vestigiis, sed expressa veterum signa virtutum. Nempe Fulvium Nobilem tam laude quam nomine inter aquilas cantusque lituorum praeceptor Ennius 2) frequentavit. Africanum illum terra marique victorem 3) lectionis particeps et laboris Penaetius non reliquit *c*). Cum magno Alexandro mundanam paene militiam filosoforum *d*) comitatus exegit 4). Iam credimus vetustati, cum in isdem tentoriis tuis volumina et arma tractentur. Nec deest quod pro condicione rerum temporumque percenseas. Historia oblectaris *e*) in proeliis, in adhortatione *f*) suasoriis, actionibus in conloquiis, carminibus in triumphis.

Desiderari videntur paginae duae.

VIII. Sentio me ad exempla veterum tempestive esse dilapsum. Iure igitur ex annalium memoria Pompei usurpabo responsa. Is equestri censu equum de more traducens, cum forte interpellaretur voce censoris, sub quo imperatore meruisset? me ipso, inquit *g*), principe militavi 5). Nolo explorare iactationem ducis tanti fortasse mendacem. Dignius tamen sibi istam gloriam vindicaret, qui coepit ea aetate cete-

a) Cod. videtur habere *ubidios*. Sed corr. *aridius* H. — *b*) Cod. videtur habere *asquisit*. — *c*) Cod. *reliquid*. — *d*) Ita cod. *f* pro *ph*; sed non semper, et quidem mox *triumphu*. — *e*) Cod. *oblectares*. — *f*) Cod. sine adspir. — *g*) Cod. *inquid*.

1) Valentinianus ipse pater apud Ammianum XXVII. 6. dicit Gratianum *humanitate et studiis disciplinarum sollertium peritum*. Symmachus ep. I. 21. vocat *eruditissimum*. Fuit Gratianus alumnus Ausonii, a quo item in gratiarum actione appellatur *doctissimus*.

2) Codex pro *Ennius* habet *Accius*, manifesto mendo. Nam primum ipse se refelleret Symmachus, qui in epistula ad Ausonium I. 21. utitur hisce iisdem exemplis Ennii et Fulvii, Panaetii et Africani etc. Tum Ennium adiungit Fulvio Cicero pro Archia XI, et tuscul. I. 2. Denique Accius a divo Hieronymo in chronico natus dicitur Mancino et Serrano consulibus (urbis DLXXXIIII.) nempe anno XVIIII. post Fulvii victoriam.

3) Intellige Africanum minorem; et confer Paterculum I. 13; Cicer. acad. IIII. 2, et de rep. I. 10; Gellium XVII. 21.

4) Confer Cic. pro Archia X. His autem exemplis Ennii Panaetii et philosophorum Symmachus etiam Ausonii Gratiani magistro oblique adulatur; quod quidem apertissime facit ep. I. 21.

5) Idem narrat Plutarchus in Pompeio XXII.

ros regere, qua nondum posset ipse parere. Me si quis interroget, quando inclytus Gratianus dilectui nomen obtulerit; respondebo libere, quando imperatoris accepit.

VIIII. Si mihi nunc altius evagari poetico liceret eloquio, totum de novo saeculo Maronis excursum vati similis in tuum nomen excriberem *a*). Dicerem de caelo redisse iustitiam 1), et ultro uberes fetus iam gravidam spondere naturam. Nunc mihi in patentibus campis sponte seges matura flavesceret, in sentibus uva turgeret, de quernis frondibus rorantia mella sudarent. Quis haec sub te negaret esse credenda, cuius indoles *b*) multa iam praestitit, et adhuc spes plura promittit? Et vere, si fas est praesagio futura conicere, iamdudum aureum saeculum currunt fusa *c*) Parcarum. Nec poeticis utar indiciis. Ecce iam Renus non despicit imperia, sed intersecat castella romana: a nostris alpibus in nostrum exit oceanum. Ille liber *d*) hucusque *e*), repagulis pontium captivus urgetur. En noster bicornis cave aequalem te arbitrere Tiberino, quod ambo principum monumenta gestetis *f*): ille redimitus est, tu subactus. Non uno merito pons uterque censetur 2): victus accepit necessarium, victor aeternum: pretiosior honori datus est, vilior servituti. 3).

X. Queri *g*) de paterna gloria Macedonum rex solebat 4), quod subactis longe lateque provinciis nihil ad victoriam virtuti reliquisset heredis *h*). Absit a meo iuvene ista querimonia: laus omnis amborum est: filium te exhibes *i*) reverentia, virtute collegam. Una est utriusque militia, et coniuncta felicitas. Tu gaudes magisterio patris, ille contubernio iunioris. Certa ratione naturae numquam invidet qui cohaeret.

a) Ita schedae; non *exscr*. — *b*) Cod. *indolis*. — *c*) Ita cod. *fusa*. — *d*) Cod. *libera*. — *e*) Posthinc oblitteratum videtur in schedis unum vocabulum. — *f*) Cod. *'gestites*. — *g*) Cod. *quaeri*. — *h*) Cod. *heredes*. — *i*) Cod. *exibes*.

1) Imitatur quartam Virgilii eclogam.

2) De ponte, quo Valentinianus iunxit Rhenum, recole laud. II. cap. XII. Pons autem Tiberi impositus ille nimirum est, cuius exstat apud Gruterum p. CLX. 4. inscriptio haec: *Fl. Valentinianus* etc. *trib. pot.* VII. *imp.* VI. *cons.* II. *Fl. Valens*. etc. *trib. pot.* VII. *imp.* VI. *cons.* II. *Fl. Gratianus* etc. *trib. pot.* III. *imp.* II. *cons. primum*. *pontem . felicis . nominis . Gratiani . in usum . senatus . ac . populi . rom. constitui . dedicarique . iusserunt.*

3) Hinc illa virgiliana elocutio: *pontem indignatus Araxes.*

4) Plutarchus in Alexandro cap. V.

XI. Quod si fortunam tuam, Gratiane venerabilis, quae prima in ducibus aestimatur 1), perpensa examinatione libremus, quid felicius principe sub parentibus imperante? Te placido sinu cunctus orbis amplectitur. Cumque sit res publica patri et patruo tuo quadam specie distributa, tibi uni tamen cum utroque communis est 2). A cubilibus surgentis *a*) aurorae ad metas solis occidui nihil cernis alienum. Inter cognatos siderum globos quantum adhuc alterutro minor es, tantum singulis ex utroque cumulatior *b*).

XII. Audio iampridem fatidicos obmurmurare gentium vates, hactenus nomen stetisse barbaricum: iam genitum esse, iam crescere cui necesse sit cum toto orbe servire. Incusant alii senectutem, servatamque in tempora captiva canitiem. Alios tenerae taedet aetatis, qui postquam sensum libertatis hauserunt, metu servitutis agitantur. Merito undique certatim supplices misere legatos: captivo similis est, qui primus currit ad pacem. Credo hostium responsis, credo praesagiis. Quantum gloriae consequeris olim, patre incolumi, ducturus exercitum, qui quacumque duceris iam rogaris *c*)!

a) Cod. primum *urguentis*, tum factum *surguentis*. — *b*) Cod. fortasse *cumulatiore*. Confer autem Cassiod. var. X. 4. — *c*) Cod. *rogares*.

1) Imitatur Symmachus Ciceronem qui in oratione pro lege manilia cap. XVI. Pompeium imperatorem ex hoc etiam commendat, quod ei quaedam singularis adiuncta esset fortuna.

2) Reapse et Valentinianus Galata, Valentis unica virilis sexus proles, qui trimulus consul fuit anno Ch. CCCLXVIII, puer paulo post obiit. Vide Socratem IIII. 26, et Theodoretum IIII. 19.

ARGUMENTUM LAUDUM IN PATRES.

Celebrat Symmachus hac laudum parte superstite morem tunc vigentem creandi consules: eligebat nempe, ut ait, senatus dignissimos, eosdemque principum aequitas confirmabat. Huic autem opponit tum electiones sub libera re publica, quae ab infima turbulentaque plebe fiebant, tum nundinia consulatus sub Caesaribus. Porro hae laudes dictae videntur quum nescio quis consulatum iniret. Orator quidem noster consul fuit anno Ch. CCCXCI, Theodosii senioris imperantis XIII, Valentiniani iunioris penultimo, Arcadii nono. De consulatu suo loquitur orator epist. lib. IIII. 12. VIIII. 130.

·Q· AURELII SUMMACHI ·V·C·

LAUDES IN PATRES.

. . . . I. *consula*tus evexit. Scilicet hoc uno placent *a*) suffragio, quia omnibus displicebant. Genus quoddam erat novi ambitus non amari. Hanc inlecebram propositae spei mores publici sequebantur. Ita accidebat, ut boni, quibus adversa omnia erant, aut opprimerentur improborum insidiis, aut mutarentur exemplis.

II. At *b*) nunc idem principes nostri quod proceres volunt. Unum corpus est rei publicae: adque *c*) ideo maxime viget, quia capitis robusta sanitas valetudinem membrorum tuetur. Amor vester praerogativa est consulatus. Magistratum boni capiunt, quia non ab uno tantum, sed ab omnibus eliguntur 1). Sciunt enim parentes generis humani diligentiora iudicia esse multorum, et de proximo melius spectari cuiusque mentem, et infucatum semper esse examen aequalium: quia par dignitas, nisi meritis adquiescat, aemulationi magis opportuna est quam favori. Ergo in eum locum venimus, ut iam de vestro studio ·P·C· de vestra adfectione possit intellegi quos dehinc consules ex hoc numero simus habituri.· Quisquis bonus est, iam destinatus est: renuntiet ceteris artibus, quae spem plerumque frustrantur: vitam denique subeat consularem. Ad mores rediit honor quem saepius, ut de ambitu taceam, fata praestabant.

III. Sit mihi fas ·P·C· in certamen praesentium vetustatem citare. Illa *d*) tribus evocet libertina ac plebeia faece pollutas; nos *e*) patricios favisores: classis *f*) illa, nos principes. Tales collega vester suffragatores habuit, quales antiquitas candi-

a) Ita cod. Sed mallem *placebant*. — *b*) Cod. *ad*. — *c*) Ita cod. — *d*) Nempe *vetustas*. — *e*) Nempe *evocemus*. — *f*) Ita cod. pro *classes*.

1) Notandus hic mos temporis symmachiani. Nam sub antiquioribus quidem Caesaribus consules a principe dicebantur. Confer ex gr. Volcatium in Cassio XI. Ceteroqui confer Symmachum ep. VII. 94. 95.

datos. Intellegamus nostri saeculi bona: abest cera turpis, diribitio 1) corrupta clientelarum cuneis, sitella venalis *a*) 2). Inter senatum et principes comitia transiguntur: eligunt pares, confirmant superiores. Idem castris quod curiae placet. Quis hoc non putet orbis terrarum esse iudicium?

IIII. Si haec nimis obsoleta adque arida sunt, sequentem scrutemur aetatem. Fasces istos largiri didicerat prisca dominatio: et ne ad aliam munificentiam cogeretur, obtentu honoris tegebat aerarium. Aliis mos fuit, fastidita diu onera praetextae privatorum umeris *b*) paulisper inponere 3). Renuntiavit his iniuriis consulatus: ipsae dignitates decus secum receperunt: res quae donum solebat esse, praemium est . . .

a) Cod. *venales*. — *b*) Ita cod. sine adspiratione, ut alibi.

1) Diribitorium quidem fuit Romae aedificium maximum in regione VII.

2) Ita de consulatu suo loquitur etiam Ausonius in gratiarum actione. *Consul ego, imperator Auguste, munere tuo, non passus septa neque campum, non suffragia, non puncta, non loculos; qui non prensaverim manus, qui tribus non circumiri, centurias non adulavi, iure vocatis classibus non intremui, nihil cum sequestre deposui, cum diribitore nihil pepigi*. Confer etiam Mamertinum in gr. act. Iuliano Aug. XVI. XVIIII. XXX.

3) Innuit morem antiquiorum Caesarum, qui inito saepius consulatu, mox eumdem aliis, quos sibi sufficiebant, tradere solebant. (Et quidem ita se gessit etiam Theodosius, teste Themistio or. XVI. p. 203.) Hinc etiam cognoscere videmur, aetate symmachiana evanuisse morem illum consulatus bimestris, qui sub Antoninis adhuc vigebat, quo tempore etiam Fronto consul bimestris fuit.

ARGUMENTUM ORATIONIS PRO PATRE.

Agit gratias senatui Symmachus pro patre suo qui consul creatus fuerat. Laudes etiam Gratiani, qui iam parenti successerat, complectitur. Tum Maximini praefecti oppressam saevitiam commemorat, et novi imperii felicitatem concelebrat. Patrem oratoris L. Avianium Symmachum consulem fuisse constabat ex inscriptione apud Gruterum p. CCCLXX. 3, quae inscriptio posita fuit statuae aureae, quae ei eidem decreta, Gratiano Augusto IIII. et Merobaude consulibus, idest Ch. anno CCCLXXVII. Atqui in hac oratione de Symmachi patris consulatu nuper inito recitata, plane dicitur iam mortuus Valentinianus; ergo consulatus Symmachi patris incidit in annum vel CCCLXXVI. vel CCCLXXVII, quoniam Valentinianus sub exitum anni CCCLXXV. mortem cum vita commutavit. Etsi autem hac quoque oratione, item ut praecedente, gratiae aguntur pro consulatu conlato; nemo suspicetur unam esse orationem: diserte enim in codice illa *laudes in patres*, haec *pro patre* inscribitur.

·Q· AURELII SUMMACHI ·V·C·

ORATIO PRO PATRE.

. . . . I. dicendi munus et gratulationis verba pertulerim; secum reputet, quantos huius beneficii habeamus auctores, humanitatem vestram qui postulastis, clementiam principum qui dederunt: desinet profecto mirari non unum pro consulatu *a*) gratias agere 1), quem tam multos video detulisse.

II. An si vos, patres conscripti, tantopere curastis ut optimae voluntatis vobis ratio constaret, ut omnium pro uno testimonium concordiam senatus et pios mores [mei] patris adsereret; nonne ius hominum atque deorum est aliquid laeti negotii praeter ceteros filium sustinere? Quando de benefactis principum dignius? quando aput vos iustius? quando de patre felicius dixerimus *b*)? Nova sunt quae adgredimur, sed vestra humanitas auctor est inusitata faciendi. Egistis comitia non petentis: consulatum istum bonorum ambitus impetravit: vos recepistis candidati officia, nos designati.

III. Quid quod etiam mearum partium terminos occupastis? Modo *c*) ac plane paulo ante laudes principum totus ordo celebravit. Gratiarum actio debetur et vobis. Crevit igitur et honor imploratus a multis, et gratia soluta per multos. Vultis scire qui petitores *d*) pro meo parente fueritis *e*)? Merito conpetitores esse possetis. Hicine noster est consulatus, an curiae? quem nos fatemur ab omnibus praestitum, vos putatis omnibus esse decretum.

IIII. Ubi sunt qui falsa animis inbeberunt *f*), magis efficacem *g*) esse audaciam factionis, quam voluntates bonorum? Nempe f[ec]it repulsa virtutem, et contra ambitus omnis ignavus est. Quod honeste poscitur, feliciter impetratur. Hoc ius

a) Cod. *consolatu*. — *b*) Cod. *disserimus*. — *c*) Num potius interpungendum est post *modo*? — *d*) Cod. *petitoris*. — *e*) Cod. *fueretis*. — *f*) Ita cod. Sic in antiquissima liturgia legebam *calicem bebere*. Et sic Itali nunc loquimur per *e*, *bevere*. — *g*) Cod. *efficaces*.

1) Nimirum et ipse pater gratias senatui egerat. Argum. orat. pro Trygetio.

patriciae genti tempora reddiderunt: postulatio vestra iudicium est. Impetrabilius cuncta nunc petitis, quam aliquando iussistis.

V. Quam raro huic rei publicae ·P·C· tales principes contigerunt *a*), qui idem vellent, idem statuerent quod senatus! Nemo olim sibi in illa arce fortunae potens nimium videbatur, nisi diversa sensisset. Quantis plerumque offuit amor publicus! Neque enim pati poterat [scilicet] *princeps b*) cuiquam deferri, quod ipse non merebatur. Inpatiens est alienae gratiae, qui diffidit suae. Hinc saepe mortalium optimus ad amplissimas potestates fatorum volu . . .

. . . . VI. cunctos redundent alia, quae in commune consequimur, ut perveniant ad gratiam singulorum. Quantum est quod boni mores *c*) timere iam nesciunt? quod iudicio non terretur alieno, qui fretus est suo? quod *is quem d*) tacuit senatus, non refertur in numerum noxiorum? quod sola suspicio reos non facit? In absentes ideo nihil fingitur, quia nihil creditur. Nullius divitis *e*) crimen optatur. Certe innocentes sumus; necdum liceret hoc dicere, si eosdem adhuc accusatores haberet Roma quos *f*) iudices. Quantum est gratias agere pro nobis! Etiam famam saeculi superioris diligentiores posteri diluerunt. Neque enim fas est negare *g*) non alios divum principem 1) pertulisse hostes existimationis suae *h*), quam nos salutis. Iamne constat fortunam nobilitatis consentire temporibus? Eadem iustitia purgavit imperium, quae senatum.

a) Cod. *contegerunt*. — *b*) Tantum fere est spatium obscuratum. — *c*) Cod. *moris*. — *d*) Sic videbatur supplendum. — *e*) Cod. *divites*. — *f*) Cod. *quod*. — *g*) Cod. *negari*, quod ferri fortasse potest. — *h*) Deest *suae* in schedis, sed est in principe mea editione mediol.

1) Dicit Valentinianum qui e vita excesserat, ut diximus, anno Ch. CCCLXXV. Iamque incipit orator de Maximino verba facere, qui sub Valentiniano praefectus fuit annonae in urbe, et deinceps praetorio. Maximini dignitates et scelera narrat Ammianus XXVIII. 1. et XXIX. 3. Constat autem etiam Valentinianum incitatum a Maximino fuisse ad inauditam crudelitatem: ideoque dicitur heic a Symmacho Maximinus inimicus existimationi Valentiniani. Et quidem ipse Valentinianus questus est se calumniam perpeti crudelitatis (Amm. XXVIII. 1.) Plane ex Ammiano patet plurimos nobiles artibus et saevitia Maximini fuisse perditos: quos inter iam constat oratoris quoque nostri patrem gravi calamitate fuisse perculsum. Neque vero mirum est de hoc silere Ammianum, qui loco superiore citato fatetur se consulto multas eiusmodi atrocitates praeterire. Porro Valentinianus dicitur ab oratore divus, quia eum Gratianus post mortem, teste in gratiarum actione Ausonio, apotheosi, ut adhuc mos erat, donaverat.

VII. Gratulamur tibi, iubenis *a*) Auguste, quod paterni successor factus imperii, tantum malos iudices quasi hereditatis onera repudiasti. Non satis tibi idonea bona illa visa sunt, cum ministris ac primo consilium tuum delibera[re adsidue: vel] dum experiris an inprobi atque externi mores exemplo saeculi vincerentur: vel quod optimo filio congruebat, dum palam facere studes, praeterita delicta potestatum fuisse, non temporum. Sciebas enim quo spectaret invidia, cui familiare est maximas insimulare fortunas 1). Adque ideo paulisper inpotentiam passus es 2), ut liqueret, eos publici doloris auctores dudum fuisse, qui etiam tum nocendi artem colebant, cum iam noverant non licere.

VIII. Quid primum igitur admirer? quod circa divum munus pii filii, an quod circa nos partes parentis egisti? Alienorum simulatione *b*) criminum Maximinus fidem fecit suorum. Vestra aestimatio sit, qualis fuerit in ceteros, quem ipsi rerum domini 3) tyrannum paene estis experti. Urgebat enim novo fastu patientiam regiam, et praefecturae suae putabat esse dispendium, si quid licuisset imperio 4). Interea nos opperiebamur, ut principatus ultio talia vindicaret; vos expectabatis, ut senatus argueret. Credo tamen, has moras ad suffragium publicae causae parasse fortunam, ut suscepturus, Gratiane venerabilis, iudicium doloris nostri, adferres *c*) testimonium tui. Etsi illud magis confirmare me convenit, nostram legationem nostras egisse querimonias, ut videreris quoque inter ceteros vindicari. Nam prius quam senatus causa iungeretur

a) Ita *b* pro *v*. — *b*) Cod. *simulatio*. — *c*) Cod. *adferris*.

1) Sic ait etiam Fronto princip. hist. ed. nov. p. 230.

2) *Maximinus* (inquit Ammianus XXVIII. 1. in fine) *sub Gratiano intoleranter se efferens, damnatorio iugulatus est ferro*. Porro occidendo reo Maximino purgavit Valentinianum patrem Gratianus.

3) Sic loquitur fragmentum veteris inscriptionis in Capitolio repertum: *domino rerum humanarum Valentiniano Augusto* etc. Sic item de Gratiano Ausonius in gratiar. act. cap. 80.

4) A Maximino affectatam paene tyrannidem ait Symmachus etiam ep. X. 2, quae est ad Gratianum Augustum: *minimo stetit quin omnes occumberemus. Tantum flagitii designaverant qui amplissimas potestates malis artibus possidebant! Ferox Maximinus ob res secundas, incubator iudiciorum, difficilis decidendis, simultatibus promptus . . . simulque res tuae in tranquillum rediere.*

tuae, satisfactum tibi putabas, quod insidiator regni exemplo innocentium potestate decesserat 1). Postquam ventum est ad communis querellas *a*), adhibuisti severitatem, qualem reliqui principes maiestatis tantum negotiis exhibebant. Actum erat, clementissime Imperator, de iniuria tua, nisi nobilitas fuisset offensa.

VIIII. Bene igitur aput vos locata est tutela r. p. Pacem innocentiae reddidistis: abrogata est externis moribus 2) vis nocendi: crevit principatus, quia liberis imperatis 3): tantum potestatibus quantum legibus licet. Nullae iam nuptiae cassa *b*) parente iunguntur, nec funeri succedit hymeneus, neque flammea vestis atra mutatur. Credetne posteritas olim talia fuisse iudicia, quae conubia satellitum suorum sacrarent auspice pugione? spineam facem 4) de rogo damnatae matris 5) incenderent *c*)? aut ululatibus adultarum carmina fescennina miscerent *d*)? Quid loquar crimina necdum delata iam vendita, et humani sanguinis auctiones, aut eruditos in mendacium reos, et subornandi artefices *e*), ianitores veteres, calumnias novas, poenas *sine* crimine, sine accusatore iudicia, sine iure sententias? Fortunata esset, optimi principes, ter quaterque

a) *Querella* aut *quaerella* pro *querela*, constanter scribi video in antiquis codd. — *b*) Cod prima manu *causa*, tum factum *cassa*. Sic fere videtur intelligendus locus Plauti mercat. 4. 6. 6. *viro fit caussa, exigitur matrimonio.* Nempe *viro fit cassa*. — *c*) Cod. *incendere*. — *d*) Cod. *miscire*. — *e*) Ita cod. pro *artifices*. Et sic Itali loquimur.

1) Nempe Maximinus specie quadam honorata prius magistratum ciuravit, tum postulante senatu a Gratiano damnatus est.

2) Nimirum barbaris seu alienis a nobilitate moribus Maximini, qui obscurissimo loco ortus erat, teste Ammiano XXVIII. 1.

3) Hinc fortasse inscriptionis veteris fragmentum . . *libertas . D. N. Fl. Gratiano . fortissimo . invictissimoque . principi . semper . augusto* etc.

4) *Spina* (inquit Plinius hist. lib. 16. sect. 30) *nuptiarum facibus auspicatissima, quoniam inde fecerint pastores qui rapuerunt Sabinas, ut auctor est Masurius*. Hinc apud Ovidium fast. II. 558. sqq. legatur *spinea taeda* non *pinea*. Fortasse ad id adludit eleganter etiam fast. V. 354. et VI. 230. Confer quoque Festum voc. *patrimi et matrimi*.

5) Innuit orator Anepsiae supplicium. Res ita se habuit. Maximinus praefectus annonae Aginatium perdere decreverat hominem nobilissimum et sibi inimicum. Id ut a Valentiniano impetraret, illum adulterii et veneficii insimulavit, indicio falso usus Anepsiae, cuius feminae filiam Maximinus filio suo desponsaverat. Ita impetrata damnatione Aginatii, Maximinus eadem sententia damnatam Anepsiam quoque occidit (Amm. XXVIII. 1.) Atque haec videlicet sunt funera mixta nuptiis quae Symmachus oratorie deplorat, ut Tullius pro Cluentio et pro Scauro.

res publica, si adhuc promitteretis quae iam praestitistis *a*). Rerum versa condicio est 1). Paulo ante soli invidiam felicitatis trahebant, quos mors subripuisset; admodum miserabiles nunc habentur *b*), quos vita non reservabit *c*) his gaudiis *d*).

X. Haec est illa Latii veteris aetas aureo celebrata cognomine, qua fertur incola fuisse terrarum necdum moribus offensa iustitia. Pie regimur 2), et quaedam pignora principum sumus. Neque alia inter cives quam inter filios iudicii discretio *e*) est: dignus amore praeponitur, et tamen quis *f*) displicet non necatur: praemiis virtutis corrigitur ignavia. Quantos *g*) iste ad optimam frugem rapiet consulatus, dum alios honoratis alios eruditis? Nam quibus ab natura recti amor defuit, spem sequentur. Vellem nunc truces iudicis *h*) sciscitari, quae validior emendatio sit? Olim timor agebat ut bonus quisque trepidaret 3), nunc honor facit ut malus quisque desperet.

XI. Honor . . . .

a) Cod. *praestitis*. — *b*) Cod. *aurum mirabiles ni se nunc habentur*. — *c*) Ita cod. pro *reservavit*. — *d*) Cod. *gaudes*. — *e*) Cod. *discritio*. — *f*) Ita cod. pro *si quis*, ut apud Fronton. ed. nov. p. 132. v. 9. — *g*) Cod. *quantus*. — *h*) Ita cod. pro *iudices*.

1) Quantum Gratiani initia a Valentiniani extremis abhorruerint, testatur etiam Ausonius in gratiarum actione sub initio: *palatium quum terribile acceperis, amabile praestitisti: curia honorificis modo laeta decretis, olim sollicitis maesta querimoniis* Paria autem huic loco habet Symmachus in epistula 21. libri X, quam epistulam et ad Gratianum Augustum arbitror scriptam, et de prosperitate agentem, quam Maximini interitus romano imperio pepererat. Nam quod ibi Pareus, Symmachi epistularum doctus editor, Maximum tyrannum innui putat, id a commentantis arbitrio mihi fingi videtur.

2) De hac imperii sub Gratiano mansuetudine loquens etiam Ammianus lib. XXVIII. 1. ait: *ac licet iustus me retraheret metus, multa reputantem et varia; tamen praesentis temporis modestia fretus* etc.

3). Nihil fere tetrius legi potest, quam apud Ammianum XXVIII. 1. descriptio saevorum iudicum, qui praeside vel stimulante Maximino romanam urbem postremis Valentiniani annis vexarunt, et nobilissimorum virorum ac feminarum sanguine foedarunt. Et licet Princeps (per se alioqui severus) aequitatem prae se ferret, a scelesto tamen impulsus ministro, parem se tyrannis exhibuit; quae incautorum haud raro principum miseria est.

ARGUMENTUM ORATIONIS PRO TRYGETIO.

Hanc orationem valde illustrat ipse Symmachus ep. I. 44, cuius verba hic exscribere pretium operae est. « Symmmachus Agorio Praetextato. « Meretur in-
» dulgentia in me tua, ut ea, quae proxime laudi mihi fuerunt, clam te esse
» non patiar. Credo indicium fecisse tibi famam, quod parentem meum rus
» atque in secessu amissae domus iniuriam decoquentem, freqnentibus suffra-
» giis, denique oratoribus missis, novo honore senatus acciverit. Qua causa ubi
» primum facultatem loquendi apud collegas attulit dies, egit ille senatui gra-
» tias ea facundiae gravitate, qua notus est 1). Calendae tunc erant, quibus an-
» nus aperitur. Brevi intervallo cum familiaris mei Trygetii filio praetorio can-
» didato actionis operam spopondissem, animum religio convenit, ut occasione
» destinati officii obirem munus adhuc a me patri debitum, sed, ut dixi, ab
» illo senatui iam solutum. Ergo ad quintum idus ianuarii verba feci in am-
» plissimo ordine ». Porro Symmachus narrat eodem libro ep. 52, orationem suam
» senatui et ipsi Agorio magnopere placuisse. « Symmachus Agorio Praetextato.
» Orationem meam tibi esse complacitam, nihilo sequius gaudeo, quam quod eam secunda existimatione pars melior humani generis senatus andivit ». En igitur eius orationis fragmentum, in cuius priore parte reapse orator pro restituto patre gratias agit: tum ad filium Trygetii transit, quem commendat ut praeturam consequatur. Divus Augustinus Symmacho oratori coaetaneus (a quo etiam praefecto urbis Mediolanum rhetoricae artis magister missus fuit) meminit Trygetii civis et discipuli sui in libro de vita beata cap. VI. Quin idem Trygetius disputat in eodem libro, et in academicis et de ordine. Ad Trygetium item data est lex 4. tit. 20. lib. XI. cod. theod. ab impp. Honorio et Theodosio.

1) Symmachi patris laudes recitat luculenta vetus inscriptio, quae nunc in pontificali palatio ante fores bibliothecae vaticanae prostat. *Lucio . Aur. Avianio. Symmacho .V.C. praefecto . urbis . consuli . propraefectis . praetorio . in . urbe . Roma . finitimisque . provinciis . praefecto . annonae . urbis . Romae . pontifici . maiori . quindecemviro . S. F. multis . legationibus . pro . amplissimi . ordinis . desideriis . apud . divos . principes . functo . qui . primus . in . senatu . sententiam . rogari . solitus . auctoritate . prudentia . atque . eloquentia . pro . dignitate . tanti . ordinis . magnitudinem . loci . eius . impleverit . auro . inlustrem . statuam . quam . a . dominis . augustisque . nostris . senatus . amplissimus . decretis . frequentibus . inpetrabit . idem . triumfatores . principes . nostri . constitui . adposita . oratione . iusserunt . quae . meritorum . eius . ordinem . ac . seriem . contineret . quorum . perenne . iudicium . tanto . muneri . hoc . quoque . addidit . ut . alteram . statuam . pari . splendore . etiam . apud . Constantinopolim . collocaret . [Dat]um.* III. *kal. maias . [D. N.] Gratiano* III. *et . Merobaude . [cons]*.

·Q· AURELII SUMMACHI ·V·C·

ORATIO PRO TRYGETIO.

. . · I. *Desiderio vestro* cum absumus, testimonio cum venimus. Nec formidamus invidiam: sensit et experta est quid parenti meo adversata profuerit. Cesserat quidem sponte ille per verecundiam paucorum facilitati 1): utque melior ad vos rediret, curarum vacuus animum litteris excolebat. Sed hoc ordo amplissimus diu non tulit. Statim, quasi ex longo ut redire vellet orastis: iussistis, malui dicere; nam senatus cum petit vehementius, praecipit. Parum hoc deferentibus visum est: adlegantur ad eum cum primis nobiles viri, administri et internuntii publicae voluntatis. Quanta haec desiderii vestri pompa est, quae beneficium suum paene ambitum vult videri! Credo, haec vestra opinio erat, ut per fetiales quodammodo vocaretur: verbenae tantum et sagmina defuerunt. Certum est quidem ·P·C· et inexcusabile quod iubetis; sed ille sic accitus est, tamquam posset negare.

II. Ad te etiam, venerabilis Imperator 2), laudis istius summa referenda est. Is enim rem publicam liberam tenet 3), sub quo aliquid invidendum potestati senatus. Ideo *a*) magnus, ideo praeclarus es, quia primum te mavis esse quam solum. Quidquid adipiscumtur *b*) boni, saeculo tuo profecit.

a) Cod. *adeo*. — *b*) Ita cod. *m* pro *n*.

1) Quid heic significet voc *facilitas*, melius intelligitur in orat. pro Severo cap. III. Causam autem cur Symmachus pater secesserit ab urbe narrat Ammianus XXVII. 3. *Symmachus Aproniano* (seu potius *Volusiano*, vide Corsinum de praef. urb.) *successit* (in praefectura urbana) *inter praecipua nominandus exempla doctrinarum atque modestiae, quo instante urbs sacratissima otio copiisque abundantius solito fruebatur. Consumptis aliquot annis domum eius in transtiberino tractu pulcherrimam incenderunt* (ingrati cives) *ea re perciti, quod vilis quidam plebeius infixerat, illum dixisse, sine indice ullo vel teste, libentius se vino proprio calcarias extincturum, quam id venditurum pretiis, quibus sperabatur*. Porro Symmachum patrem, si quid ei erat otii, id litteris impendisse, prorsus constat ex eiusdem epistula ad filium (epist. Symm. lib. I. 2.).

2) Intellige Gratianum, sub quo videtur nata occasio huius orationis dicendae.

3) Confer. p. 34. n. 3.

Traxerunt olim plerique *a*) suspiria, et quasi amari imperatoribus tantum liceret, privatorum merita presserunt. Mihi autem vere pater patriae videtur, sub quo laudari vir optimus non timet. Est etiam illa securitas temporis tui, quod nemo se apud *b*) principem minorem fieri putat, si ipse alterum sibi praeferat. Quis enim est invidiae locus, cum omnes a te iusto ordine diligantur 1)?

III. Sed iam satis multa de nobis. Demus aliquid operae, aliquid temporis etiam Trygetio clarissimo et emendato viro, qui vos *c*) oratos per me adque exoratos cupit, ut eius filium functioni *d*) praetoriae destinatum decimus annus accipiat 2).

Si voluntas spectanda est, debetis munificum senatorem probare; si facultatis *e*), nihil plus potestis inponere.

IIII. Me quoque in hoc negotio cogitari decet, qui soleo agere gratias, qui obliterari benefacta non patior. Recte locantur officia secunda, ubi prima viguerunt. Istum novo debito alligatis, me gemino . . . .

a) Cod. *plirique*. — *b*) Ita cod. at alibi *aput*. — *c*) Cod. *quis vos*, vel *qui suos*. — *d*) Cod *functiones*. — *e*) Ita cod. pro *facultates*, etsi est casus 1. plur.

1) Hanc laudem tribuit etiam ·M· Aurelio Caes. Fronto ep. ad eundem lib. IV. 1.

2) Hoc fortasse indicat, Trygetii filium petivisse praeturam urbanam. Ait quippe Polybius hist. lib. VI. 17. urbanum magistratum non ante capere cuiquam romano licuisse, quam decem annos militando exegisset. De praetura urbana Trygetii filii, deque hac ipsa oratione loqui arbitror Symmachum in epistula ad Theodorum nona libri quinti: *duas oratiunculas nuper editas a nobis misi. Earum una ad urbanos fasces resultantem candidatum tenuit.*

ARGUMENTUM ORATIONIS PRO SYNESIO.

Hac oratione dignitatem senatoriam impetrare contendit Symmachus Synesio Iuliani filio. Porro Iulianum, eloquentem virum, familiarem ac necessarium suum commendat Ausonio idem Symmachus ep. I. 43. Quin ad Iulianum Rusticum, qui plane unus idemque videtur vir, scribit noster orator libri tertii priores epistulas novem, quarum in septima ait etiam, se illi mittere oratiunculam quamdam suam in senatu recitatam, quae tamen non huius argumenti fuisse videtur. Aliquanto propius ad rem nostram accedit quod narrat Neoterio Symmachus ep. V. 43. de oratione sua postulatoria in senatu recitata: « oratiunculam, » quam proxime in senatu habui, ad te misi, de qua Carterium tecum plus » arbitror collocutum. Nam petitioni nostrae auditor interfuit. Et quamvis tertius ordinis secunda suffragia cepisse videamur, in te uno tamen summam » testimonii collocamus. »

·Q· AURELII SUMMACHI ·V·C·

ORATIO PRO SYNESIO.

I. Quod Iuliani ·C·V· cum primis amici mei filio precator *a*) potius quam testis adsum 1), nemo viri *b*) diffidentia curatum putet, cum statuerim ·P·C· non minore a vobis reverentia et fide *c*) omnia poscere, quam ceteros. Opto iurare, et mehercule debuissem subire partes dicendi testimonii, nisi eius desiderium recepissem, a quo laudatores consuetudo vestra magis exigit quam dubitatores *d*). Nulla igitur suspecta sit ista libertas muneris mei. Rogaturus ut dignitati nostrae novus senator accedat, habeo praesentem poenam *e*) si iungor indigno: neque eam numero et modo simplicem, si uno facto et meae auctor iniuriae, et reus vestrae sim. Quare credatis velim, non mea cautela factum, sed securitate suscepti, ut hoc potius sortirer officium. Dum iuratoribus abundat, dum meriti sui certus est, adhibuit petitorem, quem testem sibi alius reservasset.

II. Nec me putetis satis absolutum conditione iurantium. Ego vero, cum res amici agitur, etiam de nobis arbitror iudicandum. Memini quanta diligentia mihi constet singulorum familiaritas: neque ita sum prodigus publicae dignitatis, ut de alieno solvam contractum domesticae gratiae. Taceo officiorum nostrorum laudabilis vices. Nolo pro meo debito curiam *f*) pervenire. Quippe utrumque deforme est, et collegam futurum non censeri merito suo, et laudatorem eius de commune *g*) esse solvendo. Quanto honestius dico, non ideo Synesius in

a) Cod. *praecator*. — *b*) Ita cod. *viri*. Suspicar scribendum *veri*. — *c*) Cod. *reverentiam et fidem*. — *d*) Cod. *dubitatiores*. — *e*) Cod. *poena*. — *f*) Ita cod. sine praepositione. — *g*) Ita cod.

1) In legendo senatore habebatur ratio famae, generis, ordinis, aetatis, magistratus gesti, census, quaestus non turpis. Opus autem fuit horum capitum exhiberi testes a candidato. Patet vero ex hac oratione, non testes iuratos modo in petendo senatorii ordinis honore, sed laudatores etiam fuisse adhibitos a supplice, ut in causis forensibus moris erat.

senatum legendus est quia *a*) mihi amicitia iungitur, sed ideo amicus est mihi quia dignus est qui legatur!

III. Pater huic iuveni est Iulianus adscitus senator, quae res de merito venit: siquidem dignitas innata felicitatis est, delata virtutum. Ceteri retro mores illius tunc a vobis probati sunt cum [ita] selcgerctur. Num dictato rationis me[ae finiero] testimonio? Iurasse me existimate, quia praedico quae potestis agnoscere. Nec iniuria quis dixerit, Synesium plus decorem adferre sui. Et illud accessit, quod ex eadem domo iam secundus admittitur. Etenim propago generis, quae nec longius recedit a novis, tanto altius tendit ad noviles *b*). Non multum [equidem] . . . .

. . . IIII. timori. Pendet circa illum sollicitae domus *c*) pietas, sed ipse de se exigit quidquid *d*) omnium sibi humanitas relaxavit. Iam video, Iuliane, causas consultissimae placiditatis tuae; tali filio magis securus es, quam remissus.

V. Illud autem non vereor ·P·C· ne quis inparem senatoriis muneribns arbitretur unicum filium non pauperis patris. Atque utinam fortuna *e*) germanum eius incolumen *f*) senatui tradidisset! quod nunc alteri superest, satis esset ambobus. Synesius quidem meus omnes sibi opes cum fratre credit ablatas: sed res naturae est, ut divisa, cum in unum redeunt, augeantur. Et quantum, dii boni, in dies proficit domus sobria! Quippe, ut scitis omnes, saepe inopia vel copia ex moribus venit. Nisi forte excongruam *g*) putatis istiusmodi laudem, plane inter facultatis censenda est parsimonia *h*). Nam senator, qui privato usui minimum vindicat, publico plus reservat.

VI. Cetera testibus sedulo addenda servamus; mihi uberius *i*) loqui cautius est, ne videar non tam fide auctoris multa dicere, quam iniurati securitate. Duobus quidem nitimur Eu-

a) Cod. *qui*. — *b*) Ita cod. pro *nobiles*. Et quidem in huius aevi inscriptione quadam memini me legere *amevilis* pro *amabilis*. Itemque in anonymo panegyrico (puto Cassiodori) *amevilem Venerem*. — *c*) Cod. *domos*, *o* pro *u*, ut saepe in priscis codd. — *d*) Ita cod., non quicquid, quam alteram scripturam tuentur valde grammatici a me in indice frontoniano [illegible] laudati. — *e*) Cod *fortunam*. — *f*) Ita cod. Contra in Frontone ed. nov. p. 98. [illegible] pro [illegible]. — *g*) Notamus vocabulum. — *h*) Cod. *parsimoniae*; sed *e* fortasse deleta. Confer autem Ciceronem de rep. IIII. 7, et pro Deiotaro VIIII. — *i*) Cod. *uberibus*; sed tamen altera *b* videtur expuncta.

resio 1) *a*) et Avito ·CC·VV· *b*), quorum religionem si omnes aequare possent, nemo iuraret. Sed horum priori quamquam facundo possent gratiam facere dicendi, suffecit desiderio vestro ad suffragium quod avunculus petitoris est. Siquidem vir honorum frequentium, multae *c*) in re publica vigilantiae generi suo quaesivit omne quod meruit. Enimvero nec Avitus meus orator 2) de summatibus minore momento causam iuvabit: quia ornamentum sic de amicis, ut de proximis, sumitur. In his dignitas generis, in illis specimen honestatis est: illa pars familiam commendat, haec vitam.

VII. Vos nunc, patres conscripti, oro adque *d*) obsecro ne tamdiu in una domo sinatis esse dispares dignitatis *e*). Hic omnium parentum summus est labor: ut magis splendeant qui sequuntur. Dedit natura Synesio bonos mores, pater optimas disciplinas, fortuna commodas facultates. Hoc unum ac potissimum novo adhuc iuveni decus est, cuius eritis *f*) auctores . .

a) In codice obscurato videtur interseri *uti* aut *vel*. — *b*) Nempe *clarissimis viris*. — *c*) Cod. *multe*. — *d*) Ita cod. — *e*) Ita cod. pro *dignitates*. — *f*) Cod. *eretis*.

1) Euresius quidam haereticus damnatur, et a coetu antistitum segregatur lege imperiali anno CCCVC, Arcadii primo. Cod. th. XVI. 5. 28.

2) Avitum numerat inter rhetores Cassiodorius in conclusione tractatus de orthographia. Avitus Alphius non semel apud Putschium. Alcimus Avitus Theodosii senioris aetate poëta fuit, cuius carmina extant.

ARGUMENTUM ORATIONIS PRO ·FL· SEVERO.

Laudat Symmachus ·Fl· Severum, qui splendidis functus muneribus, denique lectus erat in senatum. C. Flavius Placidus Severus praefectus urbis fuit anno CCCLXXXII, nempe biennio ante nostrum oratorem: deque illo Corsinius in praefectorum urbis serie disserit. Porro ad Severum senatorem optimum scribit Symmachus epistulam sextam libri octavi, nullusque fere dubito, quin pro eodem viro hanc orationem habuerit. Sancti et optimi amici sui Severi meminit Symmachus etiam libri VI. epistulis 5. 38. 49: tum libri VII. epistula 51. commendat Decio noster orator Severum quendam fratrem suum (nempe familiarem aut necessarium) quem dicit episcopum omnium sectarum attestatione laudabilem. Denique libri super citati epistula 116. filios etiam commendat illustris memoriae viri Severi.

·Q· AURELII SUMMACHI ·V·C·

ORATIO PRO ·FL· SEVERO.

. . . . I. posset vindicare virtuti. Sed quid opus est apud nobilissimos *a*) humani generis cuiusquam familia gloriari? Solis radiis omne lumen obtunditur: stellarum ignis *b*) rutilare non sinit candor diei 1). Vos tamen mementote, non diffidentia istud fieri, sed reverentia. Ante sacras quodammodo curiae foris *c*) ornamenta maiorum suorum novus collega deponit: tantum virtutibus stipatus ingreditur, quae solae etiam genus indicare possunt quod laudare noluimus.

II. Si posset ullus in tantis rebus ordo retineri *d*), moris *e*) viri prius adsererem, tunc *f*) honores. Sed intellego, utrumque iungendum: fideliter enim de ingeniis singulorum potentia iudicat. Quanta verecundia factum putatis, ut tam sero legeretur olim pervectus in fastigia summa rei publicae? Adhuc dubitat, an senatorem possit implere. Nempe auxit dignitatem nostram ista cunctatio: et superior locus factus est, quem sibi optimus virorum post honores potissimos *g*) reservabit *h*). Fateamur necesse est ·P·C· ideo nobis amplius esse delatum *i*), quia properantibus aliis ad hunc ordinem nil negamus.

III. Non tenui laude celebranda meritorum mediocritas, in hac praesertim nostrae aetatis facilitate, quae desiderii gradus non habet. Quis credat summatem facundiae, diu inter fori ornamenta numeratum, praesidalem dudum recepisse pro-

a) Cod. *nobilissimus*. — *b*) Ita cod. pro *ignes*. — *c*) Ita cod. pro *fores*. — *d*) Cod. *retinere* — *e*) Ita cod. pro *mores*. — *f*) Ita cod. pro *tum*. *g*) Cod. *potissimus*. Num pro *potissimum*? — *h*) Ita cod. pro *reservavit*. — *i*) Ita cod. *delatum*, sed melius videtur *dilatum*.

1) Symmachi oratoris plagiarium in panegyrico quodam scribendo fuisse Ennodium dixi in praefatione. Nunc in eiusdem queque libello apologetico pro Symmachi papae causa, nescio quid eiusmodi deprehendo. Ennodius enim increpans illos, qui de Papae innocentia, iudicio incongruo, de superiore scilicet inferiores, quaestionem instituere ausi fuerunt, ait: *nescitis, stolidi, solem facibus non iuvari; nec ad praesidium diurnae lucis lychnos accendi?*

vinciam 1), multoque itinere decurso, ad honorem paene exiguum navigasse? cum plerique *a*) hominum viliorum prope a summis potestatibus inchoarent. Sed bona conscientia illud ducit eximium quod ipsa susceperit: eumque ordinem statüit magistratuum, quem fecerint merita rectorum. Nescit publica merita nominibus aestimare: et illud putat esse fastigium, quod acceperit digniorem.

IIII. Crevit adeo illo tempore praesidatus, seseque ad magnitudinem regentis tetendit. Et cum potissimi viri gloriam provincia una non caperet, egit fama latior negotium suum, ut Theodosio quondam militarium magistrorum celeberrimo 2) consultor belli per Africam iungeretur. Hic iam dissimulare non possum quid testimoni . . . .

a) Cod *plirique*, ut etiam retro p. 38.

1) Confer Cassiodorium var. VIII 19. similia scribentem.

2) Intellige Theodosium magni Theodosii patrem, qui praeclaris rebus per Africam gestis, tandem Carthagine aulica invidia oppressus est anno Gratiani post Valentinianum imperantis primo, Christi CCCLXXVI, iussu Valentis imp. occisus, cum aliis quorum nomina a litteris ΘΕΟΔ. incipiebant. Et quoniam tangit orator Severi militiae, ut videtur, res gestas; veniebat mihi in mentem Severi apud Ammianum saepe memorati. Occurrit namque Severus magister peditum, quem nonnullorum studia, aegrotante Valentiniano, petebant imperatorem, XXVII. 6. Idem duxit exercitum contra Saxones, XXVIII. 5. Idem perrexit primus contra Macrianum regem Alamannorum, XXVIII. 4. Immo Severi militaria facinora narrantur XVI. 10. 11. 12. Severus item domesticorum comes, XXVII. 8.

ARGUMENTUM ORATIONIS PRO VALERIO FORTUNATO.

Agitur in huius orationis fragmento de homine nobili, matronae inopis filio, qui impensis magistratus ferendis laborabat. Ad Fortunatum consularem Pannoniae secundae extat lex augg. Valentiniani et Valentis anno CCCLXV. in cod. th. VIII. 5. 27. Huius fortasse filium Valerium Fortunatum defendit seu laudat hac oratione Symmachus. Certe orator ad Valerium scribit ep. VIII. 47. 57. VIIII. 26. Recole quae scripsi in praefatione ad Symmachum.

·Q· AURELII SUMMACHI ·V·C·

ORATIO PRO VALERIO FORTUNATO.

I. . . setur parte *a*) corporis, quae in se desideratur ab cis Avitum· *b*) pacisci, quod materfamilias in usum vertit suorum: sed male res actura, dum nimis timide consulit aeris angustiis *c*); hoc tamen verius questa *d*) quo minus eripuit quam re favit.

II. Subicite oculis ·P·C· imaginem quamdam publicantis *e*) matronae, et ante principum pedes filii ornamenta ponentis. Dolet misera et quod queritur *f*) et quod precatur, id est defectum pecuniae et voti deformitatem. Nam certe potuerat convenientem censibus suis, ut nunc facimus, petere quaesturam: sed inopiae suae conscia hoc quoque ut gravissimum timuit, quo minus nihil est. Erat censurae vestrae ·P·C· Fortunati ostentationem notare, quod nulla poste *g*) . . . familiaris auctus profectu vel [minime] eunti optat supra matris confessionem.

III. Sed ut narrandi viam relegam, dili*gentia* infelicis remedii fuit. Postquam ille metus provenit ad maturitatem agitur in votum recuperandi quod genere quaesiverat. Impulsu fortasse boni sunt *h*) . . . qui se semper agnoscit: nam, quod sciam, nullus illi adventus novi conpendii fiduciam sui fecerat. Supplicat contra matris orata. Quid dico matris? Adversum se supplicat pro senatu. Et forte *i*) eo tempore tamquam vacuum dignitate se meritensis *k*) ordo pulsabat, ratus saltem mediocritati suae Fortunati conpetere facultatis *l*). Lis procedit ad forum: multa de genere et integrato natalium splendore dicuntur; quae licet essent valida ad victoriam, plus

a) Ita mihi legere videor in cod. — *b*) Suspicabar *Avitum* nomen esse proprium, ut pro Synes. VI, magis quam adiectivum *avitum*. — *c*) Cod. *augustiis*. — *d*) Cod. *quaesta*. — *e*) Cod. *publicantes*, et mox *matrone*. — *f*) Cod. *queeritur*, et mox *praecatur*. — *g*) Supple tres circiter litteras. — *h*) Supple tres vel quatuor litteras. Codex quidem in lacuna videtur habere nihil aut *vinis*. — *i*) In codice fortasse *porte*. — *k*) Nisi mavis legere *dignitatem emeritensis*. — *l*) In cod. quamquam genitivus casus non exit in *ium*.

tamen profuit, quod nec illis idoneus visus est. Adeo rennuerunt *a*) sterile certamen. Adque ita noster hic quaestorius candidatus non magis ut senator obtinuit, quam ut pauper evasit.

IIII. Eligite nunc tempus quo potuit, si modo umquam debuit, vocari ad tantae editionis inpensas. Primis aevi sui annis, senatoris sede si erat proximus, laboravit ne minori curiae iungeretur: nam designari potuit a vobis aut per beneficium primae supplicationis alienus, aut snb periculo secutae litis incertus.

V. Intellego amplitudinem vestram diu ista nescisse; adque ideo ratum esse non debuit quod statuit ignoratio earum..

a) Praepositionem *re* duplicare post se consonam, certa grammaticorum observatio est.

FRAGMENTUM.

Dictum a me in praefatione fuit, relationes illas de schismate Eulalii adversus Zosimum P. M., quae in decimo Symmachi oratoris epistularum libro leguntur, non habere auctorem Symmachum ipsum oratorem, ut vulgo creditur, sed eius filium ·Q· Fabianum Memmium Symmachum. Eas relationes quum primus ex codice vat. Baronius ederet ad an. Ch. 418, nescio quo casu in illa, quae inscribitur libri decimi epistula LXXI., non spernendam versuum aliquot clausulam praetermisit: quamobrem relatio sic mutila mansit in impressis hactenus libris, quam denique cumulare, inspecto codice, nobis placuit.

. . ut quod de hac parte pietas vestra decernat, praecepto vestri numinis evidenter informer *a*).—Diu enim quae contra reverentiam venerandae legis facta sunt, temeritate paucorum differri non convenit; ne tarditate firmentur quae oporteret inter exordia recidi *b*). Gesta acclamationum populi, quae singulis diebus habita sunt, relacioni subieci *c*). Quicquid postea gestum fuerit, non tacebo.—Dat. IIII. kal. ianuarias.

a) Hactenus editio; et quidem mendose *informet*. — *b*) Cod. *reciteri*. — *c*) Cod. *subici*.

CASSIODORII (UT VIDETUR)

FRAGMENTUM PANEGYRICI AD REGINAM.

Quod subsequitur fragmentum, ex bobiensibus membranis sumptum, edidi ego Mediolani primo, rursusque Romae cum aliquot additamentis impressi. Similes deinde reliquias viro cl. A. Peyronio obtulerunt bobienses aeque membranae. Tertio denique paris omnino argumenti stilique lacinias, Bobio item oriundas, invenit divulgavitque cum praeclaro commentario vir cl. Carolus Baudius, coniunctis meis ac Peyronii copiolis 1). Neque tamen ad eamdem cunctas orationem pertinere, tum ipse Baudius putat; tum etiam nota X. quaternionis ab eo observata, satis demonstrat, codicem saltem mediocrem extitisse, qui plures eiusmodi panegyricos complectebatur. Pars quidem a me inventa laudat reginam; deque eadem loquitur etiam fragmentum septimum in Baudii editione; quo fit, ut in calce mei illud adtexam. Iam ad auctorem quod adtinet, equidem in editione romana cogitavi de Cassiodorio, cuius opinionis suffragatorem nunc habeo cl. Baudium; praesertim quia christianum esse auctorem iam compertum est. Certe Cassiodorius in praefatione variarum ait se *frequenter reginis ac regibus laudes dixisse.* Rursusque var. VIIII. 25. dicitur idem Cassiodorius *aures dominantium luculenta saepius commendatione conplevisse.* Iamvero Theodorico regi tres filiae fuerunt, quarum duae regibus extraneis nupserunt, tertia autem Eutharico, qui regni italici heres scriptus fuerat. Theodorici praeterea neptem et sororem regibus item in matrimonio collocatas novimus (var. IIII. 1. VIIII. 1.) Stilus quidem a florente aut tumida ac redundante Cassiodorii elocutione minime abhorret. Luxae tamen hae viderentur de auctore coniecturae; nam et de Sidonio, Ennodio, Avito, Merobaude, aliisque illorum temporum oratoribus, cogitare fortasse liceret; nisi certe particula illa de babylonicis moenibus et de Cyri palatio, Cassiodorii hoc esse scriptum prope evidenter ostenderet.

. . . I. qui regem . . fortem . . gladium . . nec palatium . . sanguine res tanta . .rerum . . biorum . . pes certam tubam . . pervenit ad regnum . . felici res publica *a*) potuit quassatas validare . . en . . tis sapientem conplestis felicissime . . forte . . ne sint . . caterbatim *b*) . . habes fuerit . . tanti viri fabulam undi*que* . . *Nec alium Gothi reginae suae virum* potuissent eligere, nisi qui probetur saepius bella peregisse. Redeamus igitur ad Dominam felicem 2) ad . . aliquid . . nata . . virtutibus excusare non poterit, cum se coniugem viri fortis agnoscit. Huc ergo ad aulica penetralia sororis honestissimae *c*) convenite: huc cum summo nitore comite 3), quae vos possit ornare. Prima frontem *d*) castitas caelestis instituat: deinde re-

a) Num *publicas?* — *b*) Ita cod. — *c*) Cod. *honestissime.* — *d*) Cod. *fronte.*

1) Comment. Acad. reg. taurin. ser. II. Tom. VIII. an. 1856.

2) Amalasuntham *dominam felicem* appellat Cassiodorius var. XI. 1. 9.

3) Verbum *como*, *is*, Cassiodorio familiare. B.

sea verecundia genas depingat: moderata temperantia fulgentium luminum serenet aspectum: cor nobile mitis pietas amministret: sermonem linguae honora sapientia largiatur: gressus religiosos modestia tranquilla conponat. Talem pompam habere meretur obsequiorum quae tantorum regum posteritas potuit inveniri 1).

II. Vos autem nubescite prasini, pallescite lychnites *a*), albescite hyacinthi *b*), fuscamini margaritae. Non hic regias opes insana cupiditate devoratis. Tulit vobis pretia *c*) quae de se probatur ornata. Ferunt amavilem *d*) Venerem toto orbe laudatam strabis *e*) intendisse 2). . 3) inter innumeras margaritas et ostrum verenda nigredine decorum, serena facie plus lucentem, quae in medio constituta gemmarum suum vincit ornatum. En corusca sedes, quam dives India miretur, Persis gemmata concelebret, Hispania novilis *f*) obstupescat, ubi roseas virgines intuemur pinnis rutilantibus alatas 4), quales pomposas decet esse victorias. Margaritarum quin etiam lacteae coronae flexis auro circulis pulcherrima rotunditate clauduntur. Sic in opere tuo videtur positum, quod sola felicitas meretur ad praemium. Hyacinthi *g*) quoque taetra luce vibrantes cum luminibus claris mixtas cernuntur emicare nigredines. Prasinae *h*) tremula viriditate conludunt, lychnitae vomunt frigidas flammas, hispanae sanguineos colores emanant: et una dispositio tua tot diademata conficit, quae cunctas mundi dominas 5). . sidereum quoddam . . sunt . . inpigre . . perenne . . quod non . . praestat aestate . . Nam . . qui . . re . . peculi altitudinem . . propria est intentam dulcedinem . . meritos esse conspectu . . essent . . sol operibat . . summa . . sem-

a) Infra *lychnitae*. — *b*) Cod. *hyachincti*. — *c*) Cod. *praetia*. — *d*) Ita cod. pro *amabilem*. — *e*) In cod. supra *strabis* additur *n*, ita ut sit *strabnis*, videlicet pro *strabonis*. — *f*) Ita cod. pro *nobilis*. — *g*) Cod. *hyachinthi*. — *h*) Ita cod.; at superius *prasini*.

1) In historia gothica (nunc deperdita) Cassiodorius Athalaricum Amalasunthae filium ostenderat in decimam septimam progeniem stirpem habuisse regalem, var. VIIII. 25. Legesis eundem Cassiod. VIII. 5. VIIII. 1. XI. 1. Et quidem VIII. 9. is dicit diserte de Theodorico: *qui tantorum regum fuerat stirpe procreatus*. Et VIII. 2: *quaevis claritas generis Amalis cedit*. Iornandes quoque historicus Amalorum origines generosissimas saepe praedicat. Contra praedictus Cassiodorius var. XI. 1. Placidiam deprimit, quae tantummodo aliquorum prosapia gloriari poterat.

2) Notum Varronis illud apud Priscianum VI. 3: *non haec res de Venere paeta strabam facit*.

3) Quae sequuntur, in alio folio erant, neque cum superioribus satis cohaerent.

4) Photius in lexico voc. *Θετταλικὰ πτερά. Τοῦτο εἴρηται διὰ τὸ πτέρυγας ἔχειν τὰς Θετταλικὰς χλαμύδας· πτέρυγες δὲ καλοῦνται αἱ ἑκατέρωθεν γωνίαι, διὰ τὸ ἐοικέναι πτέρυξιν*. His similes videntur fuisse hispaniensium puellarum amictus, aut ornatus.

5) Insanus omni tempore fuit gemmarum amor. His vero passim picturae, praesertim medii aevi principum, redundant. Romae in sepulchro Mariae Augustae, quae fuit Honorii uxor, mirus gemmarum thesaurus anno 1544. repertus fuit, ut narrat Marlianus topogr. urb. rom. lib. V. 21. De omni gemmarum genere eruditissime Plinius toto libro XXXVII.

per illis quod semper laudaretur. Videmus .. do relucent in amictus lat . . 1).

. . . III. omnia regna superat, dinosceris potens tui. Iam si propriis moribus compareris, facile ab insigni animi parte superaris, quae pulchritudine corporis mortalia cuncta transcendis 2). Fecisti quoque, Domina, palatium quod te etiam ignotis evidenter ostenderet; quando ex ingenti habitaculo *a*) residentis colligitur magnitudo 3). Renidet crusta marmorum concolor gemmis, sparsum aurum fulget in . . s rotatas 4) saxo . . musivi minora describunt; et totum metallicis coloribus 5) . . ubi cer . . a . . ran . . ur . . Samiramis *b*) regina Babylonos *c*) murum bitumine *d*) sulfureque permixto in circulum fabricasse memoratur; sed quid mirum si ferro fuit inadibile *e*) quod ab armis se non potuit vindicare? 6) Regis Persarum Cyri *f*) domus muris aureis *g*) lapidibus inligatis constructa perhibetur . . 7).

a) Cod. *havitaculo*. — *b*) Ita cod. quod et alibi me videre memini pro *Sem.* sicut *Serapis* pro *Serapis*. — *c*) Cod. *Vabilonthos*. — *d*) Cod. *vitumine*. — *e*) Cod. *inadivile* Cassiodorius hist. eccl. XI. 18. habet *adibilis*. Idem ergo potuit dicere etiam *inadibilis*, quod reapse supper auctor Sidonius habet. — *f*) Cod. *Ciri*. — *g*) Corr. *auro*. B.

1) Hactenus fragmentum meum mediolanense. Sequitur taurinense Baudii.

2) Cassiod. var. III. 6: *respicite iuvenem per formae gratiam mentis pulchritudine plus placentem*. Et de Amalasuntha var. XI. 1: *quam videre, reverentia est; audire, miraculum*. B.

3) Cassiod. var. VII. 5. *prima fronte talis dominus esse creditur, quale eius habitaculum comprobatur*. B.

4) Cassiod. var. VII. 5: *quicquid aut instructor parietum, aut sculptor marmorum, aut aeris fusor, aut camerarum rotator, aut gypsoplastes, aut musivarius* etc. B. M.

5) Cassiod. I. 6: *discolorea crusta marmorum gratissima picturarum varietate texantur*. B.

6) Cassiod. var. II. 32: *quod tamdiu invadentibus aquis non potuit vendicare*. B.

7) Prorsus haec comprobare videntur Cassiodorium huius panegyrici esse auctorem, qui simili modo loquitur var. VII. 15, unde etiam huius abrupti fragmenti supplementa quodammodo petere licet. En autem Cassiodorii loco citato verba in epistula ad praefectum Urbis de architectis publicorum. *Ferunt prisci saeculi narratores fabricarum septem tantum terris attributa miracula. Ephesi, Dianae templum. Regis Mausoli pulcherrimum monumentum, a quo et mausolea dicta sunt. Rhodi, Solis aeneum signum, quod Colossus vocatur. Iovis olympici simulacrum, quod Phidias primus artificum summa elegantia, ebore auroque formavit. Cyri Medorum regis domus, quam Memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricavit. Babyloniae muri, quos Semiramis regina latere cocto, sulphure, ferroque construxit. Pyramides in Aegypto, quarum in suo statu se umbra consumens, ultra constructionis spatia nulla parte respicitur.* B. M.

INDEX IN SYMMACHUM.

I. *Laud. priores in Val* - II. *Laud. posteriores in Val.* - III. *Laud. in Grat.* - IIII. *Laud. in patres.* - V. *pro patre.* - VI. *pro Tryg.* - VII. *pro Synes.* - VIII. *pro Severo.* - VIIII. *pro Val. Fortunato.* - X. *Fragmentum Cassiodorii, ut videtur.*

Aetas aurea Latii veteris sub Gratiano imp. III. 9.
Africanus diu in Sicilia palliatus errat I. 16.
Alexander philosophorum comitatum circumducit III. 7. Idem de paterna gloria queritur III. 10.
Antiochus puer rex Syriae III. 6.
Antonius desidet in nuptiis aegyptiis I. 16.
Archimedis commenta II. 6.
Augusti substructiones in sinu baiano I. 16.
Avitus orator de summatibus VII. 6.
Babylonis muri ex bitumine et sulfure X. 3.
Burgundionum legatio crebra ad Valentinianum seniorem II. 20.
comitia militaria in quibus Valentinianus fit imperator I. 8. - 10.
comitiorum veterum et novorum mos I. 9. IIII. 3.
consulatus insignia III. 2. Eiusdem sub aliquot Caesaribus nundina IIII. 4.
Crassi militare responsum ad filium II. 14.
curia minor VIIII. 4.
Cyri persae palatium lapidibus auro inligatis X. 3.
Daedalus et Minotaurus II. 6.
Darii regis inconsulta electio I. 9.
Deorum cultus dispares II. 25.
Didus spatium urbi condendae emit II. 5.
Ennius Fulvii Nobilis praeceptor et socius III. 7. (*vide loci emendationem*).
Euresius, Synesii avunculus, vir bonorum frequentium VII. 6.
gemmarum varia nomina X. 2.
gigantum fabula II. 8.
Gotyali Germaniae populi II. 5.
Gratianus iunior puer consul III. 2. Eiusdem consulis elegantia decreta 2. Idem puer Augustus III. 8. I. 3. Socius paterni imperii II. 24. 25. Litteris et armis occupatus III. 7. Utriusque imperii heres 11. De eius latissimo imperio vaticinia 12.
Gratianus senior Valentiniani et Valentis impp. pater I. 3.
heroës delati Troiam litoris ignoti timent contactum II. 17.
hispaniensium virginum ornatus X. 2. (Nisi potius τὸ *ubi* refertur ad *sedes*, intelligendaeque sunt figurae victoriarum in Amalasunthae sede, ut in aliis monumentis passim fit, sculptae vel pictae.)
impensae graves munerum fungendorum VII. 5. VIIII. 1. sqq. Item sacri cultus II. 25.
imperii gradus duo I. 11.
Ioviani imp. obitus improvisus I. 8.
iuratores, precatores, et laudatores, adhibiti in petitionibus magistratuum VII. 1.
Iulia domus famulatur sacris veneriis II. 25.
Iulianus senator adscitus VII. 3.
Lucillianus Ioviani socer caesus a seditiosis I. 4.
Lucullus luxuriatur in Ponto I. 16.
Marcus imp. in lycio et academia remissior I. 16.
Marius servatus a nece Minturnis I. 5.
Maronis ecloga quarta Gratiano imp. accommodatur III. 9.
Maximinus parit dedecus Valentiniano sen. V. 6. Idem paene tyrannus 8. Eiusdem scelera varia 9. Idem, postulante senatu, a Gratiano imp. damnatur 8.
mores externi, id est barbari, V. 9.
Niger fluvius ignotus antiquis scriptoribus II. 10. Eiusdem aversio poëtice narrata 9.
Nemetensis regio II. 21.

Nili eruptiones II. 9.
ordo meritensis VIIII. 3. (*nisi aliter legendum est.*)
Palatii regalis descriptio X. 3.
Panaetius Africani in bellis comes III. 7.
Pinarii sacra Herculis curant II. 25.
Pius imp, 'otiatur Caietae I. 16.
Pompeii magni responsum in censu equestri III. 8.
pontes Rheno et Tiberi impositi III. 9.
portus in Rheno effectus apud Nemetas II. 21.
praetoriae functioni hominem destinatum decimus annus accipiebat VI. 3.
Procopius bellum civile concitat I. 17. Idem Valenti ad supplicium deditur 22.
Ptolemaeus puer sub tutore romano rex III. 6.
Rhenus bicornis II. 3. III. 9. Eius inundatio II. 9.
Scipiones hospitio excipiunt Matrem idaeam II. 25.
Severus in senatum adlectus VIII. 2. Eloquentiae summas 3. Consultor belli Theodosio (patri) adiunctus 4.
spinea fax in nuptiis V. 9.
Symmachus orator adest Valentiniano novum oppidum condenti II. 6. Idem gratus beneficiis VI. 4. Cautus in legendis amiciis VII. 2.
Symmachus oratoris pater consul V. 1. seqq. Idem legatione senatus e secessu revocatur VI. 1.
Synesio Iuliani filio postulat senatoriam dignitatem Symmachus VII. 1. Synesii frater 5.
Theodosius (pater) militarium magistrorum celeberrimus VIII. 4.
Tiberius in insularum devorsoriis natus et navigans adoratur I. 16.
Trygetii filius praeturam petens orationе Symmachi commendatur VI. 3.
Valens a Valentiniano fratre fit socius imperii I. 11. - 13. Idem praeficitur orienti 14. In civili bello clementer victoria utitur 21.
Valentiniani senioris incunabula in illyria, pueritia acta in Africa cum patre apud exercitum I. 1 - 2. Valentiniani periculum in seditione militari 4. Idem invitus fit imperator 10. Idem imperator confert se ab oriente ad Rhenum 14. In gallico agro diu versatur 15 - 16. Lustrum imperialium annorum condit in castris 16. Bellum germanicum bene gerit 16. sqq. II. 16. sqq. Non fert opem Valenti adversus Procopium I. 18. Eius conciones 19. Idem tertio consul II. 3. Quotannis oppida condit 2. Munimentum maximum construit ad Rhenum 7. Immo totum flumen operum corona praetexit 21. Idem fugat ambitum, dignitates meritis reddit, et castrorum ac curiae parem fortunam facit I. 23. Eloquentiam et iurisprudentiam restituit II. 22 - 23. Idem secreti militaris tenax 14. Clemens in bello 19. Modicis tributis contentus 24. Fortis et bene moratus 1. Divus V. 6. 8.
Valerio Fortunato quaesturae candidato patrocinatur Symmachus VIIII.
virtutes principis feminae X. 1.
Xanthus fluvius inceditur a Vulcano II. 12.
Zeuxydis cerae coloriae III. 5.

ADNOTATIO.

Codicis symmachiani orthographia eadem fere est quae Ciceronis ac Frontonis, fragmentorumque iuris, et aliorum codicum vetustissimorum a me editorum. Cum autem eum cuique in his oratoriis Symmachi reliquiis contemplari facile liceat, ego quidem volumini parcam et labori, quum praesertim in adnotationibus criticis rem non incuriose discusserim. Vocabula tamen aliquot, quae videntur nova, numerare placet: *colorius* III. 5. *Didus* singularis nominativi terminatio II. 5. *diribitio* IIII. 3. *meritensis* VIIII. 3. (si ita legendum est). *excongruus* VII. 5. *faviseor* IIII. 2. *fusa*, orum genere neutro III. 9. *medullium* II. 23. pro *meditullium*. *valide*, as X. 1.

GARGILII MARTIALIS

OPERIS DEPERDITI DE HORTIS

FRAGMENTA

EX CODICIBUS NEAPOLITANO ET ROMANO
CUM SCHOLIIS PALAEOGRAPHICIS
ET ADNOTATIONIBUS

EDENTE

A. M.

BODLEIANA · BIBLIOTHECA ·

ROMAE

TYPIS S. CONSILII PROP. FIDEI.

M.DCCC.XLVI.

DE GARGILII MARTIALIS FRAGMENTIS

EDITORIS PRAEFATIO.

DE FRAGMENTO NEAPOLITANO.

I. Gargilii Martialis fragmentorum, ex opere ipsius DE HORTIS, partem non contemnendam ex palimpsesto neapolitano, olim bobiensi, anno M·DCCC·XXVIII· typis edidi: rursusque minorem aliam triennio post, in codice vaticano compertam, aeque vulgavi (AA. class. T. I. et III.) Quae igitur diversis temporibus atque tomis in lucem protuli, ea nunc apte coniungere libitum est; ut quae saltem praeclari auctoris membra hactenus inventa fuerunt, in hoc nostro volumine coalescant. Iam de observato Gargilii palimpsesto, positisque a me primis in eo curis, quas deinde vir ill. et rev. A. Scottus pro copia codicis sibi diutius praesentis cumulavit, memini me fideliter in priore editione disseruisse, quae si nunc minutius repeterem, molestus fierem.

II. Is est codex neap. IV. A. 8. cum inscriptione vetere *liber S. Columbani;* namque ubi sequebatur *de Bobio*, nunc defectus membranae est, ut nova inspectione comperi; quam inscriptionem quum legerem, meminissemque tot similium a me Mediolani, Taurini, et Romae observatarum, ego hercle quin is codex e bobiensi sancti Columbani monasterio processerit, nulla prorsus temeritate, sed gravi certoque indicio commotus, non dubitavi. Nam quod cl. editor neap. putavit hunc codicem in bobiensi catalogo apud Muratorium vulgato non occurrere, id omne contra est: etenim T. III. antiq. med. aev. col. 821. sic est diserte in catalogo: *librum Sosipatris I, in quo continetur liber differentiarum Plinii.* Reapse hic codex neap. continet, in superposita scriptura, *Sosipatri Charisii* opus grammaticum, nec non *vocabulorum differentias*, illas videlicet quae vulgo inscribuntur Frontoni, heic autem Plinio; quam rem palam feci in priore romana Frontonis editione p. 416. Ceterum mitto singillatim dicere de superimpositis palimpsesto aliis operibus, de quibus in catalogo impresso accurate dixit vir cl. et de universa litteratura optime meritus Cataldus Iannellus, neapolitanae bibliothecae nunc praeses. Scriptura quidem illa antiquior in deletitiis membranis aegre conspicua, quadruplex est. Prima saeculi sexti copiosissima, continet partes latinorum bibliorum: atque hanc etiam exscribi a studioso aliquo velim, quia propter codicis auctoritatem, rei sacrae biblicae prodesse potest; praesertim si forte ibi lateat translatio vetus, vulgo itala, et non recentior hieronymiana. Ego tunc quidem angustiis temporis pressus, atque uni Gargilio laboriose exscri-

bendo deditus, sacris illis bibliorum partibus nullam operam impendi. Ceteroqui in palimpsesto alio bobiensi, nunc vaticano, paris latitat antiquitatis pars bibliorum, quae tamen abs Hieronymo interprete est, ut prologi ipsius docent. Secunda scriptura litteris optimis maximisque Pharsaliae fragmenta exhibet. Hem quinam poëtarum codices nobilissimi in monasterio bobiensi superinductis scripturis obruti fuerint! Nam praeter Lucanum, in bobiensi nunc vaticano codice 5750. folia duo rescripta Persii ac Iuvenalis superfuerunt, ut in tertio tomo AA. class. demonstravi. Plauti autem miram scripturam in palimpsesto ambrosiano 82. part. sup. olim ego exposui, editis inde fragmentis et specimine excuso; neque tamen memini utrum hic postremus, bobiensis fuerit nec ne. Atque in eodem Plauti palimpsesto folium quoque Terentii inest, plautinis coaetaneum cum Adelphorum illa epigraphe, quae est in mea Plauti reliquiarum editione p. 52. Nisi ergo horum quinque poëtarum codices tam exitiose deleti abiectique fuissent, sane haberent materiam philologi in qua diu possent luxuriari. Tertia palimpsesti neap. scriptura Iustiniani digestorum fragmenta tenet. Quarta demum scriptura, cuius nemo mentionem fecerat, (uti ne primae quidem seu biblicae) suppeditavit mihi doctrinae de re rustica insigne fragmentum, incognitum illatenus et ineditum, sub Anastasii vitis Pontificum rom., quibus codex concluditur, valde obrutum et occultatum. Quarta haec scriptura sextum saeculum redolere videtur; eiusque specimen tum ego olim manu mea Neapoli delineavi edidique; tum deinde omnes paginae, regiis sumptibus aere excusae, in neapolitana perdocti mihique amicissimi A. Scotti editione prodierunt.

III. Auctoris, id est Gargilii Martialis, nomen in mutilo neap. palimpsesto non apparet (quod tamen vaticanae parti non deest, ut mox dicemus.) Sed quia Palladius georgicus, cum multos alios Gargilii nostri locos, tum illos praesertim sub eius nomine laudat, qui forte fortuna in fragmentis nostris occurrunt, de persicis 12, adn. 1. p. 65, et de amygdalis 6. adn. 1. 68, nemo umquam dubitabit, hunc ipsum esse Gargilium in palimpsesto neap. compertum; quatuor videlicet operis capitula, in quibus de arboribus tantum pomiferis sermo fit; id est *de cydoneis*, quod duas paginas codicis occupat; *de persicis*, quod sex paginas; de amygdalis, quod quatuor; denique *de castaneis*, quod item quatuor paginis continetur. Etenim sic materiam ordinare placuit, quae quia hians atque abrupta ex toto opere superest, satis disponitur, si sua cuique apte capitulo adtribuitur, id quod faciendum diligenter curavi.

IV. Iam Gargilio Martiali eiusque operi hortensi nemo luculentius dat testimonium quam Cassiodorius div. lect. cap. XXVIII. his verbis. *Quod si huius studii requirantur auctores, de hortis scripsit pulcherrime Gargilius Martialis, qui et nutrimenta olerum, et virtutes eorum diligenter exposuit; ut ex illius commentarii lectione, praestante Domino, unusquisque et saturari valeat et sanari*. Et mox: *Gargi-*

lium Martialem vobis inter codices reliqui. Servius praeterea rusticum Gargilii tractatum novit. Namque ubi Virgilius G. IV. 147, nominatis aliquot arborum generibus, ait: *verum haec ipse equidem spatiis exclusus iniquis—praetereo, atque aliis post me memoranda relinquo;* commentatur Servius his verbis: *Gargilium Martialem significat:* non quod sane Gargilium Virgilius noverit, posteriorem multo auctorem; verum Servius ita προληπτικῶς locutus est, quia Gargilius de arboribus praestantissime post Virgilium scripsit. Nam Gargilii quidem Martialis aetatem cognoscimus ex Lampridio in Alex. Sev. cap. 37: *habuit quotidie milii sine pipere sextarios quatuor; cum pipere, duo: et ne sit longum omnia inserere quae Gargilius Martialis, eius temporibus scriptor, singulatim persequutus est, omnia illi ad modum et rationem sunt praebita.* Quibus in verbis cernimus etiam Gargilii nostri institutum, usum fructuum humanae vitae utilem docendi, ut nunc item in repertis fragmentis videre est. Iam Vopiscus (Prob. cap. 2.) inter scriptores etiam historiae augustae ponit *Gargilium Martialem*, quem eundem atque hortensem scriptorem iudicare plerisque doctis placet. Sed utcumque se istud habet, Gargilii certe aetatem nos docuit Lampridius.

V. Auctores autem a Gargilio citantur duodecim, quibus si Graecos addas generatim appellatos, fient tredecim.

1. Aristoteles, cap. III. 7; cui vindicatur a Gargilio georgicorum liber, contra criticorum dubitationes.

2. Celsus Cornelius, IIII. 1. Celsus tantum II. 3. 4, III. 1, IV. 6. Unum tamen eundemque hominem esse non dubito. Porro Celsum scripsisse etiam de re rustica opus nunc deperditum, tradit Quintilianus inst. XII. 11, 24; idemque saepe a Columella laudatur.

3. Columella notissimus, III. 1. 3, IV. 1. 6. 7.

4. Curtius Iustus, II. 4. 7, cuius nullam adhuc notitiam reperi.

5. Diophanes, III. 3. 4, patria bithynus, Ciceronis aequalis. De eo accurate Needhamus in prolegomenis ad geoponica graeca.

6. Dioscorides notissimus, I. 2.

7. Graeci de re rustica auctores, II. 1. 4. 12. 13, IV. 2. 3. 7.

8. Hippocrates, fragm. vat. c. 26.

9. Iulius Atticus, IV. 1. 6. 7. Citatur saepe a Columella.

10. Iulius Fronticus, IV. 1. Ita se revera habet hoc nomen in codice, neque tamen aliunde cognitus auctor est. Suspicari omnino licet de Iulio Frontino in re agraria noto; vel de Frontone aeque noto in geoponicis graecis.

11. Mago celeberrimus, quamquam deperditus, III. 1. 3, IV. 1.

12. Plinius Gaius notissimus, IV. 1. 6.

13. Quintilli duo fratres, Candianus (seu Condianus) et Maximus, moribus, magistratibus, vita omni ac morte concordes, sub tyranno Commodo. De his eorumque opere georgico accurate Needhamus in prolegomenis ad geoponica. Citantur cap. I. 1, II. 1. 4, III. 3, IV. 1. 6.

DE FRAGMENTO VATICANO EIUSDEM GARGILII MARTIALIS.

Ex quo nobile Gargilii Martialis fragmentum a me Neapoli repertum edidi, numquam postea cessavi, inter ceteras meas occupationes, conquirere numquid huius egregii auctoris in vaticanis forte codicibus cubitaret. Ecce autem in codice demum pervetusto, saeculi videlicet X, qui medica opera continet, sic scriptum legi: INCIPIT LIBER TERTIUS. DE POMIS. MARTIALIS. Idem illic auctoris nomen paulo ante in summario etiam capitulorum legitur sic: DE POMIS. MARTIALIS. Ea statim res non mediocriter me commovit, tum propter Martialis (Gargilii) nomen, tum propter materiae titulum cum neapolitano satis conspirantem fragmento, quod in arboribus pomiferis totum consumitur. Mox vero admiratio mea summopere aucta est, cum in serie orationis illa particula a me iam ex codice neapolitano edita sese obtulit, in qua ex cydoniis medicina traditur. Ergo quin Gargilium Martialem prae manibus rursus haberem, nullus potui dubitare. Ceteroquin codex ille vetustior vaticanus, quem in scholiis designabo littera A, et mutilus est et valde mendosus, ut saeculi praesertim decimi scripturae esse solent, commode tamen defectui suppetias fert alius codex vaticanus saeculi XII, integer et inlibatus (quamquam et ipse scripturae mendis abundat) qui eandem materiam continet: atque hunc designabo littera B. Et sane dolere licet nostri calamitatem Gargilii, cuius hactenus codices nonnisi mendosissimi innotuerunt, nempe praeter hos vaticanos, palimpsestus ille neapolitanus cuius tot menda sanare necesse fuit; et lugdunensis codex, qui fragmentum nostri Gargilii *de cura boum* corruptissimum habuit, ut ex Gesneri de re rustica scriptorum editione cognoscitur: quae tamen *boum cura*, si cum hac nostra *medicina ex pomis* comparabitur, stili mira similitudo et earumdem passim dictionum usus deprehendetur.

Nunc ut de vaticano fragmento peculiariter dicam, hortensium quidem fructuum virtutes medicas Gargilium Martialem in suo geoponico opere docuisse, testis optimus est Cassiodorius div. lect. cap. XXVIII, cuius verba superius recitavi. Ille praeterea neapolitani codicis tractus de medicina ex cydoniis rei huius veritatem perspicue demonstrat. Insuper apud Apuleium in opere medico de herbis cap. LVII. legi ego testimonium, a nemine ut puto observatum, nostri Martialis de herba polio: *graeci quidam polion, alii* etc. *Latini conula; Martialis polium, neptunia.* Denique dum latinos medicos obiter legerem, Plinium Valerianum lib. IV. 42. medicinam illam ex cydoniis, de qua supra, sibi ex Gargilio tacite usurpavisse cognovi, etsi mendosissime sive culpa propria, sive, quod magis reor, amanuensium: quae res in scholiis meis, ubi hic Plinii locus profertur, constabit. Quin adeo ex universo Gargilii tractu de medicina ex pomis, quem damus, luculenter inclarescet Plinium Valer. perpetuo plagiarium agere, cuius eum vitii iamdiu I. A. Fabricius accusaverat in centuria plagiariorum a se Lipsiae typis impressa.

GARGILII MARTIALIS

DE ARBORIBUS POMIFERIS

FRAGMENTUM EX CODICE RESCRIPTO BIBLIOTHECAE REGIAE NEAPOLITANAE.

CAPUT I.

DE CYDONEIS.

1. Verum de fructibus pauca nobis dicenda sunt. Sane ad montium devexa melius proveniunt, non in planis locis 1) . . ura sin . . ci . . sun . . de raro nunc invenies . . me . . infundunt et na . . nt fa . . ut putant . . ampliora, quae november affert, et matura cydonea legenda sunt 2) . . iuncta con . . subinde . . interd . . aut ex . . rere . . quo mi . . capessere . . omne con . . condiri 3) etiam per cydoneum posse qu . . adfirmant ali . . traxisse aliquid olim de sapore adfixi mellis 4). Aliqui putant et in dolium vini olla nova conclusa, ut in eo obtecta natent, esse mittenda. At nos non levi pondere adfirmamus, quod si melle linantur, in eo melius perseverant, et ubi tempus erit, speciosa exire policentur *a*). Quidam patina nova sicco gypso separata *b*) subruunt. Eadem alii Cod. p. 37. a.

a) Ita codex cum unica *l*. (Sed cap. IV. 6. rectius cum duplici.) Sic tamen antiqui scribunt *belua*, *milia*, *vilicus*. Sic item in vetustis mss. *aderet*, *remiteret*, *naravisti*. — *b*) Codex *separatas*. Codicem cum dico, tabulas excusas neap. intelligo, quas ubique cum codice congruere non dubito.

1) Palladius febr. XXV. 21. de cydoniis ait: *in planis et in declivibus proveniunt; magis tamen inclinata et devexa desiderant. Serunt aliqui cacuminibus et talea, sed tardus est in utroque proventus. Sc.* Porro litteris *Sc.* Scotti adnotationes; littera *M.* meas significo.

2) Haec verba *cydonea legenda sunt* nescio quo casu desunt in neapolitano textu: quum sint in excusis tabulis. Et quidem Palladius Gargilium expilans ait: febr. XXV. 25: *legenda sunt matura cydonia*. M.

3) Supplementa nobis innuit febr. XXV. 26. Palladius: *alii in melle sic integra demittunt, in quo genere condiendi satis matura deliguntur*. M.

4) Columella XII. 25. *haec ratio non solum ipsa mala custodit, sed etiam liquorem (mel) mulsei saporis praebet. Sc.*

millio *a*) sive palea separata demergunt 1). Sunt qui figularem cretam cum amurca subigunt, soleque siccatis cydoneis
P. 37. b. inliniri existimant, si in loco sicco | et frigido reponantur. Multi vel solam cretam sufficere crediderunt, si cum ramulis suis mala detracta et oblita in sole sicentur *b*), ac si quid extra hiaverit, luto contegatur. Servantur et gypso inlita; sed aspera *c*) sunt sapore, quamvis et aspectui speciosa procedant. Consentiunt aliqui posse et scrovibus *d*) et in doleis, eodem modo, quo *e*) punica *f*) supra, vel alia *g*) servari. QUINTILLI 2) cydonea in iscove *h*) servata diuturna promittunt. Diligentioribus rectissime visum est praemonere, ne cum ceteris pomis cydoneum misceatur: sibimet censent *i*) reponendum, austeritatem eius timentes, quae *k*) corrumpere solet, ut necesse est, quidquid de proximo adfuerit. Cydoneorum pondus adeo iumentis praeter cetera infestum est, ut remedia quoque contra haec nullas vires habere conpertum *l*) sit 3).

MEDICINA EX CYDONEIS 4).

2. Cydonea plurimi medici eustomacha 5) crediderunt. Eadem DIOSCORIDES 6) et diuretica extimat austeritatis beneficio Ceterum styptica *m*) conprimere urinam magis, quam agere *n*) consuerunt. Cruda austeriora sunt. Cruda itaque matura coeliacis, dysentericis *o*), sanguinem reiectantibus 7), prosunt in

a) Ita cod. cum duplici *l*. — *b*) Ita cod. cum unica *c*. Ceteroquin variat codex. — *c*) Cod. *spera*. — *d*) Ita cod. *v* pro *b*. — *e*) Cod. *qui*. — *f*) Cod. *punicaca*. — *g*) Cod. *aliam*. — *h*) Ita cod. *in iscove* pro *in scobe*; *v* pro *b*, et cum praeposita *i* τῇ *s* impurae ut dicimus; qui mos hodiernae Italorum linguae est. — *i*) Cod. *censet*. — *k*) Cod. *que*. — *l*) Ita cod. *conp.*, non *comp.*: atque hunc aliosque eiusmodi archaismos nollem in editione neapolitana fuisse peremptos. — *m*) Cod. *typtica*. — *n*) Cod. *acere*. — *o*) Cod. *dysintericis*.

1) Palladius febr. XXV. 26. *alii milio obruunt vel paleis separata demergunt cydonia*. Sc. M.

2) De Quintillis, aliisque citatis a Gargilio auctoribus diximus in praefatione. M.

3) Opportune Gargilius et tuendae iumentorum sanitatis meminit, et virtutis medicae cydoniorum. Nam de re veterinaria ipsum scripsisse Gargilium scimus, et virtutes olerum (medicas) exposuisse in suo geoponico opere, Cassiodorius dicit. Ex Sc.

4) Sequentem medicinam sibi usurpasse Plinium Valerianum, suppresso Gargilii nomine, dicemus in adnot. ad fragmentum romanum. M.

5) Notemus vocabulum quod hinc lexicis additur. M.

6) Mater. med. lib. I. 160. Sc.

7) Imitatur has locutiones Palladius febr. XXXI. 2. M.

cibo sumpta *a*). Cocuntur *b*) et cinere calidissimo farina involuta; et aegris, quorum *c*) diuturna iam febris est, sine periculo dantur, thoracis, et stomachi *d*) tormenta mitigant: aqua etiam caelesti *e*) madescunt. ||

CAPUT II.

DE PERSICIS.

1 . . . ossa sererentur. CURTIUS IUSTUS et mense ianuario calidioribus locis putat posse disponi. QUINTILLI armenia sola consentiunt ianuario mense ponenda 1). GRAECIS omnibus ferme autumnalis satio ratione naturali videtur electa; siquidem eo tempore cum pomis caducis ossa delapsa in novas plantas saepe *f*) videamus sine culturae adminiculis sua sponte fruticare. Ideoque plerique non ossa, sed poma ipsa matura integra existimant obruenda; ut ea res et ossibus vicem stercoris praebeat, et pomis futuris inlibatum saporem, sicuti arbitrantur, adquirat *g*). Tenet quosdam odieque *h*) vana persuasio, ut putent *i*) ossa, quae *k*) dente contacta *l*) sunt, aut prorsus extingui, aut infeliciter nasci. Sed frustra id credidisse tunc sentiunt, cum coeperint experimenta consulere. P. 43. a.

2. Sunt, qui ab exortu favoni *m*) persicum *n*) serere melius existiment: medio tamen tempore anxius *o*) adque *p*) sollicite ossa custodiunt. Et quidam *q*) primo recentia paucis diebus in cinere mergi *r*) patiuntur 2), ut quidquid umidi *s*)

a) Cod. *supta*. — *b*) Ita cod. Et quidem veteres sic prope constanter scribunt *locuntur*, *secuntur*, *relicum*, *aecum*. At ed. neap. *coquuntur*. — *c*) Cod. *quarum*. — *d*) Cod. *toracis*, *stomaci*. — *e*) Cod. *celesti*. — *f*) Cod. *sepe*. — *g*) Cod. *adquirant*; quae lectio ferri fortasse poterit si referatur ad *plerique*. — *h*) Cod. *odiequae*. Ed. neap *hodie quae*. Ego malui *odieque*. Sic enim cap. II. 10. *et odieque*; sicuti reapse loquitur (addita adspir.) Claudius imp. apud Gruterum DII. col. 2. v. 11. Porro *quae* et *que* variant confundunturque in cod. neap. — *i*) Cod. *putant*. — *k*) Cod. *que*. — *l*) Cod. *contecta*. Sed recte cap. III. 5. — *m*) Ita cod. Et sic exit passim hic casus apud veteres in mss.; noluissemque in ed. neap. factum *favonii*, heic et infra. — *n*) Cod. *persiccum*. — *o*) Ita cod. hoc loco; sed cap. IV. 3. *anxie*. — *p*) Ita cod. heic et alibi, ut alii veteres codd. Maluissem ergo retentam hanc scripturam in ed. neap. — *q*) Ita cod. At ed. neap. *quidem*. — *r*) Cod. *mersi*. — *s*) Ita cod. Et sic *umor* apud Frontonem. Ed. neap. *humili*. Certe nec ipse codex constantiam tuetur.

1) Quintillorum hic locus memoratur in geop. III. 1. Sc. Quod autem βεριχόκκια praedicti loci sint armenia, constat ex iisdem geop. X. 73. 2. M.

2) Palladius heic quoque Gargilii nostri imitator novembr. VII. 1. ita scribit: *ossa, quae ponenda sunt, aliqui siccata prius paucis diebus cineris mistione terra soluta in qualis reservant*. Sc.

continent, illo siccante, deponant: post in umbra explicantur, et biduo *a*) ventilata cum terra soluta in qualo vel in fictili vase conponuntur; adque *b*) tectum adque oblitum sulco ita infodiunt, ut accessum neque sol neque ventus inveniat 1).

P. 43. b. 3. Interest autem, cuiusmodi statum *c*) caeli condicio regionis, calidum, frigidumne sortita sit. In calido ; merito sub ipsum tempus autumni ossa mergantur. Metus enim non est gelum; immo si qua corrupta depereant, frigida relapsa hieme, cessabunt; cum ossibus esterius *d*) tempore resolutis, totam germinis sani vitam nuculeus *e*) experitur. Mali *f*) denique tunc inservire arboribus debent, cum extra hiare *g*) coeperint. Huic sationi potest prodesse, quod generaliter CELSUS agi scribit; ut ossa, prius quam terrae *h*) committantur, diebus quinque teneantur aquae innantia. Ut asserventur *i*) hiemalibus brumis subsidium temporis et humoris habemus in ceterum autumni. Idem facere supervacuum est, cum iam iam gelidae *k*) hiemis adventu frigus imberque veniat.

4. Quolibet coelo *l*), et quamvis macro solo, persicorum arborem poni CELSUS existimat: idem tamen laetissimas *m*) fieri confidit, si remotione loci, blandimentum ceperunt *n*). CURTIUS IUSTUS inriguis et frigidis locis mallet aquam, et adiungit doleo *o*) aliquo supra posito, quod ab aquilone defendat; sic enim fieri, ut semina pecorum stercus ita ament, ut alia germina. QUINTILLI calidum aerem persico, et humidum solum addunt *p*). Demissa temperies necessaria eis, ne siccitas anni ruat, et admodum exigua poma constringat; ac frequens umor *q*) enormi vastitate et inani sapore distendat *r*). GRAECORUM ce-

a) Cod. *viduo*. Et sic legere memini apud Frontonem. — *b*) Ita cod. — *c*) Cod. *statum*. — *d*) Ita cod. Sic apud veteres codices *sescenti*, *Sestius*, *Xerses*. Sunt autem haec vestigia sermonis ad hodiernum Italorum vulgarem accedentis. — *e*) Ita cod. Ego vero archaismum iudico, neque scribo *nucleus* cum ed. neap. — *f*) *Mali* pro *mala* dictum putat cl. editor neap.; fatetur tamen obscuratam scripturam. — *g*) Cod. *extriare*, unde fecit *extra hiare* edit. neap., ut est cap. I. 1. — *h*) Cod. *terre*. — *i*) Cod. *aserv*. — *k*) Cod. *gelide*. — *l*) Ita in tab. Sed neque in codice puto scriptum *caelo*, ut est paulo ante in tab. et in ed. neap. — *m*) Cod. *lat*. — *n*) Cod. *caep*. Ed. neap. *coep*. — *o*) Ita cod. Et sic cap. I. *doleis*. At ed. neap. *dolio*. Sic cydoneis pro cydoniis. — *p*) Cod. *addit*; quam lectionem si retineas, dic *Quintilius*, ut est cap. IV. 6. quamquam ibi vice versa singulari nomini respondet plurale verbum. — *q*) Ita cod. *umor*. — *r*) Cod. *distent*.

1) Palladius novembr. VII. 2. de persicis: *locis quidem qualibuscumque proveniunt, sed et pomis et frondibus et durabilitate praecipua sunt, si caelum calidum, solum arenosum et humidum sortiantur: frigidis vero et maxime ventosis, nisi obiectu aliquo defendantur, intereunt.* &c.

leberrimi || auctores inrigua et hortensia ad huic arbori loca destinanda *con*senserunt *a*); ubi humor *b*), manu temperatus, nocens ita verti *c*) potest, et ut possit induci. Idem *d*) persico solum pingue contrarium tum crediderunt: calculosum, et harena *e*), et sabulo proximum *f*) conveniet; sicuti ceteris omnibus, quae *g*) gummi glutina excludant. P. 38. a.

5. Ordo sationis in persico talis est: crebior *h*) in terra sulcus, duobus intermissis pedibus, aperitur; in quo ossa deponi siccata, erecta non altius debent, quam quod amplectitur trium mensura *i*) palmorum. Obruta ulterius, germine infirmo, ad superna non scandent *k*). Infigenda autem terrae pars acutior, unde radicis exordium est 1). Commodissime quattuor palmis invicem separata *l*) ponuntur. Multi et fimo ossa circumdant, aqua leviter adrorant. Robustior tamen, etsi tardior, planta praecepit ex osse, quod simpliciter exponatur. Sunt qui in gastris vel qualis cribrata terra repletis ossa disponunt; unde mox plantas adultas in seminarium cum cespite suo transferant; et adfirmant *m*), quod si pertranseant, gratioris saporis et suci anplioris *n*) poma tribuantur. Planta vero, quae *o*) de codice avellitur, autumnale tempus expostulat: huic namque arescendi periculum incumbit, nisi largus umor *p*) et frenquens *q*) pluvia ei subvenerit. Moris est fimo oblitam et inferioribus foliis deputatam, subacto solo, et praecedente punctorio 2) sicuti olera demergere; nam calcata plus iusto, | et terra densante constricta inertia *r*) ligni maturum sentit occasum. P. 38. b.

a) Cod. *senserunt*. — *b*) Ita heic cod. cum adsp. — *c*) Ita cod. At ed. neap. probabiliter *averti*. — *d*) *Idem* pro *iidem* vulgo in mss. — *e*) Arbitror scribendum *harenae*, ita ut *e* extrita a sequente fuerit. — *f*) Cod *proximata*. — *g*) Cod. *que*. — *h*) Ita cod. — *i*) Cod. *triumensura*, extrita una *m*, — *k*) Cod. *scandente*. — *l*) Mendose ed. neap. *separat*. — *m*) Cod. *adfirment*, quod dissidet a superiore *disponunt*. — *n*) Ita cod. *n* pro *m*, cuiusmodi exempla dabimus infra p. 65. in adn. — *o*) Cod. *que*. — *p*) Ita cod. — *q*) Ita cod. heic et infra (non tamen p. 60.) Iam de *n* supervacanea v. gr. in *manlui*, *thensaurus*, *tricensimus*, *relinquisset*, dixi in indicibus orth. Front. et Cicer. — *r*) Cod. *inertiam*. Ed. neap. addidit *ob*. Ego malui *inertia*, primo vel sexto casu. Namque *m* saepe redundat in mss.; praepositionem autem addere, liberioris emendantis est.

1) Palladius denuo Gargilium respiciens novembr. VII. 1: *persici ossa in pastinatis areis sunt ponenda, binis a se pedibus separata; ut cum ibi plantae excreverint, transferantur. Sed ossa ponantur acumine deorsum verso, et non amplius quam duobus aut tribus palmis obruantur*. Sc.

2) Notemus vocabulum, quod hinc item ad lexica accedit. Sc. M.

6. Sed utrisque frenquens sarculi opera, et desiderata medicina continuae runcationis adhibenda est; ne tenero germini noceant flatus hervarum *a*), neve densitas contegentium *b*) solis adque aurae *c*) nutrimenta praecludat. Danda etiam calamo, sive virgulto propius *d*) adfixo adminicula, quibus se tueri contra violentia ventorum flabra consuescant. Quae sollicitudo non amplius, quam unius anni spatio conplectitur *e*). Ceterum bima *f*) translata *g*) iam suis viribus nulli non repugnat iniuriae 1).

7. Scrobes altos arbor persici non amat: quippe cum modica radicum concessa substantia esset ei *h*), nec cito vivat *i*), contra aliarum arborum legem de superioribus partibus mutuatur alimentum. Hanc maxime existimant causam, propter quam sola maturius consenescat *k*). Nec intervalla maiora desiderat *l*), eiusmodi folia sortita, quorum *m*) tenuis umbra opacitatis incommodum non parat, quam scilicet binos pedes 2). Sic *n*) CURTIUS obtime positas arbitratur. Quin immo inventi *o*), qui densius consitas tutas existiment; tutiores dum se invicem praetegunt *p*) a solis ardoribus, quibus difficulter hoc genus arboris creditur repugnare.

8. Ablaqueare omnibus annis oportet novissimo autumno, et inhalantibus fibris de radice purgatis, folia sua in vicem stercoris cum terra molliore congerere; quantaque maiore | . . . 3).

a) Ita cod. *v*. pro *b*. — *b*) Tab. neap. *condegentium*. Sed tamen syllaba *de* mihi legi obscurata videbatur in cod. — *c*) Cod. *aure*. — *d*) Cod. *proprius*. Et sic paene memini me legere in aliis mss. Infra tamen p. 64. recte *propius*. — *e*) *Complectitur* passivo sensu (si ita heic est) habes etiam apud alios Coll. vat. T. III. praef. p. XVIII. — *f*) Cod. *vima*, *v* pro *b*. — *g*) Cod. *translatam*. — *h*) Cod. *esset em*. — *i*) Cod. *vivit*. — *k*) Cod. *consenescant*. — *l*) Cod. *desidera*. — *m*) Cod. *quarum*. — *n*) Cod. *si*. — *o*) Cod. *inventi*. — *p*) Cod. *pret*.

1) Palladius novembr. VII. 2: *binam plantam recte transferemus, scrobe brevi*. Sc.

2) Palladius loc. cit.: *nec a se longe statuendae sunt, ut invicem se a calore solis excusent*. Sc.

3) Haec omnino unius folii lacuna est; idque recte etiam cl. editor neap. suspicabatur; a quo idcirco noluissem scriptam heic continuam orationem, quae prorsus est abrupta. Ego vero de lacuna nullus dubitans, hiantem codicis paginam 44. heic quidem exhibeo; verumtamen interpono in lacuna non brevem Palladii textum inclinatis litteris, instar legitimi supplementi; quoniam exploratissimum est compilari heic a Palladio Gargilium, ut lacunam praecedentia et subsequentia Palladii eiusdem verba demonstrant. M.

SUPPLEMENTUM EX PALLADIO NOVEMBR. VII. 3. sqq.

Ablaqueandae sunt per autumnum, et suis stercorandae foliis. Putanda persicus in autumno est, ut arida et putrida tantum virgulta tollantur: nam si quid viride resecemus, arescit. Languenti arbori veteris vini feces aquae mistas oportet infundi. Adfirmantibus GRAECIS *persicus scripta nascetur, si ossa eius obruas, et post dies VII, ubi patefieri coeperint, apertis his nucleos tollas, et his cinnabari quod libebit inscribas, mox ligatos simul cum suis ossibus obruas diligentius adhaerentes. Genera eorum sunt haec, duracina, praecoqua, persica, armenia.*

9. *Si haec arbor ardore solis inarescit, frequenti aggestione cumuletur, vespertino iuvetur humore, et obiectis defendatur umbraculis. Iuvat in ea et spolium serpentis appendi. Nunc iam contra pruinas stercus ingeratur persico, vel feces vini cum aqua permistae, vel quod magis prodest, aqua in qua faba decocta est. Si vermes persicus patitur, cinis eos amurcae mistus extinguit, vel bovis urina cum aceti tertia parte confusa. Si poma caduca sunt, nudatae radici eius vel trunco, lentisci aut terebinthi cuneus adfigitur, vel terebratae in medio palus salicis imprimetur. Si poma rugosa creabit aut putrida, circa imum truncum cortex recidatur, et cum inde modicus humor effluxerit, argilla vel paleato luto plaga retegatur.*

10. *Magna poma persicus adfert, si florenti per triduum ternos sextarios caprini lactis ingesseris. Contra vitia persici proficit spartum ligatum, vel spartea suspensa de ramis.*

. . . et magna 1) fieri adseverant, si cum arbor in flore sit, lactis caprini per triduum ternis sextariis *a*) inrigetur. Omnibus persicis, maxime tamen praecoquis et armeniis, quotiens *b*) abundantibus pomis arbor honerata *c*) est, decerpenda sint *d*) aliqua: sic enim reliquis celerior maturitas inperatur. Sparto *e*) ligata *f*), adversum plurima incommoda, ut am- P. 44. a.

a) *Satariis* habent tabulae neap. Ego videbar mihi legere in cod. *sextariis*, quod plane confirmat Palladius. — *b*) Ita cod.; at ed. neap. heic et infra *quoties*. Veruntamen *quotiens* sollemnis et genuina scriptura est veterum codicum. — *c*) Ita in cod. adspiratur. Et sic *honus* saepe in vaticanis iuris fragmentis, et alibi. Mallem igitur in libro neap. retentam adspir. — *d*) Cod. *sit*. — *e*) Cod. *sipario*. — *f*) Ita cod. At ed. neap. maluit *liganda*; quum tamen ipse Palladius scribat *ligata*.

1) Scilicet *poma persici*, ut ex adscripto Palladii loco cognoscimus. M.

fora *a*) 1), extimant *b*): et odieque *c*) nonnulli iumentorum solias *d*) in itinere derelictas prae medio *e*) truncis ramisve suspendunt 2) *f*).

11. Inseri persicus utroque modo potest, vel in cortice *g* vel in ligno, praecedente fissura. Sed quantum propius ad terram recisa sit, eo melius inseretur; fortior est enim pars eius ima. Quidquid in summo est, quoniam suci minus retinet, ut fragile ac putre damnatur. Inserendi tempus abtissimum novissimi autumni, si loca non sint adeo pruinosa; vel inter brumam, et exortum favoni, idest extremo decembri, ac deinde ianuario; ita exigente praecoquo *h*) germine, quod saepe *i*) et ante veris adventum florere festinat. Meliores ad inserendum surculi habentur *k*) aliquatenus pleniores, et de parte sublati, quae *l*) propinqua arbori fuerit: vixque proveniet *m*), aut non diu durat pars summa ramorum 3). Persicus et in semetipsam inseritur et in amgydalum et prunum: magisque durabilis arbor efficitur, cum surculi eius in ligno

P. 41. b. fortiore cinguntur. Sed armenia, vel praecoqua peculiariter prunis insita floriora *n*) sunt. Cetera, idest duracina sic insita, in amygdalo melius adsuescunt. Ad haec ipsa prunorum adque amygdali germina difficilius, sed *o*) cito recurrunt in senectutem; quotiensque *p*) surculo alterius generis insita sint, infirmitatem *q*) suam confessa moriuntur.

12. Sic quoque fiet emplastratio. Olea *r*), persicus, sicuti et nonnulla ficus, et huius generis cetera, quibus se-

a) Ita cod. At ed. neap. *aut amphora*. De *f* pro *ph* saepe dixi in meis editionibus. — *b*) Ita cod. At ed. neap. *existimant*. — *c*) Ita cod. et quidem sine adsp. Iam *que* abundare *et odieque* latine dictum, demonstrat Claudii imp. oratio supra citata p. 59. n. h. cuius rei immemor ed. neap. delevit *et* ante *odieque*. — *d*) Ita cod., non *soleas*. Contra superius *doleis* pro *doliis*. — *e*) Ita est in tab. et ed. neap. At ego legere me putabam in cod. *pro remedio*, quod rectius dicendum fuisse videtur. Meam tamen festinatam malo, quam alienam lentam, damnare lectionem. — *f*) Cod. *suspendant*. — *g*) Cod. *corticem*. Aut certe dic postea *lignum*. — *h*) Cod. *prequoquo*. — *i*) Cod. *sepe*. — *k*) Cod. *abentur*. — *l*) Cod. *que*, heic et infra. — *m*) Ita cod. *b* pro *v*. — *n*) Ita cod. pro *floridiora* sive mendose, sive a *florius* seu *floreus*. — *o*) Cod. *sed*, absorpta *s* a praecedente. — *p*) Ita cod. At ed. neap. *quotiesque*. — *q*) Cod. *sinfirmitatem*, vitium oculi. — *r*) Cod. *oleum*.

1) Amphoras urnasque sparteas in rustica suppellectile ponit Cato cap. XI. ex Sc.

2) De variis superstitionibus rusticis legesis Palladium lib. I. 35; mart. IX. 14; novembr. VII. 4; et nostrum ipsum Gargilium in fragmento edito *de curis boum*. M.

3) Haec et sequentia similiter dicuntur apud Palladium: quo fit evidentius, folium Gargilii deperditum, reparari utcumque Palladii suprascripto supplemento. M.

ponitur sucus pinguis, rite inoculantur, prius trunco reciso 1). Adverti deinde, mole iusta plerunque *a*) esse *b*), et diutius adservari, si non, ut GRAECI, in glarea, argilla, sed in solo arenoso ponas. Et quidem solito more possunt emplastrari: quod agere in fine prodest mensis aprilis, sed initio maii satius proveniet.

13. Persici pomum, nisi conditum muria et oxymelle *c*), asservari *d*) diu non potest; vixque hoc modo pervenit in alteram aestatem. Cutis exilitas, et carnis squallor consentanee prodibunt ad parsimoniam vetustatis. Plerunque temtarunt, ossibus detractis, more ficorum in sole siccare, adque in rigido serbanda *e*) suspendere: vix in his aliquid suci inest; cuius admonere inane videtur. Ex veteribus multi suesatibus ollulis inpicato singula poma clausere umpilico *f*), adque in sapam purissimam demissa merserunt; sed hoc modo saepe *g*) in breve tempus flacescunt *h*). GRAECORUM deprehendi *quosdam*...

CAPUT III.

DE AMYGDALIS.

1.... fimum bubulum transferunt, nec ex eo nuces proferunt ad serendum, nisi cum hiascere *i*) coeperunt. MAGO et CELSUS scrobes altos latosque trinis pedibus effundunt: in eos terrae *k*) congerunt quam minutissima cum stercoris *l*) admixtione eatenus, ut pars dimidia compleatur. Ibi tria amygdala in medio trina angulari 2) lege disponunt, quo inter se non palmo, ut COLUMELLAE videtur, sed pedis sive dodrantis P. 39. a

a) Ita cod. heic et infra. Sic Cicero pro Scauro ed. rom. p. 304· *mecunque*. Et Fronto *redentus*. Recole Gargilium p. 61. n. *n* — *b*) Cod. *sse*, absumpta *e* a priore. — *c*) Cod. *oxim*. — *d*) Ita cod. At retro *ads*. — *e*) Ita cod. Et sic loquuntur nunc Itali. — *f*) Ita cod. — *g*) Cod. *sepe*, ut alibi. — *h*) Ita cod. cum unica *c*. — *i*) Cod. *hiacere*. — *k*) Cod. *tercorum*, pro *terrae*. Verumtamen utor correctore Palladio ian. XV. 8: *terra seminarii* (*amygdalorum*) *laetamen habere debet admixtum*. — *l*) Cod. et ed. neap. *stercori*.

1) Hic locus a Palladio iun. V. 2. citatus demonstrat evidenter fragmentorum, quae nos heic edimus, auctorem Martialem Gargilium: *emplastratio solis arboribus convenit, quibus pinguis sucus in cortice est, ut ficis et oleis ac similibus, ut MARTIALIS dicit, et persico*. Sc. M.

2) Quoniam ait Columella V. 10. 13, et de arb. cap. 22. *ternas nuces in trigonum statuito*; et Mago apud Plinium XVII. sect. 11. *ternas simul serendas triangula ratione*; videtur mihi scribendum *triangulari*, ita ut sit idem quod *trinangulari*. M.

spatio separentur. Acuta pars nucis ab utrisque prima defigitur; radices exitum moliuntur *a*); sed in posterioribus *b*) dissentiunt. Siquidem faciem lateris in aquilonem MAGO invertit: CELSUS ad favonium dirigit: COLUMELLA 1) cum dicat: » anceps nucis ad *c*) fabonium *d*) spectet » et sine dubio et ipse unum latus opponit aquiloni. Supra nuces terra sesquipedis ingeritur; et si nec ullus *e*) imber fuerit, ter in mense seminibus expositis umoris *f*) alimenta subministrentur 2); et quidquid in summo scrobe induruit, levi sarculo relaxetur.

2. Ubi primum se germina ostenderint, quoniam tenuis illis stilus et flexuosus est, iuxta vastior palus adfigitur, quo rami adminiculo *g*), et in valido requiescant, et scandere in rectum conpletum *h*) docent consuescere. Triennio exacto *i*) unum germen in loco permanet; reliqua eodem mense, quo sata | sunt, ad scrobes transferuntur, ut pars aliqua fossurae
P. 39. b. convexa relinquatur: hanc paulatim adobruunt, singula arboris incrementa numerantes; tantumque radicibus cumuli largiuntur, quantum altitudinis *k*) truncus adiecerit.

3. QUINTILLI omnem agrum in seminario amygdalis destinatum ad sesquipedis altitudinem fodiunt 3): hunc in areas dividunt, quo canalibus *l*) umor *m*) infusus diutius inmoretur: dein per areas, intermisso pedis spatio, modicis scrobibus excitatis, ad digitorum quattuor *n*) altitudinem nuces mergunt. Stercora in terra obruunt, parique, qua ceteri, cultura lene nutritas in scrobes *o*) post triennium transferunt 4). MAGO primus, et post eum DIOPHANES, novam *p*) amygdali suadent *q*) ut ferulam primo seramus; eamque post annum

a) Cod. *molliuntur*. — *b*) Cod. *in posteriores*. — *c*) Cod. *id*. — *d*) Ita cod. *b*, pro *v*. — *e*) Cod. *nucullus*. Malim *nullus*. — *f*) Ita cod. sine adspir. — *g*) Cod. *admiculo*. — *h*) Suspicabar legendum *conplexu*. — *i*) Cod. *exaceto*. — *k*) Ita cod., non *altitudini*. — *l*) Cod. *carnalibus*. — *m*) Ita cod. sine adsp. — *n*) *Quattuor* cum duplici *tt*, numquam fere non scribitur in antiquis mss. Nolim ergo id potius poëticae licentiae adtribui in ed. neap. — *o*) Cod. *scrobe*. — *p*) Ita tab. neap. At editio *novum*. — *q*) Cod. *vadent*.

1) Loco nuper laudato.

2) Palladius ian. XV. 8: *cum in seminario amygdalas disponimus, si siccitas intercesserit, ter in mense rigemus, et herbis nascentibus circumfodiendo saepe purgemus*. M.

3) Quintillorum sententia etiam apud Palladium est ian. XV. 6: *fodiemus altam pede uno semis aream, in qua obruemus amygdala*. &c.

4) Imitatur Gargilium Palladius loc. cit. M.

recisam, et in media parte diffissam *a*) nuci amygdali, qua medullae sucus mollis est, compleamus; nec desinunt adseverare, quod arbor eiusmodi et robore et fructu pulcriore provenit, sicut COLUMELLA describit 1). Ferularem *b*) alio modo scribit; nam hoc tantum praestare *c*) amygdalis ferulas, ut illas faciant tarentinas *d*).

4. Et natura et mediocritas arborum suggerit, ne altissimo scrobe recondant. Illa *e*) intervalla etiam simili ratione moderanda sunt. Viginti et quinque nonnulli, quidam et viginti ‖ pedum iusta pronuntiant 2). Bene DIOPHANES ait amyg- P. 41. b
dalas in transitu esse ponendas, quoniam non semel maturant, et per partes se fructus eius adcommodant: nec possint ita fures dispoliare, ut non aliquid, vel quia crudum videtur, domino relinquatur.

5. Levissima et minime sumtuosa cultura est earum putationis annuae *f*) scilicet, qua necesse sit ramos supervacuos, vel enormiter natos, vel aliqua necessitate praefractos *g*), falce purgare. Exigunt sane propter incursus pecorum custodiam diligentem, quorum dente contacta in amarum saporem ex dulcibus transeunt. Fossio contraria illis habetur; nam florem statim amittunt 3): quod malum illis vel a nobis non debet inferri, cum et alias periclitentur in flore, nubilo prius marcidae, deinde austris insequentibus concrematae.

6. Plurimum generant *h*). Si ferax non erit, terebrari in radicibus debet, et taxillus e taeda *i*) in foramen aptari: vel *k*) in locum taedae cuneus *l*), qui esset ex robore. Quidam radicibus perforatis silicem *m*) adiciunt *n*), et ita arboris librum patiuntur inolescere 4). In locis frigidis, in quibus metus est,

a) Cod. *diffusam*. — *b*) Ita tab. neap., quae si certe evidens in codice lectio est, nihil contra dico. — *c*) Cod. *prest*. — *d*) Tab. neap. *ronciniat* Ego videbar mihi legere in cod. *terentinas*, indubitanterque edebam *tarentinas*, ut in re simili loquuntur Plinius, Columella, atque Palladius. — *e*) Ita cod. Sed suspicor legendum *illas*, et deinde, non antea, interpungendum. — *f*) Cod. *annui*. — *g*) Cod. *pref*. — *h*) Tab. *generent*. — *i*) Cod. *teda*. — *k*) Tab. *ulli*, pro *vel*. Immo mihi videbatur in codice *ali* pro *alii*. — *l*) Cod. *cuneum*. — *m*) Cod. *ilicem*, extrita *s* a priore. — *n*) Ita cod., non *adiiciunt*. Sane verbum *adicere* cum unica *i*, constans est veterum orthographia, quae immutari in ed. neap. non debuerat.

1) Lib. V. 10.

2) Hunc quoque locum expilat Palladius ian. XV. 8. M.

3) Respicit huc Palladius ian. XV. 9. M.

4) Palladius ian. XV. 9: *si ferax*

ne in flore deprensas pruina *a*) conburat, hoc modo tradunt amygdalis subve[:]niri 1): ante quam floreant, nudare radices iubent, et albi generis lapides quam minutissimos cum arenae cumulo adgregant: cumque iam tempus videbitur ut debeant germinare, fodere, adque removere, quae *b*) fuerant infusa, praecipiunt *c*).

7. Ut teneras nuces procreent, utile erit ablaqueatis radicibus, ante quam floreant, aqua calida per aliquos dies inrigata. Fiunt dulcia ex amaris, si circumfosso stipite *d*) tribus a radice digitis latior caverna ponitur, qua pruina *e*) decurrat: post media trunci parte terebrata cuneum, qui esset ex arboris quidem radicibus, simplici delibutum melle fixserunt *f*). Nec minus utile est si effundatur stercus suillum humano lotio resolutum et radicibus superfusum. ARISTOTELES in georgicis 2) amaritudinem amygdali fraglanti *g*) soli *h*) adsignat; quum crebius *i*) exustae dulcior sucus hauriatur. Illico praesto *k*) videtur, ex morsu pecorum omnia haec arbori amaritosa 3) contingere, cum inopinata in medullas saliva consederit. Si viridibus auferas tenuiora, quaequae *l*) liqueris, meliora sunt.

a) Cod. *aut pruina;* quare cl. editor neap. supplevit *nix* ante *aut*. Ego vero malui omittere *aut*, quoniam Palladius infra citandus *pruinam* tantum memorat. — *b*) Cod. *que*. — *c*) Cod. *precip*. — *d*) Cod. *stipide*. — *e*) Cod. *pruna*. — *f*) Ita cod. — *g*) Ita cod. Sic omnino quater apud Frontonem. Quare in edit. neap. nihil erat immutandum. — *h*) Cod. *solis*. — *i*) Ita cod. Et sic. cap. II. 5. *crebior*. — *k*) Cod. *presto*. — *l*) Cod. *teniora queque*.

non est, taedae cuneum terebrata radice mergamus: vel silicem sic inseramus, ut libro tegente claudatur. M.

1) Hic locus copiose profertur nominatim ex Martiali Gargilio apud Palladium ian. XV. 10; eoque et ego et cl. Scottus usi sumus ad demonstrandum fragmenti neapolitani auctorem. Sic enim Palladius: *locis frigidis ubi metus de pruina, MARTIALIS dicit hoc remedio subveniri: ante quam floreant, radices nudantur, et albi lapides minutissimi misti arenis congeruntur; et ubi iam tutum videbitur, ut debeant germinare, effossi iterum lapides submoventur. Teneras nuces amygdalus creabit, ut dicit MARTIALIS, si ante florem radicibus ablaqueatis per dies aliquot calida aqua ingeratur. Ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite tribus digitis a radice fiat caverna, per quam noxium desudet humorem; vel medius truncus terebretur, et cuneus ligni melle oblitus imprimatur, vel si circa radices mittunt stercus affundas*. Sc. M.

2) En a Gargilio tribuitur Aristoteli opus georgicum, quod ei critici eripiebant, propterea quod anonymus vitae et operum Aristotelis narrator dixerat ψευδεπίγραφα δὲ γεωργικά. Ex Sc.

3) Notemus novum vocabulum lexicis hinc addendum. Sc. M.

8. A kal. aprilis, ut putat CELSUS, incipiunt esse matura; ac si adservanda deligi placeat, signum maturitatis ostendunt, cum corticem remiserunt. Sunt quibus cortex *a*) difficulter abscedat; sed si paleis obruuntur, calore solari illico resolves: tum corio liberatae *b*), si quis aqua marina ‖ *lavet* . . . 1).

CAPUT IIII.

DE CASTANEIS.

I. . . . conripiat, quales illae *c*) fuerunt, de quibus pastor ita praecinit *d*): « mea quas Amaryllis *e*) amabat ». MAGO brebiter *f*), ut poenus *g*), et cui peregrinae eiusmodi arboris minus nota cultura sit *h*): « castaneam 2) in umido *i*), sicut » graecam nucem, serito ». CORNELIUM tamen CELSUM italicae disciplinae peritissimum decuit aliquatenus edocere, quidquid MAGONIS ignorantiam fugerat. Sed et ipse castaneas amygdalo, eorum exemplo, reiectat. COLUMELLA 3), cui curae fit *k*) diligentius et de castanea conscribere, etiam ipse indifferenter, et varie *l*) sententiam promit; fluxe enim ista scribit. Adfirmat a nobembri mense per totam hiemem seri posse: nunciat kal. martias in idus easdem, ne quid intersit: et plantat; ut quandoque quae sine culpa *m*) manus veniat, scire possimus *n*). Etiam GAIUS *o*) PLINIUS 4), quamquam ipse sationem caeduam *p*) adsentiatur, hiemali tamen primum tribuit. IULIUS ATTICUS ex nobembri in februarium mensem serere indecrevit *q*). CURTIUS IUSTUS sationem nucis primam decembri, se-

P. 40. a.

a) Cod. *cortes*, *s* pro *x*, ut supra iam vidimus. — *b*) Cod. *liveratae*. — *c*) Cod. *ille*. — *d*) Cod. *precinit*. — *e*) Cod. *Amarillas*. — *f*) Ita cod. — *g*) Cod. *poienus*. — *h*) Ita cod. At enim Gratiae et Musae suadebant cl. editori neap. *ait* pro *sit*, me certe non invito. — *i*) Ita cod. — *k*) Ita cod. At ed. neap. corrigit *fuit*. — *l*) Cod. *variae*. — *m*) Cod. videtur habere *culpam*. — *n*) Ita se habet cod. Verum ed. neap. corr. *quando quaeque sine culpa manus veniat, scire non possimus*. — *o*) Ita sine mendo codex. At editio neap. *Caius*. Sane et Graeci scribunt Γάϊος. — *p*) Cod. *ced*. — *q*) Ita cod. Num dicendum *inde decrevit*?

1) Hunc locum expilat partimque sarcit Palladius Ian. XV. 12.: *amygdala ad legendum maturitatem fatentur, cum fuerint spoliata corticibus. Si difficulter corium dimittent, paleis obruta continuo relaxabunt. Item decoriata, si aqua marina lavemus aut salsa, et candida fiunt et plurimum durant*. M.

2) De castanea legendus est prolixus Palladii locus. novembr. VII, quo Gargilius noster manifeste et diu expilatur. M.

3) Lib. IV. 33.

4) Lib. XVII. 20.

cundam februario adsignat. IULIO FRONTICO, cum et solide de *a*) genere et alia ratione culturae nonnulla tractaret, non fuit culturae alia norma, quando rectissime *b*) castaneas sere- re rentur *c*). QUINTILLIIS *d*) in satione castaneae vergiliarum non omittendus occasus. |

P. 40. b. 2. Sed et quibusdam GRAECIS *e*) placet ab arcturi *f*) exortu *g*) serere castaneam. Nec inmerito naturam secuti *h*) quibuscumque tempus hoc placuit. Tunc enim seminis, idest nucis iusta maturitas creditur, adeo ut hiante tegumento *i*) si legent, tum manus condat in terra, ut caduca labantur *k*). Sed ad hoc accedit, quod nux reserbata *l*) difficile sit contra putredinem vindicare. Sana igitur et matura debet exponi: quorum alterum spondet de incolumitate perseverandi, alterum prodest de virtute generandi.

3. Contendunt plerique GRAECORUM castaneam melius ex verna satione *m*) procedere; si tamen nux anxie *n*) adque sollicite condita servetur expansa. Et tunc in angustum locum siccumque *o*) translatae eriguntur in cumulum: supra eas ita, *ut* universas obtegat, funditur arena flubialis quae *p*) et pinguis, et dulcis est: post trigesimum diem eadem harena *q*) remobetur *r*), et in nucibus in aquam frigidam missis sanas *s*) a corruptis sic licet segregare *t*); nam corruptae supernatant, sanae residunt. Illae igitur, quae placere meruerunt, rursus in harenam, sicut *u*) antea, reponuntur; et post alterum mensem, si quae forsan integrae debent credi, aqua iudicando *v*) temptatur. Hoc idem fit tertio mense, donec vernum tempus adveniat, quo satis nucibus nec includi || *x*) iam

P. 42. a. necesse sit, nec probari diligentioribus *y*).

4. Non in lavimento *z*), sed vasibus servanda harena *aa*) ut similiter influat. Quidam in plantis iuxta arborem sponte nascentibus castaneas conserbandas *bb*) esse dixerunt. Sed eius-

a) In cod. deest *de*. ob praeced. — *b*) Cod. *rectissimae*. — *c*) Num *castaneae sererentur?*. — *d*) Ita cod. etsi alibi *Quintillus* et *Quintilli*. — *e*) Cod. *Grec*. — *f*) Cod. *actuni*. — *g*) Cod. *et exortu*. — *h*) Ita cod. At ed. neap., nulla necessitate cogente, *sequuti*. — *i*) Cod. *tegrumento*. — *k*) Ita cod. At ed. neap. *labuntur*. — *l*) Ita cod. At ed. neap. maluit *reserata*. — *m*) Cod. *sationem*. — *n*) Cod. *anxiae*. — *o*) Cod. *quae*. — *p*) Cod. *que*. — *q*) Cod. *harenam*. Et cum adsp. quae paulo ante deest. — *r*) Ita cod. — *s*) Cod. *anas*. — *t*) Cod. *segregarere*. — *u*) Mendose de neap. *sicuti*. — *v*) Cod. *iudicanto*. — *x*) |Cod. *inclusi*. — *y*) Ita cod. At ed. neap. corr. *diligentius*. — *z*) Ita cod. Sed dic *pavimento*. — *aa*) Detrahitur *h* in ed. neap. Et sic infra — *bb*) Ita cod.

modi planta tardissime provenit, continuo biennio languida est; vix ut demum vel illam succus recreet *a*), qui consequitur, quem non habuerat, cum dilata non esset. Inventi *b*) tamen, qui de nucibus ex hoc genere plantarum audeant aliquod facere discrimen; et nuces credant caeduis arboribus aptiores, plantas vero nucibus procreandis esse utiliores: si tamen fas est ut admittere in animum debeamus, quod lignum in poma proficiat, fructus in ligna *c*) desistat.

5. Solum castanea *d*) desiderat molle et subactum; non tamen arenosum patitur et sabulum Si umor *e*) adfuerit, pulla terra vel maxime prodest: sed et carbunculus, itemque tofus optime servit diligenter infractus. Spissum rubricosum locum non vult *f*): vix provenit in argilla *g*); in glarea cretaque nec nascitur.

6. De caeli qualitate nonnulla inter autores *h*) varietas opinionis exoritur. CELSUS ante oculos habens, quid pomis expediret, calidas africas regiones castaneae aptissimas credit. Id illo argumento probat, | quod Neapolis *i*) Campaniae civitas eo fructu maxime *k*) glorietur 1): prudentissime tamen postea adiuncxit, quod et frigidis locis conseri possit *l*), quae fere omnes *m*) anteponenda senserunt. IULIUS ATTICUS opacis et septentrionem spectantibus clivis laetissimum *n*) fieri castaneae pollicetur. COLUMELLA 2) et PLINIUS 3) in eadem fere verba consentiunt. QUINTILLI *o*) montana sine dubio et umida et frigida principaliter probaverunt: si tamen in campo necesse st *p*) ponere, tenuem *q*) locum, et hunc *r*) harenosum existimant deligendum, aut iuxta viciniam fluminis; si tamen limus ex eo stare non soleat. Sunt qui putent et in declivibus locis castaneas optume provenire.

a) Cod. *succum recreat*. Alibi in antiquis mss. scribitur constanter *sucus* pro *succus*. — *b*) Cod. *iumenti*. — *c*) Ita cod. At ed. neap. corr. *ligno*. — *d*) Cod. *castaneam*. — *e*) Ita cod. — *f*) Lectio dubia in cod. — *g*) Cod. *argillam*. — *h*) Ita cod. sine *c*, ut Itali nunc pronunciant. — *i*) Cod. *Neapoli*. — *k*) *maximae gloriaetur*. — *l*) Cod. *possae*. — *m*) Cod. *omnes*. — *n*) Cod. *let*. — *o*) Cod. *Quintillus*; sed verbum sequitur *probaverunt*. — *p*) Ita cod. pro *est*; qui archaismus in codice Ciceronis de rep. non semel legitur. — *q*) Cod. *tenuaem*. — *r*) Cod. *tunc*.

1). Plinius lib. XV. sect. 25: *patria Laudatissimis castaneis Tarentum, et in Campania Neapolis*. Item Martialis lib. V. epigr. 78: *et quas docta Neapolis creavit — lento castaneae vapore tostae*. Sc.

2) Lib. IV. 35.

3) Lib. XVII. 2.

7. Maiori parti placet in pastinatis *a*) omnino ita ponere, ut terra confracta in duorum pedum altitudinem sublevetur COLUMELLA et ATTICUS *b*) addendum adhuc altitudini semissem putaverunt. Sunt aliquot *c*) ex GRAECIS, *d*) quibus mensura non satis *e*) iusta sit, nisi quae *f*) tribus pedibus excreverit. Et fortasse singulis satio consistat; nam qui dipundi *g*) brebitate *h*) contenti sunt, seminarium cogitant: et potest qualiscumque mensura *i*), nucibus exceptis, alere *k*) plantas post biennium recessuras: sed qui semina mansura *l*) condebant, non inmerito ampliorem radicibus paraverunt, uti arbor habuerit *m*), quantum . . .

XXIII. 1)

a) Cod. *in pastinatos.* — *b*) Cod. *Atticos*, siye mendose, sive ex notissimo archaismo pro *Atticus.* — *c*) Cod. *aliquod.* — *d*) Cod. *Graec.* — *e*) Cod. *salutis.* — *f*) Cod. *que.* — *g*) Ita cod. At ed. neap. *dipondii.* — *h*) Cod. *braebitate.* — *i*) Cod. *mensula.* — *k*) Cod. *balorem.* Num pro *valere in?* — *l*) Ita corr. ed. neap. At cod. *mensura.* — *m*) Cod. *haberit.*

ADNOTATIO DE OPERIS AMPLITUDINE.

1) Expliciebat heic gargiliani operis quaternio XXIII, unde coniicimus non breve hoc fuisse opus Gargilii. Hanc autem utilem historiae operis numeralem notam, quam ego olim animadverti, dum codicem exscriberem, incaute omiserunt, nescio quo casu, neapolitanae tabulae et editio. M.

Nunc ad alia fragmenta eiusdem operis gargiliani veniendum est, ex codice vat. sumpta, de quibus in praefatione, secundo loco, diximus.

GARGILII MARTIALIS [1]

DE POMIS

SEU MEDICINA EX POMIS.

FRAGMENTUM EX CODICE VATICANO.

1. Malorum genera sunt multa, tamen duo sapores. Dulcia vix egeruntur, flegma nutriunt, fellis ardorem movent, inflationes faciunt, quamvis humida et frigida sint *a*). Cocta obvoluta *b*) farina cineri trita oculorum tumores tollunt.

2. Mala acida et matura omnibus commoda, et bene digeruntur. Sunt et agrestia mala quae restringunt. Cocta bene digeruntur. Sucus eorum suspiriosis prodest.

3. Pyrorum natura styptica. Genera sunt multa: quaedam acida, quaedam dulciora, quaedam austera. Acida habent aliquid caloris: unde plerumque dissolvunt stomachum inhaerentem flegmati densissimo. Dulcia, quae sunt aquata et soluta, nihil in se neque frigidi neque calidi continent *c*). Ex quibus singulis, pro discretione rerum et necessitate causarum, ordinanda etiam sunt subsidia medellarum *d*). Austera et acida stomacho conveniunt, sitim movent: dulcia omnia contraria. Ante cibum sumpta, ventrem stringunt; post cibum, ventrem resolvunt.

4. Cydonia plurimi eustomacha vocaverunt. Styptica urinam comprimunt propter austeritatem. Cruda austeriora, cocta grata. Cruda et matura coeliacis, dysentericis, sanguinem reicientibus, prosunt. Cocta in cinere obvoluta farina dantur in febribus laborantibus. Incisa, cocta in aqua, dato stoma-

a) Cod. A. *quia vis humida et frigida est.* — *b*) Cod. B. *obinvoluta in farina.* — *c*) Code uterque *neque frigidae neque calidae continere.* — *d*) Ita cod. ut et in aliis mss. prope constante Sic etiam *querella*, *sequella* etc.

1) In codice vaticano, ut diximus in praef. p. 52, *Martialis* tantum scribitur, omisso *Gargilius*. Atque ita etiam apud Palladium constanter fit. Attamen Cassiodorius, Servius, Lampridius, atque Vopiscus, in locis retro a nobis laudatis integram appellationem ponunt *Gargilius Martialis*.

cho dolentibus. Vinum eorum dysentericis, coeliacis, nauseantibus, sanguinem spuentibus, potui dato *a*). Cocta in mulso, trita stomacho imposita defectiones tollunt 1).

5. Persicorum 2) cibus stomacho inutilis, quod cito sucus eius aciscat, et caro eius indigestionem faciat. Tamen post cibum utiliter dantur: nec non et cocti in iure cum pullo gallinaceo, nauseam restringunt. Folia eorum trita cum calda contra lumbricos similiter et umbilico inponantur. Nucleos persicorum cum aceto et oleo capitis dolentis fronti inlinito. Gummi *b*) eorum in pusca *c*) sanguinem reicientibus potui dato *d*). Sucus foliorum eius vulnera aurium vermes habentium curat.

6. Armeniaca calida et styptica, stomacho valde utiliora in cibo sumpta.

7. Cytriorum non una eademque virtus in omnibus partibus: cortex *e*) thermanticus: caro alba medià temperata acrimonià cum semine, styptica: cortex austerioris naturae, modice sumptus, aut in potione calida diutius immersus digestionem

a) Cod. A. *puta*. Cod. B. *pota*, quae menda sunt: nisi forte Gargilius dicit insuete *pota* pro *propina* seu *potui dato*, quod postremum infra non semel ponit. — *b*) Cod. B. *gumma*. — *c*) *Pusca* pro *posca* legitur etiam apud Caelium Aurelianum. — *d*) Codd. A. B. *pota*. — *e*) Cortex modo masculino modo femineo genere ponitur in his codd.

1) Recole cap. I. 2. En autem ut Plinius Valerianus lib. IV. 42. locum hunc interpolatum ridiculeque interdum corruptum recitat. *Medicinam ex cydoniis plurimi medici stomachantur. Eandem Dioscorides et adiureticam existimat, austeritatis fortasse beneficio: caeterum styptica, comprimere urinam magis quam ciere consuerunt cruda. Matura coeliacis, dysentericis, sanguinem reiactantibus prosunt, in cibo sumpta. Coquuntur et cinere calidissimo farina involuta, et aegris quorum iam diuturna febris, sine periculo dantur. Aqua etiam coelesti madescunt, quae potest ad multa prodesse. Nam et sedis vitia in fomentum assumpta delinit, et matricibus feminarum in tumore succurrit, omnibusque vehementer fervoribus obsistit. Infundi quoque in aceto sive in vino solent, quod stomaticis et intestinorum fluore vexatis opportunissime offertur. Fit ex cydoniis vinum, quo colore languentium desideria fallantur.* Gargilium in codice neap. mutilo cessare videas in verbis *aqua caelesti madescunt.* Quae ergo heic sequuntur apud Plinium Valerianum, ea fortasse Gargilii nostri aeque sunt.

2) Post cydonia vides heic collocari a Gargilio persicum. Id quoque indicio est, capitulum persici subiungendum fuisse illi cydonii, ut reapse nos fecimus p. 59, secus ac editio neap. quae persicum quarto loco ponit. Aliter tamen dicendum videretur de castaneis et amygdalis. Sed hac super re satis diximus in priore editione; praesertim quia capitulorum horum ordo nullius momenti est.

operatur. Caro eius alba flegma nutrit, foramina interiora cludit, et stomachum opprimit, tarde coquitur, indigestiones facit. Acrimonia eius cum semine trita morsui canino succurrit. Incisum: cum omnibus *a*) in se coctum, serpentium morsus et fungorum venena curat.

8. Pruni pomum recens ventrem solvit, stomacho contrarium est: siccum non tam *b*) molestum est: in mulso coctum, alvum commovet.

9. Mespila hiemalia maiora ventrem purgant. Asperrimus in mespilis fructus fluxum ventris fortiter detinet, stomachum dissolutum stringit: viscida et constrictiva sunt immatura.

10. Zeziparum calidum est, stomachum gravat, sitim movet: veterrimum urinam movet. Folia eius trita cum pomis et vino potui dato *c*) spleneticis et hydropicis.

11. Sorba et praecocia poma eorum viscida et constrictiva sunt.

12. Ficorum natura calidissima est. Aridi humectant et deducunt: humectant quidem, quia pingui suco sunt; calefaciunt antem propter sucum. Egeritur etiam dulcedo eorum. Primi eorum qui fuerint, pessimi sunt propter nimium sucum. Sicci calidissimi sunt, sed egeruntur. Cocti in aqua cum hyssopo omnia pulmonum vitia cum tusse curant. Triti cum melle, carbunculum curant.

13. Uva calida est et humida, sed egeritur, maxime tamen alba: quae autem inmatura est, minus calefacit; sed mustum tantum *d*) purgat. Passa vero uva egeritur quidem, sed exurit. Enucleata quidem trita cum cymino omnes indigestiones et tumores verendorum sive carbunculos curat.

14. Mororum poma ad praesens *e*) stomacho utilia, eo quod refrigerant. Quod si alius cibus non superveniat, inaciscunt. Fit ex suco mori medicamen mirificum contra omnia vitia oris, faucium, arteriarum, vel dentium. Sucum pomorum maturissimorum lento igne coctum ad mellis crassitudi-

a) Codd. A. B. *cum omnia*. — *b*) Cod. A. B. *tantum*. — *c*) Cod. A. *puta*, B. *pota*. — *d*) Cod. B. *totum*. — *e*) Num pro *praesertim*?

nem, mitis aluminis scissi, myrrhae singulas drachmas, simul commisceto, et cum pinna perungue.

15. Myxorum virtutem frigidam suspicamur: ardorem febricitantium extingunt *a*). Ore conpressus sucus gluttiatur: in cibo sumptus stomachum egerit: solutioni ventris obsistit: tritus et cum fabae pulvere mixtus impositus collectiones subportare non patitur. Ossa combusta, trita cum butyro, combustis medentur.

16. Ceresia viride pomum ventrem humectat et provocat; aridum siccat ac detinet: viride stomacho contrarium est, siccum utile. In hoc pomo tres inesse virtutes suspicamur. In quibusdam sapor austerus est, in aliis acidus, in aliis dulcis. .Austerae ventrem constringunt, stomachum confortant. Acidae iudicantur flegmate habundantibus stomachis opportunae: nam magis siccant, et crassitudinem dentium orisque humorem incidunt *b*). Dulces stomacho contrariae. Citius autem praenestinae fluunt. Gummus *c*) earum ore detentus et gluttiendus arteriam linit, vetustissimam tussem conpescit: cum mero potatus calculos frangit.

17. Tuber virtutem habet stypticam. Poma ipsa commixta, stomacho nauseanti, fluxui ventris, et sanguinem reicientibus prosunt.

18. Avellanae praenestinae stringunt; coctae autem minus. In cibo sumptae capiti dolorem incutiunt, stomachi inflationem distendunt, corpori sano pinguedinem conferunt. Nuclei earum triti, cum mulso potati veterem tussem conpescunt.

19. Castaneae, suaves cibo, difficilis digestionis, virides stringunt, coctae minus. In cinere aut in vase fictili assatae, tritae cum melle, ieiunis tussientibus datae prosunt. Aqua, in qua coctae fuerint, datur coeliacis, dysentericis, et sanguinem conspuentibus.

20. Balanarum glandes virides stringunt, coctae minus indigestionem faciunt.

a) Ita codd. A. B. quae est vetus orthographia. — *b*) Cod. B. *incidet*. Sed neque *incidunt* satis placet. — *c*) Ita est in codd. *gummus*, *gumma*, *gummi*.

21. Pistaciorum virtus austera et styptica est, stomacho adcommoda. Pulmones purgant in cibo sumpti: triti cum vino contra omnes morsus iuvant.

22. Nuces rotundae virides, utpote adhuc aquatioris humoris, stypticae et frigidae virtutis, stomacho aliquid vigoris adquirunt, ventrem molliunt: maturae nutriunt et egeruntur: cum fuerint mundae inflant: cortices vero earum stringunt. Siccae vero nuces duae, cum totidem ficis, et XX. rutae foliis, addito salis grano conteruntur, et in vino commixtae contra omnia venena repugnant. Tritae cum corio suo, umbilico inpositae, lumbricos occidunt. Folia earum cum aceto trita, auribus instillata, auditum praebent.

23. Amygdalarum dulcium virtutes calidissimae sunt, et nutriunt. Calidae sunt, ob pinguedinem; nutriunt quia carnosae. Amygdala recens stomachum onerat; sicca cum pellicula *a*) sua commixta, stomacho utilis, venerem movet, ebrietatem arcet, somnum facit. Trita cum mentarum suco, sanguinem reicientes iuvat. Nuclei torti triti sucus tussem tollit. Amygdalae amarae fortiores sunt: spleni, iocineri, morbo regio, nucleos tritos cum melle potui dato. Cum oleo tritas *b*) in aurem stillato: antiquam surditiam tollunt. Tritae cum aceto vulnera in mento nata et impetigines tollunt. Gummi earum ex pusca dantur sanguinem reicientibus. Hepaticis congruae sunt, purgato cortice in aqua tepida, et sic comedantur.

24. *Malorum granatorum* *c*) multae virtutes sunt: dulcia et acida, vinolenta et acerba. Dulcia habent aliquid caloris: ideo inflammationes stomachi commovent, et egeruntur, et ex parte nutriunt. Febricitantibus non dantur. Acida frigidiora, stomacho adcommoda, urinam commovent pulmones refrigerant, iocinere laborantibus succurrunt. Vinolenta in usu meliora sunt, quia mediae virtutis sunt. Acerba illa sunt, quibus folia curvantur. Frigida siccata constringunt. Post haec omnia *d*) aprina *e*) appellantur. Sucus malorum granatorum acidorum

a) Cod. B. *mellicula*. — *b*) Scilicet *amygdalas*. — *c*) Desunt in codd. haec duo vocabula. — *d*) Cod. B. *post his omnibus*. — *e*) Ita cod. B. (nam A. deficit) vel *aperina*.

stomachum nauseantem stringit. Mala cum granis suis in partes duas divisa in aqua cocta potui dato coeliacis et dysentericis: integra cocta, in vino pota, contra lumbricos et tineas. Cortex sicca cum galla equi trita vitia dentium curat. Cocta in vino trita perniciones et tumores omnes tollit gingivarum. Aqua, in qua cocta fuerit, gargarizatur contra tumores gingivarum. Flos eius arboris, qui emnonruas *a*) vocatur, siccatur in umbra, tritus omnibus vulneribus medetur: cum melle tritus vulnera oris curat.

25. Pinorum nuclei calidissimi sunt: fortius ventrem commovent, stomachum et renes calefaciunt, urinam purgant: cum vino dulci potati ventrem movent. Fit ex iisdem oxyporium utile. Nucleos purgatos lasere, nitro, cymino, palmulis admixtos, cum melle dato: flegmaticos curant.

26. Palmarum thebaicarum vel nicolaorum poma sunt dactylica *d*), habent aliquid caloris, cocta in vino stomachi dolorem tollunt. Cibus eorum nutrit corpus. Recentia somnum faciunt, capitis dolorem movent: sicca stomacho commoda. Tussem cum sanguine conpescunt in cibo sumpta, aut si coctio eorum bibatur. Trita cum mastice et stomacho apposita, defectionem et sudorem nimium tollunt. Ossa eorum combusta et trita cum gallis granati et sicco cortice, sanguinem de naribus sistunt. Membrana quae ossibus inerit, scissa labia glutinat: carbonibus fumata, *ut ait* HIPPOCRATES 1), extrahunt partum. Fit ex iis emplastrum mirificum, quod phoenicium appellatur. Cortex eius viridis et tenera tunsa cum resina et ceteris pari pondere confecta, vulnera interius et podagras desiccat; surditiam purgat. Recentia eius poma facilius egeruntur; et eorum virtus, ut myrrha, calefacit.

1) Scilicet hoc unum est τῶν Hippocratis ὠκυτοκίων vel διεκβολίων.

a) Ita legitur mendose in codice. — *b*) Cod. B. *dactualia*, quae fortasse lectio retinenda est.

GARGILII MARTIALIS

EX EODEM OPERE HORTENSI

FRAGMENTA ALIA

QUAE PARTIM AD LITTERAM, PARTIM LIBERE CITAT PALLADIUS IN OPERE DE RE RUSTICA.

1. Ianuarius XV. 19. Martialis asserit, et expertum se ait virides nuces tantum liberas putaminibus suis melle demergi, et post annum virides esse, et ipsum mel ita medicabile fieri, ut ex eo facta potio, arterias curet, et fauces.

2. Martius IX. 9. Si eius florem, sicut in sua vite est, in forma fictili clauseris ac ligaveris, qualem vultum forma vel hominis, vel animalis habuerit, talem cucumis figuram praestabit. Haec omnia Gargilius Martialis asseruit.

3. Ibid. X. 5. Asserit Martialis candida in his grana fieri, si argillae et cretae quartam partem gypsi misceas, et toto triennio hoc genus terrae radicibus eius adiungas. Idem dicit mirae magnitudinis fieri, si olla fictilis obruatur circa arborem punici, et in ea ramus cum flore claudatur, ne resiliat ligatus ad palum: tunc cooperta olla contra aquae muniatur incursus.

4. Ibid. c. 16. Asserit Martialis apud Assyrios pomis hanc arborem non carere; quod ego in Sardinia, et in territorio neapolitano in fundis meis comperi (quibus solum et caelum tepidum est, et humor exundans) per gradus quosdam sibi semper poma succedere, cum maturis se acerba substituant, acerborum vero aetatem florentia consequantur, orbem quendam continuae foecunditatis sibi ministrante natura.

5. Ibid. 34. Martialis dicit, caricas per genera multa servari, cum ratio una sufficiat.

6. Aprilis III. 4. Rem miram de ocimo Martialis affirmat, quod modo purpureos, modo albos flores, modo roseos pariat; et si ex eo semine frequenter seratur, modo in serpyllum, modo in sisymbrium mutetur.

7. Maius VI. Locis calidis nunc mala punica florere incipiunt. Ramus ergo cum flore, sicut Martialis dicit, si obruto circa arborem fictili vase claudatur, et ne resiliat, ligetur ad palum, pro vasculi magnitudine pomum reddit autumno.

8. October XII. 5. Martialis in trunco inseri iubet (cerasum.) Qui in trunco inserunt, sicut Martialis dicit, omnem lanuginem, quae circa est, auferre debebunt; quam, si remanserit, insitis nocere manifestat.

9. Ibid. 7. Cerasa, ut sine osse nascantur, ita fieri Martialis hoc dicit: arborem teneram ad duos pedes recides, et eam usque ad radicem findes, medullam partis utriusque ferro curabis abradere, et statim utrasque partes in se vinculo stringis, et oblinis fimo, et summam partem, et laterum divisuras: post annum cicatrix ducta solidatur. Hanc arborem surculis, qui adhuc fructum non attulerunt, inseres, et ut asserit, ex his sine ossibus poma nascentur.

10. December IV. 1. Hypomelides poma sunt, ut Martialis asserit, sorbo similia: mediocri arbore nascuntur, et flore candidulo: dulcedo huic fructui cum acuto sapore commista est. Seritur mense decembri, nucleis in vasculis positis.

IMPRIMATUR.

Fr. Dominicus Buttaoni Ord. Praed. S. P. A. Mag.
Ioseph Canali Patriarcha Constantinop. Vicesgerens.